f rum. Nec credo[f] eum in banno ponendum. durum. n. esset hoc, vt
fortè à quolibet puniretur, & offenderetur sic bannitus. Cautiùs
igitur faciet accusatus, si veniat, & bona sic annotata recuperet,
13 præstita cautione de iuri parendo. ¶†Quid si non potest fideius-
sorem habere, vel est talis accusatio, quòd fideiussori nō est com-
mittendus, vt s. §. j. versi. si autem accusatus sit. quia timet venire,
vel fortè conscientia eum remorderet de commisso maleficio?
Certè tūc fatuè faceret, si veniret: imò potiùs patiatur bonorum
annotationem, quàm se exponat periculo corporali. corp[us] enim
præferendum est rebus, vt C. de sac. san. eccle. sancimus. in prin. &
arg. extr. de pœn. & re. cùm infirmitas. §. cæterùm. cum suis cōcor.
14 & de don. inter vir. & vx. per vestras. ¶†Cæterùm si reus sit con
tumax post litem contestatam, non requiretur, nec bona annota
buntur, sicut suprà ante litem cōtestatam dictum est, sed alio mo
g do contra eum procedetur, secundum Rof.[g] putà pecunialiter à
iudice mulctabitur, vel si in cōtumacia persistat, sæpe à iudice mo
nitus relegabitur. quæ pœna licet sit temporalis, aufert tamen æs
timationem. & sic vsque ponitur inclusiuè, vt ff. de pœnis, l. absen
tem. §. aduersus. & l. capitalium. §. i. & ff. an per alium causæ app. l. j.
Et in præ. l. absentem. dicitur, qualiter quis contumax sit. tu verò
dic, vt s. versi. porrò. ibi, si autem lis est con. &c. Porrò si sit contu-
max prope sententiam, & citatus fuit ad sententiam audiendam,
sicut debet, procedetur ad sententiam, vt ff. quæ sent. sine ap. res. l.
j. §. item cùm ex eo. & ext. de testi. cùm olim. in fi. nec propter eius
15 absentiam prolatio differetur, vt iij. q. ix. decernimus. ¶† Sed si
dedit fideiussorem de stando iuri, vt s. §. j. versi. cùm autem. & seq.
quare non procedetur contra fideiussorem? Respon. bene proce-
detur contra fideiussorem hoc modo: nam aut promisit sub cer-
ta pœna illum exhibere: & tunc ad pœnam promissam agitur, vt
ff. si quis cau. l. ij. ff. de cust. & exhi. re. si quis reum. Aut non promi
sit sub pœna, sed simpliciter & purè promisit illum exhibere, nec
h exhibet: & tūc[h] iudex potest eum pœna pecuniaria suo arbitrio,
inspecta qualitate accusatoris. & conditione personæ, punire, qua
si iudici iubenti non paruerit, vt ff. si quis ius dic. non ob. l. j. & ex-
trà. de ma. contra inter. ec. contrac. c. j. cum suis concor. de clande.
despon. c. fin. §. pen. Et hæc pœna, seu mulcta fisco applicabitur, vt
C. de mo. mulct. l. mulctatum. Et hæc vera sunt, quando fideiussor
absque dolo non exhibet & qn̄ certa q̄titas non fuit in mandato
iudicis cōprehensa, vt dixi: secus, si certa pœna fuit ɔprehensa: q[ui]a
dixit, tu repræsentabis eum sub tanta pœna. tūc. n. illa imponetur,
vt dixi. Si autem dolo facit, quod non exhibet, tunc poterit extra-
ordinariè puniri, vel ad tempus relegari, vel fustigari, vel fortè a-
criùs contra eum procedi, vt in præ. l. si quis reum. & C. de fideius.
si Barsatorem. ff. ad Turp. l. ij. & vide j. de do. & con. §. restat. versic.
16 porrò. & seq. ¶†Sed quid si fideiussor non potest accusatum in
iudicio exhibere, vult tamen eum defendere, & in se iudicium sus
cipere, vel vult ad illum præsentādum inducias habere: quia hæc
omnia cōcedūtur fideiussori, qui in causa ciuili promisit aliquem
iudicio sisti, vt C. de fideius. sancimus. Respon. in primo casu non
est audiendus. & est ratio, quia ad crimen publici, vel priuati iudi-
cii prosequendum, frustra procurator interuenit, prætérq[ue] q[uam] pro
illustri persona, ff. de pub. iudic. l. penul. §. ad crimen. & C. de iniur.
l. fi. & v. quest. 3. in criminalib. & c. seq. Item quia sic puniretur, qui
non deliquit: quod iura nolunt, vt C. de poe. l. sancimus. extra. de
his, quæ fi. à ma. par. cap. quæsitum. non enim fideiussor, qui reum
non exhibet, occidēdus est, vt xxxiij. q. v. cùm homo. sed aliàs pu-
nitur, vt iam dictum est. Item quia si procurator, vel fideiussor pœ
na capitis plecteretur, vel ei manus mutilaretur, vt fit in eo, q[ui] char
tam falsam scribit, vt in auth. de mā prin. Col. iii. & in aliis, vt xxiij.
q. iij. sex sunt. & q. v. circumcelliones. vel relegaretur, seu deporta
retur, non posset hoc per actionem mandati contrariam rehabe-
re. quod tamen in ciuilib. contingit. Ar. tamen contrà, quia vnus
i sępe pro alio punitur, vt de consec. dist. ij. in sancta[i]. In secundo au
tem. s. ꝙ dentur induciæ, eum admitterem, vt habeat ad hoc sex
menses, vt in præ. l. sancimus. vel ad arbitriū iudicis, cōsiderata lo
corū distātia, vbi se asserit accusatus, ff. de fer. l. fi. & ext. de ap. cùm
Romana. re. spon. i. vel, fin leg. C. de dilat. l. j. q[uod] est iii. q. iii. inducię. in
k palea, §. spacium.[k] ¶†Itē quæritur: ecce T. promisit personam ac
17 cusati sub certa pœna repræsentare certa die ī iudicio, vel soluere
condēnationem: sed intra illā accusatus bānitus est p[er] illud male
ficiū, q[ui]a se nō repræsentabat: die verò elapsa T. ɔuenitur, q[ui]a eum
l nō rep̄sentauit: nunc quęritur, an T. ex hoc habeat exceptionem[l]?
Et vid

ADDITIONES.

a Secundum Azo. ¶In Sum. de requi. re. ver. & est notādum. sequi-
tur, ꝙ ita annotatione grauatur opinio annotati: nō dico eum in
famem fieri: quia non est damnatus de crimine publico, vel priua
to famoso, quod lex requirit ad infamiam: & idem Accurs. in l. vl
ti. C. de requir. re. per hoc patet, quòd vera litera superior habet
Non: & sic est in Rof. vnde hæc sumpta fuere, vt prædixi. & tamen
vtraque saluatur.

b Col. ix. ¶Et dotes vxoribus reseruātur, vt ibi Rof. qui in hoc con
tinuat ver. tertium: duos medios interposuit auctor.

c De mulcta. ¶Continuauit Rof. j. tu dic. media addit auctor.

d Iuxta illud. ¶Iuuenal. x. Satyra.

e Et ibi. ¶Matthæ. v. in prin. Circa priuilegia paupertatis vide tu Io-
an. de Turre crem. post Archi. in c. paup. xj. q. iij. vbi plenè enume-
rat priuilegia paup[er]tatis. ab his t[ame]n priuilegiis liberet nos dominus.
ADDITIO. Adde tu Alex. consi. xlviij. incip. circa hanc dubitatio
nē. col. pe. ver. præterea. in quarto volu. vbi quòd paupertate sor-
descimus, & dicimur deprimi ob paupertatem, vt in c. si qui testi-
um. de testib. in ver. paupertate. de præscri. & etiam dignitas eccle
siastica ob paupertatē vilescit, vt in cle. in plerisque. de elect. nam
dignitas & honestas absque diuitiis non seruatur, l. ab omnibus.
circa prin. ff. de leg. j. Hen. Fer.

f Nec credo. ¶secundum Roff.

g Secundum Rof. ¶vbi s.

h Et tunc. ¶ Supple, si cōsuetudo formam certam non habet, vt in
præ. l. si quis reum.

i In sanc. ¶Regulariter secus: de re. iur. sine culpa. lib. vj. q[ui]a tamen fi
deiussor punitur, id procedit propter propriam obligationem, vt
no. de iniur. c. vno, lib. vj. in vlt. gl.

k §. spacium. ¶Hæc fuit præ. rubrica Rof.

l Exceptionem. Odof. super l. sed & si quis. statim alle. §. j. formabat
quæstionem. Autor tamen restringit terminos ponendo, quòd
☞ prop

Et videtur, quòd sic. nam si quis rei capitalis ante cōdemnatus est quàm sistere deberet, & ideo postea sistere non potest, meritò ei subuenitur. & hæc exceptio etiam fideiussori prodest, vt ff. si quis cau. sed & si quis. in princ. Item non stat per eum, sed per iudicem, qui banniuit, quò minus illum præsentet, ff. de cond. & demon. iure ciuili. Dic contrà. nam si creditor accuset debitorem de crimine capitali, fideiussores debitoris nullam habent exceptionem ad uersus creditorem ad suum debitum agētem, ff. de verb. obli. continuus. §. cùm ita. Nec obstat, si dicis, quòd illa loquitur in contractibus, & quòd secus sit in iudiciis. nam idem est vtrobique: quia omnis obligatio, &c. ff. de iudi. omnem. nam in iudiciis quasi contrahitur, ff. de peculio, l. iiij. §. sed filius. Nec obst. præal. l. iure. quia non stat per iudicem bannientē, sed potiùs per ipsum delinquentem: & hoc dicunt quidam. Arg. tamen contrà: quia ex quo dies certa ad repræsentandum fuerat assignata, ante illam ad causam non potuit vocari, & officium iudicis cessabat, vt extra. de ap. significante. C. de dilat. siue pars. Sed potest dici, quòd terminus fideiussori datus ad repræsentandum illum, non facit cessare iudicis officium, quin in causa procedat, & reum citet. Secus autem esset, si propter aliud maleficium bannitus, vel cōdemnatus esset: quia tunc T. habebit exceptionem, nisi fuisset in mora: & sic loquitur præ. l. sed & si quis. in prin. & ff. de cust. & exhi. re. l. ij. §. fi. Vbi autem neuter contumax inuenitur, s. nec accusator, nec accusatus, sed vterq; adest: dic, vt s. §. j.[a] ¶ † In locis quoq; & casibus, in quib. accu
18 sator absente in bannum ponitur, sic banni forma scribetur:

FORMA[b]. P. accusatus à tali crimen commisisse: inserēdo totam libelli formam. quo posito dicas, quia legitimè citat⁹ fuit tali die per talem cursorem, vt ipsa die super ipsa accusatione coram tali iudice compareret. Item & alia vice citatus die tali per talem cursorem, vt super eodem negocio coram eodem iudice eadem die compareret. Insuper altera die tali fuit de mandato eiusdem iudicis per talem cursorem in contrata eiusdem P. scilicet in tali parochia, vel castro, vel villa, præsentib. tali & tali testib. ad hoc adhibitis & rogatis, voce præconia publicè proclamatum. quòd si quis dictum P. vellet defendere super accusatione præfata, vsque ad diem tertiam coram ipso iudice compareret. Ipse autem nec venit, nec alius se eius defensioni obtulit pro eodem. Idcirco nisi dictus P. aut alter pro eo hinc ad quinque dies venerit, stare & obedire super his, & ipsius iudicis mandatis legitimè, ex tunc sit in banno talis curiæ pro maleficio suprà dicto, à quo liberari non possit, nisi secundum formam iuris: & nisi soluerit eidem curiæ centum solidos, & concordauerit cum dicto T. in quo quidem banno crida tus fuit solenniter per talem cursorem de eiusdem iudicis præcepto in curia, seu concilio speciali, seu generali more solito con-
19 gregato. ¶ † Sed quid si citatus non venit, sed excusatorem mittit? dic, quòd admittetur. Quòd si non miserit excusatorem, procedetur contra eum, tanquam contra contumacem. quæ dic, vt s. §. j. ver. cum autem. & seq. Sed nunquid notarius cōtumax est citan
20 dus? de hoc no. s. de citat. §. sequitur. ad fin. vers. sed nunquid. ¶ †
c Et nota[c], quòd cùm banna cancellantur, debet scribi in causa, quare cancellantur, & cuius mandato id fit. Quæ autem pœna probato crimine imponatur, dicam j. de inquisi. §. fi. Sed pone[d]: A. fuit
d accusat⁹ de morte T. citatus nō venit se defendere: propter quod bannitus est, & demum propter contumaciam condēnatus: nunc captus est per curiam, quæritur, an debeat mori? Et videtur, quòd sic. nam videtur esse condemnatus lege Cornelia de sicar. quę gladio vltore punit, Inst. de pub. iudic. ff. ad leg. Corn. de sicar. l. iij. in fi. debet. n. propter contumaciam haberi pro confesso, suprà prope prin. huius tit. ibi, veruntamen, &c. Arg. contrà, quòd non debeat mori, ff. de poe. absentem. ff. de req. re. l. j. C. e. absentem. C. de epis. & cle. raptores. vbi dicit, conuicti. & hoc verum est. Debet ergo iudex facere, quòd de crimine constet, vt in præ. l. raptores. ibi,
e post legitimas probationes iuri cognitas[e]. ¶ † Quid si[f] A. accusa-
21 tus citatus nō venit se defendere, propter quod bannitus est ban
f no simplo, quod incurrit: postea comparuit: quæritur, an ex tali banno & præsumptione, nullo alio probato, possit contra eum induci duellum? Et videtur, ꝙ sic: quia videtur accusator sui factus propter fugam, vt in concor. quæ sunt s. in prin. huius tit. ibi, veruntamen. Arg. contra ff. de duob. reis, l. ij. quia vox præconia paucis innotescit, C. quomodo & quando iud. consentaneum. & au-
g then. qui semel[g]. ¶ † Sed quid si A. fuit à B. publicè interfectus: ac
22 cuso P. dicens, eum hoc mandasse: quod volo per duellum probare: quæritur, an possum? Et videtur, quòd sic: quia & si certum sit quis commiserit, tamen eius madato factum est, de quo debet inquiri, ff. ad Syl. & si certum. ff. eod. non ideo. ff. de vi & vi arm. l. j. §. quoties. Dic contrà. nam ad hoc, vt duellum indicatur, oportet mortem esse furtiuam, vt in Lombar. de homicidio liberi hom. l. fi. & is, qui opem & consilium tulit, cùm furtum factum non sit, actione furti non tenetur. vt ff. de fur. si is, qui rem. § si tu T. Sed
h q̄ dicta sunt de duello indicendo, secundum Cano. abolita sunt[h]. nam

ADDITIONES.

☞ propter illud maleficium sit bannitus. quod Alb. Gal. vbi s. §. sed pone quęstionem. i. & Odof. in solutione distinguendo ponebat: ad primum alleg. l. satisdatio. hîc alleg. ff. qui satis. cog. Si verò pro condemnato, ad secundam ibi secus: alleg. ff. qui satis. cog. si decesserit. ff. de eo, per quem fact. erit, l. j. §. si reus. de excep. l. omnes. & de excep. l. defensores. & hoc de ipsorum quæstione sufficit, & autori concordant. Sed superiùs eadem l. formabat Odof. aliā quæstionem huic affinem de Titio, qui promisit aliquem præsentare iudici ad suam voluntatem sub certa pœna: ille demum per iudicem illum captus fuit: postea manus eius aufugit, quem iudex à Titio repetit, vel pœnam, si non præsentet: queritur, an teneatur? Distinguit, vt suprà, an ex causa, qua tenebatur Titius illū præsentare, peruenerit in fortiam iudicis: & tunc liberatus sit: quia non refert, qualiter quid fiat, dummodò fiat, ff. de verb. obli. l. cùm seruus. de condi. instit. l. iij. & mand. l. iij. & solutione eius, quod debetur, &c. Inst. quibus modis tol. ob. in prin. & ff. de negot. gestis, soluendo. Si verò ex alia causa, vt quia aliud maleficium commisit, & propter id captus est, & aufugit, nulla subest causa, secundum eum, quare sit obligatio dissoluta. Subdit, quòd si Titius hoc casu fuit coram iudice, dum ille captus erat, protestatus, quòd habebat illum pro præsentato, & se ex promissione amplius nolle teneri, videtur tutus, licet ille postea fugiat: quia protestatio prodest, ff. de neg. gest. Nesennius. C. de episc. & cler. auth. si captiui. de hoc satis extrà de const. cùm M. Adiuuatur hoc dictum: quia certum est, quòd eo casu, in quo captus erat, non poterat præsentari actu aliter. præsentatur ergo, vt potuit, scilicet verbaliter. Dicebat autem Odofr. istum post duos menses ex obligatione non teneri, nisi fideiussisset in scriptis. hoc intelligas per l. pen. & antepen. C. de fideius. & per ibi notata. ADDE, an promittēs repræsentare accusatum ad omnem requisitionē iudicis, possit ante requisitionem illum repræsentare, secundum Rom. cons. cxxxvij.

a §. j. ¶ Hoc dicit, quia Rof. fecerat de hoc tertiam rubricā post prædictas duas, sed pleniùs auctor prosequitur, vbi remittit.

b FORMA. ¶ Quæ fuit Rolan. lib. ix. satis vltra medium, vbi de banno accusati.

c Et not. ¶ Secundum Rolan. vt s. in fin.

d Sed pone. ¶ Quæstio fuit Alb. Gal. eod. ti. sed pone quæstionem facto iiij. ADDe, an hîc talis bannitus in absentia efficiatur infamis? dicas ꝙ non. quia bannum latum in absentia nō infamat, Bal. in l. eius qui. ff. de testam.

e Cognitas. ¶ Sunt ibi hæc verba circa medium l. & illud Conuicti, quod procedit, est in fine legis. Gui. de Suz. in quæstione statutorum mihi, vbi fatetur, quod dictum est, esse de iure, per ll. quæ nolunt imponi absenti vltra pœnam relegationis. dicit tamen de facto seruari contrarium. de his s. eo. §. in prin. Et scias, ꝙ ipse Guid. prolixè tractauit hunc casum super §. publicè. in l. seruū quoque ff. de procur. Ponit autem formam banni fortiorem, quàm s. scilicet ꝙ Potestas contra illum contumacem tulit sententiam ad capitis truncationem, vel vt deberet furcis suspendi, ita ꝙ moreretur, habendo & condemnando ipsum pro censesso de illo crimine: ille postea capitur: aduersarius petit executionem sententiæ & banni, vt verba sonāt: captus allegans, ꝙ vltra relegationem non debuit puniri propter contumaciam, dicit, ꝙ suam innocentiam vult probare: allegat pro se l. iiij. ff. de re iudi. §. condemnatū. Item licet causæ prosecutio, vel facti, quæ in potestate sit iudicātis, pœnæ tamen impositio reseruatur auctoritati legis, ff. ad municip. l. ordine. ad fi. primo respōso, meliùs in l. j. §. j. in fi. ff. ad Turpil. In ꝯrium inducit ea ad quę remittit auctor, scilicet s. eo. §. post prin. & facit, quod ibi addidi. soluit, vt dixi s. eum de iure audiendum per leges hîc alleg. licet Italica consuetudo seruet cōtrarium. Subdit demum, ꝙ sicut de iure ipse potest probare innocētiam, sic aduersarius potest probare ipsum nocētem, licet vltra quinquennium ipse steterit in banno, l. petendæ. C. de temp. restit. in integ. & similes. Nō obstat, ꝙ intra biennium debuit criminalis causa terminari, C. vt intra cer. temp. cri. quæstio ter. l. fi. quia illud verum post litis contestationem, quæ contestatio hîc non interuenit, nec sit, cum quo poterat cōtestari, cùm per partes præsentes illa fieri debeat, C. de litis contest. l. vna, maximè quia per ipsum non stetit, quò minus fieret contestatio, & procederetur in causa, ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. C. de don. quæ sub modo, l. i. & vlt. hæc etiam in quæstione statutorum sub eadem litera. ADDE, vt per Bar. in l. diuus. ff. de cust. reo. qui de hoc edicto Spe. mentionem facit: & ibi vide plenè per Alex in addit. p Pau. de Cast. cons. xxxiij.

f Quid si. ¶ Iste versi. & seq. fuerunt Alb. Gal. eo. ti. versic. sed pone quæstionem: G. & A. vsque ad versi. sed quæ dicta.

g Authen. qui semel. ¶ Vide, quod sequitur.

h Abolita sunt. ¶ Idem videtur secundum leges C. de gladiat. l. vna, lib. xj. & de act. & oblig. l. negantes. Rof. in li. iur. Can. rubri. de pur. can. negat illas leges de duello loqui.

nam monomachię, siue tales vulgares purgatiões ĩterdictę sunt: quia in eis vr̃ Dñs tentari, vt 2.q.4.monomachiã, ext. de pur. vul. c.j.& ij. Aboleat̃ ergo cõsuetudo regni Francię, quæ sustinet huiusmodi duella.¶†Quid si bannitus ob aliquod maleficiũ inculpatur de alio maleficio, & citat⁹ in domo, vbi cõsueuit habitare, nõ venit, nunquid iterũ poterit in bãno poni? Et vr̃, ꝙ nõ. nã infamatus amplius infamari non p̃t: vt legitur & no. C. vt intra cert. tẽp. crim. qõ termi. l.2. ff. de infam. l.4. §. ait prætor. Itẽ cũ pp bannũ peccãtis venire nõ possit, nec in ciuitate esse, nõ p̃t cõtumax dici: arg. si quis cau. sed actio. & l. seq. in prin. & s̃. ver. sed quid si fideiussor. ext. de cõsti. c. ij. Sed dic ꝯ: quia & excõicatus iterũ excõicari p̃t, vt qui in sordib. est adhuc sordescat amplius, xlvij. dist. q̃tumlibet. in fi. extr. de Iudæis, ita quorundam. & ext. de sent. exc. cum pro causa. & c. officij. alioquin de pœna reportaret premiũ: quod esse non debet, ff. de inter. & releg. l. releg. §. fin. ff. de neg. gest. siue hæreditaria. & facit C. vt intra certum temp. l. j. & ij.[a] ¶†In

23

a

ADDITIO.

a Vt intra certũ tẽpus, l.j.& ij. ¶Quod hîc dr̃, videm⁹ de facto seruari & procedere posse, cùm nesciretur vbi esset: sed cùm sciretur, ita ꝙ requiri p̃t, insonat hoc iniquũ, ꝙ ille, q non est ꝯtumax, bãniatur, vel excõicetur. Pro me facit, quod no. s̃. §. j. ver. sed nunquid sufficit. & s̃. e. §. sub ver. vt aũt. & s̃. de cõp. iu. adit. §. j. vers. qd si aliquis. cũ duob. ver. seq. in vl. col. Plus dico, ꝙ defensor venire posset pro illo allegaturus iustã cãm absentiæ, sc. bãnũ, & petere fidantiã: & si qualitas bãni, & mos patriæ nõ restiterit, habita fidãtia venire deberet: secus si cautio esset fragilis, extr. vt lit. nõ contest. accedẽs. 2. ff. ad Treb. qui ita. §. j. Esset exẽplũ in bãnito ex offensa tyrãnizãtis ĩ loco. Nõ obstat, ꝙ oppon. istũ ex sua culpa abesse. nã illa culpa punita est per vnius bãni dationẽ, & bonorum adnotationẽ, & fortè ꝯfiscationẽ. Nõ dẽt igit̃ duplicari, de iud. at si clerici. in fi. cũ ꝯcor. aliàs æquè posset cẽtuplari. Nõ obst. ꝙ ꝓcuratorẽ dimittere potuit, ff. de minor. Papinianus exuli. quia in criminalib. nõ recipit̃, extr. de ac. veniens. ff. de pub. iud. l. pe. §. j. & l. cũ eius, q. §. fi. & gl. ibi posita. Dy. dicebat, qd̃ prædixi, procedere posse in eo, qui ñ habebat in loco domiciliũ originis, sed solùm incolatus. Rolan. doctor rub. de citat. reorũ. ver. sed an illi. ponit ad lrã dictũ Gui. de Suza. & distinguit, an exul bãnitus habeatur pro relegato: & tũc de delicto priùs ꝯmisso ibi poterit cõuenire, ex quo ciuitatẽ & bona retinet, vel partẽ bonorũ, ff. de min. l. Papinian⁹ exuli. C. de fideiuss. l. j. ad legẽ Iul. de vi pub. l. tutoris. Si aũt tale fuit crimẽ, ꝙ ciuitatẽ & bona ꝑdiderũt, & æquãtur deportatis, tũc ibi ñ cõueniet̃, ff. de bonis dã. l. j. de cap. di. l. ij. & l. tutelas. §. si libertatẽ. & §. fi. subdit, ꝙ ad ꝑdictã distinctionẽ facit ff. si quis cau. l. sed & si qs. §. j. qui satis. cog. si decesserit. in fi. Et ex quo auctor hîc ponit formã bãni & cãcellationis, & qõnes quatuor de bãnis, prẹterquã præmisit s̃. ver. itẽ q̃rit̃. hîc prosequẽdo materiã ampliabo hãc tertiã operis partẽ cẹteris notabiliter breuiorem. Remittã primò ad plures alias qõnes: secũdò cæteras prosequar quas vtiles reputabo. Præmitto aũt de bãno, qd̃ dat̃ pro debito, & eius formã habes s̃. de primo dec. §. 2. ad fi. & de tali bãno vide qõnem super rubrica de ces. act. Et primò de bãnitis q̃rit̃, an valeant statuta, q̃ permittũt illos occidi? & posito, ꝙ valeã, si ꝑmittũt offendi, an possint occidi. de his dicã ĩ. de ꝯstit. ãte fi. An possit in bannitũ ꝯmitti homicidiũ, vide s̃. de arbitris, §. differt. versi. qd de bãnito. An actionẽ cedat, ita ꝙ cessionarius agere possit, s̃. de ces. act. §. j. ver. illud ẽt q̃ritur. & plenè de iure pat. c. vno, lib. vi. super gl. pe. An Lucanus bãnitus q Florentinũ offendit in districtu Lucano, per eũ possit accusari Pisis, vbi inuenit̃, vide de cõp. iud. adi. §. j. ad fi. ver. sed pone: quidã. An Florẽtinus de Bononia bãnit⁹, q ibi hominẽ occidit, possit de illo accusari Florẽtiæ, vel de illo iudex Florentinus possit inquirere. dixi s̃. de cõp. iud. adit. §. j. super ver. qd si cõuenit̃. Itẽ an possit testari, s̃. de inst. edit. §. ꝯpendiosè. sub ver. xj. Itẽ an bõa bãniti ex graui maleficio ĩtelligãt̃ tacitè publicata, ibi dixi. Et an possit hæres institui, vide qd̃ ibi dixi vers. secũdò oppone. in prin. & super præ. ver. illud ẽt q̃ritur. & per Cy. l. j. C. de hære. inst. An s̃ñia pro ipso lata sit nulla, scripsi s̃. de sent. prolat. §. iuxta. super ver. itẽ est nullę. ij. Ibi ẽt scripsi, cũ per statutũ bãnitus nõ p̃t ad sui vtilitatẽ ꝯhere, an valeat pactũ per eũ appositũ, cùm vendit domũ, de inquilino nõ expellẽdo intra tẽp⁹ cõductionis, an quia accusauit de cõsensu vulnerati, vulnerato bãnito illã prosequi possit. scripsi super rubrica de acc. Itẽ an bãnitus accusationẽ inchoatã ꝓsequi possit statuto ꝓhibẽte bãnitos accusare: ibi dixi. An teneat̃ minor bãnitus petens pp defectũ processus bãnũ cãcellari, restituere expẽsas, scripsi s̃. de prim. decre. §. restat. super ver. sed pone, ꝙ pupilli. & ver. seq. in fi. Quis det curatorẽ minori bãnito cõuento, vbi manet, scripsi s̃. de cur. post prin. An bãnitus deceptus in vẽditione vltra dimidiã iusti pretij, exẽptus à bãno, de hoc agat, scripsi de emp. & vẽ. §. nũc dicendũ. 2. super ver. vbi autem. Quæstionem de pacificato cum Titio, q postea ipsum bannitum occidit, quod lex municipalis permittebat, vide super reg. frustra. de reg. iur. lib. 6. Quæstionem de clerico, qui incedebat, vt laicus, bannito, & pòst occiso, vide super regula, quod quis. lib. vj. An exceptio, ꝙ interfectus erat bannitus, per procuratorem possit apponi, vide, qd̃ scripsi de accu. veniẽs. super j. gl. Ad huius declarationem est sciendum, ꝙ Iac. de Are. disputauit quæstionem, quæ incipit statuto & habuit quatuor mẽbra: quorum vnum fuit hîc, & sibi non placuit talem ꝓcuratorẽ admitti, nisi diceretur factum sic esse notoriũ, ꝙ superuacua esset exceptio: alleg. l. eodem tempore. ff. de pecu. Aliud membrũ fuit, an exceptio talis competens ex statuto impediat contestationem? Intellige per priùs dictum de proposita per principalem: & tenet, ꝙ sic, dictum suum fundans super dec. exceptionis. de lit. ꝯtest. lib. 6. ꝙ exceptio rei iudicatæ & semel finitæ impedit contestationem, concor. ff. de iudi. l. pe. C. de transact. causas. Sed, vt dicit, hæc exceptio ex sententia banni descendit & ex fine rei huic imposito per statutũ quo impeditur processus. nã sententia banni omnib. pœnis statutorũ eũ subiecit. facit ff. ad Tur. l. j. C. de calum. l. fi. & de cap. dim. l. amissione. Cognoscetur ergo priùs de illa, & super ea pronunciabitur: & si vera patebit, vltrà non procedetur: aliàs secus: alleg. ff. de excep. rei iud. si in iudicio. Et quomõ hoc casu pronuncietur, vide in præ. dec. exceptionis. in gl. sufficiebat. & s̃. de excep. §. dicto. in fi. Tertium membrum fuit, an bãnitus, qui capt⁹ per familiam ducebatur ad iudicem, impunè potuerit occidi? Affirmatiuam probat, quia bannitus erat [illegible] seruãda, licet dura, ff. qui, & à quibus, prospexit. & verbi standũ est, & statutũ nõ distinguit captum à non capto. facit ff. de leg. præst. ꝯtab. l. j. §. generaliter. inducit̃ ff. de repud. & diuor. l. fi. Item per captionem non est certitudo de pœna: quia posset fugere, vel violẽter auferri ducentibus, alleg. l. ij. C. de app. procon. lib. 7. ff. de acquir. re. dom. l. naturalem. §. illud. & l. in laqueum. Ipse tenet contrarium. nam hostes interficere licet, ff. ad leg. Corn. de sicar. l. 3. in fi. Quod non licet, si capti sint, ff. de statu hom. libertas. Inst. de iur. pers. §. j. item facit ff. ad leg. Aquil. sed & si quæcunq;. in prin. Item cessat in capto ratione potestatis priuato collatæ in bannitum. s. publicæ vindictæ defectus, facit ff. de pact. quod dictũ. Itẽ per solam captionẽ erat in potestate Reipublicæ. facit ff. de don. quæ saxum. Item faciunt iura, quæ volunt occupantis meliorem esse conditionem, ff. de procur. plurib. & eo. tit. si duo. lib. 6. & C. de accus. qui de crimine. ff. de re iud. inter eos. Item contra occidentem: facit ff. si quis eum, qui in ius voc. per totum, & ff. de cus. reo. l. carceris. & l. fi. in fi. Quartum membrum fuit, cùm noua lex facta esset super eximendis bannitis satisdando, vel soluendo certam quantitatem: & iste satisfecerat legi, ita quòd cancellari debebat: & nõdum cancellatus fuerit occisus, an id fieri impunè potuerit? Quòd potuerit, inducitur decr. quod in dubiis, de sen. exc. vbi videtur satis expressum. Item statutum vult illum eximi de banno post satisfactionẽ. Eximi aũt nõ posset, nisi esset, ff. de edi. edic. bouem. §. pen. Si ergo durat bannũ: ergo & pœna. Item cùm duo sunt necessaria, nõ sufficit alterũ, ff. de transact. cùm ii. §. si p̃tor. Item sicut non sufficit quem esse electum, nisi sit descriptus in numero, ff. de mil. testa. ex eo. sic necesse habilitatum ad exemptionem, nisi sit exemptus, vt ꝯtriorum sit eadem disciplina, ff. de reg. iur. nihil tam. Tanc. tenet ꝯtriũ, cùm euanuerit virtus & effectus banni, & verba cum effectu, &c. Item habet ille actionem in dubitatam, vt cancelletur: ergo & exceptionem, si caperetur, vt talis. nam cui damus, &c. ff. de reg. iur. inuitus. §. cui damus. & e. ti. qui ad agendum. lib. 6. Nec dicitur obligatus, quem exceptio tuetur. ff. de lib. caus. vel obligatus. §. j. ff. de reg. iur. nil interest. Item tunc licitè quis occiditur, cùm ex parte resistentis bellum est licitum, C. de his, qui ad ecclesf. confu. l. 3. aliàs est iniustum ex parte inferentis, cum nefas sit hominem homini insidiari, ff. de iust. & iur. vt vim. Cùm ergo bannito liceat resistere, postquam satisfecit, vt s̃. ergo illicitè occiditur. Ad hãc partem inducitur. C. de debit. ciui. l. j. libr. xj. & ff. de mun. & hono. rescripto. §. debitores. Ad decr. quod in dubiis. respondet, quòd loquitur in pœna, quę medicinalis est, de senten. excommun. cap. j. lib. vj. & spiritualis. & sic difficiliùs tollitur, de transact. c. 2. in prin. facit, quod scripsi de appel. præterea. ij. in glo. hodie non debet. ad fin. Vianisius loquens de condemnato, non de bannito, qui ante solutionem impunè offendi poterat, sed soluerat, condemnatio vigebat, tenet nõ puniri offendentem pœna ordinaria, sed sic arbitraria: quod vide ĩ. super rubrica de solutionibus. Et sciendum, quòd quæstionem huic affinem disputauit iuuenis doctor magnæ scientiæ do. Bartholomæus de Butrigariis, quærens super nouum statutum de bannitis, qui intra mensem soluent certam summam communi: censentur à banno & eius pœna exempti: & bãnitus interim vulneratur, & postea intra terminum soluit, an vulnerans sit puniẽdus? Primò vide diuersitatẽ casus: quia iste ex verbis legis nõ egebat cãcellatione: vnde si tales terminos habuisset q̃stio proxima

non

non fuisset dubia:qa ꝑ satisfactionem fuisset exemptus Hoc ergo maleficiũ ꝓcessit solutionem,aliàs nõ esset dubia:ibi secutũ fuit. Tenuit autem,ꝙ aut beneficium trahetur ad tempus solutionis: aut eõ solutio ad tempus beneficij.Ex primo aũt remanet delictum impunitũ:ex secũdo venit puniẽdũ:ergo ꝑeligendũ est fm, cùm publica vtilitas exigat maleficia puniri. extr.de sent.exc.vt famæ.& ibi ꝯcor.inducit inter alia l.sufficit.ff.de cond.indeb.æquiparat.n.conditionem superueniẽtẽ ad actũ purum,ac si à principio fuisset annexa.Sed certũ est,ꝙ si sic bãnitus fuisset, ꝙ soluendo intra tale tẽpus tantũ censeretur exemptus,interim ꝑ potuisset impunè offendi:ergo idẽ hoc casu. Bona & partim ẽt similis est alia ipsius Ia.quæstio,quæ incipit,statutũ est.ponẽs statuto ciuitatis caueri,ꝙ nullꝰ bãnitus debet esse consul,vel in aliquo officio:Titius bãnitus electus fuit ad officium per eum,qui habuit Breue,sed ante tp̃s intrãdi ad officium exemptus fuit de bãno:quærebat,an deberet recipi ad officiũ?subdebat,sed si non esset recipiendus,an eligens possit alium eligere?tenebat,ꝙ nõ.Et hãc nõ prosequor:quia est extra ꝓpositum:& quia expedita per decr.de elec.si cõpromissarius.lib.vj.In prima q.ꝓ Titio inducit verba statuti,quæ non ꝓhibent eligi ad officiũ:sed ne sit ĩ officio. Iste aũt tempore,quo assumit officium,non erat bãnitus:ergo,&c.Nam esse consulem,vel officialẽ.est consulere reipublicæ ex officij debito.ff.de orig.iur.l.2.§.exactis. Quòd sic post ingressum beneficij,& nõ priùs,ff.de condi.& demonst.l.Publius.j.respon. Valuit igitur electio,cũ nõ sit ꝓhibita,nec exaggerandæ sunt pœnæ , ff. de decurio.generaliter.de reg.iur.in pœnis,li.vj.Item ꝯceduntur sponsalia,vbi nõ ꝓhibetur matrimonium,ff.de rit.nup.si qs officium.& de sponsa.in sponsalibus.2.de desp.impu.c.vno,li.vj.Pro Titio ẽt facit lex,quod ita ff.de ędil.edic.Inducit etiam,in multis conualescere in principio inualidum,ex quo peruẽtum est ad casum,à quo incipere potuerunt.In contractibus patet,C.si ma.fa. l.fi.& de ꝯc.iudicum,l.j.In codicilis,ff.de le.3.l.j.post prin.In hæredis institutione,in auth. vt cùm de ap.cognos.§.generaliter.Et in datione libertatis,C.de his,qui ad lib.p.nõ pos.l.j.ff.de pœnis, l.fratres.& in legato,ff.de leg.3.si deportati.& de reb.dub. si cognatis.Et in tutoris datione,ff.de tute.furiosus.Et in datione iudicis,ff.de iud.cùm furiosus.Et in electione ad honores,ff.de nun. & hon.rescripto.§.debitores.Soluendo tenet ꝯrium,dicens hęc tria inofficiali ponderanda,electionem confirmationem,& exercitium officij.Probat autem, ꝙ consul & ꝓconsul habent hoc nomen,etiam priùs quàm sit egressus vrbem,& ante quàm ad prouinciam sibi decretã perueniat,ꝑ l.ff.de offi. ꝓcons.ad idẽ de cõsul.l.pe.lib.xij.adiuuat hoc ꝑ l.j.C.de magist.municip.ff.de mu. & ho. si quis magistratus.vbi nomen Magistratus,habet electionẽ, datoꝙ resistat.facit ff.de admi.tut.quidã.§.fi. & ꝑ hoc dicit solui primã obiectionem ꝯriam,quia nomen habet ex electione.Item cùm ꝓhibitus esset:ergo eũ eligi ꝓhibitum erat,cũ per electiõẽ veniatur ad id,ff.de sponsalibus,oratio.& venit illud generale,vt aliquo ꝓhibito ꝓhibitum dicat omne,ꝑ quod puenitur ad illud, ff.de fideiusso.cũ lex.C.de nat.lib.l.legẽ. & de vsur. rei iudicatæ,l. fi.Ex quibꝰ concluditur,ẽt electionem fuisse cõtra statutum,nec habilitate superueniente potuisse conualescere. Puto ꝙ resistes per solutionem contrarij,quam dedi post Dy.in reg.nõ firmatur. lib.vj.circa leges allegatas,ꝓ prima parte ad l.oratio.s̃.ꝑx.allega. qua distinguitur inter causam impedimenti ꝑpetuam & temporalem:sed optimè iuuatur auctor,& quem,& cuius scientiam dilexi.per.l.sufficit.ff.de cond.indeb.vt scilicet sufficiat, ꝙ poterat esse ꝑpetua.Item circa principale dictum iuuatur peroptimè per dec.de elec.cùm in cunctis.§.inferiora.coniuncto fine capituli,ibi,cp̃s autem.vbi patet,ꝙ Lateranense concilium,licet circa episcopales dignitates prohibitionem fecerit electorib.circa inferiores,illam fecit solum à præsumptis,dicendo,inferiora,&c. nullus omnino suscipiat, tamen ꝑ illam intelliguntur ꝓhibiti etiam eligentes, vel conferentes,vt patet in fi. vbi puniuntur , licet ibi aliter non ꝓhibiti. Quod allegatũ fuit de cõualescentia certorũ casuum,non ꝓficit:quia illa sunt specialia in casib. expressis contractum,codicillorum,libertatum,&c. & sunt ꝯ regulas vtriusq; iuris,ff.de reg.iur.quod ab initio.& l.pe.e.ti.non firmatur.lib.vj. Cùm tractauerimus de electione per breuia,vel sortes in Italia visitata,sed plus cùm regebant communia ciuitatum.pone quæstionem Guid.de Suza.quam post eum habeo super l.nominationes.C.de appel.& est talis : Prohibet statutum iuratum bannitos esse de concilio ciuitatis,quo dantur breuia,vel sortes : & decernit,quòd si aliud fuerit per eos actum non valeat,& certam pœnam soluant:bannitus interfuit,& habuit breue,& elegit officialem, qui iurauit , & officium iuxta morem ad tempus exercuit: nunc opponitur ei de statuto:quæritur,an sit remouendus?& qd de gestis per eum?tenet,quòd est remouendus , tamen per eum gesta valent. Ad secundum,quod est breuiùs,alleg.l.Barbatius.ff. de officio præsidis,& l.j.C.de testa.cum simil.scilicet C.de sentẽ. & interloc.l.ij.ff.ad Maced.l.3.de sup.leg.l.3.in fi.de testa.ad testium §.j. Ad primum principaliter allegat præalleg.l. nominationes.C.de appel.quæ habetur 2.quæst.vj. ante.§. diffinitiua.& l.si constat.ff.eodem tit.de appel.& quia factum contra legem,C.de legib.l.non dubium.maximè iuratum,& sic seruandum, cùm nõ vergat in periculum animæ, extrà de iureiur.c.j.si verò. & c.cùm contingat.nec est via aperienda periuriis, C.de indi.vidui.l. 2.in fin.extrà de iureiur.ca.penultim. Nec obst.quòd gessit officium. Nam & tutor post gestionem remouetur,ff.de suspect. tu l.hæc enim,§.fi.Duas nunc quæstiones coniũgam, quæ respiciunt filios bannitorum,& prima Lamber.de.Rampon.& incipit,statutũ est in ciuitate.quando per statutum filiofamiliàs homicidium ꝯmittente & bannito,quia non comparuit,pater tenetur designare partem bonorum & domorum suarum communi ꝯputata ꝑsona ipsius patris in numero filiorum pro vno capite , quæ pars destruatur,& destructa remaneat in communi:quæritur,an filiofamiliàs propter homicidium bannito,& demum mortuo,pater partem illam designare teneatur,cũ in bãno fuerit expressum,ꝙ bona eius destruẽtur,& destructa & publicata remaneant in cõmuni?secũdum Iaco.de Are.& incipit,pone,ꝙ statutum tale est. cùm ex forma statuti bona banniti pro homicidio fuerint diuisa inter commune & eius filium , & postea bannitus habuit secundum filium & vxorem:& ipse pater mortuus est:quæritur,an filius ipse petere possit partem bonorum diuisorum inter commune & fratrem?In prima disputans tenuit, obiectum mortis obstare : nec ex verbis banni sufficienter factam ademptionem bonorum: motus his rationibus petitionis & publicationis & contra formam iuris,saltem in eo, quod de destructiõne dicitur,ff.de ꝯhend.emp.senatus. De publicatione patet C.de bonis damnatorum,authent.bona.Item apertius est contra ius, ꝙ ex delicto filij procedatur in res patris:C.ne filius pro patre,per totum.Item ꝙ cogitur pater filio dare partem,C.de nat.lib. l.fi.Item apertius est contra ius,quo filiofamiliàs delinquente,casu, quo erant publicanda bona delinquentis,tamen non publicatur castrense peculium filij,sed remanebit illæsum apud patrem,C.de bon.dam.l.si filius,& hîc,quod peius est, agitur de publicatione rerum paternarum ex delicto filij.Et ex his rationibus dicit ad rem distinguẽdum, vt tot legum contrarietates vitentur.Si autem ingressus fuerat hãc partem,si reus decedit ante accusationem,perit crimen priùs cum pœna: si post accusationem pendẽte iudicio,pereunt acta,& crimen cum pœna extinguitur hæc patent C.si reus , vel accus.mor.fue.l.j.ff.de public.iud.l.publica accusatio. & l.defuncti.Si autem accusatus moritur lata sententia cõdemnatoria & appellatione pendente,tunc distinguitur,an expressè bona fuerint adempta,an non.vt C.si pendente appel.mors inter.l.3.&,si reus, vel accus.mor.fue.l.fi.Si autem decedit accusator accusatiõe pẽdente etiam pereunt acta, & datur cæteris licentia repetendi intra certos dies,ff.de accus.libellorum.in fi.Si moritur post latam sententiam appellatione pẽdente,acta etiam pereunt: quod dic. vt no.in præd.l.publica.& l.fin.C.si reus, vel accusator mor.fue. Videat modò studẽs,sub quo ex prædictis articulis includatur defunctus,de quo quæritur:& ꝯstat,ꝙ nec sub primo,nec sub secundo,sed adaptatur tertio.Probat demum expressam bonorum ademptionem per verba banni factam non fore:quia dictum fuit, quòd bona sua destruentur,&c.debebant dicere, quòd pater designaret sibi partẽ,&c.vt in statuto.nam verba illa Bona sua.non cadunt in filiumfamiliàs,cùm bonorum appellatio alia ciuilis,alia naturalis.Ciuilis designat bõa fide possessa ex empto,vel aliter licet sint aliena. Naturalis, cùm possidemus, quæ dominij nostri sunt,ff.de ver.sig.bonorum.in prin.& §.in bonis. Ad in filiumfamiliàs neutra istarum cadit.ff.de acq.pos.l.possessio quoque.§.q in aliena,&eo.ti. quicquid filius.Hinc est,quòd in hypothecaria probandũ est rem fuisse in bonis,id est in dominio debitoris:nec sufficit possessio:& in hoc differt à Saluiano interdicto, ff.de pig. l.j.§.cũ ꝑdium.in fi.& l.quæ nondũ.§.quod dicitur. facit ff.de acquir.rer. dom.l.statuas.& l.rem in bonis.Ergo ꝑempto crimine, cùm bona expressè parte adempta non fuerunt, pater non tenetur designare partẽ.¶In secũda qõe disputatur,ꝙ cùm pater bannitus fuerit ex cã.qua debuit deportari, cùm bannum deportationi successisset, ff.si quis cau.si eum.§.qui iniuriarum. & ff.de infa.quid ergo.§.vlt.& de public.iud.l.infamen.& sic desiit habere filios in potestate,Insti.quib.mo.ius pat.pot.sol.§.cùm autem. iste filius cõceptus est natus post bannum, nec à communi,nec à fratre aliquid petere poterit.nã cõe eũ repellit, per l.2.ff.de sent. pas.& de accus.l.ex iudiciorũ.Putat tamen,ꝙ si cõe non appreheẽdit bona,licet illa deuastauerit. poterit ille ingredi possessionem illius partis,ac ẽt illa vendicate ab iniustè detinẽte.allegat ad prædicta ff.famil.ercisc.l.Luciꝰ. ff.de inoffi.test.l.mater decedens.Et si frater vellet habere partem ĩ bonis deuastatis,id posset,cõferẽdo partẽ,q̃ habuit de concepto:post bannũ dixit,quia si priùs cõceptus

ptus fuisset,licet pôst natus,quo ad partẽ fratris,dicẽdũ vr̃ ꝓrium, per l. qui in vtero.ff.de statu hom.Fatetur tñ,ꝙ si relegatus tantũ fuisset,vel minori pœna bannitus,cùm retineat filios in potestate,filiꝰ qñcunq; natus succedit cũ aliis ex testamẽto, & ab intestato,ff.de inter.& releg.l.3.& 4.& l.relegatorũ.§.j.& Inst.quib.modis ius pat.po.sol,§.relegati.Et scias,ꝙ homo bonus ad literã mouit hãc quæstionẽ in relegato decedẽte ab intestato.Et tenet idẽ, ꝙ filius pòst cõceptus & genitus admittatⁿ ad partẽ bonorũ cũ fratre,dicẽs expressum,ar.ad hoc C.de inof.do.l.si totas.& de reuoc. don.si vnquã.Et subdit,ꝙ partẽ petet,ſm quosdã,ꝯditione ex illis legibus,vel ſm alios,per vtilẽ in rẽ actionẽ,C.de reuoc.do.l.his solis.vel ſm eũ,petet per officiũ iudicis, vel per actionẽ in factũ: quia hoc æquitas suggerit,ff.de præscriptis verb.l.quoties.vel cõditione ex illa lege municipali.Elegans Oldradi qõ se offert, ponẽs duo statuta Paduana,quorũ vnũ p̃mi at capiẽtẽ & præsentãte bannitũ ad mortẽ:aliud punit euntẽ in alterius territoriũ,vr̃ districtũ ad aliquẽ capiendũ. Titius sic de Padua bãnitus habitabat in finibus districtus Paduani: ad quẽ capiẽdũ ibat Senẽsis:quo viso Titius arripuit fugã,quẽ Senẽsis insecutus est ĩ districtu Paduano,& demũ Veronæ cõtiguo,ibi illũ cepit, & præsentauit Potestati Paduę:querebatur,an sibi pœna,vr̃ præmiũ deberetur?Soluendo tenet,ꝙ debetur pœna,& ipse eloquẽtissimꝰ ornauit verba Salomonis:quib.mutatis inchoando ab vltimo dicit esse casũ in l.quis sit fugitiuus.§.idẽ Cælius scribit.ff.de ædil.edic.declarat, ꝙ tota lex vsq; ad §.idẽ ait.tractat de illo,qui cõsummauit fugam vbi inchoat tractare de illo,q̃ est in actu fugiẽdi:& dicit, ꝙ si non p̄t dominũ in sequentẽ euadere,nõ est fugiens.allegat §.idẽ Cælius scribit.Quæstioni,qũo p̄t seruus in ipso actu fugiẽdi dominũ ĩ sequẽtẽ euadere,respondet pp facti impossibilitatẽ,vel difficultatẽ:exponit gl.vt q̃a fugit ad inimicos domini:subdit textus, multò magis fugitiuus est,qui se confert,vñ adduci possit: dicit gl.ꝙ propter eius loci priuilegiũ,vt Ferrariæ,forsan habet, vel habuit Ferrariæ priuilegiũ pro fugientib.ad suũ territoriũ:& iste est casꝰ noster,secundũ eũ,qui ex iure loci nõ debebat illud ingredi.Cõfirmat aũt hoc per l.si filius.§.fi.ff.ad Mace. Ante id dabat prosam talẽ:qñ aliquid inchoatur sine culpa & pœna,si deducatur ad statũ ex sui natura punibilẽ,punitur inchoans,si persistat, cùm sine facti difficultate,& iuris pœna desistere potuit:sed sic fuit hîc: ergo,&c.probat hãc p l.qui cùm maior.j.resp.ver.certè si aboliti,ne.ff.de bon.lib. Tertiũ vide apud eũ.Primã sic declaro:Certũ est ꝙ existens in fuga,cõdictio p̄t in eius damnũ variari.casus est legi si quis in seruitute.ff.de fur. vbi seruus fugiens cũ furto ante quã pueniret ad locũ destinatũ,factus est liber putã,vt dicit gl.q̃a euenit ꝯditio,sub qua fuerat manumissus.Sic isti fugienti per ingressum territorij Veronẽsis cõpetere cœpit libertas ꝯ insequentem Facit demum conclusionem.quã sumit ex no.in l.talis scriptura. ff.de leg.j.in vlt.gl.Inducit ad hanc partẽ,ꝙ verba secundi statuti clara sunt.Itẽ certa est limitatio locorũ,& certa illorum trãsgressio,& sic nulla iuris quæstio.C.de fur.ancillæ.Nec prodest principiũ licitũ:quia propter misturã recipitur,quod nocet,vt no.ff.de regula Cat.& ibi ꝯcordãtiæ.Itẽ ꝯstat effectũ secutũ in loco prohibito.Itẽ finẽ &consummationem actus distincta mutatione loci à prĩcipio:&sic ex illo loco distĩcto principio,licet licito,legẽ nõ assumit.allegat ff.si seruitus ven.sicuti.§.Aristo.ad leg.Aquil.quẽadmodũ.in prin.sic cessat perfectio rei,altero priùs illã apprehẽdente,ff.de acq.rer.dom.naturalẽ.§.illud.& l.in laqueũ.Itẽ parificãtur excessus ĩ modo,& excessus in loco,Inst.de actio.§.huic autẽ.Sed excessus in modo punitur,C.vnde vi,l.j. Ergo & excessus loci.facit ff.de adul.si adulteriũ.j.§.Imperatores.vbi no.qui plꝰ fecit,quàm debuit.Nico.de Mata.in q.quæ incipit,quidã inculpatꝰ inter alia duo tractat:an s.bonis damnati pro homicidio expressè publicatis,sint publicata,quæ habebat extra districtũ publicantis & quid de postea acquisitis,cùm ipsi bannito superuenerit hæreditas?Ad primã,ꝙ nõ veniant,alleg.ff.de bo.auctor.iud.possid.cũ vnus.§.pen.ff.de tu.& cur.dat.ab his.l.antepen.& ibi concor.ff.de of.præsi.l.3.de offi.præfe.vrbis,l.fi.De vinculo personali patet ff. de interd.& releg.sicut aũt.De loco,ea l.§.interdicere.De executione patet ff.de re iud.à diuo Pio.§.j.Soluit distinguendo, aut iudex,qui publicauit,habet iurisdictionem à iure cõi,& secundum ipsum iuscõe,&eius ordinẽ pœnã imposuit:aut vterq;,vel alterũ à lege municipali processit.Primo casu publicatio & omnis nota quæ pœnã sequitur,secundũ iuris cõmunis ordinẽ extẽdetur.In corporatio aũt fiet per officiales illius territorij, in quo sunt bona,per d.l.à diuo Pio.§.j.& per l.cùm vnus.§. pen. vt & ibi no.Inducit ff.de admi.tu.tutores.§.hæredes.de bonis vac.si quando. & l.si facta similitudine.ꝙ plures tutores vnum pupillum repræsentant,ff.de pact.si plures.§.j.Et si sunt diuersarum prouinciarum,vnus facit administrãda designari illi tutori,qui res illius prouincię administrat,vt in d.§.hæres.Sic plures officiales in diuersis prouĩciis deputati repræsentant vnum fiscum,cui delata secundum diuersas administrationes,vel prouincias cuiq;cõpetũt ministrãda vt in d.l.de bonis vac.& de bonis proscrip.si quis post.Cõstat autem,ꝙ ciuitates Italiæ sibi vẽdicãt iura fiscalia,& iurisdõnẽ hodie diuisam in illis per ciuitates,sicut olim per prouincias.Et ad hanc partẽ solutiõis pertinet,quod scripsi in dec.cùm secũdũ.de here. lib.6.in fi.magnæ gl.Secundo casu,qñ publicatio facta esset legis municipalis virtute,quæ iurisdictionẽ dat,vel pœnã statuit,vr̃ facit vtrũq;,tunc dicit,publicationẽ nõ extendi ext.illa loca,q̃ sunt de iurisdictione & potestate illius legis,per iura priùs alleg.&per l.neq;.C.qui dare tu.vel cur.pos.& hoc,quo ad bona.In pœna afficiẽte ꝑsonã distĩguit.Nã aut afficit respectu loci,putà restringẽdo ad certũ locũ:& tũc nõ extẽdit merã iurisdictionẽ iudicantis, nisi causaliter,vt in d.l.relegatorũ.§.sicut.& §.interdicere. & seq. Aut nõ afficit respectu loci?& tũc si continet iurisdictionẽ facti, putà ne exerceat aduocationis officium: & tunc non excedit iurisdictionem iudicantis,ff.de postul.ex ea.Aut infligit impedimẽtum iuris:& tunc aut est cõis notæ,quæ sequitur casum:& tenendũ est,quod s̃.Aut ratione notæ,quæ sequitur pœnam: vel ratione expressionis in ipsa sententia factæ & his duob.casib. seruatur distinctio dicta in publicatione bonorum, an iure communi, an municipali,&c.vt s̃.in 2.q.no.pro bannito,ꝙ bona sua fuerũt publicata,istud tẽpus sententiæ demonstrat, ff.de auro & ar.leg.l.si ira.de verb.obl.si ita stipulatus.§.j.Ex significatione igitur verbi, cui stãdũ est.ff.de le.3.nõ aliter.nõ veniũt futura.Inducit similia ff.de arb.de his.& de transf.qui cũ tut.ad fi.de dam.inf.&c. damni.§. si is.in fi.ff.de cõtrah.emp.l.in pignore.de pig.fideiussor.§.f.in legato filiarũ,ff.de leg.j.l.qui filiab.Hoc ergo idẽ in pœnali suadet, ff.de pœ.interpretatione.& in odiosis,l.cùm quidã.regula,in pœnis.& regula,& cuius.&regula,odia.li.6.Et p̄t.ſm eũ,casus dici casus,ff.mãdati,si mãdauero.§.si is,cuius.Sed ad ꝓriũ,quod sæpe dictũ est,tale bãnũ succederet deportationi.Itẽ ꝙ passus mediã,vel maximam capitis diminutionẽ,ciuitatẽ,cognationẽ,& ea,q̃ iuris ciuilis sunt,perdit,Inst.de capitis diminut.§.j.& 2.ff.e.ti.l.fi.Itẽ sũmè iuri placet,ꝙ pœna correspondeat culpæ, ff.de pœnis,respiciẽdũ.in prin.& l.hodie. Sed interpretatio,ꝙ ꝓ homicidio bannitus habeatur pro deportato, talis est, vt saltem ciuiliter vitam ꝑdat,qui alienam vitam extinxerit.&hoc est posse tenus punire:in quo peccauit,C.communia de suc.omnꝯ speregrini.in fi.&leges municipales nõ recipiunt iuris intellectum,ff.de mu.& ho.vt gradatim. in prin. Pro danda solutione orditur ab alto specificãs circa ix.species pœnarũ aliter,quàm scripserim in dec.qualiter 2.de accu.super verbo,diminutionẽ capitis.& in hoc residet,ꝙ bãnitꝰ propter homicidiũ,siue bannũ,dicatur pœna delicti,siue ꝯtumaciæ:& testari p̄t,& ex testamẽto capere,& omnia retinere,quę ex presse nõ sunt adẽpta,vt in l.relegati.ff.de interd.&releg.Inducit ff.de testa.l.eius q.§.legati.Nec obst.eo.ti.l.3.vbi dicitur,quòd testamẽti factio publici iuris est.nã ĩtelligitur,vt ibi no.nõ ꝙ sit officium publicum, vt aliàs:quod patet in fœminis & in minoribus xxv.annis,qui testari possunt,sed nõ publicis officiis fungi, de re. iu.li.6.de mu.& hon.ad rempublicam.In questione autem tenet ꝙ bonorũ publicatio nõ extenditur ad postea quæsita,ꝑ præ. l.si mãdauero.2.ff.mand.§.is cuius.& de pœnis,felicis.§.verùm cùm lib.6.Gradũ septimũ duę tenent quæstiones,& præsupposito statuto.ꝙ querelæ bannitorũ non audiantur,& quòd impunè possit offendi,pono bannitum pro rapina accusari de homicidio,qui securatus per iudicẽ venit:deposuerunt testes ꝯ eum quos accusat de falso:quæritur,an per statutum repellatur accusatio?& hęc fuit Francisci de Matarellis,& incipit,statutum estPaduæ.Vel pone,iudex contra eum tulit iniquam sententiã:quæro,an in syndicatu iudicis de hoc conquerens banno durante audiatur? & hæc fuit pars quæstionis domini Nicolai Capocij de Vrbe, & incipit, statuto ciuitatis Romæ. In prima ad negatiuam allegantur verba statuti,quibus standũ est,ff.de exercit.l.j.§.is qui nauẽ.& maximè in statutis,quæ sunt stricti iuris,non numerata inter bonæ fidei,Inst.de actio.§.actionũ.& sic verbis standũ,ff.de verb.obl.quicquid.& maximè,quia iurata,ext.de iurei. si verò.&sic generaliter sumẽda,ff.de Publicia.de pretio.Itẽ pendente accusatione accusatus non accusat,C.qui accu.non pos.neganda. ff. de pub.iudi.is qui.In ꝓriũ prosequitur iste suã iniuriam:& hoc est se defendere Nã probata falsitate testiũ,etiam lata sñia retractaretur, vel ipso iure,vel per restitutionem in integrum:de quo plenè dixi ext.de excep.cùm venerabilis.super gl.pe.Fortiùs ergo debet ĩpediri fiẽda ff.de superfi.l.j.§.q ait.& defensio ꝯceditur ei q nõ p̄t agere,extr.de iud.intelleximus.de excep.cùm inter priorẽ. ff. de iure fisci, Imperatores.pp quẽ ẽt licet occidere,ff.de iusti.& iur.vt vim.& ĩ cle.de homi.c.vni.inducit ẽt ff.ex qui.cau.in pos.eatur,l.ad cognitionem.& quod ibi no.Item quod non liceret ꝯ accusatorẽ,non liceret contra extraneũ,ff.de public.iud.is qui reus.& ff.de bon.liber.qui cùm maior.§.si libertus.Soluit,ꝙ si accusat accusatorem ꝙ corrupit & produxit falsos testes,admittetur q̃a hoc ꝓpriè est

24 ¶ † In summa nota, quòd accusator in probatione deficiens, eo ipso calumniari præsumitur, vt C. de aduoc. diuer. iud. l. j. cum cõcor. & ij. q. 3. qui non probauerit. Ar. contrà ea. q. Paulum. & ff. ad Turp. l. j. §. j. & mulier. C. de cal. qui nõ probasse. l. ij. de adul. quanuis. 2. & l. iure mariti. Sed illa, & similia casualia sunt, secundum Io. & Azo[a]. Tu distingue: nã si quis accusat ex iusta causa, quam tñ probare tenetur, putà marit⁹ ob dolorẽ aliquẽ accusat de adulterio, si desistat, nõ videtur calumniari, nisi eius calumnia appareat euidenter, vt ff. de adul. l. is qui. & C. e. l. seruus. & in p̃. l. q ñ ꝓbasse ille habuit iustã causam accusandi, & in c. Paulũ. Idẽ, si ob suã, vel suorum iniuriã, vł necessitatis cã id faciat, vt C. de cal. l. ij. & l. cùm patern

ADDITIONES.

5 j̃.§.prox.versi.si autem inquiratur.& versi.hac igitur.¶† Vtrùm autem propter scandalum alicuius tollendum,vel etiam propter periculum vitandum,putà in hæresi,possit sine infamia in inquisitione procedi,not.secundum Papam,extr.de simo.licet He-
d li [d].ꝑp suspicionem autem regis,vel aliorum dñorum,potiùs est indicenda purgatio,quàm inquisitio facienda,vt j̃.§.proxim.ver.
6 cæterùm.¶† Licet autem non debeat regulariter ad inquisitionem ordinariam procedi,nisi infamia præcedẽte,vt infra.eod.tamen cùm episcopus vel archiepiscopus visitat,licet nulla infamia præcesserit,bene potest gradatim & summariè inquirere sine iudiciali strepitu de vita & moribus clericorum,vt eos corrigat,vt extra.de cens.Romana.§.sanè.x.quæst.j.capitul.placuit.& argum.extr.de accus.sicut olim.quæret enim à populo,quomodo se clerici habeãt:& si fortè inuenerit super aliquo ĩfamatum, vel suspectum rectorem,vel alium,poterit tunc inquirere,an ex eo veritas infamiam comitetur:nec ille poterit appellare ex eo, quòd inquiritur contra eum non infamatum.potest enim quilibet ordinarius,sicut prædixi,de fama inquirere subditorum:& in
7 famia reperta,super criminibus veritatem inquirere.¶† Vnde si certum sit aliquod crimen esse in parochia commissum,putà virginem esse violenter oppressam,vel aliquem esse de possessione eiectum,ignoratur tamen quis fecerit,si sit contra aliquem suspicio,bene poterit contra eum inquirere ordinarius,licet infamia non pręcedat,vt extra.de off.ordi.capitul.j.extr.de iureiur. ad nostram.2.in fi.& no.ext.de diuor.porrò.nec ille ex hoc poterit appellare.procedit enim iudex,ex suo officio,quo tenetur ꝓuinciam suam purgare malis hominibus,& aliis malis,vt s̃.versi. 4.aliter autem regulariter ex hac causa appellari non potest. de quo dic,vt s̃.§.prox.versi.item ꝙ est sibi.& super hoc,& de inqsitione,quæ fit contra incertam personam & maleficio flagrante dic,vt j̃.de no.crim.§.j.ad fi &adde hîc,quod no.j̃.§.proxim.ver. sed vt præmissa.Fit quoque quandoque inquisitio nulla infamia præcedente,vt j̃.§.proxim.ver.in summa.& versi.hoc autem.
8 ¶† Quòd si is,contra quem debet inquiri,contumaciter se absentet,nihilominus testes recipi debent,extra.vt lit.non contest.
9 quoniam.§.sunt & alij extra.de accus.qualiter.2.§.debet.¶† Vt autem compendiosam in hoc articulo tradam doctrinam,notandum est,ꝙ inquisitio alia est præparatoria alia solẽnis,de qua plenè dicetur j̃.§.proxim.per totum,& maximè versus fin.& versic. sed vt quæ præmissa,&c.Præparatoriam,quam alii,vocant ordinariam,facit prælatus,cùm visitat loca suæ iurisdictioni subiecta: & de hac habetur in præ.capitul.Romana.§.sanè.& §.seq.& x.q. j.placuit.vbi colligitur vtrunque membrum huius distinctionis. tunc enim proposito verbo Dei prælatus visitans debet inquirere de vita & conuersatione ministrantium,& etiam laicorum,q̃-
10 rendo de laicis à clericis.† Et etiam ab aliis laicis,vtrùm bene veniant ad ecclesiam & diuina,ext.de hom.Ioannes.& an semel ꝯfiteantur in anno,vel eucharistiam recipiant in paschate,vt extr. de pœ.& remis.cap.omnis.& de ꝯse.distinct.2.& si non frequentiùs.& an sint aliqui incestuosa ꝯiunctione matrimonialiter co-
e pulati [e],vt 3.quæst.v.ꝯsanguineorum.vel an sint aliq occulta ꝯuenticula celebrantes,vt ext.de hæret.cum ex iniũcto.& C.de epis.& cler.ꝯuenticula.vel an sint ibi aliqui homines scelerati,vel adulteri,vt extra.de off.ord.capitul.j.vel vsuras,seu baratarias exercentes,vt extra.de vsur.quoniam.& 14.q.4.de hoc quoque.&
11 per totum:& sic de similib.¶† Item debet à laicis q̃rere de clericis,an surgant ad matutinas ante auroram,vt extra.de celeb.miss. dolentes,quem ordinem & formam in baptizando,& in celebrãdo,& in aliis officiis ecclesiasticis seruẽt,in præ.ca.placuit.& de vita,& moribus,& aliis multis,q̃ collige in forma inquisitorij posita s̃.de teste,§.nunc tractandum.prope fin.versic.porrò in causa. Quòd si omnino bene agant,& viuant,gratias agat Deo,vt in præ.c.placuit.si verò aliqd sinistrum de aliquo ex clericis audiat, eos instruat:nec debet,cùm res est incognita,ꝯtra illos attendere,vt lxxxvj.distinct.si quid verò.& extra.de simo.licet Heli.
12 † Quia facilis est,qui de facili credit,vt xj.q.3.in cunctis.non.n. debet delectari in infamia subditorum,vt extra.de accus.ca.licet. xcvj.dist.in scripturis.sicut qdam faciunt,dicentes populo publicè,dum visitant,si qs aliqd sciat de rectore,vel clericis,dicat mihi & ego sic & sic faciam,& puniam.nam satis sunt laici clericis semper infesti,2.quęst.vij.laicos.imò eorum infamatio,vel accusatio audiri non debet,vt ibi,&ea.q.sicut.& c.seq.Vnde secretè cum aliqbus de parochia fide dignis inq̃rere debet,nec debet passim recipere chartulas,quas frequenter rustici ꝯtra suos rectores clanculo offerunt,vt probatur j̃.§.prox.vers.hac igitur.& xj.q.j.sacerdotibus.Quòd si fortè id probabiliter credit,debet ab illo q̃rere, qui hoc dicit,an ille sit super hoc publicè infamatus:& si dixerit, ꝙ sic,quęrat qualiter scit:si dicat,ꝙ audiuit,q̃rat,à qbus,&à quor. nam ꝑp dicta paucorum non debet dici infamatus,vt ext.de acc. inqsitionis.ad fi.quærat etiam,à quibus audiuit,vtrùm à maleuolis,vel maledicis,vel ioculatoribus,vel aliis vilibus.quo casu nõ procedetur contra taliter infamatum,vt s̃.& j̃.dicitur,& quoties. quod dic,vt suprà §.j.versi.item ꝙ tantùm est semel.sufficit tamẽ si testis dicit,audiui à prouidis & honestis eum tale quid commisisse,& suspicor eum fortè super hoc apud bonos & graues diffamatum.His autem sic concurrentibus,potest tunc descẽdere superior ad inquisitionem solennem.vt in præ.§.sanè.ibi,super his inquirant solenniter,&c.in qua seruabitur forma tradita in præ.
13 cap.qualiter.2.& j̃.§.proxim.¶† Differt tamen hæc præparatoria,& illa solennis.nam hæc fit sine exactione qualibet iuramenti,& in genere:&hanc etiam facit metropolitanus suam prouinciam visitando,vt in præ.§.sanè.& etiam visitatores à prouinciali ꝯcilio deputati,q debent singulas diœceses visitare,&de plano inq̃rere,q̃ correctiõis & reformatiõis officio nouerint indigere, ext.de accus.sicut olim.Ideo enim præmissi iuramenta non recipiunt,qa inquisitores nullam iurisdictionem habent,neq archiepiscopus aliquam immediatam.Quãdoque tamen præparatoria fit cum iuramento:putà cùm eam facit episcopus inter subditos: vel delegatus,cui est commissa inqsitio,q primò inqrit de fama eorum,ꝯtra quos est inquisitio facienda,vt in præ c.inqsitionis.
14 §.fin.¶† Solennis verò fit semper cum iuramento,vt eod.titul. qualiter.j.& c.sequent.De hac videtur loqui propriè decre.extr. de offi.ordin.perniciosam.& lex ff.de offi.præsid.congruit.Item hæc præparatoria potest locum habere,cùm certum est,maleficium esse commissum.vt v.q.j.quidam.sed qs commiserit,ignoratur,vt in præ.c.perniciosam.& s̃.ver.licet autem.Item locum habet etiam,cùm certum est,quibus commiserit:& maleficio flagrante fit inquisitio,vt j̃.de no.crim.§.j.ad fin.Item locum habet cùm contra aliquem commissa sit inquisitio iudicialis,& ipse negat se esse infamatum.tunc enim per iuramenti exactionem poterit inq̃rere delegatus,vt colligitur in præ.capitulo,inqsitionis.
15 §.fi.& dixi s̃.Sed obiicies.† nam reus infamatus erat apud delegantem

ADDITIONES.

a C.vnico.¶& in §.si publico.superiùs alegato,& 2.q.j. de manifesta.

b Ad nostram.¶2.& ibi scripsi super gl.pe, ADDE,an super vsuris possit inq̃ri,Bal.cons.lxvj.3.li.Nota tu ex hoc ver.& vers.licet infrà eodem §.quòd vbi habetur suspicio,etiam sine infamia potest fieri inquisitio etiam contra certam personam:ad quod vide Rotam in antiq.decis.decls.201.

c C.inquisitionis.¶Roffred.cuius fuit ferè tota pars superior eodem tit.in prin.hoc fatetur, sed resistit dicentibus,quòd inquisitio iure canonico sit inuenta.

d Licet Heli.¶Sed illud scripsi in dec.qualiter.2.super versicul.periculo.

e Matrimonialiter copulati.¶Hodie ipso iure sunt excommunicati,si scienter contraxerunt,per cle.eos qui.de consan.& affi.ADDE,quod voluit Roma.consil.406.

gantem: aliàs autem nõ commisisset inquisitionem: ergo delegatus non habet inquirere de fama, sed de criminis veritate: quem debet eadem ratio mouere, quæ etiam delegantem mouisset, vt extra. de rescrip. super literis. prope fin. Sed dic, quòd licet apud delegãtem esset infamatus, vt ille posset statim inquirere, nõ tamen est infamatus apud delegatum: & ideo inquiret de fama, vt extra. de accus. c. cùm oporteat. & not. ii. q. i. de manifesta. s. §. prox. versi. item quòd non sum. quod intellige, vt infrà §. proxim. versicul. quòd si ille. & seq.

SVMMARIVM.

1 Inquisitor debet ad locum, vbi fieri debet inquisitio, personaliter accedere.
2 Inquisitio fieri potest aliquo impetrante & prosequente inquisitionem.
3 Inquisitio qualiter fieri dicatur tam in capite, quàm in membris.
4 Litis contestatio an sit necessaria, vbi fit inquisitio generalis super dispositione ecclesiæ, tam in capite, quàm in membris.
5 Inquisitio super excessibus alicuius personæ singularis, qualiter fieri debeat.
6 Inquisitionem contra singularem personã prosequens, an dare debeat libellum, aut litem contestari.
7 Priuilegium bonæ famæ præstantius est, quàm malæ.
8 Probatio infamiæ quot, & quales testes requirat.
9 Infamiam probare volenti an sufficiat dicere, à duobus audiuisse.
10 Testis interrogatus super alicuius infamia, qualiter respondere debeat.
11 Testibus hincinde productis famam & infamiam probantibus, cui statur.
12 Infamia non dicitur propter dicta paucorum.
13 Inquisitore permistim de infamia & criminibus inquirente, an seruabitur ordo iuris.
14 Inquisitio contra prælatum qualiter, & à quibus fieri debeat.
15 Literæ alicuius infamiam continentes, an sint immediatè credendæ.
16 Prælatus quo casu possit in inquisitione procedere, etiam nulla inquisitione super famam præcedente.
17 Superiori de aliquorum infamia quo casu sit credendum.
18 Reo cuilibet seipsum defendere permittitur.
19 Inquisitores Deum habere debent præ oculis, & sine acceptione personæ procedere.
20 Procedens in inquisitione ex officio, nullo eam prosequẽte, qualiter se habere debeat.
21 Purgatio sequitur inquisitionem.
22 Prælatus dicens alicui, video te infamatum, & c. volo vt te purges, & supersedebo inquisitioni, an sit audiendus.
23 Superior qua via in inquisitione procedere debeat.
24 Inquisitionem aliquo prosequente, an debeat is, contra quem inquiritur, iuramentum præstare.
25 Inquisitionem super monasterijs facere volens, quam formam tenere debeat.
26 Inquisitionem in monasterijs faciens, an interrogare debeat de temporalibus.
27 Inquisitor debet eum, contra quem inquiritur, præsentem habere.
28 Inquisitor delictorum quam formam seruare debeat in criminibus & nominibus specificandis.
29 Reus probare volens contra articulos, super quibus contra eum inquiritur, an sit audiendus.
30 Crimen plenè, vel semiplenè probatum, qualiter sit puniendum.
31 Inquisitionem aliquo promouente, reo autem defendente & negante, an possit iudex in inquisitione procedere.
32 Inquisitore non specificante, qualiter velit inquirere, an is, contra quem inquiritur, possit petere sibi specificari.
33 Inquisitores regulares ex leui causa ab inquisitionis officio remouentur.
34 Iuramentum de non dicendo veritatem, non est tenendum.
35 Inquisitor, cui à sede Apostolica mandatur, vt procedat de plano, summariè, & sine strepitu iudicij, an teneatur iuris ordinem seruare.
36 Inquisitor apostolicus, cui mandatur procedere sine figura iudicij, an teneatur ordinem iudiciarium seruare.
37 Inquisitio diuersimodè consideratur. & nu. 39.
38 Inquisitio diuersimodè fieri dicitur.
40 Purgatio quo casu potiùs sit indicenda, quàm inquisitio facienda.
41 In confirmatione episcopi semper fieri debet per superiorem inquisitio de meritis electæ personæ.

¶ In inquisitione qualiter sit procedendum.

3. §. Viso igitur de præparatoria, in quibus casibus locum hẽat, nunc tractemus qualiter in niquisitiõe ordinaria, seu solenni sit procedendum, ex quo de præparatoria est in præcedentibus prælibatum. Super quo notandum est, ꝙ inquisitio fit quandoque aliquo prosequente, seu promouente ipsam quandoque verò fit ex superioris officio, fama quasi deferente, vt
1 iam dicam. ¶ † Volens igitur inquirere in quocunque de præmissis casibus, debet personaliter ad locum accedere, vbi inquisitio fieri debet, siue sit ordinarius, siue delegatus, & loca, & personas subiicere oculis, vt ff. finium regun. l. si irruptione. extra. de accus. cùm dilectus. & c. qualiter. ii. prope prin. & c. fin. & ii. q. i. Deus. ibi, descẽdam, inquit, & c. de resc. c. cùm dilecta. alibi. n. non potest de vita & conuersatione alicuius meliùs inquiri, quam in loco, vbi infamatus degit. nam ibi potest instructio fieri, & non documenta præstari. hoc probat C. vbi de cri. agi opor. l. fi. C. vt omnes iud. tam ciui. quàm mil. l. vnica, in auth. de admin. §. insuper hoc iubemus. Col. vij. xxiiij. dist. illud. extr. de ele. scriptum. versus prin. & c. postquam. cum suis concor. Quòd si cõmodè nequeat ad locum accedere, vocet ad se infamatum ad aliquem locum idoneum & securum, vt extrà de appellat. ex parte. vt lit. non contestat. acce-
a dens. ij.[a] ¶ † Cùm igitur inquisitor ad locum venerit, distingue, vt
2 prædixi. nam aut procedit aliquo impetrante, & prosequente inquisitionem, vt extrà de re iudic. cùm I. & A. & de simo. licet. & de accu. cùm oporteat. Aut ex officio, scilicet cùm prelatus frequentibus excitatus clamoribus descendit ad inquirendum de excessi
3 bus subditi, vt infrà ver. porrò. ¶ † Si igitur aliquo prosequente, aut inquiritur super statu monasterii, seu ecclesiæ, tam in capite,
b quàm in membris[b], vt in præ. c. cùm I. & A. & de accus. qualiter. j. Aut sup excessib. singularis psonæ, vt in præ. c. licet. Si sup statu ecclesiæ, tunc citabitur tam is, qui prosequitur, q̃ ij, ꝯ quos inquirit, putà abbas, vel eps, siue monasterium, vel ecclesia, de cuius statu quæritur: & clerici, seu canonici, & monachi ipsi⁹ monasterii, vel ecclesiæ infamatæ: & partibus præsentibus proponet is, qui prosequitur, seu prosequi impetrauit, qualiter monasterium est infamatum super talibus criminibus apud bonos & graues: & hæc infamia ad superiorem frequentibus peruenit clamoribus, quare ipsis inquisitoribus per eum inquisitio est commissa: vnde supplicet, quòd in ipsa inquisitione procedant via regia, solum Deum habentes præ oculis: & sine personarũ acceptione iuxta traditam eis formam: vel si est ordinarius, dicat: iuxta formam iuris, extrà de rescript. cũ dilecta. extrà de accus. qualiter. j. scientes, quòd non minus, quàm iudicabunt, iudicabuntur: imò qua mensura mensi fuerint, remetietur eis, & in quo iudicio iudicauerint, iudicabitur eis, iuxta illud, Nolite iudicare: supple Perperam: & non iudicabimini: sicut hæc leguntur ext. de acc. qualr. j. ext. d̃ ele. cũ inter vniuersas. in fin. ij. q. j. Deus omnipotens. xxiii. q. i. §. j. circa med. C. de iud. rem non nouam. versic. etenim. & legat literam commissionis. Vel si inquisitor sit ordinarius, crimina coram eo verbo pro-
c ponat, vel det libellũ, in quo p̃missa ꝓponat, ſm Rof.[c] arg. ext. de [illegible] Verũ pars altera p exceptiões, si quas habet ꝯ illum, si potest, ꝓsequẽdo inquisitionẽ repellat, quod dic, vt suprà §. i. versi

ADDITIONES.

a Accedens. ij. ¶ Super hoc vide dec. statuimus. ij. de off. dele. lib. vj. vbi terminatur, quãdo ex forma commissionis terminatus est locus, & non potest fieri in loco: si autem per statutum inquisitio fieri debet in loco maleficii, & maleficium inchoatum fuit in vno loco, & terminatum in alio, putà captus homo ad prædam. & ligatus super equum, ductus ad alium locum fuit, & ibi spoliatus vestibus & equo, quis dicatur locus maleficii: Disputauit Iac. But. quæstionẽ, quæ incipit, statuto ciuitatis. & tenet per l. vna est via. ff. de seruit. rust. præd. quòd sicut est vna via, licet per plures fundos eat, sic vnus sit locus maleficii, licet per plures villas protendatur. Item (vt dicit) sicut si per modicum tractum, quo vsque durasset, diceretur per locum vnum: idem ergo diceretur in longo tractu, ff. de fund. instr. leg. l. fin. vt pro loco maleficij totus ille locus sit confinandus, ff. de censib. l. forma. & sic, quacunque loci parte fit inquisitio, seruanda sit forma statuti. ad hoc ff. de fur. l. vulgaris. quæ habetur de pœ. distin. i. post prin. Ad idem de acqui. possess. l. iij. in princip. Inducit etiam, quòd tractus extensus de tempore ad tempus vnicus est, non diuersus, ff. de precar. sed si manente. & de arbit. si cùm dies. Sic ergo locus extensus dicetur vnus, non diuersus: vide l. qui de crimine. C. de accus. & quod ibi not. & quod ibi not. in fin. 4. gl. & quod ibi not. Cy. in iiij. q. ADDE, quòd si per statutum concessa est iudici potestas inquirendi, quòd si duo, vel plures habent domicilium in illa ciuitate, & ibi faciant tractatum de aliquo maleficio perpetrando in aliquo alio loco, quod deinde perpetratur, ꝙ iudex domicilii non poterit inquirere de tali maleficio, vt consuluit quidam contemporaneus Bal. doctor egregius do. Philip. de Casulis de Regio, cuius cõsilium est inter consilia Bal. ccxxiiij. lib. iij. & vide Bal. consi. c. v. lib.

b Tam in capite, quàm in membris. ¶ Adde videndum Old. consi. cclxxviij. incip. licet, quantum. vbi examinat, an quando fit inquisitio contra abbatem, debeat fieri, sicut in aliis regulariter fit, & non sicut contra monachos, vel sicut fit generaliter tam in capite, quàm in membris. Et de materia vide per Card. Zabarel. in ca. ad petitionem. de accusa. Henr. Ferran.

c Secundum Rof. ¶ vbi suprà in v. membro.

§.i.ver.item is, contra quem.& sequent.vel etiam contra inquisitorem, vel contra rescriptũ, vt in eo.§.in princ.& ferè per totum. Quòd si non possit, tunc inquisitor faciat litem contestari, & ab vtraque parte iurari, positiones & articulos fieri, testes & instrumenta produci, sicut & in iudiciis fieri cõsueuit. Quòd si pars, contra quam inquiritur, sit ante litem contestatam absens, poterunt recipi testes senes, & valetudinarii, & de quorũ morte, vel absentia diuturna verisimiliter timetur: quos impetrator inquisitionis voluerit producere, secundum doctrinam traditam extrà vt lite non contesta. quoniam frequenter. respon.j.& §.j.& ij. Quo facto inquisitores, si fuerint delegati, causam remittent ad sedẽ apostolicam, præfigentes terminum peremptorium partibus, quo se apostolico conspectui repræsentẽt, iustam dante domino sententiam recepturæ. quod dic, vt suprà de remis.§.videndum.versi. de

4 mem.¶†Sed certè, salua Ros.reuerentia [a], cùm inquiritur generaliter super statu, id est dispositione, seu ornatu ecclesiæ, tam in capite, quàm in membris, etiam aliquo inquisitionem prosequente, non est necessarius libellus, nec litis contestatio, vt extr. de testi.cùm olim. Imò tunc de plano proceditur & sine strepitu, vt extrà de accu.olim. quamuis ibi de inquisitione Regularium loquatur. b Ex quo etiam patet, secundum Vinc.[b] quòd nec fient interrogationes, quæ succedunt loco probationum, quæ non habent fieri, nisi post litem contestatam, nisi in certis casib. quod not.suprà, in titul.de interrogationibus, §.i.& quia is, contra quem inquiritur, iurat, licet non semper, vt infrà patet. Sed cùm agitur de alieno statu ecclesiæ, scilicet an sit libera, vel serua, tunc bene fit litis c contestatio [c], vt in præ.cap. cùm olim.de probat.cap. fin. Sed nec tunc exponentur aliqua capitula, vel crimina exprimentur: sed lectis commissionis literis iurabunt plenam & meram dicere veritatem super his, quæ sciunt, vel credunt, exceptis occultis, in sua ecclesia reformandâ, tam in capite, quàm in membris: vt e.tit. qualiter.j.§ fi. De quo iuramento dic, vt s̃.de teste, §.sequitur.versi.porrò.& postmodum interrogabuntur, prout habes eo.ti.§.nunc tractandum.ver.porrò.vsque in fi. §.Item tunc qualescunque testes admittuntur. quod dic, vt s̃.§.j.ver.hoc etiam not. Oportet tamen tunc infamiam præcedere, scilicet ecclesiam esse in malo statu, vt in præalleg. c. qualiter. Et dicunt quidam, quòd si solus prælatus diffamatus sit, fiet inquisitio de omnibus, siue super statu ecclesię: quia capite languescente facile reliqua corporis membra inficiuntur, vj.q.j.c.ex merito.ver.capite. & si languor [illegible] tus in capite, totum corpus morb⁹ inuadit, vt ij.q.vii.sicut inquit. & totius familiæ status mutabitur, si, quod requiritur in corpore, d non inuenietur in capite, vt lxi.distin.miramur [d].¶†Si autem in-

5 quiritur super excessibus alicui⁹ personæ singularis aliquo inquisitionem prosequente, cuius nomen est rescripto insertum, tunc primò citabitur is, contra quem debet inquiri: & contradicens admittetur, vt C.lib.x.de bonis vac.l.si tibi data copia reclamãdi, &c. & fiat ei copia rescripti: & ipsum impugnabit, si voluerit, vt dixi suprà: & quæretur ab eo, an sit infamatus super tali crimine: & si con e fitetur, bene est: & tunc, secundum Ros.[e] procedetur sine libello & lite non contestata, extrà vt lite non contest. quoniam. §. sunt & alii.& de re iud.cùm I.& A.& de accus.c.fi. sed exponentur illa capitula, sup quib.debet inquiri, & dabitur ei facultas defendendi se, & dabuntur ei nomina testium, & dicta eorum sunt ei publicanda, & de eis copia facienda, vt se defendere possit, & proponet exceptiones & replicationes, tam in principali, quàm contra testes, vt s̃.§.i.vers.item potest.ne dicendi falsum testimonium materia præbeatur: alioquin appellet, vt extr.de accus.qualiter. ii. §. debet autem.& c.olim.§.si verò.& c.inquisitionis.v.q.ii.si primates.ff.d̃ eden.l.i.§.edenda. Proponet etiam excusationes, si quas habet, vt f eo.tit.cum dilectus. Goffr. verò, & alii [f] dicunt, & bene, †quòd vbi

6 aliquis prosequitur inquisitionem cõtra singularem personam, tunc dabitur libellus, & fiet litis contestatio, & seruabitur ordo iuris.argum in præalleg.c.qualiter.ii.& not.extr.de purg. can. cùm dilectus.& ideo hîc proceditur, vt s̃.ver.si igitur.vsque ibi, sed certè, &c. Sed vbi iudex officio procedit nullo prosequente, tunc edet illi capitula, vt in præ.§.debet.& j̃.§.prox. Differt enim inquisitio, quæ fit per singularem personam, ab illa, quę fit tam in capite, g quàm in membris, seu super statu ecclesiæ [g]. nam in hac, quæ fit contra singularem personam, & singulariter, requiritur ordo, qui habetur & not.extra.de accus. qualiter. ii. in illa verò proceditur de plano & sine strepitu, vt ext.de accus.c.olim. Item in hac testes tantùm legitimi admittuntur: in alia verò tales, quales in ecclesia inueniuntur, vt suprà §.j.versi.hoc etiam no. Item etiam non procedit ab eo, contra quem inquiritur, absente, nisi per contumaciam se absentet, vt in præ.§.debet autem.& xj.q.iij.eorum.& j̃.dicam. Quòd si ille negauerit se infamem, priùs de hoc cognoscetur, vt extra.eodem, inquisitionis.in fin. quia per negationem res fit dubia, vt C.quib.ad liber.procla.non lic.l.iij.extr.de testib.cog.capi. iij.nec priùs super criminis probatione cognoscet, donec eũ constiterit esse infamem, vt suprà §.j.versic.item quod non sum.& s̃.§.proxim.in fi.nisi in casib.qui no.j̃.ver.in summa.& ver.cæterùm.& versi.hoc autem.dic, vt ibi.alioquin appellet, vt eo.tit.cùm oporteat.& c.qualiter.ij.& j̃.de appel.§.ij.ver.ceterùm. Si enim reciperentur testes simul super crimine & super infamia, sæpe is, qui inquisitionem prosequitur, cõtingeret infamiam, vt sic ad probationem criminis admitteretur, de quo quis infamatus non est, quod esse non debet, extrà de purg.can.accedens. & si actor probet illum infamem, ipse potest se probare bonæ famæ, arg.ij.quæstione vii.cùm pastoralis.& ii. quæstione vi.omnibus.in fi. extrà.

7 de præsum.cùm in iuuentute.†Nam prestantius est priuilegium bonæ, quàm malæ famæ, argum.extra.de accus.licet.in fin. Secus

8 puto, vbi ex officio proceditur, vt j̃.ver. hoc autẽ scias.¶† Super probatione aũt infamiæ recipientur duo, vel tres testes bonæ famæ, iiii.quæst.iii.ver.item vbi numerus. extr.de testib.tam literis. & in præalleg.c.inquisitionis.in fin.& hi debent dicere illum infamatum super certo & graui crimine apud prouidos & discretos, seu honestos, viros, vt eod.tit.qualiter.ii.prope princ. quos etiam nominabunt, quamuis non interrogentur. aliter enim sciri non posset, an sint honesti, an maleuoli. Innoc.tamen IIII.dicit, sufficere, si testes dicunt illum infamatum. Sed si interrogentur, tunc debent dicere apud quos: & nisi tunc assignentur, non videntur reddere bonam rationem dicti sui. Et si quæratur à teste, quomodo scit, quòd apud illos esset diffamatus, vel potiùs suspect⁹: quod sufficit dicere, arg.ii.quæstione v.omnibus.prope fin. debet dicere, quia propter hoc alii vitabant eius familiaritatem, xxviii.quæstione i.sæpe.lxxxviii.distinctio.negotiationem.vel quòd hoc ab eis audiuit. Alii autem dicunt, quòd etiam nullis personis expressis sufficit, si testes dicãt, quòd rumor & infamia est in vicinia: pars tamen altera poterit probare, quòd apud viles, vel maleuolos est hæc infamia, vel ab eis orta est: quo facto inquisitio nõ procedet,

9 arg.xi.quæstio iii. ¶†Item cùm præ.decre.qualiter. dicat, prouidis & maleuolis, sufficit à duobus audiuisse: quia pluralis locutio, &c.vt in præalleg.ver.item vbi numerus.qui est ff.de testi.vbi Veruntamen non sufficit testi volenti probare infamiã, dicere, quòd apud duos sit suspectus: imò oportet eum in suo testimonio adiicere, quòd hoc ipsum, scilicet eum, contra quem agitur, crimen commisisse pars aliqua viciniæ acclamat. & hoc dicit præal. decr. qualiter. dum dicit, quòd illi prouidi & honesti debent dicere, quòd clamor irruit.& ad idem ii.q.v.presbyter si.extra.de eo, qui cog.consan.vx.suæ, extra.de purg.can.c.ii. Item non sufficit semel audiuisse ab illis prouidis: imò etiam sæpe audire debent hanc infamiam, vt s̃.§.i.ver.item quòd tantùm.& seq. Item non est necesse, quòd omnes testes ab eisdem prouidis audiuerint: sed sufficit, quòd ambo, vel ab eisdem audiuerint, vel à diuersis. Item sufficit, siue eodem tempore, vel loco audiuerint, siue diuersis: quia cùm infamia tantũ probari habeat, sufficit, quòd in hoc testes concordent, videlicet quòd sit infamatus, arg. ff. de pet. hæred. si quis li. §.quoties.ff.de probat.si arbiter.ff.de ędil.edic.l.i.§.eum.C.de iur. & fac.ig.cùm falsa.de hoc s̃. §.i.ver.quid si vnus. Nec est necesse, quòd in causis scientiæ concordent, cùm eas probare non teneantur. Vnde si à teste quæritur, quomodo scis eum diffamatum? & ipse rñdet, quia audiui eos sic loqui, &c. quare haberet probare, quòd ab eis audiuit, vel quare haberet super hoc cum aliis cõcordare: cùm de hoc nulli sit quæstio inter eos: tunc autem testes necesse habent concordare in tempore, & in loco, quando tempus & locus sunt de substantia contractus quæ prosequere, vt s̃. de teste, §.iam de interrogatoriis.versicul.item de tempore.& sequen. Alii dicunt quòd hi testes debent concordare: vt dicant sic: tali die audiuimus talem rumorẽ, vel infamiam in tali loco, & à talibus: vt patet in his, quæ no. in præd.versi.item de tempore. Vnde Vin.

ADDITIONES.

a Reuerentia.¶Qui tamen bene fatetur quòd decr.cùm I.& A.obstabat. Nam ibi erat expressa nota impetrantiũ, & tamen lite non contestata proceditur: hoc prosequitur, vbi suprà, in quinto membro.

b Secundum Vin.¶In decre.qualiter.in prin.

c Litis contestatio.¶secundum Vin.eo.titul.qualiter.j̃.in prin.

d Miramur.¶De hoc scripsi post Innoc.& Host.de accus.cùm dilecti.in prin.

e Secundum Roffre.¶vbi suprà in quinto membro post prin.

f Et alii.¶Vin.eodem tit.qualiter.ii.in prin.

g Statu ecclesiæ.¶De hoc scripsi in c.qualiter.ii.in i.gl.

a de Vin.no.ext.de præsump.illud[a].quòd si vnus testis dicit famam esse in vna parte ciuitatis, & alius in alia parte ciuitatis eiusdem, non probatur fama. Easdem enim personas nominare debent, ij. q.vlt.c.præscripta.§.libellorum.Hoc tamen certum est,ꝙ licet debeant concordare,vt dixi, non tamen semper tenentur de prædi-
10 ctis certum quid respondere. ¶†Si enim quæritur ab eo, quando audiuisti,si recordetur,rñdeat:alioquin dicat,non recordor,& nihilominus valebit eius testimonium. nunquam enim inuenitur,ꝙ diem,vel horam dicere habeat,arg.ij.q.8.§.libellorum.nisi dies sit de substãtia probationis,vt dixi. Item etiam si testis audiuit plures,& in pluribus locis, & à pluribus personis, & de quibusdam recordetur, & de quibusdam non, debet dicere, ego audiui hoc in tali loco, & in quibusdam aliis:itē tali tempore,& aliis temporibus:& tali,& etiam à quibusdam aliis. & sic propter adiectionem generalem præsumitur iudex eum cum aliis testibus concordare,arg.de pœn.dist.j.periculosè.extr.de testib.cùm tu.hoc not.
b Papa in præ.cap.qualiter[b].Et iunge,quod no.secundum eum,in
c c.inquisitionis.ad fin.[c]& c,cùm oporteat.vbi plenè not.Si autem testes simpliciter dicant,illum apud aliquos infamatum,non sufficit,cùm non sint tantæ auctoritatis,quòd ad hoc sufficit. Arg. tamen contrà in c.inquisitionis.in fin.Item debet adiicere,ꝙ non tacita,sed clamosa est infamia,adeò quòd crimen quasi faciat manifestum. Sed & si deponunt super eo,de quo infamia non præces-
11 sit,non valet,vt in c.inquisitionis.resp.j.¶†Quid si testes hincinde producti probant famã & infamiam?Resp.iudex attendat qualitatem testium,& an vox communis exterior concordet cum fa-
12 ma,vel infamia,& postmodum super hoc arbitretur.¶†Quid,si plures testes dicunt,eum esse bonæ famæ,& pauciores malæ?Dixit Io.ꝙ præualent pauciores,quo ad hoc,vt procedatur ad inquisitionem,seu purgationem: tamen propter dicta paucorum non
d dicitur infamia,vt in præ.c.inquisitionis.in fin.Vin.[d] dixit,& meliùs,dicta plurium præferenda, dummodo eam probent bonam,sicut illi malam:arg præ.c.licet.in fin.& ij.q.v.omnibus.in fi.lxxxj. dist.clericum.in auth.de mona.§.cogitandum.Hęc autem probatio bonæ famæ locum habet priꝰ, quàm super veritate criminum inquiratur,vt s.postea verò locum non habet, nisi adminiculum
13 præstando,iiij.q.iii.ver.itē sæpe.¶†Quid si inquisitor permistim inquirit de infamia,&de criminibus?Respondeo,non seruatur ordo iuris.nam infamiæ inquisitio præcedere debet veritatis cognitionem,nec debet processus tali permistione confundi,seu intricari,extrà, de rescrip.cùm dilecta.§.pen.extrà de iud.exhibita.§.j. & fi.Ibi etiam no. quòd secundò debet simul cognosci de principali,&de exceptionibus contra inquisitorem,vel prosecutorem
14 propositis,vel aliis,sed primò de exceptiõibus cognoscetur. ¶† Porrò vbi de prælato agitur,inquirēdum est de eius infamia à capitulo & canonicis : & si apud eos non reperitur infamatus, non videtur vlteriùs esse procedendum:argumen.extrà de præsump. c.quosdam.& c.quanto.extrà de elect.postquam.& in præ.c.qualiter.respon.j.ver.debet.Hæc prosequere,secundũ Papam,vt no.
15 extr.de accus.cùm oporteat.¶†Hoc autem notandum est,quòd vbi in literis inquisitionis dicitur,tali significãte accepimus,ꝙ talis sit grauiter de tali crimine infamatus:semper iudex de precum veritate cognoscet,scilicet an sit diffamatus,xxv.quæstione ij.&si non cognitione.extrà de rescri.super literis.Si verò nil ibi de infamia dicitur,sed dicitur,talis contra talem proposuit,quòd talibus criminibus sit irretitus,ideo super his inquiras,&c.nec tunc iudex subitò ad inquisitionem procedet.cùm enim iste bonæ famæ sit, dictam inquisitionem impetrans eius famam in aliquo non denigrat, licet superiorem ad committēdam inquisitionem moueat: & ideo priùs de infamia inquiret:quã si inuenerit,procedet:alioquin Papam consulet,vt in præ.c.cùm oporteat. Superior tamen hîc non cassabit inquisitionē factam,infamia non inuenta:in præ-
16 cedenti verò casu sic.¶†Quid si in rescripto non fiat mentio de aliquo nunciante:sed dicitur,ad audientiam nostrã peruenit?Respon. tunc potest procedere nulla inquisitione super fama præcedente.cùm enim hoc possit ipse prælatus,vt in præ. c. qualiter. ij. & lxxxvj.distinct.si quid.& ij.quæst.v.omnibus.pari ratione poterit & delegatus,vt in præ.cap. super literis. iuxta fin. & vide s. §. j. ver. porrò. Meliùs tamen faciet , quamuis ad hoc non teneatur,
17 quòd consulat Papam,si viderit falsum sibi fuisse suggestum.¶† Quid si in literis dicitur,multorum clamor ad nos peruenit?Resp. tunc superiori creditur , nec amplius de fama quæritur, sed super principali inquiritur,licet non sit infamis,secundum quosdam.& facit ad hoc,quod no.in præ.ver. porrò. Vincen. & Tanc.contrà: nec,secundum eos, fiet tunc inquisitio, nisi priùs de infamia probetur:quia potest esse,quòd falsum est domino Papæ suggestum,
e vel quòd denunciantes erant inimici[e].Sed quomodo in præmissis casibus cognoscet de fama , cùm non sit ei commissum , ff. de
f iudic.de qua re?Respond.imò est,tanquam accessorium[f],commis-
18 sum,extr.de off.deleg.præterea.ff.de iurisd.om.iudi.l.ij.¶†Probata verò infamia,super principali procedatur:&si prosecutor suam intentionem probet,reus puniatur,vt dicã j.§.prox.alioquin ipse punietur,vt extra.de calum.c.ij.C.de accus.l.fin.& ij.q.iij. qui non probauerit.Sed reo purgatio competere videtur,secundum ea,quæ not.j.ver.ꝙ si crimen. Sed & probata infamia reus se poterit defendere,vt s.§.j. prope finem, item si petit. ibi, verum si P.
19 & infrà versicul.quid si reus.& sequen.¶†Inquisitores quoque Deum habeant præ oculis,& sine exceptione procedant, eodem titu.qualiter. j. nec à reo exigant iuramentum: quia non tenetur contra se iurare,vt s.de positio.§.vii.versi.xix. Sed promouens inquisitionem,testes& probationes inducat,secundum Tanc.Gof. & Rofr.arg. C.de eden.l.qui accusare.Vbi verò nullo prosequente,sed ex superioris officio inquiritur,tunc iurabit propter infamiam contra eum ortã.vt extrà de purgat.canon.ca.i.&capitul.quoties,& de accus.cùm dilectus.& cap.si constiterit.vbi de hoc, & ii. quæst,v.presbyter si.& cap.omnibus.ad fi.& j.versi.hac igitur. de
20 hoc no.secundum Papam,extrà de confess.c. ii. ¶†Porrò si proceditur in inquisitione ex officio nullo eam prosequēte,vel promouente,seu impetrante,putà quia ordinarius frequentibus clamoribus excitatus , quos nequit vlteriùs sine scandalo dissimulare,vult descendere ad inquirendum de excessibus subditi,vt extrà de accusat.qualiter.ii.& de simon.licet Heli. & de collus.deteg.in tantum.ii.quæstio.i.Deus omnipotens.tunc episcopus,vel superior præfiget terminum volentibus accusare,&si quis appa[ruerit] legitimus accusator,illum audiat,&procedat,prout dictum est suprà de accusat.§.j.hoc probatur extrà de accusa.cap.accedens.xv. quæst.v,capit.i.extr.de purg.canon.ex tuarum.ii quæstio.v.omnibus.Potest etiam tũc,si velit,purgationem indicere:in qua etiam si defecerit,punitur,vt in præ.c.accedēs.&extrà de vita &honest. cleric.tua.Quòd si nullus appareat accusator,vel appareat,sed repellitur obiectu exceptionis alicuius, vt suprà in titulo,de accusatore,& mala fama erubescat, tunc episcopus vocatis ecclesiæ suæ canonicis ad inquisitionem sub forma infrà scripta procedat , vt extr.de accusat.qualiter.ii.prope principium,& in præal.cap.licet Heli.lxxxvi.distinctione,si quid verò. Quòd si contra aliquem abbatem inquirat,alii abbates illius diœcesis vocentur,vt xviii.q. ii. si quis abbas. Verùm quia posset esse,quòd nullus accusator appareat,quia periculosa est accusatio,vt ii.quæst.iii.qui non probauerit.& est illaudabile genꝰ intentionis,vt ii.q.vii.si quis episcopus.
g tutiꝰ est,quòd inquirat,quàm quòd prædictũ terminũ præfigat[g].
21 †Sed

ADDITIONES.

a De præsump.illud.¶Et huic dicto erat coniunctum,quod habetur j.de not.cri.in fin.

b In præd.c.qualiter.¶super verb.honestis.in princip.

c c.inquisitionis.ad fi.¶solue,vt ibi scripsi super vlt.gl.

d Vin.¶dicit Tanc.etiam & Host.vt scripsi in decre.cùm oporteat. in gl.non licet.vbi vide in fine: quo casu vtraque opinio sit vera. ADDE,quòd Bal.cons.xxix.j.lib.dicit,ꝙ probata bona fama & mala,bona præpōderat:quia habet præsumptionem naturalem pro se,vt l.si mater.C.ne ex delic.defunc.
ADDITIO. Adde tu,quod est cons.lxxix.incip.proponitur. in v. vol.& vide latiùs per eundem Bal.consil.ccccl.incip.quæritur.in iii.vol.vbi pulchrè tradit,quãdo bona fama tollat malam,&econtrà.Et de probatione famæ,& qualiter testes debeant deponere, & reddere rationem etiam non interrogati,vide Soc. consil. liiii. incip. visa breui narratione.col.penultim.in iiii.vol.& per Philip. Cor.consi.cxcviii.incip.visa inquisitione.col.v.ver.attenditur.in ii. vol. vbi , an probata bona fama elidatur probatio malæ famæ? Henric.Ferran.

e Erant inimici.¶Si addidisset Papæ fide dignorum,quæstio videretur non dubia. Sed distinguas verba assertiua à narratiuis , vt dixi in decre.cùm oporteat.post princi.in decr.Papæ.de priuileg.li.vi.

f Accessorium.¶Præparatorium.

g Terminum præfigat. ¶Præcedens ratio non concludit hoc dictum:sed non dari illum terminum suadet etiam Ber.in decret.qualiter.ii.in fi.i.gl.sed decre.inter.de pur.can.in j.gloss.non suadet id Puto autem,quòd auctor intellexit,quòd quia poterat illud tempus inutiliter labi,ideo erat omittendum.quod concedo,vbi mora esset periculosa.Sed aliam rationem meliorem poterat inducere auctor:quia posset submitti accusator amicus,cum quo colluderetur:sed timor talionis tollit hanc fraudē.sed in locis,vbi non imponitur,pullulabat fraus illa.Bononiæ erat statutũ,quòd non probãs accusationem,condēnabitur in viginti solidos:sæpissime inquisitiones potestatũ impediebãtur per tales accusationes:propter quod super additũ est statutũ, quòd ꝑ accusationem nō ces-

☞ set inq

21 †Sed quid, si reus dicit, nolo, quòd inquiratis, sed terminum accusare volentibus præfigatis, & accusatore deficiente paratus sum me purgare? Respondeo, nõ debet audiri. nam purgatio sequitur inquisitionem, argumen. extrà de purga. can. inter solicitudines. ij. quæstione v. habet hoc propriũ. & extrà de vita & honest. cler. tua. Sed opponitur: nam id, quod reus petit, est ordinarium: quod verò dicit, volens inquirere, scilicet inquisitio, est extraordinarium: vnde videtur ordinarium præcedere debere, vt ij. quæstione j. multi. ad finem, & ff. de mino. in causæ, ij. Sed dico: quia ex quo reus infamatus est, prælat⁹ iure suo potest inquirere, vt sæpe dictum est, & satis est ordinaria inquisitio accusatore non apparente, ex-
a trà de accusat. super his. & in hoc concordãt do. Vincen.[a] Goffre.
b & do. meus[b]. ¶†Quid si prælatus dicit, video te infamatum: & in
22 quisitio multa habet diffugia, volo vt te purges, & supersedebo
c inquisitioni? Dicit Vinc.[c] eum audiendum, quacunque via citiùs poterit attingere criminis veritatem, seu pœnam, xxiiij. quæstione iij. ecce. ff. si cer. pet. quidam. nec valet appellatio interposita ab eo, ne contra eum inquiratur, vel ne visitetur, vel ne corrigatur,
23 vt suprà de appel. §. ij. vers. xj. ¶†Hac igitur via superior in inquisitione procedat: accedat ad locũ, vbi is, contra quem inquiritur, conuersatus est, vt dixi s. in prin. huius §. & postquam sibi de infamia constiterit, quod dic, vt s. eo. §. illum ad se vocet, dicens ei: Amice, Deus omnipotens, vt nos à præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, cùm omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, nisi priùs manifestè cognosceret, quæ dicebantur: vnde ait, Descẽdam, scilicet mittendo angelos meos: & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. an non, vt sciam, scilicet tanquam iudex, vt iij. quæstione j. De⁹. Cùm igitur omnis Christi actio nostra sit instructio, vt xij. quæstio. ij. exemplũ. cum cõcor. ipsum debemus quantum adest possibilitas imitari. Licet ergo multa sinistra de te pluries & à pluribus mihi sint à fide dignis & idoneis nunciata, quæ vrgente conscientia vlteriùs nequeo dissimulare: ea tamen diuino ductus exemplum non ad plenum credo, nec me mouent ad te condemnandum, nisi de ipsis priùs mihi probatione constiterit luculenta, suprà §. prox. ver. vt autem. nã & si ille villicus, de quo in euangelio legitur, fuisset apud dominum infamatus, quasi dissipasset bona eius: audiuit tamen à domino, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. iam enim non poteris villicare. hæc omnia probantur in præalle. c. Deus omnipotens. extr. de accus. qualiter. ij. extra de postul. prælator. c. j. in prin. lxxxvj. dist. si quid verò. extr. de simo. licet Heli. ext. de collus. dete. in tantum. & idcirco super his volo inquirere veritatem: & tunc superior illi exhibeat capitula, seu articulos, super quibus intendit inquirere contra illum. Certus enim debet esse reus, super quo inquiritur contra eum: alioquin nisi copiam faciat, merito ab eo poterit appellari. quod dic, vt infrà de appellat. §. ii. versi. ceterũ. Nec inquisitio debet fieri per chartulę cõscriptionem. nam & si aliqua super quibus non esset infamatus, contra eum probaremus, non
d esset propterea puniendus[d], secundum Tanc. hæc probantur in præ. c. qualiter. §. debet autem. & c. inquisitionis. extr. de ord. cog. c. ii. in fin. Deinde faciat reum iurare: puta recipiet iuramenta prælati & clericorum. si agitur de statu ecclesiæ infamatæ reformando, vel prælati solùm, cùm est ipse solummodo infamatus, vt extrà de accus. qualiter. j. & c. cùm dilectus. extra. de re iud. cùm I. &
24 A ¶† Hoc autem iuramentum inquisitor recipiet, si ei videbitur expedire: sed cùm aliquis inquisitionem prosequitur, tunc nõ iurat is, contra quem inquiritur, vt s. versic. inquisitores quoq;. Cuius iuramenti formam vide s. de teste, §. sequitur. vers. porrò. vsq; in fi. §. & s. versi. cùm igitur. Post hoc interrogabitur, prout habes s. de teste, §. nunc tractandum. vers. porro. & j. versi. prox. Quòd si confessus fuerit, bene quidem procedat enim ad pœnam. Si verò negauerit, tunc inquisitor inducat testes: & eos ad hoc, si necesse, fuerit, cogat, vt ext. de test. cog. super his. licet secus sit in iudicijs ordinariis. Si principaliter, vel incidenter de criminib. queritur, vt eo. ti. dilectorum. reus etiam suos inducat, vt extrà. de accus. c. cùm oporteat. xj. quæst. iii. præcipuè. & arg. ii. q. v. presbyter. Sed & eũ, qui denũciauit, vel qui prosequitur, seu promouet inquisitionem faciet inquisitor iurare in causa inquisitionis, vt in præal. c. licet Heli. §. cõtra quos. licet secus sit in accusatore: quia ex quo quis semel apparuit inter accusatores, non potest amplius esse testis, vt extr. de accus. cùm P. Licet autem in præalle. ver. porrò. qui est in præ. §. nunc tractandum, posuerim formam inquisitorii, vbi aliquo inquisitionem prosequente testes examinantur ad instructionem, tamen simplicium capitulorum, super quibus generaliter inquiritur, cùm in monasterio Regulariũ tam in capite, quàm in membris, ex mero officio inquiritur, supponamus. Primò ergo circa substantialia regulæ sic est quærendum:
25 FORMA. ¶† Vtrũ monachi omnes ipsius monasterii sunt professi regulam & ordinem sancti Benedicti. Item an seruent veram obedientiã abbati & suis præpositis, sicut religiosi obedire tenentur. Item an aliqui monachi proprietarii sunt in monasterio. Item an continenter viuunt. Item an obseruatur debito modo silentium in claustro, & mensa, & aliis debitis horis & locis. Item an omnes semper & simul in refectorio comedunt, & an ad mensam legitur. Item an in refectorio carnes comeduntur. Item an omnes in dormitorio simul dormiunt. Item an diurnum officium pariter & nocturnum ordinatè in ecclesia horis competentibus celebratur, &

ADDITIONES.

☞ set inquisitio, sed procedatur super vtraque Iustificat hoc Mart. de Fano, qui tenuit, probationẽ criminis factã per inquisitionem non impediri per superuenientem accusationem non probatam ad quod principaliter inducit l. in ambiguis. §. j. ff. de reg. iur. per hunc modum, ꝙ licet per præcedentem accusationem impedire inquisitio, & eius probatio subsecuta, illa tamen, quæ præcessit, non optimè facit clem. de elect. constit in fi. tamẽ concor. vltima gl. Ad hanc partem inducit omnia iura, quæ volunt maleficia puniri: & ꝙ iudicibus hoc congruit, inducit, quod prædixi, quandoque accusationẽ & collusionem fieri, vt reus absoluatur. ad quam collusionem vitandam prouident iura, vt patet ff. de inof. testam. si suspecta. C. de litigios. auth. nunc si hæres. de procurat. cap. ij. in fin. libro vj. & c. si quid. ff. e. l. Paulus. ff. de iureiuran. eum, qui. §. in popularib. Plus ad propositum: quia ẽt absolutio ab accusatione facta per collusionem, etiam hoc probato, non impedit secũdam accusationẽ, C. de accus. si quis homicidii. ff. de præuar. l. iij. & not. ii. quæstiõe v. habet hoc proprium. & ext. de accusat. de his. si post absolutionem resistet collusioni. Fortiùs ergo priùs: quia multa impediunt fienda, quę non dirimunt facta, C. quando lic. ab emp. disc. l. j. extra. de reg. ad apostolicam. Dicit etiam ad casum bene facere l. ij. C. de abolit. Item lex, ea quidẽ. & l. fina. C. de accusat. nam si in inquisitione, quæ fit per officiales, nõ fit inscriptio: ergo nec accusatio, ĩ qua necessaria est inscriptio. Nec ob. extraordinarium cum ordinario non concurrere, ff. de min. in causæ. quia illud, qñ extraordinarium est ꝯ ius cõe: si aũt est ſm ius cõe, vnum per aliud non tollitur. ff. de Publi. l. j. §. vnde quæritur. vbi hoc no. sed accusatio & inquisitio sunt secundum ius, & ad eundem finem redeunt, s. ad punienda maleficia: ergo concurrere possunt, ff. de adul. l. si. idem Cy. in l. ea quidem. C. de accusat. in vlt. q. Et sciendum, ꝙ Franc. Mat. in q. quæ incipit, iudex habens merum. refert, fratrem suum dominum Nicolaum tenuisse, vt s. ꝙ iudex super vtraque procedit, ꝑ præ. l. si suspecta. ff. de inof. test. & per præ. l. ii. C. de abolit. cùm eius intersit omni via, qua potest, veritatem habere, C. de eden. l. is apud quem. Ad l. in causæ. respondet, vt s. Hoc aũt intelligit, etiam si non sit præsumptio de præuaricatione accusantis. Fortiùs ergo, quando præsumptio est de hoc. Vbi autem haberetur certitudo, iudex illum repelleret, ff. de lib. ho. exhib. l. iii. §. hoc interdictum. ff. de suspe. tu. l. tutor. §. tutor. Tamen vna fiet ꝯdemnatio, quę fieri poterit ex illa via, qua melius est, probatũ. ff. de lib. agnos. l. siue. §. ꝙ si hoc ipsum. & quorũ leg. l. j. §. quia autẽ. ff. naut. caup. licet. §. si ex vtraq;. tñ ꝯuictũ poterit iudex condemnare, vel absoluere, ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. ille casus. secũdũ Guid. de Suz. super l. si quis in hoc. C. de episcop. & cler. & in quæstione statutorum in litera O. tenet, superueniente accusatore inquisitionem cessare, per l. præd. in causæ. secundum princ. ff. ad municip. l. ij. in fi. ff. de eden. l. quædã. in prin. ff. de Carb. edic. cùm fine. & eius dictum ponit Ran. doct. hoc. e. tit. ante fi. Petrus de Cre. sua quæst. quæ incipit, facta accusatione. tenuit idẽ & Dy. sup. regula, factum legitimè. li. 6. tenet idẽ, qñcũq; supueniat ante sñiam in ꝓcessu inquisitiõis ferẽdã: secus, si post, vt ibi scripsi: & habẽt qdã hoc pleniùs ꝑ eũ sup l. antepen. ff. de fideius. Mihi placet primũ dictũ: & maximè in foro seculari, vbi inqsiti & accusati eadẽ est pœna. & facit, quod dixi sup ru. Pro tãto dixi Maximè: qa ẽt in foro ecclesiastico mihi placet illud dictũ cũ determinatione superi⁹ facta: qa si ꝑ accusationẽ solã, vel per vtrunq; ꝓbatũ sit crimen, imponeť pœna maior minorẽ includẽs. Si verò ꝑ solã inquisitiõẽ erit crimẽ ꝓbatũ, imponeť pœna illi ꝓcessui congrua. Et si vis pronũciare super accusatione, nõ absoluetur simpliciter à crimine, sed absoluetur à pœna debita ꝑ viam accusationis, & ab ipsius litis instantia, si summa ęquitas mouere debet principem ecclesiasticum & secularem ad sic declarandum. ADDE, vt per Io. de Ana. cons. lix.

a Do. Vincen. ¶qui dicit in dec. ad nostrã. iij. de iureiu. ꝙ inquisitio requirit veritatẽ: purgatio probationem. Dicebat ẽt hoc dictum maximè in crimine enormi ꝓcedere, per præd. dec. inter. Indubitanter teneas, ꝙ iudicem volentẽ inquirere non excludit oblatio purgationis, per dec. ad nram. de prob. ADDE, vt per Ro. ꝯs. 351.

b Et do. meus. ¶& Rof. vbi s. ad fi.

c Dicit Vin. ¶in c. qualiter. ij. ad fi. j. col. exhibeat capitula. j. ver. eandem innuit, ꝙ sufficit legi: hoc tene, vt ver. j. quid si inquisitor.

d Puniendus. ¶Secundum Tanc. vbi s. eo. ver. si verò. in fi.

bratur, & vtrùm omnes continuè ad horas veniunt. Item an be-
ne & continuè portant habitum monachalem. Item an vtuntur
vestibus, vel linteaminibus lineis. Item an iacent induti, vel nudi. I
tem an iacent in fisconibus, vel culcitris. Item an obseruent bene
ieiunia per ecclesiam & secundum suam regulam instituta. Item
an est ibi aliquis vagabundus, vel se secularibus immiscens nego
tiis. Item an fiunt ibi aliqua indebitè & contra regulam beati Be-
nedicti. Item vtrùm ibi fiant capitula frequenter, & quid in eis agi
tur. Item an scit, quòd abbas bene peragat officium suum, & vtrū
aliqua faciat, vel concedat per simoniacam prauitatem. Item an
scit, vel credit aliquid corrigendum, vel reformandum in perso-
na abbatis, vel circa eius officium. Item quot & quæ officia sunt ī
ipso monasterio. item an scit, vel credit aliquid ad emendandum,
corrigendum, vel reformandum circa personam sacristæ, vel cir
ca eius administrationem. Item an circa personam & officium ca
merarij, vel prioris claustralis: & sic de aliis officiis. Item an officia
les monasterij rationem reddunt de suis administatiōibus: & cui
quando, & qualiter. item an res & bona dictorum officiorum bñ
custodiuntur & administrantur. item quot monachi sunt in mo-
nasterio præter officiales. Item qui sunt illi. Item an scit, vel cre-
dit aliquid emendandum, corrigendum, vel reformandum in A.
conuersum. item an in B. item an in capitulo: & sic de omnibus a
liis monachis sigillatim. Item quot & qui sunt ibi conuersi. Item
si scit, vel credit aliquid corrigendum, emendandum, vel refor-
mandum in A. item an in B. item an in C. & sic de aliis omnibus
conuersis. Item an scit, vel credit aliquid emendandum, corrigen
dum, vel reformandum in seipso: & sic quilibet de abbate, & de
omnibus aliis, & de se ipso interrogabitur: & etiam ipse abbas de
26 seipso, & de quolibet alio, iuxta præmissa. ¶† Postea verò circa
temporalia sic interrogabitur. item an monasterium est debitis
obligatum, & quantis, & quibus. item an aliqua bona eius sunt a-
lienata, vel distracta. item an abbas tenet ad manum suam omnes
possessiones monasterij. item an abbas bene procurat, & diligen-
ter facit excoli eas. item an bona eius mobilia, vel immobilia sūt
pignori obligata: & quæ, & quibus, & quare. item an abbas bene
defendit, & diligenter iura monasterij. Item in quantum ascen-
dunt communiter prouentus, seu reditus monasterij. item quot
monachi possent inde viuere, si bene & legaliter administraren-
tur. item quot sunt ibi modò. item an est ibi solitus numerus mō
nachorum. item an procurantur, vt decet, in victu & vestitu. item
an prouentus conuertuntur in vsus & necessitates monachorū,
vel in vtilitatem ipsius monasterij. item an ibi seruatur hospitali-
tas, & qualis. item an est ibi infirmaria: & qualiter infirmi ibi pro-
curantur. item an monasterium abundat in blado, & vino, & lig-
nis, & aliis necessariis. item an sunt ibi libri, vestes, cruces, calices,
& alia vasa, & ornamenta ecclesiastica. item an personæ aliquæ
suspectæ, vel contra honestatem religionis ingrediuntur intra se
pta monasterij. item an scit, vel credit aliqua alia in ipso monaste
rio in spiritualibus, vel etiam tēporalibus reformatione, seu cor-
rectione indigere. Super omnibus præmissis ex improuiso nulla
præcedente deliberatione interrogauimus sigillatim abbatem &
monachos sancti Proculi Bonon. recepto prius ab eis simul in ca
pitulo iuramento. & tandem, quia monasterium ipsum in spiri-
tualibus & temporalibꝰ quasi irreparabiliter sub ipso abbate col
lapsum erat, abbas ipse sponte cessit regimini abbatiæ. De aliis ēt
quæri potest, quæ in forma prædicti inquisitorij continentur. ¶
27 † Debet autem esse præsens is, contra quem inquiritur, nisi se cō
tumaciter absentet. Etiam exponenda sunt ei illa capitula, de qui
bus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seip-
sum, & non solùm dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei pu
blicanda, vt appareat, quid & à quo sit dictum, nec non exceptio-
nes & replicationes legitimæ admittēdæ, ne per suppressionem
nominum infamandi, per exceptionum verò exclusionem depo
nendi falsum audacia præbeatur. hæc leguntur ext. de accus. qua-
28 liter. ii. §. debet autem. & c. olim. & v. q. 2. si primates. ¶† Eandem
quoq; formam seruare poterit inquisitor delictorum in crimini
bus, & nominibus specificandis, & in aliis, nisi fortè in commissio
ne specificentur crimina, super quibus inquirere debet. tunc em̄
a sufficit legi literas commissionis in præsentia ipsorum[a]: ar. præal
lega. c. si primates. quibus lectis dicet, audistis, quæ de vobis in li-
teris apostolicis continentur: vos iurabitis super illis capitulis ple
nam & meram, &c. vt s̄. ver. si igitur. satis enim per hoc sunt eis ex
posita capitula. & est simile, quod not. ȷ̄. de lib. concep. §. nunc di-
cendum. ver. 6. Quòd si reus inquisitorem suspectum meritò ha-
beat, potest ipsum recusare. quod dic, vt s̄. §. i. ver. item opponat.
& seq. & cætera seruentur, quæ dixi s̄. ver. si autem inquiratur. ¶
29 † Quid si reus vult probare contra articulos, super quibus inqui
b ritur contra eum: verbi gratia[b], dati sunt articuli super fornicatio
ne per eum commissa cum Berta: ipse verò vult probare de ho-
nestate & castitate sua, vel quòd illa est soror, vel consanguinea,
in quibus naturale fœdus nihil permittit sæui criminis suspicari,
vt C. de episc. & cleric. eum qui. ext. de cohab. cler. & mul. c. penu.
vel datur contra eum articulus de dilapidatione: ipse verò vult, p
bare, quòd bene & vtiliter res ecclesiæ administrauit, vt ext. de si
mon. c. licet Heli. & 3. q. 2. quia ea. vel quòd debitum vrgebat, nec
aliter solui poterat, vt x. q. ij. hoc ius porrectum. vel captiuorum
redemptio imminebat, vt xij. q. ij. aurum. & similia. Resp. dic, eum
admittendum, arg. extrà de accus. c. cùm dilectus. nam plus debe-
mus delectari in odore bonæ famæ, quàm malæ, vt extrà de acc.
c. licet. ad fin. & hoc ante publicationem attestationum, & prius
quàm testium productioni renuncietur, vt in præd. c. cùm dilec-
tus. Sed nunquid publicatis attestationibus potest inquisitor su-
per eodem crimine interim alios testes inducere? Dicit Io. quòd
sic, vbi proceditur ex officio, vt 2. q. 1. c. in primis. vbi ter fuerunt
testes contra Ianuarium presbyterum inducti: sed quia nil contra
eum probatum fuit, restitutus est, & ea. qu. notum. & q. 1. habet.
vbi contra Leonem episcopum fuit bis inquisitio facta: & facit
c ea. q. Mennam. & ext. de testi. cùm clamor[c]. Secus autem, si fit in-
quisitio aliquo impetrante, seu prosequente, vel adiuuante ipsā:
quia tunc timeretur, subornatio, secundum Roffr. Vincē. & Gof-
d fred.[d] Item si inquisitor in aliquo minus bene procedit, debet &
potest illud reuocare, & ritè procedere, vt extrà de accusat. quali
ter. j. cum suis concor. Qualiter autem fiet inquisitio super noto
30 riis. vide ȷ̄. de no. crimin. in principio. ¶† Quid si crimen plenè
vel semiplenè probatum fuerit? puniatur, prout traditur ȷ̄. §. pro-
e ximo[e]. Si autem crimē nullo modo probatum sit, absolui debet:
& si in infamia perduret, poterit indici purgatio infamato secun-
dum qualitatem personæ & infamiæ quantitatem, vt in præ. c. ha
bet. & extrà de accu. c. inquisitionis. ad fi. extrà de testi. tam literis.
in qua si defecerit puniatur, ext. de sim. de hoc. & c. insinuatum. &
f de purg. can. cùm P. & secundum B. Gof. verò dixit[f], quòd, vbi nil
aduersus eum probatur, nisi de sola fama, si crimen, de quo fuit q̄
situm, perseuerantiam facti habeat, vt est fornicatio, moneat eū
ordinarius primò seorsum, postea coram testibus: & si se nō cor-
rigit, sed in infamia perduret, suspendet eum vsque ad satisfactio
g nem condignam, vt extrà de purg. can. c. ij. gl.[g] vsq; ad purgationē,
ij. q. 4. habet. & c. super causa. & hoc casu intelligit, quòd clericus
debet suspendi. non enim debet statim propter infamiam suspen
di, nisi enormitas delicti, vel scandalum id exposcat, vt ext. de pur
gat. can. inter solicitudines. ij. q. v. presbyter. Sic nec fortè esset cō
tra ius, si tunc statim sibi indiceretur purgatio: quæ, secūdum om
nes, indicenda est, à quibuscunque infamia processerit, ar. in præ.
c. qualiter. ij. & de purg. can. c. accedens. & c. cùm in iuuentute. Ce
terùm si omnes dicant eum innocentem, s. quia non credunt illū
commisisse crimen, de quo quæritur, tunc absoluitur, & non sus
penditur, nec purgatione oneratur, nisi fortè ex abundanti indi-
catur ad tollendam infamiam facti, vt ij. q. 4. habet hoc. & c. Men-
nam. Vbi autem prælatus inquirit ex officio contra aliquem infa-
matum, & ille citatus non venit, sed per contumaciam abest, nihi
lominus ex officio suo contra eum testes lite non contestata re-
cipiat: & si probatum fuerit crimen, eum puniat, extrà. vt lite non
contest. quoniam. §. sunt & alij. & in præalle. c. qualiter. ij. §. deber.
31 ext. de testi. c. cùm olim. ¶ Hoc autem scias, † quòd licet, vbi ali-
quis promouet inquisitionem, & reus se negat infamatum, non
debeat iudex procedere in inquisione, nisi promotor infamiam
probet, vt dixi s̄. ver. quod si ille. tamen secus est, cùm prælatus ex
officio suo procedit, vt ȷ̄. ver. sed vt quæ. & in aliis casibus, vt ȷ̄. ver.
fi. nam per se primò inquirit de infamia, vt s̄. §. prox. ver. fit quoq̄
secundum quæ reperta inquirit de veritate, extr. de off. ord. c. j. Si
ergo is, contra quem inquirit, dicat, Domine non sum infamatꝰ,
non debet audiri, nec prælatus fidem tenetur facere de infamia.
cui enim faceret, cùm ipsemet sit iudex. Si autē ille appellet, tunc
prælatus poterit coram superiore de infamia facere fidem, ar. ex
trà. de ap. cùm cessante. §. fi. in gl. sed qualiter. Et hoc puto verum
ne indistinctè correctio elidatur: quod esse non debet, vt extr. de
officio

ADDITIONES.

a Præsentia ipsorum. ¶ secundum Aegid. vbi s̄. rub. lxxix.
b Verbi gratia. ¶ Verba Bonag. vbi s̄.
c Cùm clamor. ¶ Et ibi de hoc satis scripsi.
d Rof. Vincent. & Goffred. ¶ Sed Rofr. vbi s̄. in v. membro, & vlt. col. Vinc. in decre. qualiter. 2. vltra pig. Gof. in sum. huius ti. videamus.
e §. prox. ¶ Vbi vide ad fin. j. col. vers. si autem semiplenè, quod hîc determinat.
f Dixit. ¶ j. gl. huius ti. ver. sed quid simu.
g C. 2. ¶ Vide, quòd ibi dixi super fi. vlt. gl.

officio ordin.c.licet.quod tamen fieret.nam semper quis diceret se non esse infamatum. Multi tamen seruant prius dictum indisti
a ctè. Imò plus dicit Rof.ª quòd licet reus possit inducere testes super bona fama & innocentia sua, cùm prosecutor inquisitionis testes producit contra eum super infamia, vel delicto, vt s. ver. qd' si ille.& ver. quid si reus. secus tamen est, cùm superior ex officio testes producit: quia non ita præsumitur contra iudicem, sicut cōtra aduersarium. vnde iudex summatim cognoscet super fama, nō tamen de crimine. Sed si contra eum clamet infamia, tunc super
32 crimine inquirat, vt in præalleg.c.cùm oporteat. ¶† Quid si inquisitor ad locum veniens, non specificat, an ex officio suo ad alicu-
b ius instantiam inquirere velit? Resp.ᵇ is, contra quem inquiritur, petat hoc sibi specificari, dicens: Domine, dicite mihi, vtrùm me vobis aliquis denunciat, seu accusat, vel hanc inquisitionem promouet: quod si verum est, peto mihi libellum & inducias deliberatorias super eo: vel, an ex officio vestro procedatis: & tunc peto
c mihi edi capitula, super quibus vultis inquirereᶜ, & tempus ad deliberandum, vt me possim defendere. & hoc si ei denegatur, appellet, vt in concor. positis s. ver. si autem inquiratur. & de his cō
33 fici faciat instrumenta, ext. de prob. c. quoniam contra. ¶† Verū præmissus inquisitionis ordo non est vsquequaque in regularib⁹ obseruandus: qui de facili & ex leuioribus causis à suis administrationibus remouentur, vt in preal.c. qualiter ij. in fi. & ext. de simo. per tuas. in fi. sed & si inquisitores aliquos ex eis inuenerint à suo prælato suspensos, vel excommunicatos, vel suis administrationibus spoliatos, debent ante omnia eos absoluere & restituere, ne inquisitio perturbetur, vt eo. ti. c. olim. ext. de of. del. c. pruden
34 tiam. §. 6. ¶† Quid si ante cœptum negotium fuerant excommunicati? Dic quòd & tunc absoluentur ad cautelam, vt ext. de testi. c. veniens. 2. in fi. Sed & si repererint regulares iuramenta de non dicendo veritatem præstitisse, illa denuncient non tenere, vt in p̄ alleg. c. olim. ff. qui satisdare cog. l. fi. quia non tenentur, extrà de testi. c. constitutus. Quòd si abbas, vel alius prælatus religiosus ferat sententiam excommunicationis in subditos, si manifestauerint statum monasterij, vel rerum, vel personarum, diœcesano, vel aliis, per quos ad eius notitiam valeat peruenire: diœcesanus, qui potest locum illum visitare, potest huiusmodi sententiam re
d uocare, vt in const. Alex. IIII. de of. ord. ad audientiamᵈ. Inquisitionis quoque tempore faciāt eos suo prælato contra quem inquiritur, obedire, vt in præalleg. c. olim. & 8. q. 3. nonne. Et si qui eorum inquisitionem prosequuntur, faciant illis, videlicet tribus annis quartam de bonis ipsius monasterij in expensas prouideri: & in inquisitione de plano & sine strepitu procedatur, vt in eo-
35 dem c. olim. & e. c. ex parte. ¶† Quid igitur si in litera apostolica dicitur procedere in causa de plano, summariè & sine strepitu iudicij? Dicunt quidam, iste in nullo tenetur iuris ordinem seruare, sed solùm debet super principali inquirere veritatem, arg. in præalleg. c. olim. & eo. ti. ad petitionem. & c. sicut olim. extr. de spon. cùm in tua. Tu dic, quòd communem iudiciarium ordinem seruare tenetur in citationibus, in libelli oblatione, in exceptionib⁹ dilationibus, litis contestatione, in iuramenti & testium receptione, in sententiæ prolatione, in appellatione, & aliis. Operantur autem hæc verba præmissa: quia si aliquid omittatur, nō ideo processus vitiabitur: & magis poterit partium & testium & aduocatorum strepitum inutilem refrænare: tamen propter hæc verba non potest omitti litis contestatio, nec alius ordo substātialis
e vt no. secundum Papam in præallega. c. sicut olimᵉ. ¶† Si autem
36 diceretur, procedas sine figura iudicij, tunc nullum ordinem iudiciarium seruare tenetur, C. de Lati. lib. tol. l. vnica, §. similiq; modo. tunc enim solummodo sententia locum habet, quamuis solennitate omissa, vt probatur & no. C. quorum leg. l. vnica, & j. d' lib. concep. §. nunc dicendum. ver. j. & s. de offi. om. iud. §. postre-
37 mò. ver. 3. ibi, item idem dicunt. ¶† Sed vt, quæ præmissa sunt, ordine congruo perstringamus, & aliqua luculentiùs annectam⁹ hac distinctiōe vtamur. Nam inquisitio alia præparatoria, de qua s. prox. ver. vt autem. alia solennis, de qua in hoc §. tractamus. Et hæc solennis subdistinguetur. nam alia dicitur ordinaria, vt quæ fit ab ordinario: de qua s. §. proximo, ver. licet autem. Alia extraordinaria, quæ fit à iudice delegato, sicut dicitur ordinarium iudicium, quod fit coram ordinario: extraordinarium verò, quod fit coram delegato. sic ponitur ext. de probat. c. quoniam contra. in princ. & probatur 3. qu. 3. §. spatium. ver. ei autem. Et interest inter ista: quia ordinarius potest inquirere etiam contra non infamatum, dummodo sit aliàs suspectus, vt ij. q. v. omnibus. circa fin. & s. ver. hoc autem scias. & j. ver. fi. & sic videtur Inn. IIII. sentire. Alij tamen illud capitulum intelligunt, quando est suspectus
f infamiæ rationeᶠ: delegatus verò non potest nisi contra infama-
38 tum, vt extrà de accus. c. cùm oporteat. ¶† Item inquisitio alia fit ad petitionem alterius: & tunc non iurat is, contra quem fit, dicere veritatem. Alia ex officio iudicis: & tunc iurat. quæ dic, vt s. ver. inquisitores verò. & ver. hac igitur. Item solennis inquisitio alia fit contra certam personam: & tunc debet esse præsens is, contra quem fit: & debent illi exponi capitula, & testium nomina, & alia, vt s. ver. debent autem. & tunc non admittuntur inimici, vel cōspiratores, vt e. ti. cùm oporteat. & de simo. per tuas. alia super statu ecclesiæ, & tunc illi admittuntur, nec capitula dabuntur. od
39 dic, vt s. §. j. ver. hoc etiam no. ¶† Cęterùm membrum illud, scilicet cū iudex ad denunciationem alicuius procedit, positū s. prope fi. huius §. versi. cùm igitur. & seq. potes pleniùs subdistinguere. Nā aut talis denunciat ratione priuati commodi: de quo no. extrà. de vsur. tuas dudum. & tunc fit inquisitio, etiam nulla fama sup hoc præcedente, dummodo charitatiua monitio præcesserit, vt cùm duo de aliquo adinuicem obseruando iuramēto interposito pacti sunt, quod alter negligit obseruare. Hoc enim casu, ex quo ille charitatiuè fuerit monitus, poterit super hoc denunciari, & ad talem denunciationem fiet inquisitio, vt probatur ext. de iud. c. nouit. ext. de iureiur. c. ad nostram. ij. in fi. Aut denunciat ratione publici commodi, putà ad pœnitētiam: quia publicè interest, ne maleficia remaneant impunita, vt ext. de sen. excō. vt famæ. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. resp. j. ad fi. & tunc iterum subdistinguo. Nam aut interest denunciantis aliquo modo, vt quia forsan est subdit⁹ qui ad hoc tenetur, ij. q. vij. qua propter. vel patronus, vt xvj. q. vij. filiis. vel parochianus, xxiij. dist. illud. & tunc admittitur, ext. de accus. illa propositorum. vel si fama præcesserit, vt e. c. cùm oporteat. aut nullo modo interest: qa non est de illis personis: & tunc nō admittitur, vt in præal. c. illa. nam præsumitur hic malitiosè facere. Et hac ratione dicimus, quòd si quis alterius diœcesis, vel parochiæ impetret, vel prosequatur inquisitionem contra aliquem, nō debet audiri, cum eius non intersit, ar. ext. de testi. ex parte A. ibi, tacito, quòd R. miles, &c. hoc saluo, quia si crimen, quod denunciat, habet facti perseuerantiam, vt fornicatio, tunc admittitur qlibet, vt xiij. dist. nerui. ext. de cog. spi. tua. xciij. dist. diaconi. aliàs nō admittitur: & in illo casu, si crimen probetur, punitur reus, alio-
40 quin denuncians, vt s. ver. probata. ¶† Propter suspicionem aūt regis. vel aliorum dominorum potiùs est indicenda purgatio pp eorum honorem & scandalum, vitandum, quàm inquisitio faciēda: quāuis & illa fieri possit, si episcopo visum fuerit expedire, vt ij. q. v. Mennam. & c. hic habet. & ext. de pur. ca. cùm in iuuentute, g secundum Papam, vt no. in præ. c. cùm oporteatᵍ. ¶† In summa
41 notandum est quòd vbi agitur de confirmatione episcopi, superior ex officio suo etiam nulla infamia præcedente, vel denunciatione, inquirere debet de meritis electæ personæ, de studiis eligētium, & forma electionis, vt ext. de elec. scriptum est. & c. postq̄. & c. cùm nobis. & c. nihil. §. cæterùm. xlviij. dist. de Petro. lxi. di. miramur. Idem etiam in ordinatione episcopi & cuiuslibet clerici, lxxv. dist. ordinationes. 1. & 2. ext. de purg. c. constitutus. 24. dist.
h quando. & c. fi.ʰ Idem in consecratione episcopi, 24. dist. qui episcopus. Idem est in electione, ext. de ele. c. dudum. & c. in Genesi. 8. qu. 2. dilectissimi. Idem etiam in translatione, seu postulatione, vt ext. de postul. c. j. in prin. ibi, requisitus à nobis, &c. & de transl. c. fi. Sed contrà in præ. c. qualiter. ij. vbi dicitur, quòd infamia præcedere debet: sed illud, quādo de certo crimine inquiritur: hic autem, quando de persona: quia nec tunc debet de aliquo crimine nominatim quæri, nisi esset infamatus: sed in genere sic, videlicet vtrùm sit malæ vitæ, ff. de q. l. j. §. qui quæstionem. De ætate tamen, scientia, irregularitate personæ, & huiusmodi etiam sine infamia semper inquiret, vt in primis concor. & de his, quæ continentur in præd. c. qui episcopus. sicut & in accusatoribus clericorum, vt ij. q. vij. si qui sunt. & c. seq. In his tamen sufficit habere literas

ADDITIONES.

a Plus dicit Rof. ¶ & Io. vt scripsi ī dec. qualiter 2. super j. gl. vbi plenè materia huius ver. Rof. autem hoc dixit, vbi s. 6. membro, circa medium.

b Resp. ¶ secundum Bona. & Aegi. vbi s. in fine.

c Inquirere. ¶ Nam, vt dixi post Host. in §. debet in gl. si igitur in primo inquireret, & postea traderet capitula, nil agitur: quia peruertitur ordo: alleg. de elect. cùm post petitam.

d Ad audientiam. ¶ Latiùs hodie prouisum est etiam, quo ad clericos seculares, per dec. quia plerique. de of. or. lib. 6.

e In præ. c. sicut olim. ¶ Sed hodie expedita sunt hæc per dec. cle. d' verb. sig. sæpe. saluo. dubio, quod ibi no. in quinta gl.

f Infamiæ ratione. ¶ Vide, quod no. & dixi de off. or. ex parte M. & super vlt. gl.

g In præ. c. cùm oporteat. ¶ vbi scripsi super versi. non subitò. ante fin. gl.

h C. fi. ¶ Et no. in cle. de of. del. c. vno, in gl. sed nunquid.

ras testimoniales,ex quo contradictor non apparet,nisi fama cõtraria laboret,vt ea.q.criminationes. 7.q.j.qualiter.lvj.dist.c.fi.8. q.3.talia.ext.de præb.c.in Lateranensi.in fi.de præsum.cùm in iuuentute. Nec sunt testes quærendi in huiusmodi inquisitionib⁹, quæ fiunt contra non infamatos.Idem etiam credo in inquisitione,quę fit generaliter in capite & in membris:de qua s̃.ver.si aũt & in ea,quę fit,quando episcopus visitat:de qua s̃.§.quando.ver. licet autem.& seq.vbi de hoc,vt probatur ext.de of.ord.c.j.x.q.j. episcopum.&c.placuit.xvij.q.vlt.visitandi.& c.non semel.ext.de sta.mo.in singulis.& c.cùm ad monasterium.&de re iud.cùm I.& A.& vbi inquiritur tam in capite,quàm in membris,iurant testes prout habes s̃.de teste,§.nunc tractandum.in fi.Item etiam inquiritur sine infamia,qualiter episcopus se habeat in beneficiis conferendis,prout no.secundum Papam,ext.de præb.c.graue. Quid autem inquirere & agere debet is cui scribitur,quòd alicui prouideat,nisi est idoneus,vide,secundum Papam,ext.de præsum.c.fi. de conces.præben.proposuit.& de transl.c.fi.

SVMMARIVM.

1 *Crimine per modum accusationis contra aliquem probato,quæ pœna sequi debeat.*
2 *Actio ciuilis an,& quo casu possit haberi pro criminali.*
3 *Pœnitentia tantùm est,vbi agitur per modum denunciationis imponenda.*
4 *In inquisitione ex officio procedens dupliciter consideratur.*
5 *Conuictus de dilapidatione fructuum,an statim debeat remoueri.*
6 *Testes probantes contra regularem in inquisitione crimen aliquod,de quo non fuerat infamatus,an illi præiudicent.*
7 *Pœna in iure pro aliquo crimine statuta semper est infligenda.*
8 *Denuncians iudici domum suam combustam,vnde iudex inquisiuit,an possit deinceps super hoc aliquos rursus accusare.*
9 *Sententia lata in causa inquisitionis,vel denunciationis,vel exceptionis,an præiudicet aliis volentibus agere de eodem.*
10 *Inquisitione commissa expressis criminib.contra aliquod collegium,an ea pendente possit aliquis de illo collegio promoueri.*
11 *Inquisitione iudicibus commissa in capite & in membris,si abbas in episcopũ eligatur,an iudices poterunt in ipsum animaduertere.*
12 *Impetrator inquisitionis an ea pendente poterit promoueri.*
13 *Denunciatione pendente in capite & in membris si aliquis promoueatur in prælatum,qualiter in eo fieri debeat inquisitio.*
14 *Inquisitione impetrata in capite & in membris,an possint canonici mortuo capite eligere.*
15 *Actio per modum exceptionis contra aliquem repellit ab intentione,si fiat probatio.*

¶Quæ pœna per inquisitionem probato crimine imponatur.

4.§.Nunc videndum restat,qualiter crimen per modũ ĩquisitionis probatum , puniatur: & inde nata occasione de aliis etiam modis videamus:quoniam secundũ modum petitionis debet sententia & pœna formari,vt ext.de accus. qualiter.ij.& de sim.c.licet.ver.non tanquam.Aut ergo agitur ꝑ modum accusationis,aut denũciationis,aut inquisitionis,aut ex-
1 ceptionis , aut est notorium. ¶†Si per modum accusationis crimen alicui probetur,deponetur,seu degradabitur,seu decapitabitur,vel aliàs secundum naturam propositæ accusationis punieť, vt in præd.c.qualiter.§.verùm ita.& ext.de sim.c.dilectus. & c.licet Heli.& c.per tuas.in fi.&2.q.6.§.quia ergo.in fi.v.q.6 delator
2 ¶†Quid si actum est de furto ciuiliter,& probatum est, nũquid iudex poterit illum punire,ac si criminaliter contra talem processum fuerit?Ar.quòd sic,C.de test.minus.ff.de fur.interdum.§.j.ff. de adul.l.2.ext.de col.dete.crimina.24.q.3.ecce. Sed dic contrà: quia nemo sine accusatore damnatur,nisi in casibus ff.de mun.& ho.rescripto.§.si quis accusatorem.3.q.7.qui sine.ff.de in integr.
a rest.Seio.& vide ff.de fur.qui ea mente[a].¶†Si verò per modum
3 denunciationis pœnitentia imponetur,si ad hoc fiat:idem etiam, si simpliciter,vt ij.q.1.si peccauerit.& ext.de iud.nouit.xj.q.3.p̃cipuè.& ext.de iureiur.quemadmodum.in fi.Vbi verò fit ad pœnã imponendam,tunc idem dicendum est,quod in inquisitione,ar.
4 ext.de dolo & contu.veritatis. ¶†Si per modum inquisitionis, remouebitur ab administratione,vt in pręal.c.dilectus.& c.per tuas.in fi.de accus.ad petitionem.¶Sed hoc membrum, super quo ad præsens nostra principaliter versatur intentio,pleniùs prosequamur.Cùm ergo in inquisitione ex officio proceditur , sed nil probatum fuerit,tene,quod no.s̃ §.prox.ver.quòd si crimẽ.si verò fuerit probatum,si prælatus est,remouebitur ab administratio
b ne,sicut villicus à villicatione legitur in Euangelio[b] fuisse remotus. Minores verò & non habentes administrationes priuabunť officio & beneficio,vt in præ.c.qualiter.ij.& c.dilectus.vel meli⁹, punientur iudicis arbitrio,secundum personæ cõditionem & criminis qualitatem,& aliis consideratis,vt lxxxvj.dist.si quid.ext.de simo.c.licet.versi.descendam.& c.de regularib.& c.dilectus.& in præ.c.inquisitionis.in fi.nisi tale sit crimen,quod etiam post peractam pœnitentiam impediat ordinis executionem , vt homicidium,simonia,& similia,vt ext.de accus.inquisitionis.resp.j.de renunciat.nisi cùm pridem.§.j.ext.de temp.ord.c.fi.quibus casibus deponitur,ac si per modum accusationis fuisset processum,vt in præ.c.inquisitionis.quod intellige,prout ibi no.Vel dic tertiò:nã aut testes inducti plenè probant crimen eius,contra quem inquiritur,aut semiplenè,aut nullo modo.Si plenè,tũc si sit grauis excessus,vt homicidium,simonia,&huiusmodi,tunc remouetur ab administratione,vt in c.inquisitionis.vel dilapidatio,vt ext.de simo.c.licet Heli.& 3.q.ij.quia ea.Alij verò puniuntur iudicis arbi
5 trio,vt s̃.hoc saluo,†quia conuictus de dilapidatione fructuum non debet statim remoueri,nisi alia immobilia distraheret. Sed cùm suspectus est,debet suspendi,& debet ei coadiutor dari.hæc probantur,&no.in c.licet.ver.quia verò.Possibile enim est,ꝙ bona illa pauperibus erogauit,vel pro captiuorum redemptione expendit:& sic suspicio tolletur,vt s̃.§.prox.ver.quid si reus.Si verò sit aliud crimen ab his tribus,non est remouendus.sic intelligitur ext.de accus.cùm dilectus.ver.cùm & si repertus.ibi, leuis culpa, &c.& probatur in prælleg.c.inquisitiõis.Si autem semiplenè ꝓbant testes,tunc pœna non imponitur.Dicitur autem semiplena probatio,cùm testes sunt soli,siue singulares,vt ext.de testib.tam literis.vel cùm deponunt tantùm de auditu,vt ibi,&in præal.c. inquisitionis.§.quæsiuisti.tunc tamen indicitur purgatio, vt in eisdem concor.Si verò nullo modo probant,tunc dic,vt in præall. ver.quòd si crimen.Potest etiam quartò aliter distingi.nam aut ꝯuincitur quis de crimine per inquisitionem,quæ fit ex officio,vt tunc sit pœna remotio ab administratione,sicut patet in villico, vt s̃.Aut per inquisitionem factam aliquo denunciante:& tunc ĩponatur pœna iuxta petitionem denunciantis,vt in præal.c. qualiter.ij.in fi.nisi sit tale crimen,quod & post peractam pœnitentiam impediat executionem officii:quia tunc debet deponi,licet à denunciatnre fuerit petitum solùm,quòd ab administratione remoueretur,vt s̃.Considerandum tamen est, vtrùm denunciatio sit euangelica,an canonica,vel iudicialis,vt s̃.ti.prox.§.1.versi. vt autem.In simplicibus verò clericis debet pœna imponi iudicis arbitrio,vt s.nisi pœna sit expressa in iure:quia tunc illa imponetur
6 vt ext.de off.del.de causis.& de elec.per inquisitionem. ¶†De pœna autem Regularium habes ext.de sim.dilectus.& c. quoniã simoniaca.Si autem testes super inquisitione inducti probent aliqđ crimen,de quo non fuerat infamatus,illi non præiudicat, nec
7 ex hoc damnabitur,vt dixi s̃.§.prox.ver.hac igitur.¶†Illud autẽ certum est,ꝙ qualitercunque agatur ad pœnam,si certa pœna super crimine,de quo agitur,in iure statuta est,illa infligenda est,vt ij.q.3.§.notandum.versus principium:alioquin iudicis arbitrio ĩ-
8 ponatur.vt ext.de of.del.de causis.ff.de iur.delib.l.j. ¶†Vltimò quæritur:ecce,quidam denunciauit iudici,quòd domus sua erat
c combusta[c]:iudex autem de hoc inquisiuit:iste nunc vult quosdã super hoc accusare:quæritur,an possit?& videtur , quòd sic. nam ordinarium auxilium est extraordinario præponendum, ff.de minor.in causæ,ij.in fi.resp.j.ff.de Carbo.circa.ff.ad municip.l.j.Ordinarium est accusatio,extraordinarium verò inquisitio,vt probať & notatur ext.de prob.quoniam contra.non denunciando videtur accusationi renunciasse,ff.de inoff.test.mater.ff.de pet. hære. legitima.& ad hoc ff.de testa.mil.l.3.Nam & variare potest , ff.de noxa.in delictis.§.fi.ff.de iud.nõnunquam.Ar.cõtrà.nam ex quo viam inquisitionis elegit,amplius non poterit variare , ff.de trib. quod in hæredem.§.eligere.& ff.de lega.j.si pluribus.Item de admisso eiusdem hominis non est sæpius quærendum,ff.fur.aduer, nau.caupo.stab.licet.§.fi.Item super hac inquisitiõe sententia ferenda est:quia de qua re cognouerit iudex,&c.ff.de iu.de qua re. ext.de causa pos.& proprie.cùm super.& si absolueretur, postea accusari non posset,nisi in casibus ff.de accu.si cui.§.j.ff.de lib.ho. exhib.l.iij.§.pen.ff.de præuaricat.l.præuaricatores. SOL. Aut hi, quos vult accusare,fuerunt iudici nominati ab eo,&nominatim fuit contra eos inquisitum.aut non.Primo casu cùm de iure, vel consuetudine ad postulationem eius inquisitio facta est , postea nõ accusabit.elegit enim sibi viam,per quàm si absolueretur,obstaret exceptio in alia,vt in præal.l.si cui.§.iisdem.& in præal.§ eligere.

ADDITIONES.

a Qui ea mente.¶Vide j̃.de furtis,ver.sed nunquid.
b In Euangelio.¶Lucæ xvj.c.
c Erat combusta.¶Dixit Alb.quòd colonus eius ibi fuerat interfectus:auctor non curauit,& meritò.

gere.& no.secundum Rof.ext.collus.c.fin. Si verò non nominauit aliquos, & iudex inquisiuit, nihilominus accusabit.hoc bene probatur ff.de cust.reo.diuus.circa medium,& ad hoc ff.de adul. l.j.§.fi.Non enim videtur renunciare iuri,quod sibi competere i-
a gnorabat,vt in præ.l.mater.& l.legitimam.secundum Alb. Gal.[a]
9 ¶†Vtrùm autem sententia lata in causa inquisitionis,vel denunciationis,vel exceptionis,præiudicet aliis volentibus agere de eodem,no.secundum Papam,extrà de elec.dilecti.in fi. & de pur.ca.
b cùm dilectis[b].¶†Quid si inquisitio committitur expressis crimi
10 nibus contra aliquod collegium:quæritur,an ea pendente possit aliquis de illo collegio promoueri?ar.quòd non,lxxxj.dist.tantis.ext.de acc.omnipotens.Resp.nō personę nominatim expressæ,vt ibi,& C.de proc.reum.ff.de mu.& ho.reus.aliæ verò sic, s̄m
c Vin.[c]Vel dic,vt in præ.c.omnipotens.¶†Quid si pendente inq-
11 sitione commissa iudicibus in capite & in membris,abbas in episcopum eligitur,& à metropolitano confirmatur nūquid iudices poterūt in illū animaduertere, tāquā iudicio iā præuētū? Videt̄, ꝙ sic,ff.de iur.om.iud.cùm quedā.ff.de iud.si quis postquam.extr.de fo.comp.proposuisti.Ar.contrà:quia iam nō est caput, nec est de membris.Item non dolo desinit habere, qui ob hoc cedit, vt litem effugiat,ff.de ali.iu.mu.cā.l.item si res.in fi.Item iam finita est illorum cognitio,ff.de supec.tut.l.pe.Super hoc dici potest ꝙ pn̄t in eum animaduertere,quo ad pœnitentiam imponendā, sed non,vt eum remoueant ab episcopatu,ar.ff.de transac.l.3.Vl
d dic,secundum Vin.[d]ꝙ non poterunt in eum animaduertere: sed si denunciatione præcedente promoueretur,posset in eum ani-
e maduerti,vt ageret pœnitentiam[e]. ¶†Sed nunquid impetrator
12 inquisitionis pendente ea poterit promoueri?Respon.sic,si ipse non sit ī ipsa inquisitione vocatus:quia nec in accusatore expressum est,ꝙ pendēte accusatione impediatur promoueri, sed solū
f de reo,ext.de testi.c.fi.lxxxj.dist.tantis[f]. ¶†Quid de denunciato-
13 re?Resp.ꝙ ille potest denunciatione pēdente promoueri. Quid si pendente denunciatione in capite & in membris aliquis de ipsa ecclesia promouetur in prælatum eiusdem ecclesiæ, nunquid debet fieri inquisitio in eo,vt in capite,an vt in membro?Resp.vt in membro,rōne iudicij ext.de elec.dudum.j.de probat.c.j.sed,vt
14 priùs dixi,non valet eius promotio,vt in præ.c.tantis.¶ † Quid si impetrata est inquisitio in capite & in membris,nunquid canonici mortuo capite possunt eligere?Resp.sic quamdiu sunt canonici,j.q.j.dedit.3.q.7.§.fi.Sed nunquid tunc fiet inquisitio contra successorem?Ar.ꝙ sic,ext.de of.del.quoniam abbas.& ext. de im mu.eccl.aduersus.Sed n̄ est ita: quia crimina morte extinguūtur, C.si re.vel ac.mor.fu.l.j.xxx.dist.quorundam.& alius est iste prælatus,de quo cogitatum non fuit.Secus autem esset, si alicui mēbro aliud succederet.tunc enim fiet inquisitio in successorem:qa capitulum semper idem est,ff.de iud.proponebatur.vij.q.1.deni-
15 que.¶†Si autem per modum exceptionis actum sit contra aliquem & probatum,repellitur à sua intentione:putà à cōsecratione,vel electione,vt ext.de acc.super his.& j̄.ti.prox.Si verò sit notorium,de hoc dicam j̄.de no.crim.

ADDITIONES.

a Secundum Alb.Gal.¶ti.de acc.circa medium.
b Cùm dilectis.¶Vltra ea,quæ ibi scripsi in gl. forsan alterius,scias, quòd Bar.Bri.in venereali lxxij.& habetur j̄.de abolitione,§. porrò.& Tanc.priùs in sua q.xv.putant inquisitum absolutum accusari non posse,nisi in casibus no.de acc.de his.cùm fama habeatur loco accusatoris,de simonia,c.licet.item Guid de Suz.in quæstione statutorum mihi l.& in l.si quis in hoc.C. de episc.& cleric.itē Rolandus doc.in sui operis 3.col.item Vinc.in quæstione,perpetratum fuit.& hi duo satis de hoc.Sed Dama.tenuit contrarium ī quæstione prima,de of.or.quia inquirendo agitur ciuiliter,de accu.super his.sed ciuilis non præiudicat criminali,C.quando ciuilis actio,l.j.ergo,&c.Item correctio,quæ fit apud ecclesiam,qualis fit per inquisitionem,vt in præd.c.licet non tollit accusationē criminalem,33.q.2.admonere.Item inquisitus sine purgatione non debuit absolui,de simonia,de hoc Absolutio ergo aliter facta,cùm non iuuat in examinatione criminis iteranda,distinguendum videtur,an accuset,qui inquisitionem promouit,an alius?vt scripsi in gl.præd.ver.quidam tamen.
ADDE,vt per Romanum cons.ccxxij.
c Secundum Vin.¶qui hoc notat de ele.per inquisitionem.vt scripsi super vltima gl.
d Secundum Vin.¶qui hoc,& ea,quæ sequuntur,not.de simo.per tuas.in fi.& sic obscurè loquebat̄,vt hic.Posita enim proxima opi.subdit : ego credo,quòd possint,&c.ab Azo.recipit eius dictū per hoc,quòd etiam ab episcopatu remouere possent,vt ibi scripsi,nisi eius litera sit corrupta: quod videtur.
e Pœnitentiam.¶Si intelligas de euangelica,optimè procedit hoc dictum,cùm iste sit finis illius.
f Dist.tantis.¶Vide,quod scripsi de acc.omnipotens.super j. gl.& propter sequentia vide etiam,quod ibi dixi in tex.

SVMMARIVM.

1 *Clericus secularis denuncians,vel prosequens inquisitionem contra prælatum, vel aliàs agens ad vtilitatem ecclesiæ, an debeat expensas ab ipsa ecclesia percipere.*
2 *Dispendium habere non debet quis ex eo,de quo meretur præmium.*
3 *Matrimonium si contingat accusari,nec mulier habet expensas,an maritus ad eas cogi possit.*
4 *Canonicus si accuset prælatum,& contingat ipsum prælatum ab administratione remoueri,an possit expensas petere.*
5 *Abbate de excessibus monachi inquirente,si ipse monachus egeat expensis,an debeat habere.*
6 *Defensio non est excommunicato,nec etiam diabolo,si in iudicio adesset,deneganda.*
7 *Lis,aut iudicium an propriè dicatur inter abbatem & monachum.*
8 *Abbatem accusans,an immediatè sit admittendus.*

a 5.§.Vltimo nota[a], quòd monacho abbatem accusanti
b debet abbas in expensis moderatis[b] prouidere,cū ꝓpriū n̄ habeat,vt ext.de acc.ex parte.xvij.q.vl.§.fi.Idem, si
1 inqsitionē ꝓsequatur,vt ext.de acc.c.pen.§.fi.¶†Quid de clerico
c seculari[c]?Dico,ꝙ si denūciat,vł ꝓsequitur inquisitionē ꝯ prælatum, vel aliàs agit ad vtilitatē eccłæ,debet habere expensas ab ecclesia,vt ext.de proc.cū ꝑ cā.ff.quod cuiusq; vni.no.l.sicut municipij.resp.j.ff.de neg.gest.q alienā.§.fi.Si verò p̄latū accusat, tunc nō:nā illaudabilis intētionis genus arripuit,ij.q.7.c.si episcopus. &q.vij.§.ex his oībus.Do.meus dixit,ꝙ si sit pauper,tunc habebit aliàs nō.Sed nec regularis accusator loculos habēs habebit expē
2 sas,vt dicit:ar.ext.de of.or.quāto.ext.ne cle.vel mo.c.2.¶†Porrò cū inquiritur super statu ecclesiæ tā in capite,quā in membris is,q eā prosequit̄,negotiū agit ecclesiæ:& ideo siue sit monach⁹ propriū nō habens,siue cleric⁹ secularis proprium habens, habebit expensas ab ecclesia,vt ext.de ac.c.pen.in fi.vnde ibi maximè supple:non enim debet habere dispendium,vnde meretur habere præmium,ext.de fideius.peruenit.& de renun.sanè.Item seculari egēti,siue sit clericus,siue laicus,de bonis communibus, siue in quibus ius habere præsumitur,dico subueniendum,C.de ord. cog.l.fi.ff.de inof.test.si instituta.§.pen.ff.de pet.hær.diuus.§. sed & si propter familiæ.& l.hæres furiosi.§.sed & si. ff.de lib.ag. si qs
d ali.§.solēt.& l.si neget.de iure deli.filius.ff.vt in pos.leg.l.pe.[d]¶†
3 Quid si matrimonium contingat accusari, nec mulier habet expensas?Respondeo,dico maritum cogendum sibi dare expensas secundum do.meum,& G.N.ar.in proximis duabus conc.& in aliis præ.conc.& ar.C.de iure dot.per totum,&ext.de vsur.salubriter.Et has expensas considerari oportet s̄m iuris facultatem &dignitatem,ar.ff.de leg.3.si filiæ.ff.de ali.& cib.leg.l.cùm alimenta.
4 ff.de iure dot.quæro.& l.cùm post diuortium.§.gener. ¶†Quid si canonicus accusat prælatum de dilapidatione,& simonia, & remouetur prælatus ab administratione:quæritur:an sumptus factos possit canonicus ab ecclesia repetere,cùm sit beneficiatus Et dic,quòd sic,cùm vtiliter negotium ecclesiæ gesserit:& hæc quæ
5 stio est venerealis. vide eam inter quæstiones Bar.¶†Item pone abbas inquirens de excessibus monachi,facit sibi copiā articulorum,& vocat eum ad videndum iurare testes,& ad alia huiusmodi:demum monachus petit expēsas ab abbate ꝓ aduocatis,& alios sumptus litis,cū nō habeat ꝓpriū:q̄ritur:an debeat habere? Et quidem multi sapientes à me consulti responderunt, quòd sic,ꝑ prædictum c.ex parte.& de accu.c.pe.§.fi. quæ iura ad hoc nil faciunt,quia ibi dantur eis, qui vtilitatem monasterij prosequuntur. Item dantur ibi monacho accusanti abbatem, non accusato:

ADDITIONES.

a Vltimò no.¶Hui⁹ §.materiā plenè prosequitur Rof.super Rub. de monachis,ver.sed illud.vsque ad ti. de canonicis regularibus.
b In expensis moderatis. ¶Tex.dicit Necessariis. & q̄ sint necessariȩ in hoc casu,exprimit Rof.vbi s̄.in fi.ibi etiam dicit priùs quòd licet non debeat monachus habere abbatis licētiā,iudex tn̄ illum non admittet,nisi licentiam,vel veniā ab abbate petierit:sicut de filio & liberto dicitur,quod ad patrem & patronū,ff.de in ius vo. l.4.§.j.ADDE tu,qualiter debeantur hîc expensæ monacho,&c. vide Rotam in antiq.decis.dcxxix.
c Quid de clerico seculari.¶Vide,quod scripsi in præ.dec.ex parte. j.gl.idem in clerico.
d L.pen.¶In l.fi.priùs alleg.no.quasi omnes istæ conc.&lex illa loquitur de illo , qui de possessione libertatis vocatur in seruitutē. Rof.dat.alias concordantias,vbi s̄.ver.prox.sed illud.2.& expensas.ADDE,vt per Fed.cons.ccccxxxvj.

to: seu ei, ꝯ quem inquiritur per abbatem. Sed pro eis faciunt iura posita s. ver. porrò. ibi, itē seculari. Sed do. meus solus mihi r̄ndit, ꝙ nō debet habere. Pro quo facit qa nō debet talis habere expensas ad defensionē suæ iniquitatis, ext. de ap. c. ad nr̄am. & c. cū speciali. §. porrò. Ego distinguo: nā aut abbas procedit ad inquirēdum de criminibus monachi ſm regularia instituta: qđ fit de plano & sine figura iudicij: quo ēt casu nullus ordo regritur, nec appellatio admittiť, nec fit capitulorū copia, nec est vocandus ad vidēdū testes iurare, & similia: & tūc n̄ debet habere, qa nullas facit nec ēt admitteretur ad faciendum. hæc probātur in præ. c. ad nostram. & ext. de acc. qualiter. ij. in fi. Nec obst. e. ti. c. pen. §. si verò. & quod ibi no. si sanè intelligať. Hoc etenim casu vtilius esurienti panis tollitur, q̄ si decibo securus iustitiā negligat, vt v. q. v. non omnis. Aut procedit abbas hoc omisso secundum formā iuris ad inquisitionē, seu correctionē, sicut in casu præsenti fecit: & tūc dabit expēsas, ar. præ. iuriū. Cùm enim in ipso ingressu se & suaDeo dedicauerit, vt C. de sacr. eccl. auth. ingressi. & xix. q. 2. si qua. & si ꝓ
6 priū non habeat, abbas non priuabit eum defensione, † quę excōmunicato, & etiam diabolo, si in iudicio adesset, non negaretur, vt ext. de exce. cùm inter. & xj. q. 3. eorum. & imputet sibi abbas, q cùm non teneretur ad hoc, necessariò hanc viā acceptauit, & hoc grauamen per consequēs elegit, C. de iu. delib. scimus. §. sin autē. & ar. ext. de of. del. cùm super abbatia. hæc distinctio probatur in præ. c. ad nostram. & in his, quæ ibi no. maximè secundum Vinc.
7 ¶ † Sed nunquid abbas, qui hanc viam elegit, poterit amodò ad
a correctionem faciendam redire ſm regularia instituta[a]? Videtur, quòd non, C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. cū suis conc. Contrà credo, non enim propriè potest dici lis, seu iudiciū inter abbatem & monachum, ff. de iud. lis. ext. de syndico, c. vnic. Nec potest abbas sibi legem imponere, à qua non liceat resilire, vt j. de leg. 3. si quis in principio. Resp. quòd qualitercunq; abbas de salute quærat sui monachi, ille debet deuotè ac humiliter obedire, vt ext. de ap. reprehēsibilis. in fi. Nam siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solùm bene agitur, vt vita hominum corrigatur, 33. q. v. prodest. & à denūciatione trāsitur ad inquisitionē, vt no. ſm Papam, ext. de simo. licet. & vna actione suspensa transitur ad aliam, ext. de causa pos. & propri. c. pastoralis. & de testi significauerunt. & de vna defensione, siue exceptione transitur ad aliam, etiam contrariam, vt ext. de relig. do. cùm dilecti. ver. quòd si ab-
8 bas. & xiij. q. 2. §. 1. ff. de exce. nemo. ¶ † Et nota, quòd regulariter abbatem accusans, non statim admittitur ad accusandum, nec ad expensas, sed præmissa aliqua cognitione summaria, secundum quosdam, quæ fiet per iudicem sine partium præsentia, ar. extr. de renun. super hoc. Nam si alij non accusant sine inquisitione præmissa, vt 2. q. 7. si qui. & §. quærendum. & c. criminationes. multò minus monachus abbatem. Alij dicunt, quòd in accusatione & in inquisitione semper necessaria est causæ cognitio, priusquam admittatur monachus ad eas: sed in expensis dicūt differentiam eē. nam in accusatione cùm inscribat se ad talionem, eas semper habebit: in inquisitione non: nisi sibi causa cognita decernatur. Papa verò dicit, quòd ex quo admittitur quis ad accusandum, vel ĩquirendum, vel denunciandum, semper habebit expensas: & Papa, vel quilibet ordinarius de hoc per se inquiret: delegatus verò non. nam debet illum reputare pro admisso, ex quo ad illius instātiam est sibi causa commissa: nec amplius habet de aliqua causa inquirere. Nec obstat extrà de rescr. super literis. vbi dicitur, ꝙ eadē ratio debet mouere delegatum, quæ & delegantem mouere debuisset. Nam iam constat delegantem motum ad admittendum e
b um, ex quo cām inter eos commisit. Porrò[b] vbi qs causam suam propriam prosequitur, siue agat petitorio, siue possessorio, nō habebit expensas. de quo dic, vt no. ext. de elec. vt prætertitæ.

ADDITIONES.

a Regularia instituta. ¶ Ad hanc quæstionē facit, quod no. s. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. ver. ex his autem quæritur.

b Porrò. ¶ Si quis ēt monachus: ita dixit Inn. cuius fuerunt hæc verba in dec. ex parte. vt ibi scripsi in gl. monachus. in fi.

¶ Baldus de Inquisitione.

¶ CVM ad denūciationē alicuius inquiritur, iste non est processus inquisitionis, sed denūciatiōis, in §. j. ver. sed nunquid. ibi, ego dico. Vnde si nō valet denūciatio, nec inqsitio, q̄ est eius accessoria. quod est no. dignū. nec eīn possunt cumulari duæ species ꝓcedendi, de iud. c. exhibita. Bal. vide j. §. repulso. & §. nisi promotor. ¶ Inqsitio, q̄ fit ex officio domini Papæ, ampla via ꝓcedit, nec cumulari potest, vers. porrò. in fi. ¶ An per testes singulares ꝓbetur infamia, vel iurisdictio, ver. quid si vnus. G. ¶ Episcopus potest ꝓbare innocentiam suam per familiares & cubicularios suos, vers. sed nunquid eius. G. ¶ Repulso impetratore inquisitiōis non p̄t iudex ex officio inquirere. ver. quid si impetrator. G. s. e. §. primo. Si in litera apostolica cōtinetur, Veritatē inquiras, impetratur. ꝙ ordine iudicij, nō p inquisitionem procedatur, de iud. c. examinata. ver. quid si in litera apostolica. G. qa ciuiliter debet interpretari rescriptum. G. ¶ Vbi petiť irritari inquisitionis processus, nō ē necessariò citandus impetrator, ver. item post. & ver. seq. G. ¶ Legatꝰ nō p̄t cogere inquisitores datos à Papa, ꝙ procedāt, ver. sed pone. G. ¶ Quæriť, an ꝯ absentē cā studiorū possit inquiri. ver. quæriť. G. ¶ Qualiter debet testis deponere, vt probet infamiā, §. nūc tractemus. in 3. col. G. ¶ Quib. testib. magis credať, an ꝓbantib. infamiam, an probantibus ꝯriū, ver. quid si plutes. G. ¶ Nisi promotor probet infamiam, non debet inquiri: secus si iudex inquirit ex officio: quia nemini ꝓbari debet. nā iudici probādū est: at ipse idē iudex est. Sed si appelletur, debet probari corā superiore, §. nunc tractemus. ver. hoc aūt scias. G. Testes singulares nō probāt, nisi semiplenè, §. videndū. ver. si autem. G. quod an sit verū, vide s. de teste, §. an ille. ¶ Inquisitio, quæ fit ꝯ incertā personā, est præparatoria, nisi in notorio, j. ti. j. in fi. prin. G. ¶ Quid operentur illa verba De plano, & sine strepitu? & quid, si additur, sine figura iudicij, ver. quid igitur si. G. ¶ Inquisitio alia canonica, alia ciuilis. De ciuili nor. ff. de adul. l. 2. Item alia ad instructionem, vt generalis. ff. de of. præsi. l. congruit. Alia tendit ad punitionem. Et hæc est duplex quia quędā est simplex & emergens, C. de testi. l. nullū. C. de sportul. l. ij. Quædam principalis & plenaria. Et adde, quod no. Insti. de pub. iud. in prin. Et ꝓbatiōibus receptis in inquisitione generali nō p̄t ferri sn̄ia, sed debet formari specialis inquisitio, secundum Nic. de Mata. hoc ideo: quia ex generali inquisitione nō recipitur nomē rei inter reos: secꝰ, si sup ea sit lis ꝯtestata, & respōsum libello gn̄alis inquisitionis. nam tunc ex probationibus post respōsionē rei super ea recepta debet ferri condēnatoria, vel absolutoria. Nā si absolutia ferť, vt quotidie videmus in gn̄alibus inquisitiōibus, q̄ fiunt in syndicatu officialiū: ergo & ꝯdemnatoria ferri potest. facit, qđ no. in c. dudū. de ele. per Inn. & ar. ad hoc, quod no. & legitur C. de anna. exce. l. fi. & sic ista inquisitio, sup qua lis quasi ꝯtestatur, erit nō solū facti, sed iuris, ext. de ele. c. per inquisitionē, Bal. vide s. de sen. §. iudex formauit. in fi. c. & j. de reg. iur. §. itē not. ꝙ non est necessarius. ¶ Quidā denunciauit iudici, ꝙ domus sua erat cōbusta, vł ꝙ ipse fuerat vulneratꝰ à Titio: iudex de hoc formauit inquisitiōe. qua pēdēte iste offēsus vult accusare: q̄riť, nunquid possit? R̄ndeo, si nominauit eū à principio, non potest: alias sic, §. nunc videndum. versicul. vltimò quæritur. G. Sed tu dic, aut inquisitio est plenior, quàm accusatio, aut econtra, aut sunt coæquales. Primo casu durat inquisitio. Secundo tollitur per accusationem. Idem videtur in tertio casu, nisi actoris collusio sit suspecta: vt quia iam inquisitio erat probata, vel ꝯtinebat meliores testes, qui meliùs factum sciebāt, secundum quosdam. In dubio p̄ferendus est accusator, qui proprium dolorem prosequitur, ff. de adul. l. ij. §. fi. & l. pen. Dy. nisi ipse inquisitiōem fieri procurauerit: quia tunc contra factum ad instantiam suam venire non potest, C. de reb. cred. l. generalis. §. j. in ratione literæ: quia via, quam elegit, hęc sibi patet, ff. quod metus. cau. l. si mulier. §. fi. vide omnino s. de sent. §. iudex formauit. Bal. ¶ An monachus inquisitus ab abbate debeat ab eo habere aliquid pro faciēdis expensis, ver. item pone, abbas. G. Ar. ꝙ nō: qa non debet quis facere aduersariū suū fortiorem, neq; sumptus ministrare sibi. ar. ff. de verb. obl. l. venditori. Bal. Regularis non accusat, nisi obtenta licentia: quæ dať cū summaria causæ cognitione, in qua non exigitur partis citatio, sicut cùm impetratur, in §. fi. ver. si. G. ¶ In cā inquisitionis ex mero officio producuntur testes, etiam didicitis attestatiōibus in aptis: secus, si habebat ꝓmotorē, vt in c. cū clamor. de testi. p Inn. j. j. §. nūc tractemꝰ. ver. sed nūquid publicatis. G. ¶ Si testes crimē possunt probare, de quo quis non sit infamatus, n̄ nocet inquisitio, §. nūc videndū. ver. p̄t ēt. G. ¶ An verò ipse, q nō est infamatus, iterrogari possit, vide s. de positio. §. positioni criminosæ. ¶ Qualiter testes sunt super inquisitiōe examinādi, & de forma inquisitorij, vide s. de teste, §. forma. An de delicto commisso per subditū ext. territoriū, possit per iudicem subditi inquiri, s. de sententia, §. sententia lata est in inquisitione. & ibi etiam habes, an procedat inqsitio via statuti.

ADDITIONES NOVAE.

Circa materiam inquisitionis vide quod notat d. Bar. de Sal. ĩ l. ea quidem. de accu. quam repetiit. vide Bar. in l. j. §. si publica. de adul. Bal. in l. actor. C. de prob.

Nota ꝙ in miserabilibus causis p̄t iudex ex officio suo inquirere de quo per Cy. in l. mulierem. C. si man. ita fu. alie. ne prostit.

Nota ꝙ via procedendi per inquisitionem præscribitur spatio xx. annorum, vt no. in l. querelam. de fals.

An inquisitio sileat superueniente ordinario accusatore, Bart. ĩ l. Vranius. de fideiu. & l. si maritus. §. si ante. de adul. & c. actus legitimi. de reg. iur. per Dyn.

30 Pone,inquisitor procedit contra Seium:ipse opponit declinatoriã.dicit inquisitor,responde prius inquisitiõi,reseruatis tibi exceptiõibus:an teneat᷑ rñdere.Inn.in c.exhibita.de iud.vide Bal.ibi in opere suo quod fecit super In.vbi Bal.dicit ꝙ sicut præpostera tio vitiat processum inquisitionis,ita & accusatio.Bald.

Not.ꝙ si iudex in inquisitiõe nõ nominat testes,nec ipsos põit ꝗ melius sciunt veritatẽ:ꝑt ille cuius interest nominare iudici ipsos,& tunc iudex qui in se assumpsit processum & officium inqsitionis,ipsos producat.Bal.ad hoc alle.si suspecta.de inof.tes.quæ incipit,sed an possit ibi,vel saltem.

Nota ꝙ in inquisitiõe generali non est necesse ꝙ præcedat infamia,qa inquirit ad inueniẽdũ famã,vt c.ꝑ inquisitionẽ.de elc.& Inst.de pub.iud.in prin.& l.ij.§.si pub.de adul.sed in inquisitione speciali requiritur ꝙ fama præcedat delictum,& infamia delinquentis & inquisiti,nam conuenit quòd constet saltem ꝑ famã & infamiã ꝙ inquisitus sit obnoxius anteꝗ̃ citet᷑.hîc est casus fm Bar.in l.ij.qui promulgat.fac.ext.de accu.c.inquisitionis.& de testi.c.cum clamor.& de simo.c.licet heli.& c.per tuas.facit enim iudex litem suam si aliquem absoluat ab inquisitione quã formauit,vt l.si maritus.de exc.tuto.& tenet᷑ inquisito ad damna & expensas.de quo per Bal.in l.non ignorat.de fruc.& lit.expen.Bal.

In l.edita.de edẽ.Bal.querit an in criminalibus sit necesse edi circunstantias,& locũ & tps,vt l.libellorũ.de acc.Iac.Bu.dicit ꝙ aut est generalis inquisitio,& nõ est necesse,vt Inst.de pu.iudi.in prĩ.per §.prohibemus.in aut.de collat.& c.abbate sanè.de re iud.lib.6.vbi dr̃,ꝙ genera nõ habẽt concomitantias,sed spẽs sic.vnde in spãlibus inquisitionibus debent poni circunstantiæ,vt locus & tempus,in aliis non tenet᷑.Batt.in l.2.§.si publico.de adul.dicit ꝙ etiam generalis inquisitio non tenet sine ipsis.contra fa.l.ꝯgruit.de of.præsi.& ꝯ opi.Iac.But.& Inn.& sic malè & contra ius euasit quendam potestatem à syndicatu,dicens ex tali inquisitione absque circunstantiis non posse procedi ad condemnationẽ.Præterea quare ñ teneretur inquisitus in carcere,nisi ex tali inqsitione possit pronuntiari.nec curatur quòd locus & tempus in ipsa ponatur,quia in productione deducenda sunt,& nõ in informationibus,quæ inducuntur per testes informatorios:quia ipsi instruunt causam,nõ probãt.Io.An.in c præsentium.ext.de testi.& ẽt ibi per Paul.de Leaza.nam probationes super inquisitione,quãuis generaliter productæ probabunt de loco & tempore.sed quare super quolibet crimine ꝑt fieri inquisitio generalis,& ñ spãlis.Ratio quia spãlis specialem ꝑt habere promotorẽ,non gñalis,qa ñ est concomitata,vt s.& Bar.ñ intelligit Nic.Mata.quia ex ꝑbar.ad in quirendum non debet quis condemnari,sed bene ad ꝓbandum,vt s.Bal.fac.etiam quod no.Bal.in l.j.& l.cùm fratrem.de his quib.vt ind.& Bar.de Sal.in l.in causis.de accu.

An inquisitores teneãtur ꝓbatiões super exceptiõibus admittere prius quã in in principali ꝓcedant:vide Bal.in repertorio qđ fecit super Inn.in dic.c.exhibita.de iud.vbi dicit ꝙ præposteratio vitiat processum inquisitionis,sicut processum accusationis.Bal.

Testis q ñ deposuit super inquisitione generali ĩ termino,q generaliter statuit omnibus volentibus testificari,vlterius non debet admmitti.Item ꝙ inquisitio etiã generalis habet instantiã.no.in l.j.C.vt intra certum tempus.& l.properandum.de iud.Bal.

Nota ꝙ de iure cõi dicit Nic.mata.ꝙ in inquisitione generali in qua nõ consistit certitudo personarũ,nec delictorũ,nec loci,nec temporis,nõ ꝑt sñia ferri,nec cõdemnatio moderari,nec ĩnocẽs absolui:sed debet ad inquisitionẽ specialem procedi.sed Inn.dicit ꝙ ex gñali inquisitione respectu ꝑsonarũ cum de maleficio ꝯstat ꝑt inqri,licet ñ sciat᷑ malefactor.nã est inquisitio spãlis,licet gñalis quo ad ꝑsonam,l.i.§.illud ad Sillani.in c.dudum de elect.fa.qđ no.ij.q.8.si libellorũ Bal.in l.quotiens.§.si quis.de hære.inst.Bar.in l.si quis ita legauerit.de cond.& dem.dicit ꝙ sic.

Nunquid in priuato crimine possit iudex procedere ex officio suo per inquisitionem,Cy.in l.ea quidem.de acc.

In l.j.& penul.de bo.va.lib.x.dicit Bar.nota casum ꝓ ep̃is,vt possint ex eorũ officio facere inquisitionem ꝯ tenentes bona q̃ debent distribui pauperibus,& etiam ad alias pias causas:ad vtilitatẽ autem priuatorum non reperio procedi,nisi in casu l.3.§.propterea,de suspec.tut.

In l.licet.§.fi.nau.caup.stab.hic est ar.ꝙ si de eodem delicto pueniat cognitio ad iudicem secularẽ & ecclesiasticũ,ꝙ ñ possit vterq; inquirere,sed sit locus præuentioni.sed Gul.dicit ꝙ vnus inqrit ad imponendam pœnã corporalẽ,alius spũalẽ:quia quatenus extendit se eorũ iurisdictio.Guil.in l.placet.C.de sac.san,eccl.Archi.v.q.6.c.presbyter lo 2.Bal.

An contra iudicem inquirentem habeat locum pœna senatus consul.Turp.Bar.in l.senatus.§.an ad eos.ad Turp.

An ĩquisitus respondendo inquisitioni teneat᷑ respondere cum iuramento,dicendo contẽta in inquisitionẽ nõ esse vera,vr̃ ꝙ sic ext.de acc.c.cum dilectus.lo j.& quod not.in l.p̃nti.C.de his qui ad eccl.confu.

In l.filius.ff.de pet.hæred.pone statuto cauetur ꝙ in cã capituli nõ admittatur ꝓcurator ad aliꝗ̃ exceptionẽ perẽptoriam vel declinatoriã,sed principalis teneatur tantũ venire:iudex ergo quærit in cã publica,venit procurator rei,& dicit,Domine iudex imploro officium vestrũ,vt inquisitionẽ ineptam amoueat:an faciat contra statutum:certè non,quia non excipit,vt hic in fin.& s.eo.l.planè.ibi,si non est &c.& ꝙ hoc possit ꝓbo sic de iure,cũ reus habeat duas vias,quia reus poterat per procuratorẽ opponere declinatoriã,& officiũ iudicis implorare l.quos prohibet.de postul.si ergo statutũ vnã viam tollit s.excipere,non tamẽ aliam aufert,s.ꝙ non possit iudicis officium implorare,cum sint separata,l.si vero.§.de viro.sol.mat.& l.naturaliter.§.nihil cõmune.de acquir.pos.Ia.But.Forma autem secundum eum est:domine iudex ad officium vestrum pertinet ineptitudinẽ iudicis resecare:ideo ego talis procurator non excipiendo sed officiũ vestrũ implorãdo peto ne de hoc crimine inquiratis,cum de iure nõ positis tali ratione,&c.de hoc in simili in l.j.ff.quod vi aut clam.Bal.

Statuto cauetur ꝙ bannito non reddat᷑ ius in ciuilibus nec criminalibus:si bannitus offendit᷑,an iudex ex officio suo possit ꝓcedere per inquisitionem de dicta offensa,no.in l.j.§.fi.de alea.& l.nõ solum.§.quanquam.de iniur.

Statuto cauet᷑ ꝙ ꝑtãs non possit cognoscere de maleficiis ꝯmissis retro ꝑ annũ:an habeat locũ in maleficio occultè commissio,quod maleficium post annum in notitiam peruenit,& an poterit cognoscere,Bar.ponit in l.si paulo.si quis test.lib.esse iuf.fu.

In l.ꝗ habebat.de reb.dub.pone,dux ducatus formauit inquisitionem ꝯ dñm Io.ꝑtãtẽ Assisij.tñ in veritate dictus dñs potestas non vocabatur Ioannes,sed Franciscus,dicit magis eẽ inspiciẽdã dignitatem quàm nomen proprium,vt hic de hoc no.in l.demõstratio.de con.& demon.in fi.aliàs in prin.

In l.si cum exceptio.§.si quis per vim.quod me.cã.in gl.quæ incipit,& ita debuit,ibi,vel si nũꝗ̃ inuenitur &c.no.hac gl.ecce dicit statutũ ꝙ iudex nõ possit ferre sententiã,nisi appareat ꝙ cicatrix sit perpetuo remãsura,& tũc puniatur in mille libras,quas teneatur soluere vsq; ad mensem:aliàs puniatur in amputatione man⁹ modo si velis liberare amicũ tuum percussorem:facias datis denariis percusso quòd se absentet,ita quòd iudex ipsum per medicos aspicere non possit:& tunc cum iudex non possit excusatur,vt hac gl.Bal.

Pone,actum est de furto ciuiliter,& probatũ,an iudex poterit illum punire,ac si criminaliter ꝯ illum processum fuerit,de hoc per Bar.in l.interdum.§.qui furem.de fur.& no.in l.j.de concuss.& Cy.in l.si quis ad se fundum.ad l.Iul.de vi pub.& ĩ.de fur.

In l.mercalem.C.de cond.ob tur.cau.an ex confessione lenocinij iste criminaliter puniatur,quia ꝯ confessum &c.an aliter ꝓcessus non reqrat᷑,sed statim est diffinitiuè condemnandus:de conf.c.cũ super Inn.& c.Romana.de ap.lib.6.& l.non tantum.de confes.in ꝯtrium dicit Spec.ꝙ confessio super crimine non vitiat,nisi ad illud agatur,vt si sit incidenter propter aliud non est ex ista ꝯfessione damnandus,vt hic in Spe.§.nunc videndum §.quid si actum.ego Bal.dico ꝙ ista cõfessio valet ad iudicem instruendum,& ideo posset inquisitionem formare & eam probare,per hanc ꝯfessionẽ,nõ vt ex hac sola condemnetur,cum super hoc nõ sit fundata instantia.fac.ad hoc l.nullum.C.de test.& quod nota.in l.ictus fustium.de infa.Bald.

An monacho accusanti abbatem debeat de expensis prouideri,gl.in l.si instituta,de inof.test.Arc.in c.cupientes.§.j.de elc.li.6.

Quid sit fama,suspicio,præsumptio,rumor,fictio,iudicium,argumentum & coniectura,Bal.in l.ea quidem.C.de accu.

An inquisitus vel accusatus teneatur respondere se non eẽ culpabilẽ de contentis in accusatione vel inquisitione,vel debeat respondere se commisisse vel non commisisse delictum,Albr.in l.j.§.ꝗ pri⁹.de ver.obl.& dicit ꝙ tenetur respondere ꝯmisisse vel ñ ꝯmisisse,quicqđ sit de iure c.iudiciorũ.admittit talem responsionẽ se nõ esse culpabilem de cõtentis in accusatiõe vel inqsitiõe:facit l.ij.de accusat.& c.peruenit ad nos.de testib.cog.facit quod no.Bal.in l.j.C.de conses.

a ¶De criminibus in modum exceptionis propositis[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a GENERalem rubricã habemus de exceptione huiusmodi s.parte secunda:hîc solùm prosequitur de exceptione criminum:& de his tam sub generali rubrica de criminibus,de qua dixi in prin.huius partis,versicu.si autem.¶Ro.posuit hanc Rubricam post tractatũ de denũciatiõibus,ꝗ hîc post prĩ.al.auctor.Hostiensis addidit ĩ sũma hãc rubricã post Rubricã de accusatiõibus.Rolan.doctor posuit ẽt hanc rubricã post tractatum Inquisitionum,vt hîc.



Onnunquam crimen in modum exceptionis opponitur: idcirco quid iuris sit super hoc, videamus, dicẽtes: quem effectum habet crimẽ sic obiectum: & qualiter in eo procedatur: & qualiter sit puniendus, tã is, contra quem probatur, quàm etiam is, qui in probatione deficit.

SVMMARIVM.

1 *Crimen in modum exceptionis secundum ius Canonicum diuersimodè proponi dicitur.*
2 *Vir accusans vxorem de adulterio, quo pacto veniat repellendus.*
3 *Sanguinem proprium redimere quocunque modo licitum est.*
4 *Testes quo casu cogi possint in iudicio testificari.*

1 I. §. In primis † sciendum est quòd secundum ius Canonicum & Ciuile crimen in modum exceptionis proponit̃ qñque ꝯ actorem, qñdoq; ꝯ testes, qñdoq; ꝯ promouendos: & ĩ his omnibus refert, qualiter quis obiiciat crimen. Si enim opponit̃, vt quis ab accusando, vel testificando repellatur, tunc excipiens non inscribit, vt ext. de simon. licet. Et si excipiens non probat, nõ punitur: nec ẽt is, cui obiicitur, si probetur: nec ob hoc fit infamis sed tantùm à testimonio, vel accusatione repellit̃, vt ff. de his, qui no. infam. Lucius. ext. de ord. cog. cùm dilectus. §. fi. de testi. super
2 eo. ext. de exc. c. j. ¶ † Excipitur aũt de crimine ꝯ accusatorẽ sine libello & pœna, vt ij. q. 7. si qui sunt. & c. quærendum. & 3. q. 7. iudicet. Hinc est, ꝙ si vir accusat vxorem de adulterio, repellitur, si vxor excipiat ꝯ eum, ꝙ ipse idem crimen commiserit, exceptiõe probata, vt 32. q. 6. nihil iniquius. & per totum, ff. de adul. si vxore §. iudex. quia paria delicta, &c. vt ext. de adul. c. pe. & fi. & ff. so. ma. viro. Idem, si ipsa ꝯ eum excipit de lenocinio. quod intellige secũdum legem C. de adul. castitati. & l. quoniam Alexandrum. Hodie tamen corrigitur per auth. vt nulli iud. §. adulteram. Coll. 8. & extrà de eo, qui cog. consan. vx. suæ, discretionem. Hanc materiam
a plenius prosequere in lib. Rof.[a] in ti. de criminibus, quæ in modum exceptionis prop. Quid si dico in modum exceptionis, ĩstrumentum est falsum? de hoc s̃. de edi. inst. §. postremò. in fi. Si autẽ crimen alicui opponitur in modum exceptionis, vt quis à ꝓmotione officij, seu beneficij excludatur, aut excipiatur ante confirmationem? & tunc excipiens non cogitur inscribere, quia crimẽ sic probatum non deiicit, quamuis impediat. Aut post confirmationem, putà cùm quis est ordinandus, vel consecrandus: & tũc licet excipiens nõ teneatur inscribere, est tñ iudicis arbitrio ad aliquã pœnam extraordinariam, si in probatione defecerit, adstringendus. & est ratio: quia crimine sic probato, repellitur ab obtinendo, & deiicitur ab eo, quod per electionem & confirmationem obtinuerat, licet priùs habita ñ amittat, vt ext. de accu. super his. ext. de proc. tuæ. & sic hæc exceptio quasi pro accusatione ha
3 betur. ¶ † Sed quare non proceditur ad pœnã, qñ accusatori crimen in modum exceptionis obiicitur, & nõ probatur sicut in ꝓximo præcedenti casu proceditur? R̃n. ideo parcitur accusato excipienti: quia licitum est quocunq; modo sanguinem proprium redimere, vt ff. de bo. eorum, qui mor. sibi consci. l. j. sicut & illi ignoscitur, qui prouocatus voluit se vlcisci, ff. de bo. li. qui cùm maior. ij. q 3. §. notandũ. versus prin. & c. si quis iratus. ff. ad l. Iul. de adul. si adulteriũ. §. Imperator. & C. e. Gracchus. Attamen si ꝯ electum confirmatum excipis, pœna extraordinaria rectè imponitur quid enim ad te, si ille, promoueatur, qui te non accusat, nec vexat quia & licet priùs habita nõ amittat, obstat tñ dignitatib⁹ postea acquirendis, vt extr. de ele. super eo. & ij. q. j. prohibentur. Et hoc
b casu dicit Ber.[b] testes esse cogendos. Vin. verò & Tanc. contrà, sicut nec in exceptione famosa, seu odiosa. Nec ob. ext. de testi. co. sup his. quia ibi loquitur in cã inquisitionis, in qua sunt multa specialia, vt ext. de re iud. cùm I. & A. & ext. vt lite non conte. quoniã §. sunt & alii. Item non est contrà, f̃m eos, ext. de ele. cùm dilect⁹. quia ibi testes coguntur nõ ad probandum crimen, sed ad probãdum formam electoribus traditam. ¶ † Quid si testi crimen falsi
4 excipiendo opponitur, nunquid hoc casu testes cogẽtur? de hoc dic, secundum Papam, vt ext. de testi. cog. cùm contrà. Ad quem autem effectum crimina electo, vel confirmato, vel consecrato excipiendo opponãtur, & quid iuris sit, de hoc plenè, secundum
c Ber. Compostellanum ext. de elec. quod sicut[c].

ADDITIONES.

a Prosequere in lib. Rof. ¶ iuris canonici doctoris excellentissimi,
b Dicit Ber. ¶ in dec. super his. de acc. in gl. penul.
c Quod sicut. ¶ Vide, quæ ibi scripsi post expeditiõem glossarum.

a ¶ De notoriis criminibus[a]. Rubrica.

b IN præcedentibus[b] de modo cognoscendi de criminibus secundum iuris ordinem diximus: & quoniam est & alius modus, in quo extraordinariè proceditur, sc. cùm crimẽ est notorium, in quo iuris ordinẽ ñ seruare est secundum iuris ordinẽ procedere, vt ext. de iureiu. c. ad nostrã. 3. idcirco de hoc aliqua discutiamus: & de hoc modo fit mẽtio extrà de simo. licet Heli. ad prin. & de acc. qualiter. 2. §. ad corrigendos.

ADDITIONES.

a TANCRED. ¶ vt s̃. huius partis ti. j. dixi, tractat de his criminib⁹. Ex practicis auctoribus nullus posuit hãc rubricam. Host. autem in Summa aliquid de hoc tractat, de acc. §. vlt. sed pleniùs de coh. clec. §. fi. quem tractatum satis commendat in fi. Ex glossis autem formatus fuit iste tractatus, de quo satis scripsi super gl. ad intelligentiam dec. vestra. de cohab. cler. & mul. Scias, quòd sicut feci đ mag. gl. in dec. in literis. de rest. spol. sic feci de prædicta, diuidẽdo illam totam, id est quicq̃d scripsi super illa gl. in sex partes ad modũ capitulorũ Biblicorũ: & posui B. in apostilla, quæ incipit, ponebat Petrus, & ibi, citatio, verò. C. & ĩ ver. vel dicas generaliter. D. & in ver. præterea est in eis. E. & ibi, si ꝯ factum. F. & ibi, quid si absens. G. & sunt partes satis æquales in contextu, quæ cùm allegabuntur, adhuc diuidentur per principium, medium, & finem, ita ꝙ facilis erit inuentio, propter quod cõsulo cuique sic signare, ꝙ præcipuè valebit ad vltimũ §. huius ti. Et nota, quia auctor est in materia criminum de notorio circa cõtractus, vel quasi: circa possessoria iudicia se non intromisit hìc, de quo super gl. satis scripsi in litera D. ad F. & E. in principio, vsque vltra medium.

b In præcedentibus. ¶ Secundum Tan. vbi s̃. plenam remissionem de hoc vide de iureiur. c. ad nostram. 3. super gl. 2. item vide ibi ꝑ omnes scribentes. Itẽ dicas, quòd in notoriis non est adeò ex abrupto procedendum, quin ad minus fiat citatio, vt per d. Ant. de Bur. in c. referente. per illum tex. ext. de præb. quod tamen prosequere, vt per do. Ab. in c. bonæ. el 2. ext. de elec. in 3. col. item per eundem in c. cùm olim post gl. in 6. 7. & 8. col. ext. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio seu denunciatio, vel inquisitio, vel exceptio non sunt in notoriis necessario.*
2 *Citato legitimas causas inficiandi habente non veniente, qualiter contra eum procedatur, & n.*
3 *Monitio an possit pro citatione haberi.*
4 *Monitus iustam habens excusationem, non tenetur parere.*
5 *Contumax non appellans citandus est ad sententiam.*
6 *Accusatori scienti accusati absentis excusationes, & tacenti, imputandum est.*
7 *Facta post appellationem qualiter, & quo casu non valeant.*
8 *Reus semper, & in omni casu est citandus, coram quo opponi debet facturus, propter quod citatur: qui etiam defensiones suas allegare non impediatur.*
9 *Crimen negatum qualiter possit à iudice notorium sciri.*
10 *Notorio facti negato in partibus remotis, quantum tempus dabitur ad probandum.*
11 *Notorium non indigere probatione an semper sit verum.*
12 *Maleficio notorio existente, qualiter sit procedendum.*
13 *Defensio legitima nemini de iure est deneganda.*

1 I. §. Scias ergo, quòd † in notoriis non est necessaria accusatio, vel denunciatio, vel inquisitio, vel exceptio, nec testes etiam, vel aliæ probationes, vt extrà de accusatio. euidentiam. extrà de cohab. cler. & mul. tua. ij. q. j. manifesta. & ca. de manifesta. & c. scelus. C. de acc. ea q̃dem. extrà de elect. bonæ. j. §. porro. Nec debet in eis libellus recipi, nec causæ cognitio adhiberi, vt extrà de fil. presby. quoniam. verùm in eisquidam ordo iudiciarius seruatur, vt probatur in præ. c. ad nostram. debet namque reus citari & interrogari, vt & eo præsente, vel contumaciter absente, debet sententia ꝓmulgari, ar. in præ. c. de manifesta. & ea. q. Deus. & §. fi. ext. de cohab. cler. & mul. sicut ad extirpandas. & ext. de diuor. porrò. Quòd si non citetur, sententia non valebit, secũdum Tan. vt ĩ. ver. dixit quoq;. & extr. de const. ecclesia. ij. q. j. nos ĩ quẽquã. ff. q̃ sñiæ sine ap. re. l. j. §. itẽ cũ. ext. de transl. quanto. Ar. ꝯ trà, ꝙ nec citatio, nec monitio sit necessaria, ext. de ap. cùm sit Ro.
a in fi. Sed illud intellige, prout ibi no. secundum Papam[a]. hoc ꝓse
2 quere, vt ĩ. §. fi. ver. Petrus de Sam. ¶ † Et nota[b], ꝙ imputat̃ citato
b qui habet legitimas causas inficiandi, si nõ veniat. nã ꝓcedet̃ ꝯtra eũ ad inquisitionem ẽt super circunstantiis nõ notoriis: & si ei, qui præsens esset, competeret probatio, habebitur pro non probato, ex quo absens est, alioquĩ si ñ absenti, sed præsenti accusatori incumbit probatio, iudex ad instructionem sui probationes recipiet. Item procedet ad pœnam contumacis, sicut sibi iustum videbi

ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Qui dicit idem, quod ibi in vlt. glo.
b Et no. ¶ f̃m Inn. cuius verba incipiunt & durant vsq; ad versi. sed qualiter. q̃ videas, vbi s̃. sub litera F. post prin. & litera G. per totũ.

debitur. Si autẽ postea venerit, audientur illius excusationes, 2.q.j. Deus omnipotẽs. & si aliqua pœna imposita sit, si occasione maleficij notorij, cùm non sit notoriũ, hoc probato, & sic contumacia excusata, illud, vel nullũ erit, vel reuocabitur vt iniustũ, extra.
a de re iud. cùm Bertholdus. §. postmodum[a]. ¶ † Quid si iudex eũ
3 monet, vt satisfaciat tanquã de notorio vsque ad certam diẽ: nec aliter citat, quia non dicit, ꝙ veniat, vel compareat coram eo, nũquid hæc monitio habebitur pro citatione? non videtur nã monitus non tenetur parére, si habet iustam excusationem, extra. de
b præsum. c. fi. ext. de rescr. si quando[b]. 14. q. 1. quisquis. sed citatus tantũ venire & parere, ac excusationem proponere, ff. de iudic. si
4 quis ex aliena. ¶ † Quid si citatus in notoriis non venit? R n̄. pt ꝓcedi ꝯ eũ, si non mittat sufficienter, ext. de cler. non resi. ex parte. & duobus cc. seq. Quid si sit semel contumax, nec inuenitur factũ notorium, sed est purgationi locus, nunquid est iterũ citand⁹ ad purgationem sibi indicendam? Ar. ꝙ sic, extr. de cohab. cler. & mul. tua. ver. sed si de clericis. ext. de sen. exc. si verò. & de pur. ca.
5 inter solicitudines. & c. cùm dilectus. ¶ † Item nunquid talis est
c ad sententiam citandus? Dicũt quidam[c], ꝙ sic, C. quõ & qñ iu. ea quæ. & 3. q. ix. ꝑ totum. Alij contrà, & dicunt ꝙ prædicta iura lo-
d quuntur in absentibus, nõ in contumacibus[d]. ¶ † Quid si absens
6 habet excusationes legitimas, quas bene nouit præsens accusans sed eas tacet? Dic imputandum accusatori, & prouidendum reo,
7 ff. de iud. si prætor. ¶ † Quid si auditis excusationibus iudex super eis non recipit probationes oblatas, sed condemnatur reus tanquam de notorio, & ob hoc appellat? Dicunt Papa & do. meus, ꝙ tenet sententia, etiam si post talem appellationem lata sit, dũmõ coram iudice appellationis de notorio fiat fides: secus autem est in aliis iudiciis quæ per omnia ordinem iudiciarium requirũt, in quibus non valet quod fit post appellationem, ext. de ap. interposita. Alij ꝯ: quod prosequere, secundum Papam & do. meum, vt
e no. in pre. c. tua nos[e]. ¶ † Dixit quoque idem Inno. ꝙ quamuis in
8 notoriis partibus præsentibus possit lis cõtestari, & ordine iuris seruato procedi, nihilominus tamen eisdem absentibus potest procedi illis omissis: sicut & quando reus contumax est: in omni casu tamen requiritur, quòd citetur reus, & ei venienti exponatur factum, propter quod citatur: & eius defensio audiatur, ar. ext. de ac. qualiter. ij. §. debet. alioquin non tenet sñia super notoriis lata, vt s̄. vers. veruntamen. & j̄. in fi. huius §. ¶ † Sed qualiter
9 sciet iudex crimen alicuius notorium, fortè si id negatur? Resp. se-
f cundum T. & Vin.[f] per facti euidentiam, si est illius loci habitator quod verum est, si fuit in conspectu eius ꝓ tribunali sedẽtis: & ñ
g aliàs, vt j̄. §. iã de notorio. ver. porrò. & ver. istud autem notoriũ[g]. Vel si ei iudex fiat, per duos, vel plures testes notoriũ fore. nã & duo probãt famã, ext. de testi. tã literis. & de acc. inquisitionis. §. fi. & ꝑ duos probat, ꝙ septẽ interfuerũt, C. de bo. pos. l. 2. & quòd tres subscripserunt, C. de fide inst. cõparationes. Et quòd duo probent aliquid esse notorium, probatur ff. qui satis. cog. si verò. §. q pro rei qualitate. & de elect. bonæ. j. Et no. quòd si aliquid neget esse notorium, semper probandum est notorium esse, vt quidam dicunt: ar. præ. l. si verò procurator. §. fi. & in pre. ver. porrò. & hoc in absentia partis fieri potest, ar. ext. de ap. interposita. §. fi. quo facto admittuntur probationes super principali, secundum d. meũ: & Papa contrà, vt no. in præd. c. tua. & dicam j̄. §. iam de notorio.
10 ¶ † Item si notorium facti negetur in partibus remotis, dicit do. meus, quòd dantur octo dies ad probandum, vt ext. de sen. excõ. solet. §. in prima. Item fit res notoria, si reus confiteatur, vt j̄. §. iã
11 de notorio. ver. 2. ¶ † Verùm ad id, quod dixi s̄. in prin. notoria ñ indigere probatione, est contrà in auth. de rest. & ea, quæ parit. §. fi. & ext. de elec. bonæ. j. §. licet autem: cum suis conc. sed illud fit ad cautelam, vt ibi dicitur, & no. Et si illud fecit legatus ad cautelã, satis potuit testes recipere parte non citata, secundum Ioan. &
h Gof.[h] Vel dic. quòd licet esset sibi notorium, quòd ille ad Magũtinam ecclesiam transisset, vel quòd administrasset, non tñ fortè notorium erat, quòd post appellationẽ, vel non erat notoriũ. ꝙ canonici Maguntini eum recepissent: vel licet esset notorium in Alemania, vel aliis, non tamen ipsi legato: ideoque potuit testes recipere iuris ordine non seruato. vt in præ. c. manifesta. & in ꝓd.
12 c. ad nostram. & xj. q. 3. eorum. ¶ † Hoc autem[i] communiter ob
i seruatur vbique, ꝙ cum maleficium notorium committitur, statim iudex inquirit in genere, non contra certam personam: & facta inquisitione vocat nominatos in inquisitione, quos intellexerit culpabiles, vel suspectos, vt dicant veritatem, & se, si possint defendant. sic. n. diu obtentum est: ideoq; non est mutandũ. ff. de leg. minimè. & l. cùm de interpretatione. & l. seq. & l. de quib. §. inueterata. ext. de consi. cùm dilectus. & in hac inquisitione non seruat solennitas illa, q̃ traditur ext. de acc. qualiter. 2. & s̄. de inquis. §. nunc tractemus. Item in maleficio flagranti, quod sic notoriè commissum est, procedit hæc inquisitio illius maleficij, s. quis commiserit, nullo vocato, si non certum sit, quis fecerit, siue sit certũ de aliquibus, & incertum de aliquibus, ei tamen, contra quem ꝓcedit, legitima defensio reseruatur, ext. de of. ord. c. j. ff. de of. præ. l. 3. & l. congruit. ff. de cust. & exhib. reo. diuus. 2. & l. solent. & l. de militibus. & in auth. Col. ix. de collat. §. iubemus. 3. Nam & si ibi ĩquiritur, de statu ecclesiæ inquiratur, licet nulla persona nominata sit, tamen testes recepti de quolibet monacho deponent, & tunc is, contra quem dicitur, dictum testis poterit impugnare, extrà. de re iud. cùm I. & A. & ij. q. v. sæpe. & c. interrogatum. Dicũt tamen quidam, quòd hæc inquisitio, quæ fit contra incertam ꝑsonam, est tantùm præparatoria ad secundam, ar. ext. de confes. c. ij. Nam contra personam in prima nominatam, incipiet, noua: & poterunt in secunda recipi testes in ea recepti, ar. extr. de testi. ve-
13 niens. 2. §. 1. in fi. & §. fi. ¶ † Hodie autem[k] valde officium iudicũ
k in hac inquisitione exuberat. ipsi namq; adeò defensiões arctãt vt non verè dici possit, quòd eorum officium latissimè patet, vt ff. de iuris. om. iu. l. j. nonnunquam enim hominem inauditum &
l indefensum statim suspendunt[l]. Sed certè quicquid fiat, nulli est de iure legitima defensio deneganda, ext. de excep. cùm inter. §.
m 1. & c. fi. & xj. q. 3. eorum. & s̄. ver. dixit quoq;[m].

ADDITIONES.

a §. postmodum. ¶ De hoc pleniùs j̄. §. fi. ad fi. sub ver. testes.
b Si quando. ¶ Inn. alleg. hanc in contrarium: quia dicit, quòd debet se per literas excusare: resp. quia illud de honestate.
c Dicunt quidam. ¶ Io. in c. quæ Lotharius. ij. q. j. dicit hoc sub dubio Forte: vide, quod no. de iur. ad nostram. 3. super gl.
d Contumacibus. ¶ Etiam contumax non appellans citandus ẽ ad sententiam, de dol. & cont. c. ij. lib. 6.
e In præ. c. tua nos. ¶ quod scripsi in decr. vestra. super gl. ad intelligentiam. sub litera F.
f Et Vin. ¶ Qui hoc no. in c. vestra.
g Notorium. ¶ Vide, quod ibi dicam super versi. Petrus de Sam. & super ver. testes quoque sint. Quòd notorium & fama probetur per duos testes, habes gl. in verbo, quando. in c. Deus omnipotẽs 2. q. 1. & gl. in §. itẽ sæpe. 4. q. 3. Ab. Sic. in c. cùm in tua. ext. de spõ.
h Et Gof. ¶ Idem Vin. & Phil. vt ibi scripsi sup gl. & ibi inuenies, qđ sequitur in ver. hîc autem. vsq; ad fi. §. post Inn. & Host. in prin. vide quod s̄. prox.
i Hoc autem. ¶ in prin. vide, quod s̄. proximè.
k Hodie autem. ¶ Verba Host. vbi s̄.
l Statim suspendunt. Saluo iure suo, dicit Host.
m Dixit quoq;. ¶ Nimis fuit patẽs furtum: quia materia multũ nota etiam in iudicibus secularibus: quã posuit Inn. & Host. per eum, vbi s̄. & ibi addidi cle. de re iud. pastoralis. circa fi. & de verb. sig. sæpe. circa fi. ver. non sic.

a 2. §. Vt autem ex aliorum sparsis velleribus telam nobis ordiamur politam[a], ad huius materiæ clariorem doctrinam no. diligenter, quòd aliud est fama: aliud rumor: aliud manifestum: aliud omnino occultum: aliud penè occultũ: aliud no-
b torium, vt probatur ext. de cohab. cler. & mul. vestra[b]. de quorũ
c singulis seriatim pauca regulariter coarctemus[c].

ADDITIONES.

a Politam. ¶ Hoc non est hîc speciale: quia totius huius operis est commune, s. aliorum scripta ordinatè colligere.
b Vestra. ¶ Est etiam eius opi. de qua j̄. §. sequitur. & statim dicam
c Coarctemus. ¶ Quia de fama præmittit, est sciendum, ꝙ in tractatu de fama multi scripserũt. Thomas de Piperata legum doctor materiam illam satis ample tractauit, miscendo de iudicio, argumento, & præsumptione. De iudicio dixi s̄. de proba. §. fi. sup ver. xiij. De præsumptione satis de præsum. ar. tamen præsumptionẽ & suspicionem dicit esse iudicia. De argumentis habetur C. de fa. l. vbi. in prin. quorum ap. non rec. l. 2. quæ habet 2. q. 6. sub §. sunt quorum. C. de q. l. milites. ff. e. s. de q. l. j. in prin. l. vnius. §. in ea. ff. đ testi. l. 3. §. eiusdẽ. Quòd suspicio & præsumptio ĩ hac materia sint idẽ, inducit gl. in l. absentem. in prin. ff. de pœnis. cũ eñ tex. ibi dicat, ex suspicionibus quem non debere damnari: ergo no. ꝙ præsumptio sola non grauat de tali suspicione, ff. de quæstionib. l. j. ĩ prin. & §. j. ibi, à suspectissimo. & §. diui fratres. Ex talibus, autem suspicionibus quis non damnat, ff. de minor. l. 3. §. idem tñ. & p̄. l. absentẽ. in prin. ff. de pœnis. Fallit C. de adul. l. si qui adulterij. & in auth. vt lic. ma. & auiæ, §. his. quia etiam illud, vt dicit gl. in præ. l. absentẽ in illis est ꝓsumptio legis. Dicebat aũt Host. ꝙ in statutis ciuitatũ, q̃ ꝓhibẽt poni aliquos ad tormẽta, nisi adsint violẽtæ ꝓsumptiões, ibi intelligunt illæ, q̃ sunt maiores. Sed ibi de simplicibus indiciis & min⁹ indubitatis: vt itelligat ẽm ius cõe, s. illæ, ex q bus pt ad tormẽta de iure ꝓcedi: de reliqs eius dictis j̄. ponã. Incipit aũt tractatus eius, quoniam circa famam. Quidã tñ deciderũt principium, quod continet nomen eius. Facit autem de illa quatuor mẽbra, s. qd sit fama, vnde dicatur qualiter probetur, & quis sit effectus ipsius probatæ.

SVMMARIVM.

¶Fama quid sit.

1 *Fama quandoque sumitur pro infamia.*
2 *Fama qualiter, & à quibus procedere dicatur.*
3 *Fama per se non probat, sicut nec suspicio.*
4 *Exceptio excommunicationis agenti opposita, an possit per vnum testem & famam probari.*
5 *Fama super quo consentire dicatur.*
6 *Testis interrogatus super pluribus positionibus, si dicat se nihil scire, nisi super paucis, quæ dicit: demum, si dicat, de his esse famam publicam, qualiter hoc dictum de publica fama sit restringendum.*

3. §. Fama est illesæ dignitatis status, vita ac moribus comprobatus, vt ff. de var. & extraor. cog. cognitionũ. §. æstimatio. & qui hãc negligit, crudelis est, vt xij. q. j. nolo. vnde Apostolus: Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, vt j. q. j. sacerdos. prope fi. & xj. q. 4. non sunt audiendi. Li
a cet sit arg. contrà ea. q. seq. & extr. de voto. magnæ [a]. & hæc descri
1 ptio locum habet in bona fama. ¶† Quandoque tamen sumitur fama pro infamia, vt in in præalleg. c. vestra. & e. ti. tua. ij. q. v. presbyter si. & c. si mala fama. Vnde potest & aliter describi, vt comprehendat vtramque: Fama est vehemens vulgi, seu maioris partis
b eius, opinio rei, de qua quæritur, consentiens [b]: arg. in d. c. presbyter si. in prin. & 4. q. 3. sæpe. Hæc ergo descriptio se habet ad malam famam & ad bonam: cùm ad malam, tũc sumitur pro infamia vt cùm dicit̃ de aliquo communiter, quod vitam ducit enormiter dissolutam, vel quod non timet deum, vel quod habet concubinam, & similia, vt in præ. c. tua. & potest tunc describi per oppositũ sic. Fa
c ma est læsæ dignitatis status, vita & moribus reprobatus [c]. Cùm verò ad bonum, tunc sumitur pro bono nomine: & tunc habet locum prima descriptio: & quæ in ea dicta sunt, puta cùm dicitur cõmuniter de aliquo, quod est bonus homo, vel honestus, & similia.
d Et pro hac laborare debet homo [d], vt assumat nomen honesti vi
2 ri, vt ff. ad Trebel. facta. §. si in danda. ¶† In vtroq; autem modo fama quandoque procedit ex scientia, quandoque ex suspicione, quandoq; ex certo, quandoq; ex incerto, auctore vt de conse. distin. 4. sanctum est. & quandoque ex dicto vnius, extr. de pśum. cũ in iuuentute. Propriè tñ fama ex incerto auctore procedit. & ex sola suspicione, vt in pr̃e c. sanctum. & xlvj. dis. sunt nonnulli. pro
3 pe fi. & in hoc differt à manifesta. ¶† Fama autem per se nõ probat, sicut nec suspicio, ij. q. j. nomen. Sed si concurrat cum vno te
e ste, bene probat, arg. extr. de prob. sicut [e]. C. de reb. cred. in bonæ.
4 & s. de teste, §. restat. ver. hîc tamen. † Quòd si agenti opponitur exceptio excõicationis, nũ quid potest probari per vnum testem & per famam? Et videtur, quod sic, vt in præ. concor. cùm tunc non agatur ad pœnam, vt extr. de ord. cog. c. ij. & tunc testes cogi possunt, secundum ea, quę no. secundum Papam, extr. de testi. cog. c. j. Sed dic contrà, arg. 2. q. 8. sciant. Hæc enim exceptio odiosa est, & ideo non est laxanda facultas, ext. de excep. pia. in prin. quia excõicatio nõ infligitur nisi pro mortali, vt xj. q. 3. nemo. & facit ad
f hoc, quod not. extrà de testi. veniens [f]. Arg. tamen, quod fama probet vt in præ. c. si mala. nam matrimonium probatur per famam, extrà de præsumpt. illud. 32. q. 4. dicet. & limites, vt extra. de proba. cùm causam. Sed dic, quod probat cum adiuncto, vt dixi. Et videtur, quod magis valet, q̃ vnus testis, vt ext. de consan. & affi. super eo. Vbi autem iudex de ea dubitat, quærat à vicinis, vt ff. de mag. con. l. j. §. si præses. & vbi reus conuersatus est, extrà de elec. postquam. & c. scriptum. & adhuc duos testes sufficiunt, vt dixi s. §. i. ver. qualiter. Sed adhuc videtur, quod fama per se probet. 4. q. 3. ver. item sæpe vbi de hoc, ff. de flum. l. ij. §. perenne. extrà de testi. præterea. 35. q.
g 6. si duo. ff. de testi. l. 3. §. verba [g]. ibi, aliàs veluti [h], &c. ff. de lit. iur.
h vulgo. ff. de admi. tut. vulgo. ff. de fundo instruc. & instrumento legato, cùm de lanionis. §. asinam. ff. de vsucap. non solùm. §. i. ff. de hæred. instit. Pacumenius. ff. quis ordo in bon. pos. ser. l. ij. C. de repud. in auth. ibi posita. Arg. contrà C. de of. rect. prouin. iustissimos. Sed ibi fama vera nõ erat, & ideo ibi contrarium probari poterat. Sed in prædictis legibus non poterat cõtrarium probari: quare ibi fama probat. Vnde dicendum est, secundum Mar. de Fano, famam probare, & ei stari, donec cõ probetur. Super eo autem, quod dicitur in præ. l. 3. ff. de testi. & in præ versi. item sæpe. veluti fama
5 consentiens, & c. distingue, super † quo fama consentiat. nam si peto

ADDITIONES.

a Magnæ. ¶ ver. non curantes. solue, vt not. in præ. c. sicut.
b Consentiens. ¶ Aliam descriptionem scripsi, vbi s. in prin.
c Reprobatus. Hanc vocamus infamiam: & hæc prima descriptio fuit de homine. media inter homines: & hæc conuenit materiæ probationum. Dicebat ergo Iac. de Are. quod fama erat nomẽ æquiuocam ratione prædicta, quia est de homine & inter homines: & hoc dr̃ regionis, vel maioris potestatis opinio cum sermone, vel voce: per quod cõis fama & cõis opinio idem repræsentat. Thomas, vbi s. de hoc fatetur. dicit tamẽ, quod in aliquo differunt simpliciter sumpta fama & opinio: quia fama non potest esse, nisi publica: quia est de eo, quod ab omnibus, vel maiori parte sentitur opinio potest ẽt esse talis, sed potest ẽt esse paucorum, & non publica, ff. pro hærede, l. j. & l. ij. in fine, & pro dot. l. j. vide j. §. sequitur. in fi. Et aduerte, quia mihi placet descriptio Iac. quia breuis. Thomas enim dixit, quod fama est. quod homines alicuius ciuitatis, castri, villæ, vici, vel contratæ, communiter opinãtur, æstimant, vel sentiunt verbis, vel loquela communiter asserendo, non tamen pro certo, & vero manifesto, & instat, quare adiunxit Contratæ quia ex diuersa qualitate factorum quandoque sufficit fama contratæ, quandoque non. sed Iaco. dixit Regionis, quæ idem, quod Contratæ: sic enim per regiones diuidebatur ciuitas Romana, ff. de off. præfec. vigil. l. 3. Ipse tamen intendit omnem locũ includere ab alio diuisum, putà ciuitates in prouinciam, castra & villas & diœceses, & sic de singulis. & per id, quod dixi de voce, expedire potes secundum membrum Thome, vt dicatur Fama à For, faris. ipse enim putat, quòd dicatur quasi fides mentis, & recipitur pro magno sono. Subdit autem Iac. quòd fama alia ex incerto, alia ex certo auctore procedit. Iterum, prima aut est de his, quæ in vsu publico & assiduo habentur, aut non. Primo casu proficit fama ad declarandum intentionem vocabuli dubij, ff. de fundo instru. cùm de lanionis. §. asinam. de leg. j. si seruus pluriũ. §. vlt. de verb. sig. anniculus. de flumi. l. j. §. j. de re iudi. l. semper in stipulationib. Item proficit, vt exigente publica vtilitate sine alterius læsione opinionem communem teneamus pro veritate. C. de testi. l. i. ff. de off. prætor. Barbarius. ad Maced. l. si quis patrem. Secus, si alteri ex hoc contigerit læsio, ff. de reb. eor. l. qui neque. de iureiur. l. iusiurandum. in prin. C. de sacrosan. eccl. l. decernimus. Si verò non sint d̃ his, q̃ sunt in vsu assiduo, vel publico, sed de his, quæ momẽto transeunt, sicut est sermo, vel operatio boni, vel mali, tunc fama non proficit. Est autem fragilis fama ex incerto auctore proueniens, de consec. dist. iiij. sanctum. Valet tamen ad inquirendũ, C. de offi. rect. prouin. l. iustissimos. & ad indicendum purgationem, de accusat. cùm oporteat. in fin. & ad confirmandam probationem, ff. de testi. l. testium. §. eiusdem. & ar. in auth. de fid. instru. §. j. & ad facti operis commemorationem: & econtrà: argument. in auth. ff. de proba. l. si arbiter. Secundo principali membro: quãdo procedit cõ certo auctore, si ab infamibus nil valeat, extrà de test. licet ex quadam. Ab honestis valet, & cum aliis adminiculis inducit condemnationem, extrà de testi. præterea. & sic etiam potest intelligi præalleg. §. eiusdem. vt per se inducat iuramenti delationes, C. de reb cred. l. in bonæ. Inducat etiam matrimonij præsumptionem, de præsum. illud. & probationem interdum. de cõsan. & affin. super eo. Interdum plenam probationem, vt in antiqua alicuius morte, vt not. C. sol. mat. l. si quidem. aliàs de morte non antiqua non inducit plenam probationem, alleg. de testi. tã literis. in prin. & de hoc j. dicam. Dicit autem Iac. prædicta procedere in his, ad quæ adaptatur fama, vt ad mortes, maleficia, matrimonia, iurisdictiones, & similia: non autem ad illa, d̃ quib fama esse non consueuit. ADDE vltra ea, quæ habentur per Bartol. & ibi scribentes in l. de mino. §. tormenta. ff. de quæstion. vbi de fama plenè: Bal. consil. 333. j. libr. vbi ponit ex quibus fama debeat consistere. Et quando fama faciat notorium, per eundem cõsil. 73. 3. lib. & qualiter fama probet, p eundẽ cons. cxxij. i. lib. & qualiter proberur, & an sit sufficiens ad torturam, per eundem consil. 225. & seq. & consil. 420. iiij. lib. & quando fama habeatur pro veritate, per eundem cons. 104. Et an faciat quem vsurarium manifestum, per eundem consil. 131. 2. libr. de quo etiam per Abb. consil. lxxxi. ij. lib. Et an per famam probetur mala fides, per Angel. consil. clx. & Alexan. consil. vi. vii. & 94. 2. lib. & quæ requirantur ad probandum famam, per eundem consil. xiii. i. libr. Et de fama vide aliquid per Old. consil. cxii. & Paul. de Cast. cons. 197. & per Bar. pulchrè consi. mihi 191. inci. d. paci.
d Debet homo. ¶ Iuuenis etiam, extrà de præsumptionibus, ex studiis.
e Sicut. ¶ Ad hoc inducitur, cùm deficit plena probatio, recipitur suffragium iuramenti, ergo & famæ.
ADDE, quòd fama cum vno idoneo teste facit plenam probationem gloss. in verbo, famam. in capitulo primo, extrà de appellationibus, gl. in verbo, possessiones. in ca. placuit. el i. 21. quæst. iii. Baldum in l. Gallus. §. circa finem, ff. de liberis & posthumis, Car. cons. 9. circa fi. Cepol. in consi. 27. post medium, item in cons. 28. circa fin. in i. vol.
f Veniens. ¶ Et quod dixi de restitutione, præterea. super vltima glossa.
g §. verba. ¶ Concor. alleg. §. eiusdem.
h Veluti. ¶ Et ibi de hoc, &c.

peto à te hæreditatem B. tu verò excipis illum viuere, sola fama
a pbata, ꝙ mortuus sit, aufert tibi exceptionem[a]: secus, si dico te rē mihi vendidisse, vel hominem occidisse, & huiusmodi, nō enim sufficit mihi probare famam. est ratio: nā primū, s. mors B. necessariò quandoq; continget, vt in aut. Collat. j. de hær. & Fal. §. in omnibus. in fi. ff. de pœn. dist. vij. c. fi. Secundum verò fortè non: & sic cum aliis probat, vt in præ. l. 3. Vel dic, ꝙ in casibus fama consentiens cum assertione partis probat: sed non semper: & hoc innuit illud Aliàs, in præ. l. positum. & dic Aliàs, id est, quandoq;. Casus autem isti sunt in præ. §. asinam. & C. de tes. l. j. Inst. eod. §. testes. ff. ne de statu defun. si mat. Et secundum hoc potest intelligi, quod not. in d. §. verba. Quod verò ibi not. ꝙ fama inducit semiplenam probationem, intellige in ciuilibus: secus enim est in criminalib⁹,
b C. de prob. l. fi. 2. q. 8. sciant. & no. in præ. c. veniens[b]. De probatione autem famæ, vel cōis opinionis, vel credulitatis, vide s̄. de probat. §. j. ver. vlt. & seq. Item de probatione infamiæ no. s̄. de inquisit. §. nunc tractemus. versi. quòd si ille. Quid si testes inducuntur ad probandum famam: & vnus dicit se audiuisse ab vno, alius ab alio? & de hoc s̄. de inquis. §. j. ver. quid si vnus. Quem effectum habeat fama circa matrimonia, vel circa beneficia diu possessa, not,
c secundum Papam, extrà de præsump. illud[c]. ¶† Quid si testis in-
5 terrogatus super pluribus articulis, siue positionibus, dicit se nihil scire ferè in omnibus, paucis exceptis, super quibus pauca dicit: in fine autem sui testimonij interrogatus dicit, quòd de omnibus & singulis præmissis est publica vox & fama: & dicunt quidam, quòd hoc dictum testis de publica fama restringendum est tantùm ad ea, super quibus deposuit: & non ad ea, de quibus nil
d testificatus est[d]. Alij tamen dicunt, & veriùs, quòd referri debet ad omnia in omnibus articulis cōtenta: quia cùm ponens de omnibus ponat, siue asserat, de omnibus intelligitur respondisse. Bene enim potest esse, quòd testis aliquid nescit: & tamen de hoc est vox, & publica fama: quia si testis deponit de scientia, & non de credulitate, æquum tamen est, si testis in hoc dubio requiratur quòd dictum suum declaret. Et in hac sententia fuimus in quæstione, quæ coram nobis agitabatur inter archiepiscopum Rauennatem, & commune ciuitatis Forliuij super castro Meldruæ, &
e quibusdam aliis castris[e].

ADDITIONES.

a Exceptionem. ¶concor. s̄. de actore. §. j. versi. sed quid si iste. facit quod no. ff. quemadmodum test. ape. l. ij. §. si dubitetur. vbi no. ꝙ in hoc sufficit semiplena probatio. Facit ēt, quod not. vt lite non conte. q̄m. §. si autem. in glo. ij. & idem not. ſm Hug. ff. sol. mat. l. si quidem. & tene, quod ibi no. Cyn. distinguendo modum mortis an in naufragio, vel in bello, an aliter, ꝙ bene sic probabitur per testes: & tunc non sufficit probatio famę in facto recēti, vt dixi s̄. post Iac. de Are. Ad id, quod sequitur, ꝙ naturale est mori, respōde per l. vlt. C. de sac. san. ec. vbi patet, quod naturale est viuere vsq; ad centum annos. Congruum exemplum sui dicti poterat inducere auctor de l. 3. ff. ad Mace. & ibi fama tollit exceptionē Macedoniani: & idem ibi l. j. C. eo. tit. & idem in oībus casibus, in quibus fama, vel cōis opinio veritati ꝯria tuetur contractus, testamēta, iudicia, sententia, & arbitria: de quibus infrà aliqua sequentur. ADDE, quæ requirantur ad probandam mortem alicuius, Bald. consil. xxxiii. in fin. & consil. cccciiii. i. libr. per Alexand. consil. iiij. ij. volum.

b In præd. c. veniens. ¶alleg. s̄. ver. quippe si. quod loquitur, etiā si de crimine ciuiliter agatur. scire debes, ꝙ Thomas abhorret illud dictum, ꝙ fama confirmet assertionem partis, & negat verum esse, quod dicit Acc. vbi s̄. ꝙ illa fuerunt verba Io. dicentis, ꝙ facta diligenti excussione. Io. And. tenet apertè contrarium, ꝙ fama n̄ probat, vbi agitur ex contractu, vel rei vendicatione, vel simili actione ex quacunque causa, quod tantum petitur ex aliquo cōtractu, necesse est probari per testes de veritate, & de sua scientia deponentes, C. de testi. l. testiū. & quod ibi no. in gl. sic ergo. Item si petitur ratione dominij, vel quasi, vel causa simili, apertè probari debet actoris intentio, ff. de rei vend. l. in rem. C. de proba. cùm res. & l. actor. ff. eo. l. ij. & ad illum ver. alleg. numerus testium, & c. sic respondet, text. vt dicit, ponit tria, nemerum testium, dignitatem & auctoritatem ipsorum, & famam consentientem & confirmantem. Primū recipit, ꝙ multitudo testiū ꝯfirmat pbationem, q̄ non sunt oī exceptione maiores, ita ꝙ duo tales non pbarent, sed quia sunt in numero plures. vt valida probatio recipiatur. Secundò dignitas & auctoritas validat probationem inualidam, ꝙ erant consanguinei producentis, vel ex causa simili. Tertiò fama confirmat probationem testiū, vel aliam contra q̄ erat aliqua suspicio. & fortiùs, si non erat: quia facit eā validiorē pp famā. Determinat ergo vnus casus alium, sicut vna scriptura aliam ff. de testi. hæredes palàm. §. sed si notam, & de legat. j. si seruus plurium, in fi. Ad §. fi. qui vult vulgi opinionē spectādam. r̄ndet, illud verū in significationibus vocabulorum, vt dixi s̄. post Iac. per ea quæ ibi dicam. R̄ndetur ēt ad duas alleg. leges, quas alleg. ibi glo. & allegatæ sunt s̄. prox. ver. causas. Ad l. si pater. C. de statu defun. respondet, ꝙ ibi fama non probat principale, de quo agitur, sed inducit præsumptionem ad tuendū statū defunctæ & filiorū: & est speciale fauore libertatis, propter quam etiam contra pupillum & rempublicam inducitur ibi præsumptio. Concludit ergo famā non probare, sed ꝙ alias probationes coadiuuet: & licet cæteris casibus, vt s̄. dixi, valebit aliàs inualidū: plus dicit, ꝙ si de iure cōi fama non sufficit ad torturam, de facto tamen seruatur contrarium. Quòd id sit de iure, patet ff. de quest. l. j. in prin. & l. vnus. §. j. C. de quæstio. l. milites. C. de fal. l. sicut. in fi. quę iura probant, vnū indicium nō sufficere ad torturam. ponunt enim semper plurale. Oportet ergo aliud indicium concurrere cum fama. putà inimicitiam, vel quòd se iactauit facturum esse, vel fecisse, vel aliud tale: & idem Roland. doctor. Et vbi de q̄stionibus, vide, quod post Dy. & Iac. de Bel. dixi s̄. de probat. super ver. violenta, ADDE, vt per Rom. consi. 7.

c Illud. ¶Ibi satis scripsi in magna glossa.

d Testificatus est. ¶Supple, tamen interrogatus.

e Aliis castris. ¶Vide, quod dixi s̄. de teste, §. nunc videndū. ad finē.

¶Quid sit rumor.

4. §. Nunc de rumore dicamus. Est autem rumor, particularis assertio ex incerto auctore & sola suspicione proueniens, extrà de eo, qui cogno. consan. vxo. suę, super eo. extrà de elec. Osius, & hoc minus probat, quàm fama. Nā fama est communis viciniæ acclamatio, vt dixi: Rumor verò est, cùm pauci aliquid, non tamen publicè dicunt, vt dixi, & probatur extrà de regular. veniens. prope prin.

SVMMARIVM.

¶Manifestum quid sit.

1 *Manifestum an probari debeat.*
2 *Notorium aliud est, quàm communis opinio.*
3 *Fama & communis opinio in quibus differant.*
4 *Communis opinio probat, & pro veritate habetur.*

5. §. Sequitur de manifesto videre. Est autem manifestū publica, seu famosa proclamatio, ex certa scientia & à certis auctoribus pueniens: & p̄t manifestū probari per multos auctores: nō t̄n per tot, quòd fiat notorium. vnde dicit lex, ꝙ palàm, id est manifestè, testari dicitur, qui non in publicum heredem nominat, sed coram testibus, qui ad solennitatem sufficiant testamenti. vt colligitur ff. qui test. fac. possunt, heredes palàm. in prin. & sic sumitur manifestum xj. q. 3. eorum, in fin. vbi dicitur, licet aperta, id est manifesta, sit aduersariorū reprehensio
1 iudex tamen debet ordinem iuris seruare. ¶† Et ex hoc probať, quod manifestum probari debet, ij. qu. j. deus omnipotens. Q̄nq; ēt manifestum ponitur pro notorio: impropriè t̄n, vt patet extr. de ver. sig. cùm olim. & c. ex parte, ad fi. & de vsu, cùm in diœcesi. ſm vnū intellectū. & c. cū tu. & 2. q. j. manifesta. & c. de manifesta. & c. scelus. & de appel. Romana. §. si aūt post. & pro publico, vt ex
2 trà de diuor. porro. §. fi. ¶† Item etiam aliud est communis opinio, quàm notorium. nam communis opinio est tantùm de longe præteritis, & quæ probari non possunt per testes de visu, nisi, prout not. s̄. de prob. §. i. ver. vlt. & seq. notorium verò est de præsentibus, vel proximè præteritis. & quæ de facili probari possunt
3 per testes de visu, vt ĩ. §. iam. per totum. ¶† Sed in quo differunt
a communis opinio & fama[a]? Respon. cōis opinio facit ius, C. de testa. l. i. ff. de offi. præt. Barbarius. iii. q. vii. §. tria. in prin. C. de sent. & inter. om. iud. si arbi. C. ad Mace. l. si quis. ff. de supel. leg. ipsi. §. fi. de acqui. hær. si quis. §. planè. & in præ. ver. vlt. sed fama non facit ius. statur tamen ei, donec contrà probetur. quod fieri potest, vt
4 s̄. §. fama. ¶† Item & communis opinio probat, & pro veritate
b accipitur, vt in præd. §. concor. Arg. contrà ff. de euict. si dictum[b]. Sed dic, quòd communis opinio vilissimorum non probat, vt in præ. l. Barbarius. sed bonorum sic, C. de epi. aud. auth. si præses.

ADDITIONES.

a Fama. ¶Vide, quod dixi s̄. §. fama. post principium.

b Si dictū. ¶Et de iure pat. ꝯsultationib⁹, vbi nō sufficit credulitas.

¶Quid sit omnino occultum.

a 6. §. Nunc de occulto[a] dicamus. Est autem omnino occultum, quod nulla ratione probari potest, extra. ve

ADDITIO.

a Nunc de occulto. ¶De notorio distinguendū, ꝙ antiqui, vel moderni nostri non intrauerunt hanc materiam per modum sum-

mæ

tr.vt eccle.bene.vt nostrum. Occulta enim soli Deo reseruantur vt ij.q.v.consuluisti.verb.spontanea.vj.q.j.si omnia.& tale occultum vocatur Secretum, vt 32.dist.erubescant.& ext.de simo.tua nos.in fi.& ij.q.j. si peccauerit. Quandoque verò vocatur Latẽs, 32.q.v.Christiana.& in tali iudex sententiam ferre non potest, vt ij.q.j.§.quando verò.& c.seq.prope finem, c. Deus omnipotens. Est tamen quãdoque aliquid occultum iudici, quod potest & debet probari, vt C.de app.eos.§.si quis autem.& s.§.j. versi.verùm ad id. Sed de tali occulto hìc non loquimur: sed de illo, quod nõ potest probari, nec etiam publicari, vt ij.quæs.j.si peccauerit.& in præ.c.vt nostrum.

ADDITIO.

7 mium. §. notandum. & dixi s̄. ¶†Secus, si per cōfessionem occultam sacerdoti factam crimen sublatum sit: quia propter hoc non cessat accusatio, vt 33.q.ij. admonere. quæ dic, secundum dominum meum, vt in pręd. §. si quis sit effectus. sub §. sed nunquid. Fallit autem, quòd dixi de sententia in casibus. Primò, si secundus potest docere de præuaricatione primi accusatoris, vt ff. de præuaricator. l.3. & C. de ac. si quis homicidij. Secundò, si prosequatur suam, vel suorū iniuriam, & doceat se ignorasse primā accusatio-
8 nem fuisse institutam, vt in præd. §. iisdem. ¶†Sed qualiter docebit de ignorantia, cùm semper illa pręsumatur, & ex alia parte dēt probari scientia? vt ff. de admin. tut. hic autem. & ff. de prob. veri⁹. & Inst. de legat. §. quod aūt. Respon. hoc probat indirectè docendo se fuisse absentem, cùm accusatio fuerit instituta: & sic potuit ignorare, vt extr. qui mat. ac. pos. cùm in tua. Probat autem id, qa sententia iam lata est, pro qua præsumitur, vt extrà de renun. in p̄sentia. Idem quoq; est, si per iusiurandum delatum reus fuerit absolutus: quod est, ac si etiam per sententiam, vt ff. de iureiur. eum qui. §. in popularibus. Secus tamen, si crimē sit per pactum remissum. tūc enim ab alio accusari potest, vt ff. ad l. Iul. de vi pub. qui cœtu. §. qui accusantem. Et est ratio in sententia & iureiurando: quia illa pro veritate accipiuntur. vt ff. de reg. iur. res iudicata. extrà de re iud. cùm inter vos. ff. de iureiur. sed & si possessori. §. item
d si iurauero. secundum Rof.[d] Vtrùm sentētia lata per modum in-
e quisitionis. obest volenti accusare, not. s̄. de inquisit. §. fi. versi. fi.[e]
9 ¶†Quid si accusatus de aliquo crimine composuit cum accusatore, nūquid iudex poterit in accusatione procedere? Et videtur, quòd nō: quia pretor nil aliud agit, nisi vt lites dirimat, vt ff. de noui ope. nun. l.j. §. potest autem. ad fi. §. ad idem. extrà de dolo & ꝯtu. c. fin. v.q. ij. si primates. vbi de hoc, extrà de transact. ca. fin. ff. si cer. pet. quidam T. Tamen quidam dicunt ꝯtrà, vt ff. de Publi. licitatio. §. quod illicitè. C. de off. rec. pro. iustissimos. ibi, censuræ nostrę vigore, &c. aliàs crimina remanerent impunita: quod esse nō debet, vt ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. & extrà de sen. excommun. vt famæ. quod fortè verum est in crimine publico, vel in quo non licet transigere. quod dic, prout not. ij. quæst. 3. Euphemium §. notandum. & extrà de col. deteg. c.j. & C. de transac. transigere.
10 In aliis autem non poterit iudex procedere. † quia accusatio laudabile genus intētionis est, vt ij.q.7. si quis episcopus. & regulariter nemo inuitus cogitur agere, vel accusare, vt C. vt nemo
f inuitus agere, vel accusare cog. per totum[f]. Sed nec in denunciatione admittitur compositio, ad quam aliàs quilibet tenetur, vt
11 ea.q. quia propter. ¶†Sed cùm suprà dixerim, crimen p̄ dispensationem remitti peracta pœnitentia: & probatur extrà de iudic. at si clerici. quæritur: ecce processum est contra aliquem in iudicio accusationis vsque ad sententiam: & tunc probat accusat⁹ de illo crimine pœnitentiam se egisse: nunquid inuito accusatore poterit episcopus cum tali dispēsare? Videtur, quòd non: quia accusator in probatione dificiens calumniari præsumitur, vt extra de calum. c.j. & eandem pœnam sustinere debet, quam accusatus conuictus sustinere deberet, ij. quæsti. 3. qui non probauerit. vnde iniuriari videretur episcopus accusatori, si dispensaret cum accusato. Item vbi certa pœna statuta est à iure, ipsam infligere de-
12 bet iudex, extrà de offi. deleg. de causis. †Nam pœnæ persecutio non mandatur voluntati iudicis, sed auctoritati legis reseruatur, vt 2.q.3. si quem. §. notandum. versic. si verò. Sed dic contrà. nam cùm hoc beneficium sit ei à iure concessum, vt extrà de iudi. at si. non est sibi negandum, 28. distin. de his. extrà de secun. nup. c. pe. & fi. nec iniuriatur episcopus accusatori, dum vtitur iure suo, extrà de elect. cùm ecclesia Vulterana. ff. de iniur. l. iniuriarum. §.j. se
g cundum G. Na. & Pet. de Sam.[g] ¶Sed nunquid poterit dispensare cum accusatore in probatione deficiente? de hoc suprà de legato, §. nunc de episcoporum. versi. sed nunquid tamen. Sed nunquid postquam quis est condemnatus, poterit cum eo episcop⁹ dispensare? de hoc eod. tit. §. nunc ostendendum. versi. 9. Quid iuris sit de his dispensationibus, & qui, & cum quibus eas faciant, & de effectu earum plenè dixi in præd. c. at si clerici. in gl. mea, & su-
13 prà de legato, §. præmisimus. & seq. ¶†In summa nota, quòd desistens ab accusatione citra abolitionem, punitur in quinq; libris auri, vt ff. de præuari. l.3. 2. quæst. 3. c. si quem. §. notandum. versi.
h præuaricator. cum suis concor.[h] Nam abolitio pœnam remittit sed infamiam non tollit, vt in eo. c. §. destitisse. in fi. & verb. indulgentia. Item abolitio priuata à pręsidibus sedentibus pro tribunali, & non de plano, impetrari solet: nec præses hāc cognitionem alteri demandare potest. & cùm quis alterum de pluribus criminibus accusat, de singulis petere debet abolitionem: alioquin incidet in Turpilianum pro illo, de quo non petierit. & hæc leguntur in præd. §. notandum. vers. abolitio. Vtrùm autem de crimine liceat trāsigere, vel pacisci, notat s̄. de accusa. ver. item repellitur.

ADDITIONES.

a Ver. ab alio. ¶Vbi de hac triplici abolitione, not. extrà de collu. c. j. quod posuit etiam Inn. eo. tit. c. 2.
b §. iisdem. ¶Hic interponit auctor ad ver. Rof. vsque ad ver. fallit. dempto ver. verumetiam qui. cum prima allegatio. fuit Rof.
c Ver. fi. ¶Hìc est error ab additio. causatus, qui etiam j̄. repetitur. quia quod est in §. pe. post ver. vlt. quærit. cum remissione sequēti, totum fuit additio vsque ad fi. tit. Corrige ergo §. pen. ver. vltimò quæritur. & vide, quod ibi plenè dixi super remissione prædicta, quæ sequitur.
d Secundum Rof. ¶Cuius ferè fuit totum, quod præcedit. de quo dic, vt dixi super rub.
e Versi. fi. ¶Corrige, vt dixi s̄. ver. porrò.
f Per totum. ¶Lex vnica est in titulo nō plus continens, q̄ rubrica & in illo, qui non inchoauit, loquitur, vt ibi no. Aliis placet, ꝙ cū delinquens dupliciter obligetur, priuato, quem læsit, & reipublicæ, vt est expressum in d. §. quod illicitè. & maximè cùm per statuta terrarum pœnæ delictorum reipublicæ statuentium applicantur: & eadem ratio in fisco, si est ius iā quæsitum fisco, vel reipublicæ ex ꝯmissione delicti & actione intentata: quia per compositionē litigātium auferri non posset. facit ff. ad l. Iul. de vi pub. q cœtu. §. q vacatē. & ff. ad Syllan. diuus Marcus. & de admin. rerum ad ciui. perti. l. ij. §. ius reipublicæ. & ff. de ser. rust. præd. & Attilicinus. & de pac. l. fi. Item esset absurdum, ꝙ facta probatione criminis possent pœnam criminis effugere. facit ff. vi bo. rap. l. pe. ff. de iureiur. eum qui de fur. inter omnes. §.j. & extrà de sent. exc. cùm desideres. in fi. & quod ibi not. in præ. gl. & vide, quod scripsi de simo. per tuas. in fi. super vlt. gl. facit etiam, quod scripsi suprà de inquisi. §. nunc tractemus. super ver. porrò si. in fi. & de pœn. post inscriptionem. scripsi suprà de acc. §. v. ante fin. j. col. & quod scripsi suprà de accusatore, super fin. versi. sed pone. & ver. circa exceptionem pacis.
g Et Pet. de Sam. ¶In decr. at si clerici. de iudic. vbi dixi super verb. potest.
h Cum suis concor. ¶Hoc dicit, quia textus non exprimit ibi illam quantitatem: sed gl. & allegatæ leges, quæ id dicunt.

SUMMARIUM.

1 *Purgandus corporaliter iurare debet se immunem à crimine, vnde & dicitur infamatus.*
2 *Voluntas in actum prodiens, dicitur consensus cooperationis.*
3 *Compurgatores corporaliter qualiter iurare debeant.*
4 *Accusator non probans nisi de sola fama, an pœna talionis puniri debeat.*
5 *Infamia ab vno tantùm orta, qualiter sit purganda.*
6 *Infamia ab inimicis orta, an sit purganda.*
7 *Purgare se potest quis non solùm à crimine, sed etiam ab irregularitate.*
8 *Purgare se debet publicè, qui apud populum infamatus est.*
9 *Accusatio an sit admittenda post receptam purgationem.*

¶ Purgatio quid sit, & qualiter fieri dicatur.

2. §. Nunc de purgatione dicamus. Et nota, quòd qualitercunque de crimine contra aliquem actum sit, si non sit conuictus & confessus, & mala fama perdurat, monebit eum iudex primò seorsum, postea coram testibus, vt se corrigat: quod si non fecerit, suspendat eum vsque ad dignam satisfactionem, vt extrà eod. tit. c. ij. & c. ex tuarum. iii. q. iii. quia ea. ii. q. v. presbyter. & sic intellige illa iura, & alia de suspensione loquentia infamati. Nec obst. ii. quæst. i. nomen. & extrà eo. inter. vbi videtur infamis statim suspendendus: quia illa, & similia loquuntur, vbi enormitas, vel scandalum hoc inducit. Digna ergo satisfactio est, quia ad purgationem canonicam est cogendus vt extrà de purg. can. cùm P. & c. pe. & fi. & extrà de testibus, tam literis. nec est vis, quantum ad hoc, à quibus infamia orta fuerit, vt not. suprà de inquisit. §. nunc tractemus. versi. quòd si crimen. & si eam præstare noluerit, vel in purgatione facienda defecerit, tanquam conuictus, de illo crimine debet puniri, vt in præd. c. cùm P. & extrà de simo. de hoc. & c. insinuatum. Sed si infamatus non est, in nullo casu est ad purgationem cogendus, vj. q. vlt. c. fi. In crimine verò notorio purgatio non est indicenda, nec oblata suscipienda: quoniam absque testibus potest condemnari, vt extrà de purg. can. c. pen. §. his igitur. quæ dic, vt suprà de notorio crimine, §. fi. versic. Pe. de Sam. Et cùm hęc materia plenè sit per doctores notata, hîc solùm de forma sacramenti purgandi & compurgatorum dica-
a mus [a]. ¶ † Is igitur, qui purgandus est, corporaliter iurabit [b] se im-
1 munem esse à crimine, super quo dicitur infamatus, vt extrà de
b purg. can. accepimus. & c. constitutus. vel specificabitur forma sacramenti: vt ecce, si episcopus de simonia accusatur, ipse iurabit, quòd pro tali ecclesia, vel pro tali re spirituali danda, seu concedenda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec alius pro eo se sciente pretium recepit, eod. tit. quoties. nec mandauit, nec consilium dedit, nec auctoritatem præstitit, l. di. si quis viduam. ii. q. v. auditum extrà e. quoties. Potest etiam addi, quòd nec ratum habuit, si quid eius nomine factum fuerat, extrà de resti. spol. cùm ad sedem. ff. de vi & vi armata, l. iii. §. cùm procu. Quidam etiam ad
2 dunt, nec volui, arg. j. q. iiii. quia præsulatus. ¶ † Sed hoc non admitto, nisi de voluntate, quæ in actum prodierit, quæ dicitur consensus cooperationis, arg. xxiij. q. vltima, c. fin. extrà de offi. deleg. c. j. Et secundum hoc dic, nec cooperatus fui, arg. ij. q. j. nomen. in fin. extrà de homi. sicut dignum. Quidam etiam addunt, nec sciui: vel sciui, sed prohibere non potui. lxxxvj. dist. facientis. ii. quæst. 7. negligere. extrà de sent. excom. quantæ. Si verò super aliis criminibus fuerit infamatus, iurabit, vt dixi, quòd sit immunis ab illis: vel sub expressa forma, videlicet quòd simoniam, venditionem iustitiæ, & incontinentiam non commisit, postquam ad episcopa
3 lem dignitatem fuerit assumptus, vt in præd. c. accepimus. ¶ † Cęterùm compurgatores corporaliter iurabunt super sancta Dei euangelia, quòd ipsi credunt illum verum iurasse, vt in præ. c. quoties. vel iurabunt, quòd secundum suam conscientiam sit inmunis ab illo crimine, & quòd bonum exhibuit iuramentum, vt in præ. c. constitutus. vel quod credunt illum dicere veritatem, qui pur-
c gatur, vt e. ti. de testib. [c] ¶ † Sed pone: T. accusauit P. qui cùm non
4 potuerit aduersus eum, nisi de sola fama, probare, indicta fuit accusato propter infamiam purgatio, in qua quia deficit, depositus est: quæritur, an accusator puniatur pœna talionis? Respon. quæs-
d tio venerealis est, & soluitur, quòd sic: dic, vt ibi [d]. ¶ † Quid si ali-
5 quis infamatus est apud bonos & graues: infamia tamen tantùm ortum habuit ab vno? Respondeo, dic, quòd debet se purgare, extrà de adul. significasti. & argu. extrà de rescrip. si quando. de pœ. dist. i. importuna. secundum Vinc. qui hoc no. extrà de præsump.
e cùm in iuuentute [e]. ¶ † Quid si liquere potest infamiam ortam esse
6 se ab inimicis? Respon. non est purgatio indicẽda reo, ij. q. v. om-
f nibus. extrà de accus. qualiter. xj. q. iij. in cunctis. Alii [f] dicunt, sufficere, vndecunque orta sit, dum tamen apud bonos grauata sit eius opinio, arg. extrà de præsum. cùm in iuuentute. & c. accedens. xxiiij. q. iij. ecce. Tu dic, quòd sicut non valet testimonium ab inimicis prolatum, nec iudex secundum illud sententiare debet, vt extrà de simo. licet. & c. per tuas. extrà de accus. cùm oporteat. extrà de re iudic. cùm I. & A. ita nec propter infamiam ab eis ortam
g indicenda est reo purgatio, vt in primis concord. [g] ¶ † Item no-
7 ta, quòd purgat quis se non solùm à crimine, sed etiam ab irregularitate, vt extrà de purgat. cano. accedens. Item purgat se non solùm clericus, sed etiam laicus, vt eod. tit. nos inter. Item & mulier, eod. tit. moniales. Illud etiam scias, quòd episcopus sibi suspectos potest ad purgationem cogere, ii. q. v. omnibus. extrà de offic. or. ex parte. in fi. quod verum est, quando ingens est præsumptio contra eos: aliàs non, ii. q. i. primo. lxxxvi. dist. si quid verò. extrà de simo. licet. n. si infamati sint apud bonos & graues, vt extr. de pur. can. cũ in iuuentute. de hoc not. secundum Papam, extrà de accu.
h cùm oporteat [h]. ¶ † Hoc etiam nota, quòd infamatus apud popu-
8 lum, debet se publicè purgare: si apud clerum, coram clero: & in vtroque casu coram iudice, xxiij. dist. in. illud. ij. q. v. presbyter si. & c. omnibus. xv. q. v. de crimine. ij. q. j. si peccauerit. xlv. dist. sed illud. Item nota, quòd priùs quàm recipiatur infamati purgatio, denunciari debet publicè, vt qui voluerit accusare, procedat intra certum tempus superioris arbitrio moderandum, vt extrà qui fil. sint
i legiti. lator. extrà qui matrim. accusar. poss. c. fin. [i] ¶ † Sed nunquid
9 post purgationem receptam aliquis ad accusationem admittetur? Respon. vtique, si suam iniuriam prosequatur, & probet se nesciuisse purgationem indicendam: aliàs non, ff. de accus. is qui. §. iisdem. extrà de accus. de his. ii. quæst. v. habet hoc. ff. nau. cau. stab. licet. in fi. vel nisi doceat collusionem interuenisse, ff. de iureiuran.
k eum qui. §. in popularibus. de hoc extrà eod. ex tuarum. [k]

ADDITIONES.

a Dicamus. ¶ Ponit & ampliat verba Roff. rubrica de fama & forma sacramenti purgandi & purgatorum.
b Iurabit. ¶ Et si ipse infamatus voluisset non iurare, vide de accusatore, §. j. ver. sed si iurauerit. cum suis remissionibus: & quod scripsi in q. xlix. Bart. Brix. de offic. ord. quia plerique. lib. vj. in glo. pen. ADDITIO. Adde tu, an sit indicenda purgatio iuratoria, Ioan. de Turre crem. in c. consuluisti. ij. q. iiii. & in c. omnibus. eadem quæstione: vbi an reo petente, quòd vult probare bonam famam, cesset necessitas purgationis? vide omnino per eum. Henri. Fer.
c De testi. ¶ Ad literam fuit Rof. vbi s.
d Vt ibi. ¶ Dicit hîc Ber. secundum Tanc. præd. c. qui non probauerit. ii. q. iii. & quia debebat habere probationes luce clariores ii. q. viii. sciant. Nil aliud alleg. pro hac. Dama. q. ii. de purg. can. addit, quòd ex quo deficit in probatione, quicquid de purgatione veniat, puniendus est.
e Cùm in iuuentute. ¶ Ibi ad literam posuit Vin. hanc quæstionem & sequentem illam primò, secundò hanc, & in vnica gloss. vide, quod dixi de accus. qualiter. ii. super v. glo.
f Alii. ¶ Ber. eod. tit. c. pe. in glo. pen.
g In primis concor. ¶ Secundum Vincen. qui ponebat hîc versus, quos auctor non curauit: & meritò, quia corrupti.
h Cùm oporteat. ¶ Vide, quod scripsi in præ. decret. ex parte. super vlt. gl.
i C. fin. ¶ Vt videas, auctor hęc iura inducit ad simile, propter quod posset superior id facere, si vellet: sed nullo iure ad hoc adstringitur: tamen potest addi, quod scripsi in decret. ex tuarum. eod. ti. super vlt. gl.
k Ex tuarum. ¶ Et vide, quod super ea dixi distinguendo, an absolutio secuta fuerit purgationem, vel non: fuit etiam hæc quęstio venerealis, lxxi. distin. vt ibi videre poteris, vbi recitatur communis opinio.

LIBER QVARTVS SPECVLI Gulielmi Durandi, & Additionum in id Ioannis Andreæ, excellentissimi I. V. ornamenti, & facilè principis.

a ¶ De libellorum conceptione a. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Homo rectus factus est, sed seipsum propter suam malitiam infinitis miscuit quæstionibus.*
2 *Humana iura quare sint adinuenta.*
3 *Vsus & ars docuit, quod sapit omnis homo.*
4 *Experientia fecit artem, & omne artificium per exercitium recipit incrementum.*
5 *Frequens meditatio, carnis est afflictio.*
6 *Periculum circa libellorum conceptionem imminens, cauendum est.*



FORMAVIT Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, vt xxxiii. q. v. hæc imago. & de poe. dist. ii. principium. cum quo ius naturale prodiit: postmodum Lex data est per Moysen, & alios prophetas: demum successit Euãgelium: quæ dic, vt s. in proœ. prope princi. Sed quia humana natura prona est ad malum, vt xii. q. i. omnis ætas. & quotidie nouas deproperat edere formas, C. de vet. iu. enuc. l. ii. §. sed quia diuinæ. & extrà in proœmio Decret. in princip. cum suis concor. iuxta illud Eccle. c. vii. in fi. † Fecit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus, & propter hominum malitiam factum est, vt plura sint negocia, quàm vocabula, ff. de prescri. verb. l. solent b. ideoque cùm lex Euangelica non videretur sufficere ad emergentium decisiones causarum, † humana iura inuenta sunt, vt per ea hominum coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, iiii. dist. factæ. & vt homines discant Honestè viuere, Alterum non lædere, Ius suum vnicuique tribuere, vt extrà in proœmio Decret. & ff. de iust. & iu. l. iuris præcepta. & vt boni inter malos quietè viuant, vt xxiii. q. v. non frustra. & ne quis auctoritate propria sibi præsumat sumere vltionem, C. de Iudæis, nullus. 23. q. 1. c. 1. quę quidẽ iura inutilia essent, nisi forent per quos regerentur, vt Insti. de iur. na. in fi. ad quod nempe regimen experientia summè necessaria est, vt xlv. dist. licet. & l. distinct. vt constitueretur. ibi, expert⁹ credo. & c. † Nam vsus & ars docuit, quod sapit omnis homo, & secundum Aristotelem in prin. Metaphysicæ. Experientia fecit artem, & omne artificium per exercitium recipit incrementum, ff. de auro & ar. leg. l. seruis legatis. §. ornatricibus. Ad iuris ergo & iustitiæ regimen & exercitium pertinet, † vt offeratur et libellus, qui vocatur in iudicium, vt C. de lit. contest. l. i. ... tamen offeratur. quæ est iii. q. iii. §. spatium. in quo quidem omnis mens, intentio & actio actoris contineri dẽt, vt C. de eden. edita. & inferiùs apparebit. ¶ † Vnde licet frequens meditatio sit carnis afflictio, vt in libro Ecclesiastes c. 12. tamen curare & vigilare debet causæ patronus, vt eum ritè concipiat, ne clientulum ex inepta conceptione cadere ab actione contingat, vt extrà de iudic. examinata. & ff. si men. fal. mo. dix. l. vnica, respon. i. C. de formul. & earum impe. l. i. nam iuxta formam petitionis sententia debet dictari, vt extrà de simo. licet Heli. & de accus. qualiter. ii. prope fi.

6 ¶ † Cùm igitur circa libellorum conceptionem grande periculum immineat, & quasi tota vis iudiciorum in eis ritè concipiendis cõsistat, paucique reperiantur in hoc plenè instructi: imò nullus est, qui plerunque in his vano non abducatur errore c, proinde in hac quarta parte doctrinam super hoc intendo vtilem tradere, prout Spiritus sancti gratia inspirauerit, iugisque causarum experientia edocebit. Hũc autem morem in hac quarta parte seruare disposui: nam titulos libri Decretalium, velut cunctis Iurisperitis notos, prosequar, super quolibet libellos formando, & ad Canonistarum instructionem libellos ciuiles cum positionibus, prout possibile fuerit, & à legum professoribus est traditum, inserendo, non q ipsas positiones semper fore sequendas asseram, cùm aliquæ earum sint negatiuæ, aliquæ etiam impertinentes, aliquæ verò videantur positæ solùm ad instructionẽ materiæ, super qua formantur: sed vt ex ipsis aliquæ, prout negotiis solers causidicus videbit congruere, assumantur, nonnunquam formas etiam instrumentorum in diuersis contractibus & alias vtiles adnectendo Vbi autem diuersæ libellorũ formæ legales in hoc tractatu insertæ inueniantur, dixi suprà de act. seu petit. §. postremo.

HAEC autem quarta pars in quinque subdistinguetur partes: quia totidem liber Decretalium habet partes. Pri⁹ autem, quàm ad hanc perueniatur doctrinam, prænotandum est, Quid sit libellus: & vnde dicatur: quot sunt species libellorum: quot modis accipiatur libellus: quid cõtinere debeat: an sit de substantia iudicii: an auctor possit ab eius prosecutione desistere: an possit mutari, vel emendari: quis sit eius effectus: in quibus causis offeratur, vel non, à quo, & cui: quando, & vbi offeratur: qualiter concipiatur: qualiter porrigatur, & recipiatur: qualiter impugnetur: de cautelis circa eum adhibendis.

ADDITIONES.

a PILEVS de hoc tractat in prin. & rub. i. ¶ Bonag. non fecit de his rubricam: sed, vt dixi s. de actore, super rub. posuit xii. causas ad repellendum actorem in ciuilibus: & sub x. dixit eum repellendum si actionem non edit, seu edit incompetentem, vel libellum non offert agendi causam lucidè continentem: vel si rei, quam petit, designationem certam non facit. ¶ Tanc. non fecit generalẽ tractatum de hoc, sed sex rub. posuit in parte ii. de vi. libellis. Primus in causa criminali: tres in trib. possessoriis recuperandæ & retinendę: quintus in personali actione: sextus in reali. ¶ Rof. plenè prosequitur hanc materiã in libellis iuris ciuilis rub. xi. vsque ad xxvii. inclusiuè. Et scias, quòd auctor, qui multa auxit ab eo in hoc opere tractando discordat ab ipso: quia Roffre. priùs in materiis ponit positiones actoris & rei, & demum libellos: auctor primò libellos, & demum positiones: quod plus ordini iudiciario congruit. ¶ Vbert. de Bob. non fecit rub. de materia: vbi tangit, j. dicã. ¶ Io. de Deo Cauil. lib. ij. in fi. fecit rubricas de libellis formandis, porrigendis, recipiendis, & impugnandis: & ĩ libro Iud. j. rub. v. & secundo, ii. rubrica. iii. cum viij. rubricellis seq. & li. iij. de impugnatione libel. Vber. de Bo. sub ij. rub. de excep. contra agentem ponit multos casus, quibus ineptitudo libelli, vel petitionis, vel actionis repellit agentem: & maximè à ver. generaliter. vsque in fi. ¶ Bonag. non ponit tractatum generalem, sed in parte ii. ponit multas formas libellorum vsque ad tit. de appel. & aliquas post sub forma tamen ij. dat doctrinam circa ipsorum formas. quo ad tria, quæ videbis j. co. ti. in fin. ¶ Ioan. de Blan. in princ. sui operis de hoc posuit sex rubricas: & fuit j. an sit aliquid faciendum ante libelli oblationem. ¶ Aegidius etiam non fecit tractatum generalem, sed posuit certas formas libellorum, rub. s. xxii. xxiiij. cum duabus seq. & aliis multis. ¶ Bernar. Dorn. in prin. sui operis pro rubrica summam de libellis tradens materiã per x. rub. immediatè sequentes. ¶ Gu. Anglic. materiam libellorũ incipit prosequi sub rubrica de edendo, ponens etiam formas vsque ad tractatũ de iudiciis, post quem incipit à Publiciana. ¶ Alb. Gal. fecit specialem rubricam de libel. oblat. ¶ Odof. tres rubricellas præmisit circa tractatũ libellorum, post quas incipit à Publiciana. ¶ Nepos de monte Alb. fecit rubricam contra libel. ¶ Guido de Suz. tractat in prin. quid debeat contineri in libello: & qualiter excipiatur in actione generali, & qualiter in singulari. ¶ Gallicus char. j. versi. si autem reus. generaliter materiam ponit, & certas formas, vsque ad rubricam de except. & sicut auctor in fi. huius tit. vult. tit. de act. vel petit. hîc intelligi petitum: sic & hîc dicta de Practicis auctorib. & aliis, precor etiam ibi conscripta censeri. Prętmitto etiam, quòd titulum de lib. oblat. breuitatis causa allegabo, vt eundem cum isto: cùm & hîc de ipsius oblatione tractetur.

b L. solent. ¶ Naturalis hoc dicit, l. solent dicit, quòd conuentio in se habet aliquod negotium.

c Errore. ¶ Extrà de immuni. eccl. aduersus. ver. cæterùm.

¶ Quid sit libellus, & vnde dicatur.

a 1. §. Libellus est breuis membrana a, actoris petitionem, & eius causam & actionem complectens Vel sic: Libellus est scriptura agentis quæstionem continens, &. futuram actionem depromens, vt extra. de lib. ob. c. fi. C. de eden.

b edita. Dicitur aũt libellus à libro b. est enim diminutiuè dictũ pro

c pter sui breuitatẽ: sicut & codicillus à codice diminutiuè dict⁹ e c.

ADDITIONES.

a Membrana. ¶ Hoc est charta, vel pergamenum de membris animalis excoriatum: sed in his plus vtimur bombaxinis. debuisset dicere scriptura: & pro breuitate, pulchrè facit lex, ampliorem. de temp. ap. §. j. ibi, caueant libellorum dictatores verbosis assertionibus vti: sed ea sola scribere, quæ compendiosa narratione possint causas explanare. De scriptura autem est expressum eod. tit. c. j.

b Libellus à libro. ¶ Paruus, vt j. §. ij. Rof. dicit à libro, vel secũdum eum, à librã. in qua ponderatur iustitia.

c Dictus est. ¶ Roff. ponit etiam aliàs duas diffinitiones, & alii ponunt etiam alias diffinitiones, quas omitto. Host. ponit vnam prolixam in summa huius tit. in princ.

¶ Quot sunt species libellorum.

2. §. Species libellorum duæ sunt: alius enim est accusatorius, qui Inscriptio nuncupatur, vt ij. q. j. legum. & q. viii. libellorum. & C. qui accus. non poss. qui crimen pub

publicum. Alius autem est conuentionalis, seu postulationis, qui in ciuilibus porrigitur, vt extrà. de lib. ob. c. j. & c. fi. & in auth. Col. viij. de liti. §. si verò. & de exhi. & intro. re. §. illud quoque. Collat.
a v. Et iste libellus [a] quandoque vocatur simpliciter Libellus, vt 4. q. iij. c. induciæ. §. offeratur. & auth. libellum. C. de li. cont. quandoque Reclamantia, vt Bononiæ, & in quibusdam locis Prouinciæ, vt extrà de lib. ob. c. j. Nonnunquam verò Petitio, vt Romæ: & in Romana curia à plerisque, vt extrà. de lit. contest. c. vnico, ext. de elect. dudum, ij. §. licet autem. ȷ̃. §. proximo.

ADDITIO.

a Et iste libellus. ¶ Verba Roff.

¶ Quot modis accipiatur libellus.

a 3. §. Quot autem modis libellus accipiatur, videndum restat [a]. Et quidem libelli nomen plures habet acceptiones: quãdoque enim dicitur paruus libellus, vel codicillus vt ff. de tab. exhib. l. j. in prin. extrà de sum. tri. c. ij. in prin. & s̃. §. est autem. quãdoque ponitur pro pane azymo, seu subcinericio, C. de epis. aud. iudices. quandoque pro precibus principi oblatis, C. quando lib. princ. ob. lit. con. fac. l. j. & ij. ff. de arbi. non distingue-
b mus. §. cùm quidam. quandoque pro iudice delegato [b], ff. de offic. proconsul. nec quicquam. §. vbi. ff. de reg. iur. omnia. quandoque pro scriptura de mandatoris, C. de prædiis, & al. re. mi. l. minorum. quandoque pro scriptura recusationis, vt C. de iudic. apertissimi. quandoque pro scriptura, quam vir mittit vxori, quam repudiat, extra. in procemio Decr. & xxxiiii. q. ii. non sat. in fi. & iii. dist. §. officium. quandoque pro scriptura appellationis, vt ff. de ap. l. i. §. fi. & ii. q. vi. §. si quis libellos. quãdoque pro scriptura, quam iudex dat appellanti: aliàs vocantur apostoli. ff. de lib. dimis. l. i. quę est ij. q. 6. post appellationem. & extra. de appel. cordi. quandoque pro petitione principi oblata, ii. q. vi. ei, qui ideo. quãdoque pro scriptura
c infamatoria, v. q. i. hi, qui. & l. si quis [c]. quandoque dicitur libellus conuentionalis, vt Instit. de act. §. triplici. in auth. Col. v. de exhib. & intro. reis, §. illud quoque. in auth. Col. viii. de liti. §. si verò. & s̃. §. prox. extra. de lib. ob. c. ii. siue responsionis, in auth. de exhib. & intro. reis, §. sancimus in suscepto, siue reclamationis, extra. de lib. ob. c. i. & sic sumitur, quo ad præsens propositum: & hoc in ciuili causa, siue accusationis, siue inscriptionis, & hoc in criminali causa, vt lxxxi. dist. Maximianus. & ii. q. viii. libellorum. & C. qui accu. non poss. qui crimen publicum.

ADDITIONES.

a Videndum restat. ¶ De hoc plenè Rof. sed hoc pleniùs.
b Pro iudice delegato. ¶ Meliùs diceretur pro iudicis delegatione.
c Et l. si quis. ¶ Et C. de famos. lib.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid continere debeat, duobus versiculis comprehenditur.*
2 *Libellus debet annum & mensem, quo offertur, & nomen principis, cui subest prouincia, continere.*
3 *Libellus generaliter debet tria continere.*
4 *Libellus qualiter sit formandus.*

4. §. Quid libellus continere debeat, his versibus comprehende:

1 † *Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,*
a *Rectè compositus quisque libellus habet* [a].

Quis. debet enim poni in libello nomen actoris, arg. extr. de elec. quærelam. & de verb. sig. forus. §. in omni. ff. de procur. si procuratorem. ff. de iudi. in his tribus. Quid. quia debet res petitas in libello exprimere: super quo distingue, vt s̃. de act. seu pet. §. sequitur. in princ. Coram quo. nomen enim iudicis est inserendum, ii. q. 8. libellorum. vt sciatur, an sit competens, vel non, s̃. de compe. iudi. adi. Quo iure. nam actionis nomen est exprimẽdum. quod dic, vt s̃. de act. seu pe. §. i. Et à quo. nomen enim rei est in libello inserendum, arg. iiii. q. iiii. nullus. ff. de iudic. in his tribus. C. de eden. l. fi. ff. eo. l. i. in prin. extra. de or. cog. c. ii. in prin. extr. de elect. quærelam. Nõ ergo sufficit dicere, ꝯqueror ego C. de quodam, qui mihi tenetur in decem, & C. vel fideiussoribus, qui intercesserunt apud me pro T. vel de B. & incertum est, de quo B. cõqueratur, nisi fortè digito ostendatur, vel aliter sic exprimatur, vt de persona ꝯstet. quod sufficere credo, arg. ff. si certum pet. l. certum. ff. de condi. & demon. nominatim. & nominatim exprimere interdum expedit reo, cùm fortè speret habere ingressum contra alium de euictione, vt per hoc euidenter ostendere possit secundum iudicium secum actum, & sententiam contra se latam fore, extrà, de empt. & ven. c. fi. In rescriptis tamẽ apostolicis plerunque contrà fit, quando videlicet apponitur clausula illa, Quidam alii, vt extr. de rescr. pastoralis. §. i. & c. cùm in multis. Sed dic, quòd rescriptum nõ est libellus: imò post rescripti pręsentationem porrigetur libellus, & persona sub præmissa clausula specificabitur. Quandoque tamen rescriptum habetur loco libelli, vt ȷ̃. §. nunc dicen. versi. vi. ¶ Item locum, vbi actum, vel contractum est, debet libellus continere, vt ff. de censi. forma. ii. q. viii. libellorum. sed hoc non est apud multos in vsu. ¶ Diem quoque, qua offertur, debet, continere libellus, vt sciatur, an 20. dies effluxerunt, vt in pręd. authen. offeratur & in auth. de exhib. & intro. re. §. suspecto. extrà de li. ob. c. i. ȷ̃. ver.
2 prox. ¶ † Debet etiam continere annum & mensem, quo offertur: & nomen principis, cui illa prouincia subest, vt in præ. l. libellorum. & C. de iud. properandum. in prin. & §. i. & arg. C. de apo. pub. l. i. lib. x. vt per hæc sciatur, an triennium, quo perit instantia iudicii in ciuilibus, vel biennium in criminalibus, effluxerit, vt in præ. l. properandum. §. i. & C. vt intra cer. temp. cri. q. term. l. fi. & an interruptio præscriptio. facta sit, vt C. de præs. xxx. an. si quis emptionis. & xvi. q. iii. §. potest. Sed licet multi magnę auctoritatis hoc
b scripserint [b], vsus tamen, quod dixi de die, anno, mense, & consu-
c le, non tenet [c], nisi in causa [d] criminali, vt dicam ȷ̃. de accus. in prin.
d nec prędicta ratio de die, multum est efficax. nam dies dati & recepti libelli, & alia huiusmodi, scribuntur per tabellionem, vel per duas honestas personas, vbi non est vsus tabellionum, vt extrà de prob. quoniam contra. & iunge hîc, quod est ȷ̃. §. ad huius tit. ver-
3 si. item secundum. ¶ † Generaliter etiam debet libellus continere tria, scilicet causam, obligationem, & actionẽ. In qualibet enim actione hæc tria conueniunt, scilicet factum, siue causa, vt emere & vendere, & similia. hæc enim facti sunt, vt ff. de curat. fur. consilium. de hoc infrà §. iuxta. ver. sed nunquid. Item obligatio ex illo facto descendens: quia obligatio est iuris vinculum, &c. Instit. de oblig. in prin. Tertiò actio, quæ ex obligatione, tãquam à matre, descendit. nam actio est ius prosequendi, &c. Inst. de act. in princ.
4 † Vt autem res exemplo subiaceat, sic formabis libellum: FORMA Libelli. Coram vobis domino P. iudice, vel potestate, vel rectore, vel senaschallo talis loci conqueror, vel propono ego H. de Titio, vel contra Titium, qui mihi tenetur in x. quia equum sibi vendidi talis pili, sub anno Domini millesimo ducentesimo lxxx. die nono, exeunte Ianuario, sedente, vel præsidente Clemente papa IIII. vel tali imperatore, seu rege: quæ decem mihi soluere indebitè contradicit: quare peto ipsum mihi condemnari, [illegible] ad soluenda prædicta decem, & cogendum fore sententialiter condemnari. Sed quod dixi de tempore, & de præside, nõ est hodie necessarium, vt prædixi. Quæ autem sint ne-
e cessaria in libello, not. ff. de eden. l. j. respon. j. [e]

ADDITIONES.

a Libellus habet. ¶ Versus fuerunt Hosti. vt scripsi eo. tit. c. j. super j. gloss.
b Multi magnæ auctoritatis hoc scripserint. ¶ scilicet Roff. in libr. iur. canon. tit. de libellis accusatoris: Tanc. & Io. de Deo in primis libellis, quos in suis ordinibus iudiciariis posuerunt.
c Non tenet. ¶ Idem Host. in summa ti. de libel. obla. §. iii. in fi. idem Rof. in libellis iuris, eo. tit. quæ debeat continere libellus.
d Nisi in causa. ¶ Quo ad tempus oblati libelli, ratio, quæ sequitur, ita procedit in criminali, vt in ciuili: sed tempus contractus à tempore maleficii differt: quia primum non est necesse exprimi in libello, secundum sic.
e ff. de eden. l. j. resp. j. ¶ An agenti depositi, sufficiat formasse libellum super confessione depositarii, dicam ȷ̃. de deposito.

SVMMARIVM.

1 *An libellus sit de substantia iudicij.*
2 *Libello omisso an in iudicio acta teneant.*
3 *Libellus in iudicio tacitè omitti potest, expressè non, sicut iuramentum de calumnia.*
4 *Libellus expressè remitti potest, non tacitè.*
5 *Libellus nec expressè, nec tacitè remitti potest.*

1 5. §. Vtrum libellus † sit de substantia? Dicunt quidam, vt Azo, quòd non, xj. q. j. si quis cũ clerico.
2 extrà de do. & contu. prout. B. & Innoc. IIII. contrà, † & quòd non valeat, quod fit eo omisso, ar. extrà de probat. quoniam contra. C. de li. contest. authen. offeratur, quę est iii. q. iii. §. spatium. ex
a trà de lib. oblat. c. j. Dicit etiam Azo [a], & alii, quòd potest expressè
b remitti. C. lib. xii. de priuil. schol. quoties. Vin. & Accur. [b] dicunt, †
3 quòd tacitè potest omitti, sed expressè nõ: sicut & iuramentum de calũnia, C. de iur. ca. l. ii. §. sed ꝗa. ar. ff. de proc. filiusfamilias. §. veterani.

ADDITIONES.

a Azo. ¶ Quę Rof. sequtur rub. xvj. in fi. An libellus sit de substantia, vide in rep. c. quoniã ꝯ. §. petitiones. in 3. col. ver. fi. de prob. extrà.
b Et Acc. ¶ Vbi hoc dicat, & vbi no. contrarium, vide remissionem, quam in fi. dabo ad clem.

terani. extrà de testi.tuls. Vnde si actor omiserit dare libellum, & post litis contestationem petat illum offerri, non est audiendus,
a cùm hæc sit dilatoria[a], Odof.[b] dicit, † quòd expresè remitti po-
b test, sed non tacitè, C.de senten.& inter.prolatam. Nam auth. di-
4 cit, quòd offeratur ei libellus, & sic actor debet offerre libellum, licet non petatur, arg.ff.de leg.iij.fideicommissa.§.si rem. Arg, contrà, quòd si potest expresè remitti, ergo & tacitè, ff.de feri.l. j. C. de tempor.app.l.j.in fi.de hoc infrà §.nũc dicendum.ver.ix. Quar
5 ti dicunt, † quòd nec tacitè, nec expresè remitti potest. Tacitè non, ne videatur allegare per ignorãtiam aliquid fuisse omissum, quam nemini prætendere licet ordine iuris omisso, in auth. Collat.viij.in med.litis non fieri sacras iuf.§.fin.arg.ff.fa.ercis.si filia.in prin.Item expresè non, vt in præd. concor. & sic dicit Bag. fuisse
c iudicatum de consilio Azo.& Hug.[c]

ADDITIONES.

a Dilatoria.¶Sed Vinc.contrà in authen.offeratur.in fin.vbi tenet quòd si non petatur, tenet processus: tamen quandocunque postea petatur, offerri debet, saltẽ vsque ad testium productionem. Tenet etiam, quòd ibi potest libellus expresè remitti.& sic intelligit authen.generaliter.in fi.C.de epis.& cle.sed alius est sensus illius finis, vt ibi, & not.in vlt.glo. & vide infrà §.restat.ante finem.
b Odoff.¶Et Iac.Bald.vt refert Alber.Gal.eo.tit.post prin.
c Et Hug.¶Vide pleniùs not.in clem.de verb.sign.sæpe.in glo.datur per hoc.& Ioan.de Bla.plenè tenet, qualiter fiat in edi.in vlt. col. & per Cyn.in authen.offeratur.in xj.q. Quomodo autem, & ad quid expedit iudici, actori, & reo libellum dari, ibi, scilicet in cle.not.§.verum.in gloss.ij.an actor.

SVMMARIVM.

1 *Actor an possit à libelli prosecutione desistere.*
2 *Libellus accusatorius oblatus, an reuocari possit.*

1 6.§.An actor † possit à prosecutione libelli desistere, videamus. Et potest dici, quòd sic re integra, indistinctè, C.vt nemo inuitus agere, vel accus.cog.per totum, nisi iam reus per iudicem, vel executorem sit conuentus: quia tunc reo postulante necesse habet litem persistere, C.quomodo & quando iud. auth. qui semel. quod pleniùs prosequere, vt in Summa do. mei Host.in tit.de lib.ob.§.vtrùm post.¶
2 † Libellus autem accusatorius oblatus reuocari potest, etiam post conuentionem sine pœna, ij.q.iij.si quem pœnituerit.& c.si quis iratus.ff.ad Turpil.quæsitum. ff.de in ius voc.libertus. Tenetur tamẽ iniuriarum libellum porrigens: quia infamauit eum, cui porrexit, ff.de iniur.item apud §.si quis in libello.& hæc ante inscriptione. nam post non potest pœnitere, nisi ex causa, 3.q.2.Paulum.ext.de accu.licet.C.de abo.ranaciter.extr.de ele.statuimus.ad fi.& die super hoc, vt j.§. prox. §.de abolitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Actor an possit reo inuito libellum mutare.*
2 *Actore volente post litem contestatam mutare libellum, reus verò econtra petit pronunciari, quis audietur.*
3 *Facta ante litis contestationem non spectant ad iudicis officium.*
4 *Libellus qualiter mutari dicatur.*
5 *Libellus appellatorius an, & qualiter mutari dicatur.*
6 *Appellationi an possibile sit renunciari.*
7 *Appellatio extraiudicialis non semper est citatio.*
8 *Actore libellum ante litis contestationem mutante, reus nouam habebit dilationem ad deliberandum.*
9 *Varians & mutans aliquid in iudicio, tenetur aduersario ad interesse. & nu.10.*
11 *Libellus bene potest corrigi & emendari.*
12 *Libellus qualiter formabitur, vbi ignoratur quid sit petendum.*

¶Libellus an possit mutari, vel emendari.

1 7.§.Nunc ostendamus.an † libellus mutari possit, vel e-
a mendari[a]. Et quidem P.& Azo[b] & Tan.indi-
b stinctè dicunt, quòd ante litem cõtestatam mutari potest, siue sit ibi clausula illa. Saluo iure addendi, vel minuendi, siue non, C.de eden.edita.Instit.de act.§.si minus.ij.q.viij.libellorum.ff. de noxal. in delictis.§.si detracta. Post litem autem contestatam non, ff. de iudic.non potest.& l.de qua re.Iac.verò contrà, scilicet ꝙ nec ante litem contestatam. Accur. dixit, quòd potest quandocunque
c ante quàm sacramentum calumniæ sit præstitum[c]. Vin.autem[d] &
d Columbus distinguunt: quia in vniuersali actione, in qua res non fuit ab initio specificata, potest libellus mutari & emendari addendo, vel detrahendo. non dico actionem mutando, vt ff.de pet.hæ. l.iiij.& l.si quo tempore. Idem dicunt in generali, vt C. de iud. li-
e cet.& C.de temp.ap.l.fi.[e] In singulari verò vsque ad litis contestationem

ADDITIONES.

a Vel emendari.¶Est sciendum, quòd dominus meus in legibus disputauit quæstionem, quę incipit, vtrùm actio.vbi quæsiuit de tribus, an libellus possit emendari, an mutari, an actio cumulari? De vltimo plenè Dyn. in reg. nullus pluribus.lib. vj .cuius effectum, & regulas breuiter ibi posui in prin. De secundo ipse do. meus sic dixit, quòd mutare actionem propositam in libello, & desistere à prima, olìm licebat quandocunque ante litẽ contestatam, ff. rem rat.hab.l.amplius.& C.de eden.l.edita.&C.vt nemo inui.agere, l. vnica: hodie non licet desistere: imò habet necesse persistere oblato libello & citato reo, vt in auth.qui semel.C.quomodo & quando iud. nam contra actorem tergiuersari volentem inuenit illa authen.remedium, vt procedatur ad sententiam, ad hoc quod dicitur suprà prox.§.& j̃.sequitur. De primo dicebat, quòd emendare libellum minus petendo licet vsque ad sentẽtiam. nam si licet renunciare in totum, ergo & in parte. nam iura sunt prompta ad lites minuendas, C.de pactis, postquam liti.& ff. si cer. pet. quidam æstimauerunt. Augendo autẽ licet vsque ad litis contestationem C.de eden.l.edita.post litem contestatam non. nam tunc nouo libello est opus, ff.de iudic.l.non potest. Non obst.ff. de pet. hær. l. iiij.& l.si quo tempore.vbi tempore litis contestationis reus pauca possidebat, & postea inuenitur multa possidere: quæ omnia veniunt in condemnatione: quia illud nõ est ex emendatione libelli, sed ob primum libellum non emendatum: qui fuerat vniuersaliter conceptus. Eadem omnino esset responsio in libello generaliter concepto in actionibus generalibus, vt C.de iudi.l.ij. de hoc j̃.ver.pen. Circa hæc duo membra non fuerunt plena ipsius verba. quæ posui, quia breuia. Scire debes, quòd Rof.de mutatione & emendatione duas rubricas fecit, scilicet xxiiij.&xxv.in quibus plenè habetur, quod sequitur. Idem Odof. in additiõe super Summa de edendo, quæ incipit, sed nunquid.licet Host.in Summa huius tit.§.pen.Cyn.super l.edita.in vj.&vij.q.plenè tractat hanc materiam. Pro cuius euidentia præsnoscendum est, quid sit mutare libellum, & quid emendare: de his antiqui Accur.& Cyn.Vinc.in l. edita.& Cyn.in prædictis primis quæstionibus: & scripsi post Inn. eod.tit.c.ij.super prin.ii.partis gloss.& in l.edita. est vtrunque verbum.& vna litera habet, quam emendari, vel mutari: & Alex.fatetur, quòd secundam habebat dominus suus Azo in libro antiquo Communiter aũt dicunt, quòd Mutari est, cum veteri actione sublata noua proponitur: quasi propriè sit Mutare, substantia remota in locum eius aliam subrogare, ff.de testam.hæredes.§. si quid. de hac infrà §.j.tunc autem propriè, vbi ponitur vnũ exemplum. Ponunt multi exemplum in actionibus Vi bonorum raptorum, & furti, in actionibus l. Aquil. & arborum furt. cæsar. Emendare autem quid sit, dicetur infrà versic.emendari. Sed aliis videtur, ꝙ Emendare, sit defectum in forma supplere: exemplum: in libello accusatorio non erat locus: hoc erat vitium, vel defectus libelli: quod nunc emendo: & hæc emenda difficilis est per l.libellorum. facilis aũt, cùm expresseram domũ Titii, vt credebam, & est Sempronii: vel verè est Titii, sed dederam confinia, quorum aliquot nunc emẽdo: vel posuerã diem quartam, nunc emendo quinto: & meritò possum, quia ad diem non tenebar, vt ibi. Item in ciuilibus: petebam rem, in cuius confiniis erraui: nunc emendare volo: petebam: equum: dixi eum balsanum pede dextro: emendare volo, sinistro: & hæ emendæ fiunt quandoque ante sententiã, quia sunt de qualitatibus extrinsecis, vel de quib. nõ interest rei, & quibus facilè errat. facit §.si detracta.ď quo infrà, & ff.de tribut. quod in hæredem. §. eligere. Si verò de emendatione essentiali libelli, vel circa ipsius substantiam, scilicet rem petitam, vel ipsius accessoria, vide, quod sequitur, & quod distinguitur in præalleg. sexta quæst.Cyn.
ADDE, vt plenè in locis ordinariis. An autem in causa appellationis possit mutare libellus, vide Rom.consilio centesimo octuagesimo primo.
b Azo.¶in fin.sexto responso, de quo suprà.
c Sit præstitum. ¶Vel si tacitè sit omissum vsque ad tempus, quo iurare debuerat: sed si modò, Vincent.facit suprà de appel.§.qualiter.versi.sed pone, quòd.& versi.seq.cùm ibi additis.
d Vincen.autem.¶De dilat.c.iiij.
e L.fi.¶Satis miror de his verbis, supposito, quod præmittitur, specificationem ab initio non factam. Dato enim, quòd nouerit se iam in hæreditate esse, quod ignorabam: vel non esse, quod credebam, quod ad rem, vel ad libellum per hoc venit mutãdum: idem dico in generali. Cyn.autem aliter opponit in quęstione sexta, de qua dixi in princ.§.Si dicis, emendare potest petendo partem, qui petebat totum, sed hoc etiam in singulari, vt infrà versic.emendari. In casu conuerso, si petens partem vult petere totum, quia nouiter sibi ius accreuit, non videtur posse, per l.non potest.ff.de iudic. si verò ab initio cõpetebat sibi agere pro pluri, vel pro toto, hoc procederet, quod dixi in j.§.

tionem & vsque ad iuramentum de calumnia: post non, sed alia interpellatione opus est, cùm sit alia res, quæ non fuit petita, nec super ea iuratum, & videtur aliud in iudicium deduci, ff. de iu. non potest, C. de temp. app. l. fi. extrà, de re iud. abbate. lib. vj. Do. Ioan. dixit, quòd licet mutare actionem, dum tamẽ causa non mutetur, ff. de iureiurando. duobus. §. exceptio. & §. colonus. Mihi videtur, quòd etiam ante litis contestationem, si reus sit iam per libellum conuentus edita sibi actione per iudicem, vel per executorẽ, non potest amplius mutare, reo contradicente, & vt prosequatur instante, C. quomodo & quando iudex. in authent. qui semel. & sic obtinuit. Si verò reus consentiat, potest etiam post litem contestatam mutari. & sic intelligi potest præd. l. edita. quæ aliàs per prædictam auth. est correcta. Prior autem opinio vera est, secundum antiqua iura. Hæc autem sic sanè intellige: quia si reus non vult, quòd libellus mutetur, nihilominus actor & ante litis contestationem, & post, mutabit libellum: sed reus potest petere, vt eum iudex absoluat ab actione iam intentata, ff. de iudic. cùm quæritur. & in præalleg. §. si detracta. ff. de vi & vi arm. cùm fundus. §. fi. ff. de fideicom. si dubitetur. ¶Sed videtur, quòd etiam post litem contestatam mutari possit, vt in præal. §. si detracta. vbi agens ante litis contestationem contra dominum noxaliter, potest post litẽ contestatam agere in solidum, si eum velit de sciẽtia redarguere. Sed dic, quòd ibi non mutatur actio, sed qualitas condemnationis: & hoc ideo, quia sciuit: sicut & aliàs non mutatur actio, sed qualitas ratione mendacii, vt ff. de fideicom. si dubitetur. hoc etiam probatur in præal. l. cùm fundus. §. fi. sed ibi non mutatur actio, sed aliud petitur: quod licet, secundum Vin. Vel dic, quòd ibi fuit priori iu-
a dicio renunciatum, vel re⁹ hoc voluit, vt dictum est. ¶†Sed quid si post litem contestatam actor vult mutare libellum, videns, ꝙ errore petit sibi silentium imponi: reus verò econtrà petit à iudice, vt pronuncietur? Et videtur, quòd debet pronunciare, nec libellus mutabitur, vt in præd. authen. qui semel. & C. de liberali caus. cùm precum. Actor enim mutare volens, suam turpitudinem allegat, extrà de app. solicitudinem. Item actore non probante, &c.
3 vj. q. vlt. actor. extr. de causa pos. & proprie. cùm ecclesia. ¶†Item quæ facta sunt ante litis cõtestationem, non spectant ad officium
a iudicis, ff. de ædi. edi. l. ædiles. Tamen obtinuit in contrarium [a] per iura, quæ habes suprà de off. iud. §. deseruit. ver. ante litem contestatam. ibi, item faciet lib. &c. & C. de iur. & fact. ignor. error. extrà eo. c. fin. ff. eo. non fatetur. restitutis tamen reo expensis, vt iam dicam. Nam & si super tali libello pronunciaretur, quod tamen fieri non potest, posset actor offerre congruum iterato, extrà de iudic.
4 c. examinata. ¶† Tunc autem dicitur mutari propriè libellus, si rem priùs per aliquam actionem petitam, nũc peto per aliam vel si priùs petii Stichum, nunc peto Seium per aliam actionem. Sed de hac mutatione vltima hîc non tractamus: tunc enim non mutatur libellus, sed aliud iudicium instituitur: quod bene licet, si tamen actiones non sint contrariæ, C. de codicil. l. fin. C. de fur. l. j. & fin. C. si seru⁹ exte. se emi man. l. vnica, C. de pact. inter emp. & ven. commissoriæ. vel diuersæ, licet non contrariæ, ff. de tribut. quod in hæredem. §. eligere. ff. de leg. ij. item cùm filius. §. variis. Habet ergo locum mutatio, quando ad idem competunt actiones: putà, intentaui primò actionẽ ex empto, nũc volo intentare certi con-
5 dictionem ad illam eandem rem petendam. ¶†Porrò libellus appellatorius mutari potest, ne iustę pœnitudinis humanitas amputetur, C. de appe. si quis libellos. quæ est ij. q. vj. & hoc sine aduersarii captione. ff. de cond. ob cau. si ideo pecuniam. ff. de interrog. ac-
6 tio. de ætate. §. fin. ¶†Quidam tamen dicunt, quòd vbi appellatur ab electione, vel prouisione, postulatione, vel earum occasione, vt extrà de elec. statuimus. tali appellationi, quę nihil aliud est, quàm citatio, renunciari non potest: sicut nec citationi renunciare pars altera posset, vbi vtraque esset à domino Papa citata: quia causa est cœpta per citationem, & quo ad partes iurisdictio firma, extrà de off. deleg. gratum. ff. de reg. iur. nemo. Alii dicunt, quòd si res est integra, quia nondum fecit appellatus expensas, nec iter arripuit, tunc potest renunciare appellans: secus si non sit integra, ff. de condi. caus. da. si pecuniam. & extrà de elect. in causis. & de appel. constitutus. j. & hoc humanius est. Et est hodie expressum, ex quo est præsentata appellatio superiori, in constit. Greg. X. de e-
b lect. quamuis. §. cæterùm [b]. vbi dicemus de hoc. Posset tamen responderi ad l. si pecuniam. & ad decret. in causis. quòd loquuntur in mandato, vbi mandator plus iuris habet in reuocatiõe mandati, quàm mandatarius. Aliud tamen in appellatione, seu citatione per quam alteri contra alterum ius æqualiter quæritur, & quæ æ-
7 qualiter appellatum & appellantem adstringit. ¶†Hoc tamen scias, quòd non semper appellatio extraiudicialis est citatio. quod dic, secundum Papam, vt extrà de maio. & obed. dilecti. Libellus autem accusationis mutari potest. de quo dic, vt suprà de accus. §.
8 v. & suprà §. prox. ¶†Sed & si aduersario consentiente, vel secundum præmissas opiniones libellus ante litem contestatam mutetur, vel aliqd addatur. vel detrahatur, reus habebit nouam dilationem ad deliberandum, vt in præd. l. edita. in fin. & in concor. seq. & ad exceptiones dilatorias proponẽdas: quia aliud est iudicium, mutata actione, vel causa, C. ad exhi. l. iij. ff. iud. sol. cùm quærebatur. in fin. extrà de despon. impub. ad dissoluendum. quod verum
subscribant: dicentes: & ego talis prædictis interfui & consensi, &
prædictam potestatem eis contuli: quo facto sigilla omnium &
c etiam capituli apponantur [c]. ¶† Si verò capitulum non concor-
35 daret in talem & tantam potestatem dandam, sequantur for-
mam concilij generalis, secundum quam scrutatores non ha-
bent potestatem, nisi scrutandi vota aliorum, ac scribendi, &
in communi publicandi: collatio autem & electio & solenni-
zatio fient per alios, vt iam dicam. Et vide super hoc, secundum
Papam, extr. eo. in Genesi. & secundum do. meum, in summa eo.
36 ti. qualiter. ver. eligatur. & seq. ¶†Quidam tamen dicunt, quòd
absque alio mandato potest electio fieri per illum, qui primā vo-
cem habet in capitulo: quod tamen iure cautum nō est expressè.
est tamen ar. ad hoc extr. eodem, Osius. in fi. & de obli. ad ratioc.
d c. vnico. §. fin. [d] ¶†Hoc facto, isti tres trahent se ad angulum, vel
37 partem capituli, vel ecclesiæ, extr. eod quod sicut. in princ. & de
appel. quā fronte. & seriatim ac singulariter vocabunt quemli-
bet de capitulo solùm per se, C. de testi. nullum. Danielis exēplo
& primò illum, qui primam habet in electione vocem de consu-
etudine, vt extr. eod. auditis. ff. de albo scri. l. j. & dicent ei secretè:
Frater, sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectū tenet
in eligendo pontifice iudicem: ita graui semetipsum afficit dam-
no, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum, vt lxj. dist.
miramur. & ideo Deum præ oculis habens, cuius nunc causa tra
ctatur, non facias tibi Deum & Apostolos eius, aduersarios, cu-
ius vicarium eligere debes, vt xxv. dist. ab exordio. extra. de sacra
vnct. c. vnico. §. per frontis. Non te abducant odium, amor, vel fa
uor, quæ humanos peruertere solent sensus, 3. q. v. accusatores,
vel testes. xj. q. 3. quatuor. non timor, non pecunia, vt in præ. con
cor. & lxxix. dist. si quis pecunia. extr. de re iud. cùm æterni. ext. de
testi. quoties. non lucro tuo prospicias, sed vtilitati communi. nō
enim libero iudicio præferendam sibi examinat personam mēs,
quam cupiditas ligat, 8. q. 2. dilectissimi. vij. q. j. scias. extr. de post.
præl. bonæ. j. præferas tuæ matris ecclesiæ salutem tuæ terrenæ
voluntati. Ideo adiuramus te per Deum viuum, & in virtute Spi-
ritussancti, & sub periculo animæ tuæ, quòd consentias in eum,
& eum nomines, in quem ex voto consentis, & qui in tempora-
libus & spiritualibus tibi videri debeat melior & vtilior ecclesiæ,
& sanctior, & per quem meliùs iura possint ecclesiæ defensari. 8.
q. j. licet ergo. extr. de offic. cust. c. ii. extra. de appel. constitutis. Et
tunc ille dicat: Ego credo P. meliorem & vtiliorem, & in eum cō
sentio, & eum nomino & eligo in episcopum & pastorem, vel, si
vis, vbi dixi, & eligo, dicatur Eligendum: & tam interrogatio, quā
responsio & adiuratio redigantur in publicam formam, vt extra.
eod. cùm inter canonicos. & hoc per tabellionem clericum, si
nesciunt scribere: quæ dic, vt s. de edi. inst. §. restat. versic. quid er
e go [e]. Vel si non possit haberi tabellio, duo ex eis hoc scribant [f],
f vt s. & sic omnes scrutentur. ¶† Completo autem scrutinio, ipsi
18 scrutatores, seu vnus de mandato aliorum mox, id est nullo con
g trario actu intermedio [g], hoc modo vota singulorum in com-
muni publicabunt. hoc enim facere possunt, vt dixi. dicent enim
præsente capitulo: Nos examinauimus vota singulorum, & no-
stra sigillatim: placet vobis, quòd ea publicemus? Et illi dicēt. pla-
cet: & sic publicant, id est publicè legunt, vt quod secretè actum
19 est, ab omnibus sciatur, extr. de hæret. cùm ex iniuncto. ¶†Qui-
dam tamen fatui quandoq; appellant, ne vota publicentur: sed ta
lis appellatio nulla est: vnde dicitur in concilio, nullo prorsus ap
pellationis obstaculo interiecto. Actus enim iste dilationem nō
capit: vnde appellatio non admittitur. & est simile extr. de appel.
20 qua fronte. ff. de appella. reci. si res. ¶†Publicatione autem facta
collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad ze-
lum fiat per capitulum, extr. e. quia propter. & c. in Genesi. nisi ac-
tuum sit, quod eam faciant scrutatores, secūdum do. meum: licet qui
dam hoc dicat. & pronunciationem & publicationem expediri
debere per eum, qui primam habet in capitulo vocem. super qua
vide in Repertorio eo. tit. ver. de publicatione. Si autem collatio
& electio fiant per aliquos, quibus commissum non est à capitu-
lo, aliis de capitulo tacentibus, & non contradicentibus, tacitur-
h nitas habebitur pro consensu [h]: & tenebit, quod factum erit. Et
i sic obtinuit [i]: quia ratihabitio mādato comparatur: & qui tacet, con
sentire intelligitur, ff. man. qui fidei. arg. in his, quæ no. extrà de p̄-
sum. nonne. Vel dic, quòd scrutatores facient collationem, ne &
in aliis eligendis discordia fiat, arg. ff. de vac. mu. prætor. §. fi. ff. de
arbi. itē si vnus. §. si duos. quia totum capitulum non posset in col
latione facienda bene concordare, ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde. qa
quot capita, tot sententiæ, de consec. dist. 4. sicut in sacramentis.
21 & extra de concess. præb. quia diuersitatem. ¶†Fiet autem colla
tio sic: si enim vota diuisa fuerint in plures scrutatores, seu aliqui-
bus hoc onus incumbet, erūt in medio capituli: & publicatis vo-
tis in cōi inspiciēt à capite scripturæ. ff. d' eden. argētarius. & legēt
sic: & A. & B. & C. consenserunt in P. Item ex altera parte legent,
C. D. E. & c. consenserunt in M. & sic computabunt dicentes: Do-
mini, nos inuenimus maiorem numerum cōsensisse in P. nam cū
sint in vniuerso xl. canonici, xxv. consenserunt in episcopum P.
& xv. in M. Item inuenimus, quòd tot personæ, seu personatus,
seu dignitates habentes consenserunt in P. & plures, quàm in M.
Item inuenimus meliorem zelum ex parte eligentium P. quàm
ex parte eligentium M. nam illi elegerunt bonum & vtilem vi-
rum: in istis autem caro & sanguis reuelauit, suum consanguine-
um eligendo. Hinc est, quòd licet Ioseph, qui cognominatus est
Iustus, consanguineus esset, & vir ex apostolicis, non tamen fuit
electus

ADDITIONES.

a Concilij generalis, ¶Vbi de hoc gl. dicit, vt j. & vide, quod super ea dixi.

b Electi. ¶Hoc omnino vide, quod dicam j. super forma, olim bonæ. in fi. & de sic. j. Gui. quia statim hoc in versicul. hîc affecto. de scrutatione votorum illorum trium. & eius forma nullam facit mentionem.

c Apponantur. ¶Hoc non seruatur, sed sufficit instrumentum: & in magno collegio nimis esset longa mora.

d §. fi. ¶Vide j. ver. publicatione.

e Ver. quid ergo. ¶Ibi de hoc remissiones dedi.

f Scribant. ¶Inepta locutio respectu proximi dicti, ibi, si nesciant scribere.

g Intermedio. ¶Vide, quod dixi eodem tit. quia propter. super gl. prima.

h Pro cōsensu. ¶In hac re meritoria, & concupiscibili, scilicet quod expediatur ecclesiæ prouisio, vt scripsi post Inn. eo. tit. in Genesi. & in gl. no. secundum. ante finem.

i Obtinuit. ¶In curia percepi Papam Io. diffinisse in causa monasterij sancti Dionysij prope Papis. valere collationem & communem electionem factam, tacente capitulo, per extraneum.

22 electus ab illis:† quia erat vir quietus:sic enim interpretatur Ioseph:imò elegerũt Mathiam, qui vir solicitudinis interpretatur: & sic bono zelo ducti fuerunt, 21.distin.cleros.in prin.& 26.q.j. §.j.& c.ij.nam prelatus non in quiete,sed solicitudine debet esse, vt in præd.c.cleros.& 23.quæst.8.conuenior.21.quæst.j.in canonibus.Item inuenimus P.maioris esse meriti,quia literatior, prouidentior,honestior,sanctior, melior, quàm M. & potentior ad iura ecclesiæ conseruanda, 8.q.j.licet.extrà de offic.cust.c.ij.extr. de appel.constitutis.& in præ.c.in canonibus.prope fin.& præterea vbi maior est numerus, melior præsumitur esse zelus, vt ex-
23 trà eod.dudum.j.& c.ecclesia.ij. ¶† Quod autem de collatione facienda dictum est,probatur etiam iure ciuili,& aliis collationibus. nam si debet fieri collatio bonorum hincinde ex vna parte: quæritur,quid,& quantum alter habuerit: & sic illa bona conferent, & succedent,vt C.de collat. & ff.de collat.bonorum, & ff. de col.dotis,& in authen.eod.titu.per totum,& facit.ff.de cond. & demonst.cùm seruus. Vbi autem vnus solus cõcorditer in scrutinio nominatus est,non habet locum collatio nnmeri ad numerum,meriti ad meritum, zeli ad zelum. Fiet tamen tunc collatio talis per eum,qui maior est:vtrùm scilicet nominatus sit de legitimo matrimonio natus,& sufficientis ætatis,& scientiæ,& in sacris ordinibus.quòd si hæc concurrerint, procedatur ad electionem,extrà eod.cùm in cunctis.Arg.tamen,quòd etiam,quando vnus solus concorditer nominatus est, collatio sit facienda, vt
a in præd.c. quia propter.& c.cùm post [a]. ¶†Item non est de sub-
24 stantia,quòd singuli faciant collationem,sed sufficit tacitus consensus.Item si collatio fiat aliquo absente,potest illam ratificare.
25 quæ dic.secundum Papam,vt extrà eod.in Genesi.¶†His igitur peractis duo tribuant potestatem tertio electionem pronunciandi,& publicandi nomine suo,&omnium ꝯsentiẽtium,vt patet in his,quæ nota.suprà de sententia,§.sequitur.ver.sed & si. quia vn⁹ debet eligere nomine omnium,vel maioris partis,extr.eo.in Genesi.ff.de arbit.si in tres. vel etiam iuxta præmissa capitulum hoc alij committat:de quo fiat publicum instrumentum,vel scriptura à duobus, in qua certa persona eligenda exprimatur, ne fraus possit, vel malitia adhiberi per eum, qui electionem pronunciabit,eligendo eum fortè,de quo actum non fuit: sicut in electione Lugdun.proponitur esse factum:& in continenti electio & ꝓnunciatio fiant,vt ext.de ele.cùm post. & c. Cumana. & c.ecclesia.id est,quæ electio & pronunciatio primò capitulo fiet, vt extra. de elect.in causis. prope princ.& c.cùm inter canon.& fiet in hac forma.
26 †FORMA Pronunciationis.In nomine patris & filij & Spiritus sancti,amen. Anno,mense& die tali,ego talis vnus de tribus scrutatoribus,à tali nostro capitulo nominatis & electis ad faciendũ scrutinium & electionem futuri pontificis nostri,secundum formam superiùs prætaxatam,ipsa diligenter seruata in omnibus,de voluntate & consensu & mandato collegarum meorũ,vice mea & sua & aliorum omnium in his consentientium,& ex potestate mihi& ipsis tradita,inuocata Spiritus sancti gratia.vt ext.de elec. cùm terra. ad honorem Dei & gloriosæ Virginis matris eius, & talis sancti nostri patroni,cui⁹ negotium agitur,& omnium sanctorum:talem specifica.vt j̃.§.proxi.versicul.electione. in quem collatione facta reperimus omnes, vel maiorem, vel saniorem partem capituli nostri,seu collegij,in scrutinio consensisse,in nostrum & nostræ ecclesiæ episcopum eligo & pastorem,eandemque electionem in his scriptis pronuncio,extra.de elect.cùm inter canonicos. Post hæc campanæ pulsentur. Et est vtile, quòd canonici subscribant in instrumento electionis, vt in prædict.ca.
27 cùm inter canonicos. ¶†Quidam tamen in hac pronunciatione recitant,qualiter præsentibus omnibus placuit eis per formã procedere scrutinij: & qualiter fuerunt citati & omnia præmissa; quod non est improbandum.Si autem aliquis absens sit,cùm electio publicatur,bene poterit postmodum ratificare:quod dic,secundum Papam,vt extrà eo.in Genesi.Si autem non sit tanta potestas scrutatoribus à capitulo data,capitulum det alicui potestatem pronunciandi & publicandi,qui dicet sic:
28 FORMA.Tali ecclesia pastoris solatio destituta, vocatis omnibus,qui debuerunt, voluerunt & potuerunt commodè interesse,assumpti fuerunt tres de collegio fide digni,s. talis & talis,qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter inquirerent, & in scriptis redigerent, & redacta mox in communi publicarent: qui quidem in commisso sibi procedentes negotio,secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter examinare curarũt,& in scriptis fideliter redegerunt,& redacta mox in communi publicauerunt.Habita igitur in capitulo collatione diligenti numeri ad numerum,zeli ad zelum,meriti ad meritum,inuentũ extitit,quòd omnes,vel maior, vel sanior pars in P. consenserunt.Vnde mihi potestatem eligendi & electionem pronunciandi & publicandi vnanimiter contulerunt:idcirco ego Christi nomine inuocato, vel Spiritus sancti gratia inuocata, ex potestate mihi ab omnib. specialiter concessa,nomine omnium & meo pronuncio electionem de ipso faciendam,&eum eligo in episcopum& pastorem ecclesiæ memoratæ.Præmissa probantur extra.eo. quia propter.
b & c.in Genesi [b]. ¶†Et not.ꝙ si aliquis potestatem electionem ꝓ
29 nunciandi ex officio,vel à capitulo,vel à parte sua sibi datã tunc potest in singulari,vel in plurali dicere:Eligo talem:vel,eligimus talẽ.Nec est necesse, ꝙ dicat nomine capituli,vel aliorum,qui in eum consenserunt:quia tunc semper cõis intelligitur.electio: & tunc eligitur,qui eligendus erat:licet sit securius, quòd dicat nomine capituli,vel etiam illorum,qui in eũ consenserũt.Si aũt eligens non habeat mandatum,vel officium eligedi,sic dicat: Eligo talem nomine capituli,vel illorum,qui in eum cõsenserunt:tũc si propter consensum & ratihabitionem sequentem, quæ mandato comparatur,videtur communis electio,vt s̃.ver.publicatione.prope princ.aliàs si simpliciter diceret,eligo,intelligeret electio singularis,vt extr.eod.in Genesi.nec sequens capituli ratihabitio excusaret,cùm nomine capituli electio facta nõ sit.De ratihabitione capituli ideo dixi:quia si consentientes,vel maior pars nollet pronunciationem eius ratam habere,non valeret,cùm de mandato,vel officio non haberet.Vin.autẽ no.in præ.c.in Genesi.quòd capitulum,vel maior pars potest vni mandare, vt ꝓnũciet:& ille dicet,eligo talem pro me & ꝓ istis:& ipsi dicant,placet nobis.nam totius synodi est vnum anathema,xvj.q.vj.consuetudo.ad idem 23.dist.illud.in fi.8.q.j.Osius.ext.de ob.ad rario.c.vnico.Nam & si plures sunt argentarij,vel omnes edant,vel vn⁹ subscribat,ff.de ædil.edic.si quis ex argentariis,§.j.Itẽ post vnius subscriptionẽ plures subscribũt,17.dist.§.hinc etiã.in fin.Vel potest dicere,illi mãdant mihi,vt ego pronunciem pro eis,vel pro me: vnde ego & ipsi eligimuus talẽ,ff.de verbo.oblig. si procurator. Non aũt dicet,ego eligo pro me talem,&pro aliis eundem:quia sic esset singularis elector:quod prohibetur,vt in pred.c.in Genesi.coniunctim enim creãtur duo rei stipulandi, vel promittendi,
c Inst.de duob.reis pro.in prin.Si autem dicit:Nos eligimus [c] talem
d tũc valet:quia communis est electio [d]. ¶†Quid,si ille eligit eum,
30 in quẽ omnes,vel maior pars cõsenserunt,canonici verò dicunt ñ sic mandauimus?Resp.sufficit probare,quòd ei mãdauerint eligere:nec postea canonici audientur,eod.tit.quia ꝓpter.&c.cùm dilecti.Item nõ est vis,si is,cui mandatur,sit extrà gremiũ:quia et
31 totam electionem possent cõmittere tali,ext.e.ti.cãm. ¶†Quid si maior pars capituli,putà xij.qui debent eligere,consentiunt in P.& quatuor ex illis mihi mandant,vt ꝓnunciẽ de P.& octo mandant,ꝙ non eligam nisi A.nunquid si eligo P.valet electio?Et videtur,quòd sic. Alius enim nõ est eligendus,nisi is,in quem omnes cõsenserint,vt in c.quia proper.& ex quo illi octo nõ eligũt aliis accrescit,ff.ad l. Aquilia. si dominus.§.si coniunctim.& post collationem statim sequi debet electio,vt eo.tit.cùm post.Vinc. dixit, quòd non debeo pronunciare:quia non habeo mandatũ à xij.vel à maiori parte ipsorum:secus autem esset,si illi cõpulsi per superiorem,vel admoniti nollent eligere: & quatuor mandarẽt
32 vni,vt pronunciaret,vt eod.tit.publicato.¶†Sed quid si omnes cõpulsi nolint pronunciare.& vnus solus eorum pronunciat,nũquid talis electio est singularis: & videtur, quòd non:quia iussus facit,ff.ad l.Aquil.liber homo.&quia eligere tenebatur,ff.de bo. lib.q cùm maior.§.fi. & quia omniũ vicem & defectum supplet, xij.q.ij.non liceat.Dixit Vin.quòd non valet talis electio:ipse ta-
33 men ex quo per eũ non stat,non est dignus pœna. ¶†Quid si canonici non cõcordant in pronunciatione?Resp.præualet maior pars.

ADDITIONES.

a C.cùm post.¶Et hæc teneas,vt dixi in c.quia propter.super ver. omnes.& in c.ecclesia.j.in gl.no.secundum Inn.scilicet quòd nõ fieret collatio numeri ad numerum&c.sed fiet collatio de numero,zelo,& merito.

b In Genesi.¶Hic incipit additio ex dictis Vinc.in decr. in Genesi. & durat vsque ibi,consequenter.finis tamen ibi, porrò.non fuit Vincen.

c Eligimus.¶Nullo casu,siue per scrutinium,siue per compromissum fiat electio,licet vti plurali,eod.tit.sicut eum.lib.vj. ADDE: electio facta per verba pluralis numeri valet, dummodo incontinenti se corrigat: & si non se corrigeret, superior deberet cõpellere capitulum, vt eligeret illũ electũ primò ꝯcorditer nominatum:& casu,quo esset deuoluta potestas ad superiorẽ puidendi, superior ipse sine iuris offensa nõ posset de alio prouidere, q. de illo in quẽ oẽs consenserunt,vt not.Inn.Compost.Host.in c. publicato.de elect.vt habetur in quæst.Old.183.inci. factum tale est.sed ipse Old.cõtrarium tenet sequenti q. inci. pater sancte.

d Electio.¶Dic,vt prædixi.

pars. Porrò si is, qui cōmunē electionem pronūciat, excōicatus est, aliis hoc ignorantibus, non vitiatur propter hoc electio aliàs canonica: quæ nō à proferente ipsam, sed à votis singularibus suum sortitur effectum: & quia hoc non est publicum officium: licet secus sit in voto cuiuslibet iure suo eligētis, & in dicto testis, & in sentētia iudicis excōicati: quia hæc ab ipsis proferentibus su
34 um sortiuntur effectum. ¶ † Cōsequenter autem cōueniēte populo ad pulsationē campanarum [a], j, dist. ius militare. extra. de homi. Ioan. per alterum ex electoribus ad hoc deputatum publicetur electio ī communi, id est coram clero & populo, vt in præ. c. cùm inter canonicos. & c. in causis. viij. q. j. licet. & cātetur. Te deum laudamus, solenniter: & electus deportetur ante altera & intronizetur [b], vt ff. de elec. ecclesia vestra. j. ¶ Publicationis autem forma hæc erit:

35 FORMA publicationis. † Recitabitur enim processus totus, ꝑut iam in forma pronūciationis dictum est, & finaliter sic adiiciet: quam electionem vobis denuncio, & in præsentia omnium di-
36 co solenniter publicandam, vt in præ. concord. ¶ † Et not. quòd non est via, per quam fiat hæc solennis publicatio, cùm nō sit de forma, seu substantia electionis. Vnde pōt fieri vel per scrutatores, vel per capitulum deputatos, vt in pre. c. quia propter. vel per ipsum capitulum: nec etiam cassatur electio, si solennis publicatio omittatur, dummodò electio non sit clandestina. Celebrata igitur & publicata electione decretum electionis in hac forma, secundum dominum meum, conficietur.

37 ¶ FORMA decreti. † Almo ac beatissimo patri: vel sic, sanctissimo patri & domino suo Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, decanus, vel præpositus, vel prior, & capitulum talis ecclesiæ cathedralis, seu collegiatæ, vel regularis, eius humiles, fideles, ac deuoti filij pedum oscula beatorum: & hoc, quando omnes sunt cōcordes: alioquin dicatur, decanus talis & tales canonici eiusdem ecclesię Si verò scribatur metropolitano, sufficit dicere, reuerēdo ī Christo patri, ac domino Dei gratia tali archiepiscopo, vel primati, tales eius deuoti filij reuerentiam tam debitam, quàm deuotam. Sacris canonibus nouimus esse cautum, vt vltra tres menses pontifice proprio non vacet ecclesia cathedralis, ne pro defectu pastoris dominicum gregem lupus rapax inuadat, aut viduata ecclesia in suis facultatibus graue dispendium patiatur: ea propter bonæ memoriæ R. episcopo nostro tali anno & die, sicut Deo placuit, viam vniuersæ carnis ingresso, corporeque ipsius, prout moris est, ecclesiasticæ tradito sepulturæ, vel translato, vel cedēte, vel deposito, nos tales cōuenientes in vnum ad electionē futuri pōtificis nostri canonicè celebrādam, talem terminum duximus statuendū. Citatis igitur interim, & tunc præsentib. omnib. qui electioni celebrādæ debuerūt, voluerunt & potuerūt commodè interesse in capitulo, vel ecclesia, vel tali loco ad hoc apto, & honesto. seu consueto, nos incœpimus de electione futuri pontificis tractare: sanè post diuersos tractatus inter nos habitos, & nominationes diuersarum personarū simplices, ac discussiones, & inquisitiones multiplices, tādem placuit nobis vniuersis & singulis per viam scrutinij ꝓcedere, & nostræ viduitati ecclesiæ prouidere: ideoq; elegimus tres, s. tales, de nostro collegio fide dignos dātes eisdem vnanimiter plenariam potestatē, vt secretò & sigillatim vota cunctorū, id est sua & nostra diligēter inquirerent, & ea in scriptis redigerent, & in scriptis redacta mox in cōi publicarēt: & tā numeri ad numerū, quàm zeli ad zelum, & meriti ad meritū collatione per eos habita diligenti, illum eligerent, in quē in uenirent omnes, vel maiorē partem, & saniorem nostri capituli, siue collegij consensisse: ita ꝙ vnus ipsorum de consensu & volūtate aliorū duorū scrutatorū vice sua & collegarum aliorū oīm electionem eādem pronunciaret in scriptis, & solēniter celebrarēt: qui secedentes in partē, primò vota sua, ita ꝙ duo scrutabantur tertium: secūdò tres simul vota oīm aliorum, sicut nobis postea retulerunt, secretò & sigillatim diligenter inquisierunt, & in scriptis redacta mox in cōi publicauerunt, & in nostra præsentia ꝑ eādē fm formā eis datam tam numeri ad numerū. q̄ zeli ad zelum, ac meriti ad meritū collatione habita diligenti, talis vnus ex scrutatorib. de voluntate & consensu & mandato illorū talē, in quē repertū fuit oēs, vel maiorē partē & saniorē nostri collegij, seu capituli. quorū subscriptiones inferiùs ꝯtinētur, in ipso scrutinio ꝯsensisse, vice sua & collegarū & omniū aliorum in his cōsentientium, inuocata Spiritus sancti gratia, in nostrū & nostræ ecclesiæ eligit episcopum & pastorē, virum vtiq; plenæ & maturæ ętatis, vt pòte qui iam 30. annū ętatis suę excessit: virum vtiq; sufficientē, & idoneū, de matrimonio legitimo susceptū, & in sacris ordinibus cōstitutum, moribus, vita & literarum sciētia meritò cōmendatum; extr. de elect. cū in cunctis. in prin. ac in temporalib. circunspectum, ext. de renun. nisi cùm pridē. §. pro defectu. 38. dist. per totum, 86. dist. fratrem. & potentem iura ecclesiæ de

38 fensare, vt extr. de ap. constitutis. ij. ¶ † Potes eum ēt aliter commendare, fm canones illos, 33. dis. qui episcopus. lj. dist. c. fi. 8. q. j. oportet. & c. seq. sic scilicet, natura prudentem, docibilem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, suis negotiis semper cauentē, humilem, affabilem, misericordē, literatum, & in lege Domini instructum, & in scripturarum sensibus acutū, in dogmatib. ecclesiasticis exercitatum, doctum, pauidū, irreprehensibilem, & maturū. Vel sic, prout in libro pontificali reperitur. & xxv. dist. §. nunc autē. virū vtriq; prudentem hospitalem, morib. ornatum, castum, sobrium, māsuetum, deo & hominib. per omnia placentē. Tamen contra conscientiam non loquaris. xxij. q. ij. primum. extr. de præscrip. c. fi. & de simo. per tuas. ij. vnde sufficit prima commendatio. postea iunge: & electionē pronunciauit in scriptis, & extrà publicauit hoc modo. In nomine patris, & c, vt s̄. ver. his igitur. vsq; ibi, post hoc cāpanæ, & c. hoc saluo, ꝙ ibi post illud verbum Nostri, seu Collegij, debet sic addi, quorum subscriptiones inferiùs continentur. Dictā verò electionem sic canonicè & solenniter celebratam & publicatā in communi omnes vnanimiter recipimus & approbamus, Te Deum laudamus, more solito cū cordis iubilo decantando, s̄. ver. consequenter, Idem verò electus electionem huiusmodi sibi die tali præsentatam, licet ex humilitate se insufficientem & indignum asserens, multipliciter excusaret, nobis tamē vehementer instantibus, timens diuinis dispositionib. contraire, iugo diuinæ vocationis ceruicē cordis humilians, inuocato diuinæ pietatis auxilio, die tali humiliter votis fratrum assentiēdum duxit: non tā timidè, q̄ deuotè electionem ipsam officium, onusq; impositum, vt prodesse valeat, suscipiens & acceptans, ij. q. vij. sicut is. C. de epis. & cler. l. si quēquā. 8. q. j. in scriptis. xi. q. 3. qui resistit. extra. de renun. nisi cum pridem. prope princ. Ideo autem posui de die præsentationis & acceptationis. nam hodie electores, quàm citò commodè possunt, debent electionem præsentare electo, ac petere eius assensum, quem electus intra mensem præstare tenetur à tempore pręsentationis: alioquin ex tunc priuatus est ipso facto iure sibi ex electione huiusmodi acquisito: nisi talis esset persona, quæ non posset absque superioris licentia consentire: quo casu debet superior inquiri: qui si intra congruum tempus concedere licentiam nolit, poterunt ex tūc electores ad aliā electionē procedere, vt in decr. Greg. X. eod. tit.

ADDITIONES.

a Campanarum. ¶ De qua suprà inter duas vltimas formas, & tantum interuallum induxit additio.

b Et intronizetur. ¶ scilicet in sede episcopali: & vt dixi in dec. qualiter. e. ti. super ver. immiscuit. omnes cōcordant: sed electus hoc permittens, non incurrit in generalē cōsuetudinē, quæ hoc habet. Scripsi ēt in decr. auaritiæ. eo. ti. lib. vj, super ver. immiscere. ꝙ si pompizat, vel splendidus viuit, nō est locus pœnæ. Habui in curia fuisse obiectum electo, ꝙ sic intronizat⁹ cum crucis signo iterato à dextris & sinistris, vt est moris populo per cāpanā cōuocato: vbi hoc dicit, bene dixerat tamen simpliciter, & finis causæ habuit, ꝙ ꝓnunciatum fuit electū ꝑ id non incidisse in pœnā administrantis: & merito sic debuit fieri. in quo sciendum, ꝙ est q̄dam benedictio. quæ est ꝓpria episcoporum: & fit cum solennitate, ꝑmittendo: sit nomen dn̄i benedictum, & c. de hac intelligit c. ministrare. 26. q. 6. & ibi no. & de consec. dist. j. c. cùm ad celebrandas. & dist. v. conenit. in fi. de priuil. abbates. lib. 6. vbi plenè patet, ꝙ talis benedictio nō perinet ad abbates. nisi ex priuilegio papali: & tunc cum imitatione istius c. id pōt, & non aliter. Est alia benedictio, scilicet solennis, q̄ faciunt cum signo crucis, & sine etiam sacerdote: & de hac de conse. dist. j. missas. & c. seq. 2 5. dist. ecce. Has etiam faciunt in lectionibus, quæ in matutinis leguntur, vt in ꝑd. c. conuenit. & xxj. dist. deniq;. Benedicunt & prima coniugia, de secun. nup. c. j: 2. & 3. xxxij. dist. seriatim. Concluditur ergo, ꝙ benedictio non solennis, cōis est episcopis & sacerdotib⁹. In materia ergo pœnali, in qua fieri debet interpretatio benigna, sufficiat regula, in pœnis. lib. vj. cum concor. Interpretabimur, vt à sacerdote, nō ab episcopo, vel electo, factum fore. Quòd pœnalis olim ītelligēda sit hodie inflicta ipso iure: patet e. ti. nosti. & c. qualiter. & in c. auaritiæ. lib. 6. Iustificatur ēt ex alio capite. Punit ergo administrans: sed iste actus nō est propriè administratiuus, qui constare vr̄ in aliqua gestione: vnde l. ij. ff. de admin. tuto. dicit, incipit gerere atq; administrare. & decr. auaritiæ. dicit, administrationi se ingerere: & subdit, gerere. recipere, vel immiscere: hoc denotat actum, non signum tantùm. & facit etiam in auth. vt hi, qui ob. §. pen. Col. vij. bene facit ff. de fur. si quis vxori. §. neque verbo. ADDE de hac additione latius per Old. consi. cclxvj. incip. q. talis. vbi dicit ita per Papam Ioan. XXII. pronunciatum cum consensu plurimorum Cardinalium.

a eod.ti.quam fit.lib.vj.vbi de hoc dicemus a. postea subiunge: Bea-
titudini igitur vestræ: & hoc, cùm Papæ scribitur: & sunt hæc ver
ba in decreto libri pontificalis. Si verò archiepiscopo, vel patriar-
chæ, dices: Reuerendæ igitur paternitati vestræ duximus vnanimi
ter supplicandum, vt electionem suprà dictam dignemini con-
firmare, & electo nostro prædicto munus consecrationis per
sacram vestrarum manuum impositionem impertiri, quatenus,
auctore Deo, nobis velut pastor idoneus, & toti episcopatui, vel,
si est archiepiscopus, vel primas, toti prouinciæ in his, quæ ad epi
scopum, vel archiepiscopum spectant, præesse valeat, & prodes-
se: nosque & alii sibi commissi sub eius sacro regimine possimus
coram Domino salubriter militare. Et potest hîc poni clausula il-
la, quæ est j.§.proxim.versicul.item not. Vt autem omnium nos-
trorum vota in prædictis & singulis omnibus concordasse, & in
hanc electionem & petitionem conuenire noscatis, maiestati a-
postolatus vestri: vel si scribit metropolitano, vel patriarchę, dici-
tur, benignitati reuerendæ paternitatis vestrę, hoc canonicum de
cretum mittimus roboratum propriis manib. & subscriptum, vt
extra.de elect.innotuit.extr.de postul.præl.bonę.ij.ver.nec noce
bat.lxiii.dist.quanto. & ad maiorem cautelam sigillis capituli no-
39 stri, & etiam propriis sigillatum. ¶† Postea is, qui primam vocem
habet ratione dignitatis, vel ordinis, vel temporis, vt extr. de ma-
io.& obed.c.j.& c.per tuas.& c.statuimus.& xvii.distin.§.huic.&§.
seq.vel q maior est inter omnes, manu propria subscribat in hunc
modum: Ego talis suprà dictis omnib. & singulis consensi, & con-
sentio, & manu ꝓpria signo & subscribo. Nec potest dicere, inter-
fui: quia non interfuit in omnibus: & propter hanc etiā rationem
ponuntur suprà illa verba, sicut nobis postea retulerunt, in versi.
dantes. quia illa, in quibus non interfuerunt, scire non possunt, ni
si per relatum, vt xxii.q.v.hoc videtur. Itē ideo reperitur hoc ver-
bum Consentio, vt satisfiat his, qui dicunt, quòd instrumentū te-
stificari debet, non de præterito, sed de præsenti, arg.extra. de iur.
pat.quod autem.in fi.& eodem modo cæteri, prout per ordinem
veniant in manibus propriis subscribentur, vt extra.de elect.cùm
inter canonicos.& aliquod signum apponant, putà crucem, vel a-
liud, quod voluerint, antè & retrò. De his subscriptionib⁹ no.qui
dam extra.de re iu.cùm inter vos. Et si aliquis sit inter eos, qui scri
bere nesciat, ponat signū & dicat: & quia nesciebam scribere, per
manum talis subscribo: vel sic scribens dicat, & ego talis vice talis
scribere nescientis, vel non valentis, & de mandato suo, &c. vt in
40 præd.c.cùm inter vos. ¶† Tabellio autē subiungat sic. Acta sunt
hæc tali anno, mēse, & die, &c. Et sic tam ex hoc & ex die pronun
ciationis suprà posita, quàm ex die vocationis suprà in principio
posita colligi poterit, intra quod tempus electio fuerit celebrata.
In quibusdam autē prouinciis decretum in modum publici confi
citur instrumenti: dicendo, tali episcopo, tali anno, &c. vt s̃. ver.ea
propter.& semper loquitur in instrumento tabellio, qui in omni
bus interfuit. Hanc decreti formam do.meus Host.fons iuris, tra-
didit paucis mutatis. Sed certè potiùs est hæc forma literæ super
41 confirmatione electionis petenda directè, quàm decreti. ¶† Et
in consistorio domini Papæ vtrumque requiritur. lecta etenim
huiusmodi litera semper decretum petitur exhiberi, xlvii. dist. de
Petro extra.eod.innotuit.& lxiii.dist.in quanto.2.quæ.1.legum.
42 ¶† Decretum igitur sub hac forma concipitur: FORMA decre-
ti. Anno, mense, & die talib. bonæ memoriæ R. episcopo nostro
viam vniuersę carnis ingresso, corporeque, &c. vt s̃. in præ.decre.
ver.sacris.totum continua vsque ibi, solenniter publicādam, &c.
quod verbum est in fine pronūciationis s̃. ver.his igitur. quæ for
ma debet inseri in præmissa forma, vt s̃. versi. vel sic. prout postea
subscribatur, vt s̃. ver.postea is, qui vsque in fi. Decreto sic forma
to, literæ concipiantur iuxta præmissam formam à domino meo
43 traditam. ¶† Posset quoque tertiò & alia forma seruari, quæ mul
tum est consentanea iurib. de decreto loquentibus, vt lxj. dist. §.
sed aliud.& c.seq. vt videlicet redactis votis in scripturam, & facta
collatione, ac pronunciata electione in scriptis, sicut dictum est
s̃. in prin.ver. his igitur. vsque solenniter publicandam. quod est
in fi.ipsius pronunciationis, immediatè subscribāt omnes illi scri-
pturæ, vt præmissum est, & etiā is, qui pronunciauit. Factis autem
huiusmodi subscriptionibus, is, qui de mandato capituli elegit, se
iterum sic subscribat: Ego talis prædictis omnibus & singulis in-
terfui & consensi, & de mandato omnium eum elegi, & iterum
ad cautelam eligo in episcopum & pastorem. Præterea iungatur
sic, vt huic nostro decreto fides plenior adhibeatur, ipsum sigilli
capituli nostri munimine fecimus roborari. Is etiam, qui eligit, su
44 um sigillum apponat: & hæc forma breuis & vtilis est. ¶† Porrò
ad maiorem cautelam electores faciant suum aliud decretum, in
quo dicant, qualiter fuit eis potestas eligendi à toto capitulo da-
ta: & qualiter ipsi processerunt, & elegerunt, prout cōtinetur s̃. in
primo decreto, ver. dantes eisdem. vsque, in scriptis. & publicauit,
45 &c. verbis decenter mutatis, & sigilletur eorum sigillis. ¶† Li-
quet igitur ex præmissis, quòd quinque fient decreta. Primum, de
potestate scrutandi & eligendi data, vt s̃. in princip. versic. si ergo.
ibi, & huic instrumento, &c. Secundum de potestate pronūciandi
& publicandi electionem, quam scrutatores, seu electores, vel eti
am capitulum dant vni: de qua s̃. ver. his igitur. Tertium, quod fit
à toto capitulo: de quo s̃. ver. hanc decreti. Quartum, quod fit ad
cautelam ab electoribus: de quo iam dixi in ver. porrò. Quintum,
quod mittiť primò papæ, vel metropolitano, seu primati: de quo
s̃. ver. celebrata. Hic etiam quinque facienda sunt, cùm per viam
proceditur compromissi verbis decenter mutatis. Instrumenta
quoque publica sunt super singulis articulis facienda: quod neces
46 se est & vtile. ¶† Nam secundum vsum curiæ Romanæ decre-
tum non probat electionem canonicam esse, nisi aliter de ea legi
timè constiterit, prout no. secundum Papam, extra. de elect. inno-
47 tuit. & c. nihil. ¶† Sanè licet prædicta solennitas sit de iure, & in
episcopatibus & maioribus dignitatibus obseruetur, tamē in non
nullis prouinciis, in abbatiis, & in aliis inferiorib. electionibus, his
omissis, solo instrumento electionis sunt contenti: quod confici
unt sub hac forma: ¶ FORMA. Olim bonæ memoriæ G. abbate
sancti Pauli Narboñ. viam vniuersę carnis ingresso, ipsiusque cor
pore ecclesiasticæ tradito sepulturæ, canonici eiusdem ecclesiæ,
hi videlicet, ad quos abbatis spectat electio, ad tractandum de fu-
turi electione pastoris in capitulo conuenerunt, & vnamini con-
sensu tres ex se, videlicet B.C.D. pro inquirendis diligenti scruti-
nio votis fratrum, reliqui omnes ibidem cōtinuò elegerunt: qui
tres scrutatores secedentes in partem, ex commisso sibi officio, &
ex præmissa auctoritate concessa, primò ad se vocauerūt T. ipsum
per Deum viuum adiurantes, vt illum nominet, in quem ex voto
consentit, & quem credit pro bono statu eiusdem ecclesiæ sancti
Pauli in temporalibus & spiritualibus meliorem. Ipso itaque T.
statim nominante H. & in eum consentiente, eiusdem cōsensu &
nominatiōe redactis scriptis, subseqūeter ad se vocauerūt V. quo
simili mō adiurato, idē V. nominauit L. & in eū ꝯsensit, & qb. con
sensu & nominatione in scriptis redactis. deinde vocauerunt N.
ipsum in modo simili adiurantes: qui nominans P. in eum consen
sit: quibus consensu, &c. & sic de singulis. Postquam autē ipsi tres
cæterorum fuerunt vota scrutati, examinauerunt eadem adiura-
tione præmissa hoc modo adinuicem semetipsos: duo enim ex
eis tertium adinuicē [illegible]: & sic diligēti, vt dictū est, inqui-
sitione de seipsis facta, dictus B. nominauit talem, & in eum con-
sensit: & capitulum nominauit talem, & in eum cōsensit: & dictus
D. nominauit talem, & in eum consensit: Igitur singulorum fra-
trum votis sigillatim, & secretò scrutatis, & diligentiùs inquisitis,
eisque in scriptis redactis, dicti tres sua & aliorum prædictorum
omnium vota fratrum mox in præsentia totius capituli publica-
uerunt, ipsa legi per ordinem facientes: & cū facta fuisset diligens
collatio zeli ad zelum, numeri ad numerum, meriti ad meritum,
quia ratione zeli, numeri, & meriti, vota fratrum nominantium
H. & in eum consentientiū plura & potiora reperta sunt, surgens
statim vnus ex ecclesiæ senioribus, videlicet P. de voluntate om-
nium de capitulo vice & nomine ipsorum, & totius capituli, in-
uocata sancti Spiritus gratia, ad honorem Dei & beatæ Mariæ vir
ginis & sancti Pauli confessoris eorum patroni, & omnium sancto
rum, prædictum H. elegit in abbatem & pastorem dictæ ecclesiæ
sancti Pauli, electionem ipsam coram omnibus fratribus & toto
capitulo publicans subseqūeter. dicta verò electione dicto H. die
tali præsentata, idem electus, licet ex humilitate, &c. vt s̃. in prima
forma decreti, ver. idem verò electus. vsque, suscipiens & accep-
tans. postea iunge: Itaque fratribus exultatione magna gaudenti-
bus, & psallentibus, cātantibus altis vocibus Te Deum laudamus,
campanis pulsatis, ipsum H. sumentes & ducentes in ecclesiam su
prà dictam inuocato nomine patris & filii & Spiritussancti eun-
dem in sede pastorem & abbatem cum cordis iubilo posuerunt,
mandantes mihi notario infrà scripto publicum inde conficere
instrumentum. Hæc forma: probatur ex his, quæ præmissa sunt.
Consilium est tamen, vt tres prædicti scrutatores priùs scruten-
b tur vota sua, quam aliorum, vt s̃. ver. si ergo b. Qualiter autem de
cretum,

ADDITIONES.

a Dicemus. ¶ Et electus est omni iure sibi ex electione quæsito pri
uatus, vt in extrauag. Benedicti, si religiosus.

b Ver. si ergo. ¶ Ne sit in ipsorum potestate alteram electionem fa
cere meliorem, vt dixi eod. tit. quia propter. super ver. exquirent.
per quæ, & ea, quæ not. s̃. ij. col. ver. si ergo & s̃. in. forma, quæ inci
pit, almo. ver. qui succedentes. patent tres opiniones de hoc. Vna
quòd ad scrutandum scrutatores, dentur alii scrutatores. Secun-
da, quòd quartus addatur tribus, ita quòd sint tres numero scruta
tores scrutatorum. Item quòd duo scrutentur tertium: & hoc ser
uatur, & fit priùs propter rationem prædictam.

cretum, seu instrumentum formabitur super electione à patronis in rectorem alicuius ecclesiæ celebrata, vide j. de iure pat. ver. verùm. & j. ver. si autem electus. ¶Cæterùm si de electione in iudicio contendatur, sic libellus concipitur:

48 LIBELLVS. † Coram vobis reuerendo patre domino H. dei gratia Hostiensi & Vellectrẽ. episcopo, partibus à domino Papa auditore concesso, propono ego P. procurator, seu syndicus talis electi: vel, si capitulum prosequatur, quod magis idoneũ est, ne electus de ambitione notetur, vt C. de epis. & cle. l. si quenquã. j. q. vj. sicut. is dicat, procurator talis capituli, seu maioris & sanioris partis eius q̃ talis ecclesia solatio pastoris destituta, canonici eiusdẽ ecclesiæ volẽtes de pastore viduatæ ecclesię prouidere, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commodè interesse, & eis conuenientibus in ecclesia cathedrali, assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, videlicet talis & talis, qui secretò & sigillatim examinauerunt vota canonicorum habita, & in scriptis fideliter redegerunt, & redacta mox in communi publicauerunt: demum collatione habita diligenti, inuentum est maiorem partem & saniorem totius capituli in magistrum T. consensisse: quem talis de mandato omnium, seu maioris partis & sanioris & vice eorum in archiepiscopum elegit ipsius ecclesię, & pastorem: & in communi electionem huiusmodi publicauit: cui electioni M. licet indebitè, se opponit: quare peto nomine præfati capituli dictam electionem per vos, reuerende pater, canonicam pronunciari, & confirmari, & aduersario perpetuum silentium imponi[a].

49 ¶† Si verò duæ electiones fuerint in discordia celebratæ, tunc concipitur sic libellus:

LIBELLVS. Coram, &c. vt s. vsque, & pastorem. iũge, verùm minor pars ipsius capituli quendam R. virum insufficientem & indignum post appellationem ad sedem apostolicam ab aliis interpositam, dicitur elegisse: quare peto electionem factã de T. per vos, reuerende pater, auctoritate apostolica, vel metropolitica, (si es coram archiepisco) confirmari, & electionem de præfato R. factam minùs canonicè, si electio dici potest, vt potè à longè minori parti capituli, & post appellationem, & de persona minùs idonea temeritate nimia attẽtatam, cassari, seu irritari, seu infirmari, & cassam, seu irritam nunciari. ¶† Vel non ponas causam, si vis: quia in processu probabis quam volueris, vt s. de lib. concep. §. fi. in fi. Hæc [illegible] probantur extr. [illegible] & c. dudum. j. in fi. & c. cùm inter canonicos. & c. cùm nobis olim. & c. corã. & c. Cumana. & c. congregato. & c. considerauimus. & c. cùm in cunctis.

51 ¶† Sed non videtur, quòd bene petant isti qui petũt electionem suam confirmari, & electionem aduersarii cassari. nam si super hac petitione lis contestatur, ex quo petitur principaliter cassatio, licet actor nihil probet de suę electionis iustitia, tamen cassanda erit electio aduersarii, probato aliquo, propter quod debeat cassari, licet fortè non fuisset actor aliàs admissus ad hanc petitionem, nisi ratiõe iuris sui: quia multi iniquè repellũtur, prout no. secundum Papam, ext. de accus. super his. Quidam tamen dicunt, quòd est admittenda, ar. extr. de re iud. cùm Bertholdus. Sed tunc iudex non pronũciabit super cassatione electionis aduersarii, nisi actor probet de iure suo. Inn. IIII. no. in præ. c. cùm Bertholdus. quòd quicquid dixerit ipse ibi, vel extra. de iure pat. cùm dilectus. quando talis libellus porrigitur, statim contradictor potest dicere, exprime, quo iure petis electionem tuam confirmari: & si dicit, quia canonica est: respõdeatur, frater, multis modis potest esse electio canonica. s. per scrutinium, vel per compromissum, extr. eo. quia propter. Quandoque etiam quis elegit iure suo, & quandoque iure deuoluto, eo. tit. bonæ. j. & c. ne pro defectu. & c. cùm V. Certifica ergo me, vt possim deliberare, ff. de eden. l. j. & extr. de lib. ob. c. ij. Tamẽ in hoc modica vis est, s. vtrùm exprimat modum canonicæ electionis. Sufficit enim, quòd simpliciter petatur electio, tanquam canonica, confirmari: sed in secunda parte libelli est vis, s. vbi petitur altera electio infirmari. tunc enim valde vtile est, vt petatur causa infirmationis. Si enim exprimat talem, quæ vergat in præiudicium actoris, putà quia facta est de illiterato, vel irregulari, vel criminoso: & quòd ideo eius electio non tenet, nec per consequens electionem suam, quę secuta est, potuit impedire, audiendus est. Si verò dicat causam, de qua sua nihil interest, vt si dicit eum ineligibilem, vel iam electum cassandum propter irregularitatem, vel crimen aliquod, sed non sufficit, in quo sibi prosit, vel obsit cassatio, non recipietur hæc pars libelli: & si recipiatur, restringẽda erit sententia tantùm ad præiudicium, vel ad vtilitatem actoris, vt prædictum est: si tamen id fieri potest. Alioquin si ad illa retorqueri non potest, & inueniatur electio iam confirmata, cassando cassabitur: & imputet sibi reus, qui talem libellum recepit, & actorem ante litis contestationem nõ repulit: quod facere potuit, C. de anna. excep. l. fi. Instit. eod. §. fin. ¶† Do. tamen meus dicit, quòd quilibet canonicus potest petere cassari electionem in ecclesia sua minùs canonicè factam, vel quòd remoueatur prælatus minùs canonicè institutus: licet petens non sit electus, vel sua non intersit, quo ad priuatam vtilitatem, arg. in his, quæ not. extr. de ele. statuimus. imò etiam patronus, vel etiam parochianus cuiuslibet ecclesiæ admitteretur. saltem propter periculum animarum, arg. xvi. q. vij. filiis. & si non agendo, saltem denunciando superiori, arg. ff. de off. præfec. vr. l. j. §. quod autem. Inst. de his, qui

52 [number at "tuit" line above]

53 sunt sui, vel alie. iur. §. fi. ¶† Veruntamen dicunt quidam, quòd tales libelli non sunt admittendi, s. peto confirmari electionem meam vel processum meum non obstãte electione alterius, vel processu: vel peto electionem meam confirmari, & electionem aduersarii cassari. Et ponunt exemplum in similibus: quia nec talis libellus esset admittendus, peto talem fundum non obstante aliqua venditione & traditione facta aduersario: vel, peto centum ex causa mutui, non obstante pacto de non petendo: vel, non obstante sententia super hoc contra me lata. Sed certè isti minùs bene dicunt. nam omnes isti libelli recipiendi sunt, vt s. de act. seu pet. §. super. ver. sed quæritur. & probatur ff. de priui. cre. Imperatores. ff. quod me. causa, metum. §. volenti. & l. si mulier. §. fi. & l. se

54 quen. ¶† Nam & veteres actiones extinctæ vtiliter competũt, ff. si ex nòxali causa agatur, l. ij. §. fi. ff. de cap. dim. tutelas. §. libertates. C. si aduer. transac. l. ij. C. de accept. l. fi. Et hoc idem dicendum est in restitutione ĩ integrum, vt not. secundum Papam, ext. de in integ. rest. ex literis. In omnib. tamen libellis præmissis videtur causa subiicienda, videlicet quare nulla sit electio, vel processus, vel venditio, vel pactum, vel sententia, cùm quantum ad hoc, imploretur iudicis officium, quod ipse in præmissis impendere non debet, nisi iusta causa expressa: de qua cognoscendum est, vt proba-

55 tur ff. de minori. l. j. §. prætor edixit. & l. in causæ. j. & ij. ¶† Dicunt tamen aliqui, quòd in talib. libellis primò cognoscendum est de vltima parte libelli, quàm de prima. Inn. dicit, quòd simul de vtraque cognoscetur, sicut & in restitutione no. in præ. c. ex literis. ar.

56 C. loc. l. si conductionis. & l. ne cui. & l. conductores. ¶† Item prędicta locum habent, nisi aliquid accrescat actori ex prædicta adiectione. Et hoc etiam debet in libello exprimere: aliàs non recipietur libellus cum adiectione, quæ aduersario obsit: nisi dicat, quid ei accrescat, arg. ff. de rei vend. l. in fundo. Et hoc idem dicendum est de positionib. & probationib. super eisdem faciẽdis, & si de his

57 nihil in libello contineatur, secundum Papam. ¶† Illud autem tibi consulo, vt petas tuam electionem confirmari, & alteram cassari, extr. eo. dudum. j. in fi. & c. congregato. & de causa pos. & prop. cùm ecclesia. in fi. qa secundum formam petitionis sententia debet dictari, vt extr. de simo. licet Heli. Si enim petas tantùm tuam confirmari, & confirmetur, per cõsequens bene altera infirmatur ff. de procur. l. Pomponius. ff. de except. rei iud. si inter me. quia si pronunciatur me esse[b] patronum: per consequens pronunciatur te non esse, ff. de iureiu. si duo patroni. Si pronũcietur, tuam ñ valere, vel non esse confirmandam, alia in suo statu remanebit, si nihil de ea actum fuerit: & ideo expedit petere vnam confirmari, & alteram cassari: Quæ autem hîc desunt circa libellos, vide j. de cau

58 sa pos. & propriet. §. in confessoria. ¶† Si verò aliquis sit electus, vel præsentatus ad regimẽ alicuius ecclesiæ in discordia, concipe libellum eodem modo verbis competenter mutatis: hoc saluo, quòd petas etiam te institui & installari, & installatum defendi.

59 xvj. q. vlt. decernimus. & infrà ver. si autem electus. ¶† Si autem metropolitanus nollet electionem sibi pręsentatam confirmare, tunc recurret electus ad Papam, & coram eo, seu eius auditore concipiet sic libellum:

LIBEL. Coram, &c. propono, &c. q̃ cum tali ecclesia vacante talis canonicè per viam compromissi, vel scrutinii electus extiterit ad eandem, electio ipsa fuit tali metropolitano pręsentata ritè ac solenniter. & munus confirmationis ab eo petitum: ipse verò electionem ipsam renuit, vel distulit cõfirmare: quare peto per vos, sanctissime pater, ipsam confirmari. & hoc, si es coram Papa: vel per vos, si es coram auditore, viij. q. iij. Artaldus. extra. de ap. signi

60 ficauerũt. ¶† Ad hoc si electio fit aliquibus exclusis, seu contemptis, qui sunt in quasi possessione eligendi, sic in possessorio libellum concipe:

LIB. Coram, &c. propono ego syndicus clericorum conuentualium ecclesiarum ciuitatis Sutrinæ nomine eorum contra capitulum, seu syndicum, vel œconomum maioris ecclesiæ, quòd cùm ipsi eorumque prædecessores (sed non est vis de hoc) consueuerunt interesse electionib. episcoporum Sutrinorum, canonici ipsius ecclesiæ ipsis renitentib. & exclusis, vel contemptis, ad electionem

ADDITIONES.

a Imponi. ¶Columna, quæ sequitur, sumpta fuit ad literam de verbis Inno. & Host. in decr. cùm Bertholdus. j. sæpius allegata.

b Me esse. ¶sup. colum. ADDE ad ver. s. do. meus dixit ibi, imò etiam parochianus, quæ dicuntur per gl. & Doct. in c. ex parte Adæ. extr. de testib. & gl. mag. in c. qualiter & quando. el ij. ext. de accus.

tionem episcopi procedere præsumpserunt, talem in suum episcopum eligendo: quare peto electionem ipsam, quatenus de facto processit,[d] facto infirmari,& irritari:& dominos meos in qua si possessionem iuris eligendi, in qua ante motã conuersiam fuisse noscuntur, per vos reduci, & eos ad coeligendum vnà cum canonicis ipsis admitti, & admittendos fore decerni, extra. de causa pos.& propri.cùm ecclesia.Ideo petit electionem irritari quia aliter non possent in quasi possessionẽ reduci. Hunc etiam libellum vide j.de causa poss.& prop.§.in confessoria.in princip.dic, vt ibi.

61 ¶†Cæterùm si aliquis ex canonicis ipsius ecclesiæ sic contemptus, sic concipiet libellum:

LIBELLVS. Coram,&c. propono contra tales, ꝙ licet sim canonicus ordinarius & præbendarius talis ecclesiæ, vocemque habeam, vt canonicus, eligendi,& in possessione, vel quasi iuris canonicatus existam. nuper vacante ipsa ecclesia, præfati canonici dictæ ecclesiæ me, qui in tali loco absens eram, vnde vocari debueram, & interesse poteram,& debebam, non citato, sed contempto: vel citato, sed non vt decuit, expectato, ad electionem talis de facto procedere præsumpserunt: quare peto præfatam electionem in contemptum meum, meique iuris præiudicium attentatam, per vestram sententiam cassari & irritari, cùm in talibus plus contemptus vnius obesse debeat, quàm multorum cõtradictio in præsenti: peto etiam mihi ius eligendi,& hac vice nostræ ecclesiæ prouidendi per vos mihi concedi, & sententialiter adiudicari, vt extrà

a eodem, bonæ memoriæ.ij.[a] & cap.venerabilem.& cap.cùm inter vniuersas.& c.coram.& c.in Genesi.& c.i.extr.de causa pos.& pro

62 prie.cùm ecclesia.xvj.q.vlt.cõgregato. ¶†Quòd si quis agit contra canonicos super iniuria in iure eligendi, sic cõcipiet libellum.

LIBELLVS. Coram,&c. propono cõtra tales canonicos, qui mihi iniuriantur super iure, vel quasi, coeligendi cum eis in ecclesia sua prælatum mihi ex tali causa competenti: quare peto eos prohiberi,& compelli cessare ab iniuria & molestia huiusmodi: item peto, quòd me patiantur in posterum vti liberè illo iure cum eisdem:& ad hoc vestrum officium imploro, extra. eo. cùm ecclesia

63 Vulterana.& c.Cumana. ¶†Contra intrusum autem sic concipe libellum.

LIBELLVS. Coram,&c. propono contra P. quòd ipse laicali fultus potentia corporalem possessionem talis ecclesiæ est ingressus,& in ea quotidie debacchatur, & eam in meum præiudicium & grauamen & animæ suæ periculum detinet occupatam in scandalum proximorum: quare peto eum à possessione talis ecclesiæ remoueri, & eum penitùs repelli,& sibi super ea perpetuum silen

64 tium imponi, xvj.q.vij.si quis deinceps.& c.seq. ¶†Quòd si consensit electioni de se factæ per abusum secularis potestatis, sic libellum concipe contra eum.

LIBELLVS. Coram, &c. propono contra P. quòd ipse per abusum, vel impressionem secularis potestatis electus, tali electioni de se factæ consensit contra constit.concilii generalis: & his non contentus, in ea se procurauit instrui, seu intrudi, de præda solicitus potiùs, quàm[d] cura: quare peto electionem illam nullam per vos pronunciari,& eum ineligibilem fore sententialiter declarari, & à possessione dictæ ecclesiæ amoueri, & amouendum fore decerni, ext.eod.quisquis.& c.bonæ.j. Qualiter cõcipitur libellus contra eum, qui propter pluralitatem beneficiorum dicitur ineli

65 gibilis, vide j.de conces.preb.in fi. ¶†Si autẽ electus in rectorem alicuius ecclesiæ collegiatę petat electionem cõfirmari, sic dicet:

FORMA Libelli. Coram vobis venerabili patre tali archiepiscopo cõstitutus ego talis propono, quòd vacante tali ecclesia clerici eiusdem ecclesiæ ad electionem procedentes, me in suum rectorem & dictæ ecclesiæ vnanimiter elegerunt: quare peto electionem de me canonicè factam per vos confirmari, & me in eadem ecclesia per vos institui, & institutum defendi, ext.e.congregato.ver.reliquis.& c.innotuit.versi.cuius.extra de causa pos. & propri.cùm ecclesia.in prin. & vide decretum huiusmodi electionis j.de iure pat.vers.verùm.& seq.

ADDITIO.

a Bonæ memoriæ.ij. ¶super antiqua opinione, quam posuit ibi prima glo.fundatur hęc pars libelli, quę non procedit, vt patet in additione, quã ibi ponit finis gl. & vt super ea dixi: & quomodo ad hãc dec.respõdeat, ibi no.iura, ꝗ sequũtur, nõ ꝓbant hoc dictum.

SVMMARIVM.

1 *Canonici vacantis ecclesię per viam compromissi volentes in electione procedere, qualiter procedent.*
2 *In electione per viam compromissi semper standum est maiori parti.*
3 *In electione per viam compromissi vnus pro se, & pro aliis potest pronunciare.*
4 *Translatio potestatis alicuius capituli ad vnum pro electione proferenda, qualiter cautè sit fienda.*
5 *Electio semper est vniuersalis, trãslatio aũt potestatis vniuersalis & singularis.*
6 *Vno, vel pluribus de capitulo de electione compromittentibus, an omnes compromittere censeantur.*
7 *Electio non est per omnes simul de capitulo pronuncianda, sed per vnum ad hoc deputatum.*
8 *Electio per viam compromissi, & eius publicatio qualiter sit facienda.*
9 *Electione per viam compromissi formata & celebrata, decretum electionis est formandum.*
10 *In compromisso honestum est singulorum consilia perquirere.*
11 *Decreti forma secundum diuersos casus & diuersas procedendi formas, solet immutari.*
12 *Decretum solum ad electionis confirmationem petendam, an sufficiat.*
13 *Duobus electis quid sit in mandato ponendum.*
14 *Procurator an sit ad confirmationem electionis petendam sufficiens.*
15 *Electionis confirmatio quibus mediis est obtinenda.*
16 *Electionis confirmatio quandoque solo publico instrumento dicitur obtineri.*
17 *Libellus qualiter fit, vbi electionis confirmatio in forma iudicii petitur.*

¶ De via compromissi.

a 2.§.Superius de via scrutinii prælibauimus: nunc de via compromissi[a] aliqua disputemus. ¶†Si i-

1 gitur canonici vacantis ecclesię per viam eligant procedere compromissi, de quo fiat publicum instrumentum, sic procedent. Vocato enim capitulo, prout s̃.in princ.præmissum est, committant vices sua,& transferant,& dent ius & potestatam liberam eligendi aliquibus viris idoneis: putà vni, duobus, tribus, vel pluribus. non enim est in hoc, vis, vt probatur extr.eo in causis.& c. cùm dilecti.& c.cùm in iure.& c.causam quæ & c. qa propter.de renun. post translationem Possunt etiam esse extra collegium, vt in præ. c.causam, quæ. & potest esse solus, vnus, vt ibidem, ita vt ipsi, vel maior pars eorum nomine,& vice sua,& totius capituli per electionem canonicam, vel per nominationem solennem, vel postulationem concordem, quibus modis prouidetur ecclesiis viduatis, vt ext.eod.c.statuimus.& de postul.prælat.bonæ.j.in fi. viduatæ ecclesiæ, prout inter se conuenerint, Deum ac bonũ statum ecclesiæ habentes præ oculis, de persona idonea prouideant de pastore, ita quòd vnus eorum de cõsensu aliorum compromissariorum, vel maioris partis eorum, vice sua,& collegarum,& capituli, illum, in quem cõuenerint, eligat, vel postulet, vel electionem seu postulationem in omnium præsentia publicet: vtile est enim ista concedi, vt malitiis occurrat, s̃.§.prox.in prin.ext.e.quia propter.& c.causam quæ.& c.cùm dilecti. promittentes se illum habere pastorem, quem ipsi, vel maior pars eorũ duxerit eligendum aut etiam postulandũ, extrà eodem, dilectus.& c.in causis.in princip̃.& c.cùm in iure. de qua potestatis translatione iuxta præmissa

b fiat publicum instrumentum[b]. Et bene dixi Maior pars eorum. nam compromittentes possunt apponere modum & formam, quam volunt, ff.de arbi.non distinguemus.§.de officio. dũ tamen licitam & honestam, vt in præ.c.in causis.in prin. extra. de sortile.

2 c.si.ext.de ele.per inquisitionem. ¶†Et nisi aliud dictum sit, semper stabitur maiori parti, ff.de arbi.item si vnus.§. principaliter. &

3 extra.e.c.j.& c.cùm in iure.& c.coram. ¶†Item illud, quòd vnus eorum de consensu aliorum eligat, ponitur ad omne dubium excludendum. nam, vt dicunt quidam, vnus poterit pro se & pro aliis pronunciare, licet hoc non fuerit expressè actum. & hoc Curia

c seruat[c], secundum do.meum. Alii contrà, quibus iura fauent, vt

4 in præd.l.non distinguemus.§.cùm in plures.& l.sicuti. ¶†Et nota, quòd translatio huius potestatis in compromissarios cautè fieri potest hoc modo: putà aliquis: cui hoc fortè cõpetit ex officio, vel ex mandato capituli, vel etiam, qui hoc sibi assumit, non contradicente capitulo, quærat à singulis, si placet eis per viam procedere compromissi: singulorum autem consensu requisito & habito, tractabitur de persona, cui cõmittatur: deinde singulorũ consensibus super hoc etiam requisitis,& in vnam personã, cui committatur, conuenientibus, vnus cui hoc ex officio, vel mandato capituli competat, dicet: ego vice capituli & mãdato, si ad hoc habet mandatum, committo, seu do potestatem tali prouidendi nostræ ecclesiæ de pastore. Nec etiam fortè malum est, si dicat: Nos capitulum damus potestatem tali. Idem, si & de forma & persona

5 sibi commissio fiat, nõ malum singulariter requiri consensus. ¶† Sed nunquid sufficit ad translationem potestatis, si singuli requisiti dicant,

ADDITIONES.

a Compromissi. ¶Gui.Man.de hoc tractat parte ij.c.xxxix.vsque ad lib.inclusiuè de formis.parte ij.c.viij.& ix.

b Instrumentum. ¶ Formam vide in libr.Gui.Man. parte ij. forma viij.& ix.

c Seruat. ¶Et sic est hodie approbatum de elec.sicut cùm lib.vj. Ad contraria responde, vt ibi no.in gl.sed nonne.& gl.pen.

sim dicant, do tali potestatem: vel trásfero in talem, nulla alia tran
slatione subsecuta? Respon. obtinuit, quòd sic: quia licet electio
sit vniuersalis, translatio tamen potestatis non est solùm vniuersi
tatis, sed & singulorum. quia iura, quæ singuli habent, transferun
tur: licet Vin. contradicat dicens, quòd nō debent esse singulares
translationes potestatis. sicut nec singulares electiones, vt no. ex.
a tra. eo. in genesi[a]. ¶ † Itē nū quid sufficit, si vnus, vel plures dicant:
6 demus, vel damus tali potestatem prouidēdi, vel si dicant, placet
vobis, quòd compromittamus in talem? Et videtur, quòd sic, si a-
lii non contradicant: & multò fortiùs, si aliqui respōdeant, xvi. q.
j. consuetudo. quia in his, quæ me inuito fieri nō possunt, sicut est
compromissum, taciturnitas pro consensu habetur, ff. de pig. act.
grauis. ff. de reg. iur. sæpe. Quidā tamen sunt contradicentes, quòd
propter magnitudinem negotii singuli sigillatim debent requiri,
& expressè consentire in translationem potestatis: vel dissentire,
ne si liceret cuilibet prorumpere ad nominationem, aliqui nomi
narent etiam malum, vt sibi nominati fauorem acquirerent: & sic
locus deliberationi auferretur: tales enim nominationes, quæ si-
ne tractatu debito fiunt, non valent, C. de ap. nominationes. quæ
b est ij. q. vj.[b] ¶ † Compromissarii ergo recepta huiusmodi potesta-
7 te trahant se in partem, vt in præ. c. in causis: & adinuicem delibe-
rent, & conferant de bona persona: & si concordauerint, redeant
ad capitulum: præmissis per ordinem obseruatis, vnus eorum ele
ctionem pronunciet & publicet. non enim debent simul omnes
pronunciare, etiam cùm proceditur per viam compromissi, vt ex
trà eo. in Genesi. imò electio cuiusdam mei amici propter hoc fu
it cassata, quia omnes compromissarii eum elegerant. cùm enim
canonici ius sibi competens in eligēdo in istos transtulerint, non
possunt plus eis concedere, quàm eos constet habere, j. quæst. vij.
Daybertum. ext. de dote post diuor. restit. nuper. ac ipsi ibidē non
possunt omnes eligere simul: sed nec vnus ex pluribus compro-
missariis, qui vice sua & sociorū prouidet, formet verba in plura-
li dicens: Nos vice nostra & capituli prouidemus de tali: vel, eligi
mus talem. quia propter hoc fuit quædam electio cassata. non ta-
men dicitur de iure, quòd propter hoc debuerit cassari, argum. ff.
c de duo. re. l. duo[c]. ¶ † Fiet ergo electio & publicatio in capitulo in
8 hac forma:

FORMA pronunciationis. In nomine patris & filii & spiritussan-
cti amen. Anno, mense, & die talibus, ego talis de volūtate & con
sensu talium collegarum meorum, in quos vnanimiter compro-
missum fuit à capitulo nostro, & in quos potestatem prouidendi
ecclesiæ de pastore transtulerunt, (sicut est superiùs prolatum) vi
ce mea & ipsorum & omnium aliorum in electione ius habenti-
um, & hic præsentium, & ex potestate & auctoritate suprà dicta
mihi & collegis meis cōcessa, inuocata Spiritussancti gratia, talem,
in quem simul nos tales conuenimus, in nostrum & nostræ eccle
siæ episcopum eligo & pastorem, & de ipso prouideo dictæ eccle
siæ in pastorem, ipsam electionem in scriptis & solenniter publi-
co in communi, extrà e. quia propter. Licet enim dicat lex in plu-
ribus arbitris, quòd omnes, aut nullus sententiam dicant, vt ff. de
arb. item si plures. omnes dicere videntur, si vnus præsentibus so-
ciis & mandantibus dicat, vt not. eodem tit. l. sicuti. Et hoc, quan-
do compromissarii sunt de collegio, prout dicit consilium. Si ve-
rò essent extranei, quod potest fieri, vt eodē tit. causam, quæ. non
oportet, quòd dicat, vice sua, vel vice nostra: sed sufficit dicere, To-
tius capituli. & hoc, cùm totum concordat. nam vno contradi-
cente non potest per viam compromissi sic procedi, vt ff. de arb.
9 l. iij. §. tametsi. ¶ † Postmodum verò electionem coram clero &
populo publicent, vt s. §. prox. versi. his igitur. in fi. Et nota, quòd
compromissarius magis propriè dicit, prouideo, quàm eligo, vt
in præ. c. quia propter ibi, prouideāt, &c. Si tamen dicit, eligo, non
obest. ¶ Electione verò celebrata decretum electionis taliter for
metur:

FORMA decreti. Almo ac beatissimo, &c. vt suprà §. prox. in alio
decreto vsque, tandem placuit vniuersis & singulis per viam, &c.
iunge, compromissi nostræ viduatæ ecclesiæ prouidere, conside-
rantes difficulter multitudinem in vnum conuenire, & sæpe in
paucos potiùs spiritum consilii sanioris venire, dedimus plenam
& liberam vnanimiter potestatem tali, vel talib⁹ viris fidelissimis,
vt idem, vel maior pars ipsorum vice sua & nostra per electionem
canonicam, vel nominationem solennē, seu postulationem con
cordem ecclesiæ nostræ: suprà dictæ vacanti, prout conueniret,
inter se Deum bonumque statum ipsius ecclesiæ habentes præ
oculis, de persona idonea prouiderent, omnem potestatem no-
stram, & vicem eis super hoc committentes, ita, quòd vnus ipso-
rum de cōsensu aliorum compromissariorum, vel maioris partis
eorum, vice sua, & collegarum, & nostra, illum, in quem omnes ip
si, vel maior pars eorum conuenirent, eligerent, & electionem so
10 lenniter in nostra præsentia publicarent. ¶ † Qui secedentes in
partem & Spiritum sanctum inuocātes deuotè, prout nobis post
modum retulerunt, requisierunt super hoc canonicorum consi-
lia singulorum. Hoc tamen non est necessitatis, nisi actum esset in
d compromisso: honestum tamen est[d], extra. eo. ne pro defectu. &
de concess. præ. nulla. & de his, quæ fiunt à præl. sine con. cap. c. no
uit. quibus auditis, & deliberatione ac examinatione inter se ha-
bita diligenti, tandem in talem: specifica eius nomen, dignitatem,
vel ordinem, vtrùm sit de gremio ipsius ecclesiæ, vel non, argum.
extrà eodem, cùm inter canonicos. & c. dudum. j. & cap. scripsi. lxj.
distinct. nullus. & cap. præcedere. Item, si maior pars ipsorum vna
nimiter conuenerunt, virum vtique plenè, &c. vt s. §. prox. in pri-
mo decreto, ver. virum. vsque, vnde sufficit prima commendatio
post iunge, quem talis secundum formam in compromisso appo
sitam, in hunc modum elegit: in nomine P. &c. vt s. prox. versi. his
igitur. vsque ibi, publico in communi, &c. hoc saluo, quòd post il
lud verbum, & hoc præsentis. debet sic addi, quorum subscriptio
nes inferiùs continentur. postea iunge, dictam verò electionem
sic canonicè, &c. vt s. in primo decreto, vsque in fi. scilicet vsque
ad ver. tabellio. Vel forma aliter, vt s. §. j. ver. hāc decre. verbis com
petenter mutatis. Posset autem ex hoc publicum confici instru-
11 mentum, vt in præ. ver. tabellio. & sequen. ¶ † Hoc autem scien-
dum est, quòd secundum formas diuersas, & casus varios, & alia,
quæ quotidie occurrunt, oportet decreti formas immutari, extrà
12 de consang. & affi. nō debet. & s. in proœ. ver. huic ergo. ¶ † Item
nota, quòd solum decretum ad confirmationem petendam non
sufficit: imò qui decretum mittunt, sufficientes procuratores mit-
tere debent. quam formam vide s. de procur. §. vt autem. ver. cæ-
terùm monachi. Quidam tamen in decreto, seu litera, quæ mitti-
tur Papæ, vt dixi s. §. prox. ver. hanc decreti. ante illum ver. vt au-
e tem omnium, &c. ponunt hanc clausulam[e], & ad huiusmodi eti-
am cōfirmationem nomine nostro à vestra sanctitate petendam,
talem & talem nostros procuratores ordinamus & constituimus:
& propter hoc eos ad pedes vestræ sanctitatis duximus destinan-
dos, extrà de postul. præl. cap. penul. dantes eis plenam & liberam
potestatem petendi confirmationem, & si necesse fuerit, prouisio
nem, & iurandi in animas nostras, si visum fuerit expedire: promit
tentes nos ratum, gratum, & firmū perpetuò habituros, quicquid
per eos in dictis, seu aliquo præmissorum extiterit procuratum.
13 & tunc non est aliud mandatum necessarium. ¶ † Si autem duo
essent electi, iungantur alia in mandato. videlicet quòd constituit
ad petendam confirmationem electionis à maiori parte factæ, &
ad agendum, & defendendum, & ad omnia faciēdum, quæ in per-
sonis propriis facere possent: & huiusmodi alia cōsueta, vt in præ.
14 versic. cæterùm. ¶ † Licet autem procurator sit sufficiens ad con
firmationem petendam, si tamen dispensatio in aliquo fuerit ne-
cessaria, vacuus remittetur: in qua petenda speciale mandatum re
quiritur, argumen. extrà c. innotuit. & no. extrà de restit. in integ.
15 coram. ¶ † Est etiam necesse præter hoc mitti aliquos prudētes
de ipso collegio, per quos superior tam de forma electiōis, quàm
de zelo & studiis eligentium & meritis electi possit instrui, vt in
concor. quæ sunt s. de inquis. §. nunc tractemus. vers. in summa. in
princ. alioquin non obtinebitur confirmatio: nec est alia citatio
necessaria, vt nota secundum Papam, extrà eod. innotuit. & c. ni-
f hil.[f] ¶ Licet autem forma præmissa in episcopatibus & superiori
16 bus dignitatib. frequentetur, † in quibusdam tamē prouinciis his
omissis solo instrumento publico sunt contenti: quod confici-
unt sub hac forma:

FORMA. Olim bonę memorię, &c. vt s. px. ver. sanè licet, vsque,
conuenerūt. iunge, cōsiderantib. igitur eis, quòd potiùs in paucos sa-
nioris

ADDITIONES.

a In Genesi. ¶ statim remittam.

b q. vj. ¶ De his, quæ continet hæc additio, ad ver. & not. hucusque, vide, quod breuiter scripsi eo. ti. in causis. post prin.

c L. duo. ¶ In duobus reis promittendi non refert, an interrogatio & responsio fiat per verba singularis numeri, vel pluralis: sed solue per no. eo. ti. sicut cùm. lib. vj. in gl. sed nonne. expeditum est etiam de re iudic. c. pen. lib. vi. quòd per verbum singulare facienda est pronunciatio: & quòd si vnus solus compromissarius ratione dignitatis loquitur in plurali, & an hic rigor in prouisiōibus locum habeat, ibi no. in vlt. gloss.

d Est. ¶ Vbi circunstantiæ non resistant, vt scripsi in dec. quapropter. super verbo, de pastore. in fi.

e Clausulam. ¶ Quod placet Rof. in tract. electionis, ante fi.

f Nihil. ¶ In cathedralibus & regularibus ecclesiis, quarum confirmationes ex immediata subiectione, vel appellatione spectant ad Papam, seruanda est in dec. cupientes. eodem tit. lib. vj.

nioris consilii spiritus sæpe venit, tres ex seipsis, s.B.C.& D. viros vtique fidelissimos, pro futuri facienda electiõe pastoris, reliqui omnes ibidem continuè vnanimiter elegerunt, ipsam, eis electionem, & omnem super hoc ipsorum vicem totaliter committentes, & plenam eis auctoritatem, potestatem & licentiam dantes, illum in abbatem & pastorem ipsius ecclesiæ sancti Pauli eligendi, quem pro bono statu ipsius ecclesiæ in temporalibus & spiritualibus viderent & decernerẽt meliorem: idem verò B.C.& D. secedentes in partẽ, Spiritussancti gratiam inuocantes, post solicitam & longam examinationem, considerata probitate & honestate B. prudentia quoque eius, & moribus, & auctoritate. & potestate sibi tradita, in ipsum B. vnanimiter consenserunt, & inuocato nomine patris & filij & spiritussancti, vice & nomine omnium fratrum, & totius capituli prædictorum ipsum nominauerũt eligendo, & elegerunt nominando in pastorem & abbatẽ ecclesiæ antè dictæ: electiõem ipsam mox coram dicto capitulo publicantes, & de his omnibus mihi notario ĩ. scripto, publicum mandantes conficere instrumentum. Hæc forma ex superioribus iuri
17 bus comprobatur. † Cæterùm si in forma iudicij cõfirmatio petatur, sic concipitur libellus:

LIB. Coram, &c. vt s̃. §. prox. in primo lib. vsque, talis & talis. iunge, quibus ab omnibus & singulis de capitulo fuit collata potestas, vt vice omnium deberent de pastore viduatæ ecclesiæ prouidere, qui tandem de magistro T. viro vtique prouido & discreto, literato & honesto, atque de matrimonio legitimo nato, vice omnium ipsi ecclesiæ prouiderunt, & eum elegerunt: & vnus eorum vice sua, & aliorum collegarum, & totius capituli, vel maioris & sanioris partis, prout in mandatis habebat, eum elegit in pastorem & abbatem ecclesiæ memoratæ, & in communi electionem huiusmodi publicauit: quare peto, &c. vt s̃. §. j. in primo lib. Si autem duo fuerunt per compromissarios electi: vel si electionem per compromissum factam metropolitanus confirmare recusat, cõcipias, vt s̃. §. j. ver. si verò duos. verbis competenter mutatis: & in huiusmodi libello, si volueris, poteris plura narrare, sicut s̃. in decretis est plenius prælibatum. Item in hac forma quinque possunt decreta formari: sicut diximus in forma scrutinij, s̃. §. prox. versi. liquet. verbis competenter mutatis, secundum quod proximè positum est.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando dicatur per inspirationem facta, & an talis sit valida.*
Electio per inspirationem facta, non eget confirmatione: quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege.
2 *Virtus apparens, non semper apud Deum virtus est.*
3 *Verbum Eligo, seu Eligimus, in actu electionis idem important.*
4 *Decretum electionis per inspirationem factæ, qualiter sit conficiendum.*
5 *Electio inspirata non dicitur, vbi vnus contradicit & causam assignat.*
6 *Electio quando per quasi inspirationem fieri dicatur.*
7 *Electio non dicitur inspirata, vbi altera pars tantùm vna voce aliquem eligit.*
8 *Potestas prouidendi de superiore, quo casu ad extraneum deuoluatur.*
9 *In electionibus canonicorum ad præbendas, an sit necessaria forma.*

¶De via inspirationis.

a 3. §. Nunc nobis dicendum restat de forma inspirationis[a].
1 ¶† In electione ergo per quasi inspirationem facta, sic no. quòd si dum canonici primò intrant capitulum nullo speciali tractatu pcedente, quasi diuina reuelatione oẽs in aliquem repentè consentiunt, & simul eũ nominant, & eligunt dicentes vna voce, Eligo T, eligo T. talis electio dr̃ per inspirationem facta: & valet, & tenet, licet ex vocibus singularibus facta: qa qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, ext. de renun. nisi cùm pridẽ. §. verùm. & xix. q. ij. duæ. Quinimo si de hac diuina inspiratione constaret, non esset necessaria confirmatio: quia non ẽ sub lege talis electio, vt predixi: quia maior est vis benedictionis, quã naturæ, de cons. dist. 2. re vera. prope fi. j. col. x. dist. suscipitis. & maiori tribunali reseruatur, 23. dist. quorundam. ff. de re iudicata, cõtra pupillum. §. is, qui. sed quia hoc nostræ fragilitati imperscruta
2 bile est. ¶† Nam virtus apparens, quandoque apud Deum virtus non est, de pœ. dist. 2. citiùs. & vitia se sæpe virtutes esse mentiuntur, vt xli. dist. sæpe. & ext. de hær. excommunicamus. j. §. quia verò non. Ideo dico, quòd debet confirmari, & examinari, an hæc missio sit spiritualis. vt ext. de hær. cùm ex iniuncto. Si enim martyres aliqua mandant, q̃ in lege scripta non sunt, antè est, vt sciamus illos à Deo impetrasse, quæ postulant: & tunc facere, quòd mandant, I. dist. si quis præpostera. nam sæpe fiunt miracula per
b malos[b], j. q. j. teneamus. ext. de reliq. & vener. san. c. vnico. & habens indulgentiã examinatur. ext. de transl. licet. Et ex quo simul
3 omnes canonici vno spiritu & vna voce eligunt, † non est vis, si ue dicant Eligo, siue Eligimus. nec erunt plures electiones & singulares: imò debet vna & communis censeri propter vnanimes voluntates & voces. Vnde non est necesse, quòd postea det, po-
c testas alicui, qui vice omnium ipsum eligat[c]. ¶† Tunc ergo sic d̃
4 cretum conficietur:

FORMA. Almo, vel beatissimo, &c. vt s̃. §. j. in primo decre. vsq;, pontificis tractaturi, &c. iũge, nobis igitur omnibus in vnum locũ & propositũ ꝯgregatis, vnusquisq; diuina inspiratione repẽtè nulla nominatione, nulloq; tractatu alio præcedente, vt in T. virum vtique plenè, &c. vt s̃. §. j. in primo decret. vsq;, vnde sufficit prima commendatio, &c. postea iunge, consensit. & eum vnavoce simul ac vnanimiter omnes & singuli in episcopum elegerũt beatitudini igitur vestræ duximus vnanimiter supplicandum, vt electionem ipsam tã miraculosè & tam mirabiliter celebratam dignemini cõfirmare, &c. vt s̃. §. j. in prima dec. vsque ad ver. si autem. vt in præ. c. quia propter. Vel dic, vt s̃. §. j. ver. hanc decreti. ¶
5 † Et nota, quòd vno contradicente & causam assignante[d], nõ di
d citur electio inspirata. vnde non est hîc necessarius libellus: & qa hîc non est forma, sed exceptio à formis. Quidam tamen dicunt, quòd hæc est tertia forma. ¶ Vnde si aliquis extra collegiũ se opponat, sic poterit libellus formari:

LIBELLVS. Coram, &c. vt s̃. §. j. in primo lib. vsque, commodè ĩteresse. iunge, omnibus in ecclesia cõgregatis oẽs & singuli quasi spiritu sancto ducti, repentè nullo tractatu præeunte in T. virũ vtique prouidum: honestum, literatũ, & de legitimo matrimonio natum vnaminiter cõsenserunt, & confestim vna voce simul in episcopum talis ecclesiæ elegerũt: quare peto, &c. vt s̃. in primo lib. hoc saluo, ꝙ vbi dicis, canonicè factã, ponas, diuino spiramine celebratam, ext. e. quia propter. ¶† Si autem non simul ꝯsen
6 tiunt & nominant, sed separatim aliquibus tractatibus, seu nominationibus præcedentibus, tunc non per inspirationem, sed per quasi inspirationẽ dicitur electio fieri. Vnde necesse est tunc ĩ aliquos compromitti, qui vice omnium illum eligant: aliàs talis singularis electio non valeret, vt ext. e. c. in Gene. & tunc decretum
7 cõcipietur, prout s̃. in forma diximus cõpromissi. ¶ Ex † præmissis ergo colligi pt quòd licet altera pars vna voce aliquem eligat non dicitur talis electio inspirata: quãuis altera pars, quæ primò
8 fortè alium elegerat, [illegible] iure eligendi [illegible] ¶†
e Si verò eligeris ad officiũ, ad quod inhabilis es[e], cõcipietur libel-
9 lus, vt ĩ. de censib. §. 2. ver. si verò. ¶† item nota, quòd solùm ĩ casu negligentiæ deuoluitur potestas prouidendi ad proximum superiorem, vt in const. Alex. IIII. e. ti. dilecti. in fi. & no. e. ti. bonæ
f j. in fi.[f] ¶† Vltimò nota, quòd in electionibus canonicorũ ad pbẽ
10 das, non est necessaria forma, sed sufficit solus cõsensus, ext. de ꝯcess. præben. ex parte. prope fi. ver. quia verò. Huius autem tractatus materias nostrum aureum Repertorium eo. ti. te reperiẽte docebit.

ADDITIONES.

a De forma inspirationis. ¶ De hac Gui. Nat. parte j. c. lij. & parte 2. cap. x.
b Miracula per malos.
ADDITIO. Adde omnino & vide Io. de Turre. cre. in c. nec mirum. xxvj. q. v. & Panor. in c. 1. de reliq & vener. san. Et quid sit miraculum, & an ecclesia possit errare in canonizatione sanctorum vide Fel. in c. venerabili. de testi. Et adde, ꝙ in miraculis non creditur testi sine redditione causæ, per Bal. in l. solam. col. fi. ver. modò hic quæritur. C. de testi. & vide Panor. in c. cùm Marthæ. de celeb. mis. Hen. Ferran.
c Eligat. ¶ Host. contrà. & vide, quod ibi scripsi, e. tit. quia propter ver. nisi forsan.
d Assignante. ¶ Hoc verbũ non posuerunt aliqui antiqui, vel moderni, vt patet per ea, quæ scripsi in c. quia propter. ver. nisi puto. ergo vnius contradictio, etiam sine expressione causæ, impediret inspirationem, sicut impedit compromissum. patet vtrunque in c. quia propter. ver. illis saltem. & ver. seq. in fi.
e Inhabilis es. ¶ Supple, & vis subleuari.
f Bonæ. j. in fi. ¶ Hanc hodie ñ habemus, sed ex ea sumpta fuit decr. quanquam. e. ti. li. 6. vt ibi no. in fi. primæ gl. per quã patet hoc dictum procedere solùm in cathedralibus.

¶Baldus de Electione.

PETO decem, non obstante pacto de non petendo: quia non secutum fuit pactum de petẽdo, iste libellus pcedit, in quo ñ solũ petitio, sed replicatio inculpatur. ¶ Item positio actoris nõ pcedit, nisi per eã actori accrescat ius. vñ qui petit alterius electiõem cassari, petat suam ꝯfirmari: aliàs non posset cõfirmari, in §. ad electionem. in 4. co. G. Item no. quòd solùm in casu negligentiæ deuoluitur potestas ad superiorem, §. fi. G.

ADDITIONES NOVAE.

Eligi ad canonicatum non debet laicus, sed postulari.Inn.in c. fi.de obl.ad ratio.

Eligere est fructus quasi possessiõis canonicalis.Inn. in c.cuma na.de elec.& c.in literis.de rest.spol.& c.cum dilectus.de reli.do. Arch.in c.dicitur.de præben.

Nota ꝙ propter potentiam vt res ecclesiæ defendantur,etiã in habilis eligitur.vt c.constitutus.de app.

No.ꝙ ad hoc vt nõ priueris electione,eligas sub protestatiõe, Protestor ꝙ si electio ꝗ fecero non valebit,ex nunc reseruo mihi ius eligendi,donec electio per me fienda efficaciter valeat.ar.l. terminato.de fruc.& lit.expen.& l.Titius. de ser.expor.c.dilect⁹. de iure patro.c.super quæstionum.§.cum autem.de off.del.nam & duo possunt simul eligi.ita ꝙ si vn⁹ succumbat,alter obtineat, vt vno electo dicãt electores sic,quia latente fortè nobis vitio ĩ persona primi electi apparente, electio eius esset inualida, te vel talem eligimus.vt no.8.q.1.c.in scripturis.& lxj.dist.studij nostri. Tancre.

In electione talem adhibe cautelam.nam conuenientibus canonicis,vel illis ad quos spectat electio,faciunt inter eos deliberari horam certam missæ vel horam sextæ , vt conueniant in tali loco ad electionem celebrandam:& hoc scribi faciũt vnde si postea vnus vel aliqui ipsorum conueniant & eligant,valet electio aliis absentibus.Inn.in c.cum nobis.de elec.in glos.sed nunquid. vers.sed quæ res,&c.

Si electio fuit aliquibus commissa, & ipsi elegerunt,electio nõ valet:an iterum poterunt eligere,Bar.in l.serui elec.de leg.j. Cy. in l.fi.de contrah.emp.Bar.in l.quotiens.de opt.leg.& l.2.§. quẽ ita.de vaca.mun.per Bar.

Pone homines certi burgi habent pactum cum dño ꝙ ipsi possint eligere vel nominare singulis annis tres bonos viros de terris dicti domini:& ꝙ dominus debeat cõfirmare vnum ex illis trib⁹, qui sibi magis placebit:modo pone ꝙ ipsi elegerunt tres, & dominus vnum ex illis confirmauit.sed ille electus & confirmatus refutauit electionem de se factam,an dominus teneatur confirmare vnum ex illis duobus,& sub sequenter ipso refutante teneatur alium confirmare.d.Signorolus in consiliis suis,tenuit ꝙ ñ. quia ex quo secundum formam dicti pacti dictus do. cõfirmauit vnum ex tribus electis,ipso electo refutante,dominus non tenetur ex forma dicti pacti ad confirmationem alterius.Item pone retento eodem themate,quòd omnes dicti electi pro vno anno refutauerunt,an procedente anno dicti homines possint eligere alios tres,do.Signorolus dicit:quòd ex quo homines dicti burgi pro vno anno elegerunt tres secundum formam dicti pacti,ꝙ ipsis refutantibus,dicti homines prædicto anno non possunt alios tres eligere.Item pone quòd ipsi elegere tres,de quibus vnus fuit confirmatus per dominum qui refutauit,& post refutationem ipsum pœnituit,& vult acceptare.an possit?do. Signorolus dicit quòd non.hæc ponit in consiliis suis.

An in electionib.fiendis sufficiat sola pulsatio campanæ ad cõuocandos canonicos,& omnes quorum interest,Inn.& Host.in c.in causis.de elec.tenent quòd non.

Not.quòd ille qui à principio non est dignus electione.ñ p̃t alterius loco subrogari.Bal.allegat l.parabolani.C.de epis.& cle.

Nota ꝙ episcopi electi & cõsecrati in curia Romana,priora beneficia non dicũtur vacare, donec possessionem sui episcopatus fuerit pacificè consecutus,c.commissa.de elec.lib.6.

Canonicus electus vltra numerum,habet vocem& distributiones quotidianas,licet non habeat præbendam,Inn.& Host. in c. cum M.de constit.

In l.diximus.de exc.tut.pone certum est quòd episcopus non debet esse minor 30.an.vt in auth.presbyteros.de epis.& cler. si ergo episcopus electus sit minor,& pendente lite in curia fit maior,hæc non sufficit,vt in c.cum in cunctis.de elec.Dyn. in l.si optio.ff.qui & à quibus.

An per electiõem solam ius acquiratur electo,adeo ꝙ electio non possit reuocari,Bar.in l.absenti.de dona.& l.qui absenti. de acq.pos.Albr.

Pone,tres fuerunt electi potestates: deliberante primo decessit secundus,an tertius admittatur,no.in l.quandiu.de acq.hære. per Bar.

Electi sunt duo potestates,vnus pro primo anno, alius pro so: primus acceptauit,non tamen venit,quia forte mortuus: an statim primo acceptante euanuit electio secundi, Bart.in l.cum sub hac.de cond.& demon.& Cyn.in l.post aditam.de impub.& ali. substi.

Pone potestas est data tribus eligẽdi,an possunt vnum ex se ipsis eligere,& an talis electus possit subinde dare vocem,Cyn.in l. quòd si vno.de in diem adiec.Bar.in l.si consul.de his qui sunt sui vel alie.iur.& l.planè.quod cuiusc.vni.

Electus est aliquis in imperatorem,non rectè nec ritè,ita ꝙ nõ est legitimus:an valeãt concessa per eum,Cy.in aut.decernimus. C.de sacrosan.eccle.

An valeat electio facta de incerta persona circa electionem ad seculares administrationes.Bal.in l.quidam.de re iu.quid si eligatur incertus, quia forte erant duo qui vocabantur eodem nomine,& dubitabatur de quo senserit,Bar.ibid.& c. cum dilectus. de elect.

De electiõe domini papæ,in quo loco & qualiter fieri debeat. no.in c.vbi periculum.de elec.lib.6.& an cardinales præsentes d̃beant citare absentes,Arch.ibi quòd non:& quid si vnus sol⁹ cardinalis contradicat,no.ibid.per eum,& videtur dicere quòd ipsi⁹ solius dissensus electionem impedit.

In c.cum in veteri.de elect.quid si mandatur aliquibus vt eligãt ĩ.consumationem vnius candelæ, & ipsa extinguatur, quid fiet? dic ꝙ debet reduci,vt tantum duret ptãs quantum durasset candela.Host.& Io.Cal.

In l.cum sub hac. in fi.de cond.& dem.pone,quidam elegerũt quendã,& si nolit,vel non possit esse,elegerunt tunc alium:modo primus electus recepit electionem,& cõfirmata fuit eius electio: postea discessit de episcopatu,cum licentia tamen, vt extrà de renun.c.remouet.&l.fi.de defen.ciuita.modò ille qui erat electus,si ille nollet habere , vel non posset, esse vult , an possit per hanc l.videtur quòd sic.contra videtur quòd substitutio euanuit l.post aditam.de impub.& ali.substit. vnde non est admittendus, quia actio semel extincta non reuiuiscit,l.qui res.§.aream.de solu.non ob.litera ista:quia hic erat ius contra primum , si faciebat quod erat vetitum facere,non enim primi aditione extinguebatur ius eius qui est ei substitutus.nam electores de prima voluntate videntur cogitasse,sed si cum fuerit voluerit,tunc alius non hẽat ius.sin autem noluerit,tunc alius habeat ius,sicut de primis nuptiis videtur testator cogitasse,l.hæc conditio.de cond.& demon.sed iure canonico non videtur dubitatio,quia fortè non valet electio taliter sub conditione facta,& contra formam,ext.de elec.c.quia propter.Dy.& Vber.de Bobio.

Nota quòd cum petitur electio cassari,libellus debet ꝯcludere ex possessorio,& non petitorio. In.& Host.in c.ij.ext.de cau.poss.& propric.

Nota ꝙ in minorib.ordinib.non potest quis eligi etiam in inferiorem prælatum episcopo.Inn.in c.dudum ad audientiam.de elec.&no.in c.sæpè de ap.sed nunquid existens in minoribus ordinib.possit eligi ad beneficium curatum seu habens curam animarum.quidam quòd sic in c.2.ext.de insti.& de præben.c.si pro clericis.de elec.c.ex eo. lib.6.Io.An.contrà, cũ ius vetus non mutetur per ius nouum,vt ĩ.de æta.& quali. c. præterea. fatetur quòd licet in minoribus ordinibus ad ecclesiam curatam eligi non debeat,potest tamen postulari:pro quo facit quod no.per Inn.in c. dudum.prædicto.

In c.auditis.ext.de elec.in fin.per hanc literam dicebat do.Paulus de Leaz.quòd si omnes canonici vel monachi sunt simul tractantes de elect.& maior pars nominet aliquem indignum,&minor pars non consentiat,expectet minor pars donec maior pars illum indignum elegerit, & ꝙ electio cassata fuerit, quia postea minor pars ad electionem procedere poterit,& valebit eius electio facta de digno.

In l.præses.de præd.curiali.lib.x.Bart.coniuncta l. Barbarius.de offi.præto.ex hac l.dicit quòd quãdo defectus est talis super quo eligens potest dispensare,præsumitur dispẽsare eo ipso quòd eligit.vt l.quidã ꝯsulebant.in fi.de re iud.vel est verisimile ꝙ dispensaret si sciret,vt dic.l.Barbarius.si verò eligens dispensare nõ posset,vitiatur electio,vt hic.& hæc l.fac.contra opini.Inn.positam in c.suscitatam.extr.de rescr.quia dicit ꝙ iudex non potest se excusare allegando suam infamiam,nisi excipiatur ab alio per l.nec infames.§.ti.1.fac.l.j.de his qui non implet.stip. nam vides hic ꝙ si indignus patitur se eligi punitur:ergo debet ipsemet suam conditionem manifestare.& hoc est verum per l.qui cum vno.§.j.2. 3.& 4.ff.de re mili.& Bar.vbi s̃.& l.allegata.& l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiur.

In l.si sub cond.§.j.de cond.& dem.fa.quòd si aliquis electus est in potestatem,& præsentetur ei electio, vt consentiat,& ipse dicat consentio si placuerit dño imperatori, ꝙ sit ei acquisita potestaria,licet ciues dicant nõ eẽ ei quæsitam quia pure ei non consensit,quia intelligitur purè consensisse, vt hic.& arg.l.si aliqñ.ĩ. e.quia semper superioris auctoritas ĩtelligit̃ excepta,vt c.veniẽs. ext.de iureiur.& l.ꝯ pupillũ.de re iud.vnde si aliquis recipit potestariam semper intelligitur recepisse saluis præceptis domini imperatoris,nec videtur deierare per hoc ff.de municip.l.de iure.§. Imperator.& c.deus.de iureiur.

In rub.de cond.ob turpem causam,Bal.quærit, quidam pp turpitud

pitudinem suā, vel propter bannū ad officiū priorū assumi non poterat: modò cōtingit quod fuit imbussulatus durāte turpitudine, vel banno postea fuit publicatus, & exemptus de bussula abolito bāno per beneficium statutorum, vel per finem temporis definiti: quæritur an admittatur ad officium prioratus? & videtur quod sic, quia publicatio trahit ad antefactum & in publicatione videt contineri ipsa substantia electionis, vt c. publicato, de ele. si ergo tempore substantiali inuenitur habilis, non curamus alia tēpora, vt l. sed si in conditione. §. solemus. de hære. insti. In contrariū fac. quia in actibus hominū, qn nō possunt habere in sui ordinatione pendentiā seu suspensionē de futuro, sicut sunt vltimæ voluntates, vt l. receptū. ff. cō. præd. & sicut est electio quæ vno momento seu contextu debet cōcludi, & non debet esse conditionalis, sed pura, vt c. j. de elec. lib. 6. principium dēt esse ratum & validū. hoc ar. l. j. de reg. cato. nec mirū, quia destructo principio, destruuntur quæ sunt post principium, l. in vniuersis. qui da. tu. po. quoniam principium substantiale maxima pars est rei, & in eo consistit fundamentum totius rei & virtus fundamenti. ergo nil mirum si per locum à destructione principij destruitur totum esse rei. do. Iac. de Are. disputauit hanc qu. & dixit ex quo principium erat inualidum, vt c. si eo tēpore. de rescr. lib 6. ergo non prodest superueniens habilitas. Bal. allegat ff. de poe. l. j.

Electus contra electum nulla potest opponere, de quo p Iac. de Are. Impugnat electionem delicti ratio, reipublicæ offensio, pteriti delicti manens annotatio, municipalis sanctio, inutilis principij exclusula confirmatio, atque suo tempore obiecta contradictio & illiciti ratio.

Quid si data est ptās vni eligendi, an possit eligere seipsum, Albric. in l. nulli. quod cuiusque vniuersi. & ibi gl. quæ tenet quòd sic. contra est gl. 24. q. j. didicimus.

Quid si est data potestas duobus eligendi, an vnus possit eligere alium, no. vbi s. quod sic. Alb. in reg. iur. in toto. & ibidem Io. an.

a ¶De translatione[a]. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter in materia translationis concipiatur.*

IN HAC materia sic concipitur libellus:

LIBELLVS. Coram, &c. propono, quòd talis episcopus, vel abbas exemptus talis ecclesiæ, vel monasterij

b auctoritate propria, non petita licentia, nec obtenta[b] ad talem vestram ecclesiam se transtulit, ipsamq; recepit ibi tam in spiritualibus, quàm in temporalibus administrans: quare peto eum ab administratione dictæ ecclesiæ remoueri, & in pœnam tantæ temeritatis ipsum etiam primò priuari, ext. de elec. bonæ. j. 7. q. j. si quis episcopo. & c. seq. ext. de transl. quanto. & de cleri. ex

c com. illud[c].

ADDITIO.

a DVAS quæstiones ad materiā vide super regula, quod ob gratiā Et est prima, cùm vacat ecclesia, cùm Papa trāsfert eius epm. Secunda est, si episcopus à metropolitanis postulat⁹, transfert p Papam, ignorans & possidens, an valeat electio facta per capitulum ad episcopatum: & vide, quod dicam in fi.

b Nec obtenta. ¶Quæ dari poterat illi abbati exempto per legatū de latere. de elec. si abbatem. lib. 6.

c Illud. ¶An contra episcopum translatum per Papam ad aliam ecclesiā qui non vult consentire, possit prima ecclesia agere, vt illā dimittat, collige ex quæstione, quā posui super regula. quod ob gratiā de reg. iu. lib. 6. no. ēt Inn. in dec. audita. de resti. spol. vt scripsi ibi ad fi. 2. gl. quod clerici ecclesiæ possunt impetrare & agere contra plātum, qui recipit aliam ecclesiam, vt dimittat primam. Si verò n recipitur in secunda vide, quod no. 22. dist. si qui.

ADDE, an ecclesia translata per Papam, dicatur vacare ante trāslati ratificatiōē, ita quod papa possit de illa eccl'ia alte puidereri, Ro. cōs. cccxlv. & an possit agi furti contra episcopū translatū de extorsionib. & rapinis factis ecclesiæ, à qua fuit translatus, vide Pet. de Ancha. cons. clvij.

ADDITIONES NOVE.

☞ An papa possit mutare & transferre sedem Romanam, vt sit alibi, dicitur quòd non & allegatur 24. q. j. rogamus.

Pone, aliquis episcopus est expulsus de suo episcopatu, an iste sic pauper potest se transferre ad alium episcopatum sine licētia papæ. vide quod no. in c. j. de transla. epis.

a ¶De auctoritate & vsu pallij[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in materia vsus pallij qualiter sit concipiendus.*

2 *Archiepiscopus & prouincia Tarracon. de iure subest ecclesiæ, & archiepiscopo Narbonensi.*

1 SIC libellus concipitur:

LIBEL. †¶Coram, &c. propono ego P. procurator venerabilis patris archiepiscopi Narbonensis, quod nuper reuerēdo in Christo patre domino H. Dei gratia archiepiscopo Tarraco. per Narbon. prouinciam transitum faciēte, ipse terminos à patribus constitutos transgrediens j. limites eius dē Narbonensis prouinciæ de facto propria temeritate crucem ante se ferri fecit, pallio nihilominus in missarū vtendo solēnib⁹ in dicti dñi archiepiscopi & ecclesiæ Narbon. iniuriam, præiudiciū & grauamen: quare, cū sibi non sit ius talia faciendi, peto ipsū p tanta transgressione puniri: & ei perpetuum silentium imponi super his: & ne de cætero talia attentare præsumat, p vos sn̄ialiter inhiberi, ext. de vsu pallii, ex tuarum. c. dist. contra morem. extr. vt

2 lite pen. c. j. ¶†Et scias, quòd archiepiscopus & puincia Tarrac. de iure subest ecclesiæ & archiepiscopo Narb. Idē dico de archiepiscopo & ecclesia Aquen. sicut literas plures apostolicas & regias & alia plura & sufficientissima documenta vidimus sup hoc ī archiuis ecclesiæ Narbon. Idem etiam est de archiepiscopo & ec

b clesia Arelaten. vt patet viij. q. 3. Artaldus[b].

ADDITIONES.

a VIDE, quod dixi sup rub. e. ti. in nouel. An aūt vnus archiepiscopus præscribere possit portationem crucis, vel vsus pallii in diœcesi suffraganei alteri⁹ archiepiscopi ipso archiepiscopo ignorante, scripsi post Inn. de of. or. conquerente. in gl. super hoc. in fi.

b Artaldus. ¶Illud c. nō dicit Arelatē. archiepm: & licet credendū sit auctori, miror tñ de his trib. quod sic subsint in puinciali ecclesiæ Romanæ, nihil inuenio. Itē fateor, quod in ipso libro puinciali Terrac. statim sequit Narbon. sed Aqueñ. & Arelaten. lōgè pcedunt Narbon. qtum ē in ordine scripturæ: qa sunt ibi ix. puinciæ archiepiscopales intermediæ: qa ergo c. Artaldus. dicit illū epm, possibile ē, quod postea sedes illa facta fuit metropolitana. sicut nouissimè p dñm nostrū Clemētē VI. ecclesia episcopalis Prag. suffraganea magnitudine facta ē archiepiscopalis, regēte illā olim fratre & socio, nūc patre & domino Arnesto de Boemia iam diu licentiato in iure canonico.

a ¶De renunciatione[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Asserente aliquo alium suo beneficio renunciare, quare illud beneficium vult impetrare, qualiter libellum conficiet.*

Renunciatio vt plurimum in modum exceptionis proponitur.

QVOMODO, & quando, & quibus iuribus in instrumētis publicis debeat & possit renunciari, no. ē de renū.

b & conclu.[b] ¶†Porro quādoq; quis asserit alium suo

1 beneficio renunciasse: quare illud beneficium impetrat: vnde sic libellus coram executore concipietur.

LIBEL. Coram, &c. propono, quod cùm nuper talis suo beneficio ī manibus sui episcopi resignasset, sanctissimus pater dominus Clemens Papa IIII. vobis dedit suis literis in mandatis, vt, si ita eēt, de ipso mihi debereris beneficio prouidere. Cùm igitur constet dictum de iure vacare beneficium, peto mādatum ipsum aposto licum per vos executioni debitæ demandari, præfatumq; beneficium iuxta ipsius mandati apostolici tenorē mihi conferri, & me in possessionem corporalem mitti, amoto inde quolibet illicito

2 detentatore, ext. de rescr. ex parte. j. ext. e. cū inter. ¶†In hac autē materia plures libellos non formo, cùm renunciatio in modum exceptionis vt plurimum opponatur, vt ext. e. ti. per totum, extr. quod me. causa, per totum.

ADDITIONES.

a Ad hanc pertinet quæstio super regula, non firmatur. de infirmo qui renunciauit in manibus presbyteri recipientis nomine epi: & canonici statim elegerunt. ADDE, an valeat renunciatio facta in manibus alterius, quàm ordinarij, Paul. de Cast. cons. cccxj. Et an impetrans per renūciationem habeat docere de titulo beneficij renunciantis, Rom. cons. cccxlv. Et senex renuncians in curia, nō præiudicat habentibus expectatiuas cum clausula Anteferri, secundum Old. cons. cccxxiij.

b De renuncia. & conclu. ¶Incipit in ver. & quia hīc. & durat vsq; in fi. ibi autem in prin. remissionem dedi ad octo quæstiones.

ADDITIONES NOVAE.

☞ In c. accepta. de cau. pos. & propri. super verbo cōstiterit. si enī quis renuntiet ecclesiæ suæ, statim licet episcopo in cuius manibus renuntiat, dare illam ecclesiam alij, si ad eū pertinet collatio. & si ad alium pertinet collatio, mandabit quòd alij conferat eam vel quod ad eam pertinet, qn sola præsentatio ad eum pertinet. imò plus est, quia postq̄ aliquis renūtiauit in manib⁹ eius ad quē pertinet recipere renūtiationem: & sine alia licētia ille ad quem pertinet conferre vel præsentare, statim faciet quod ad eum pertinet: nec contra eum feretur aliqua sententia, quia ex dicta renūtiatione amisit omne ius quod in ea habebat 7. q. j. quam periculosum. Idem dicunt quidam faciendum quando ad mandatum episcopi clerici contendunt promoueri ad ordines, vt c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. & c. quæris. de æta. & quali. Alijs tamē videtur, & forte melius: de quo per Inn. in dic. c. accepta quod Iu

si mihi quæsitor ex contractu non possum renūtiare: secus ex vltima voluntate, Bar. in l.fi.ff.de sol.& hoc in præiudicium creditorum meorum.fac.l.qui autem ff, quæ in frau.cred.quid in iuribus quæsitis à statuto vel à lege, cogita.fa.l.si absentis.C.si cer.pe.fac. Bal.in l.si arrogator.de adop.& Bar.in l.j.de acq.hære.

a ¶De supplenda negligentia prælatorum[a]. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus in supplenda negligentia prælatorum qualiter sit concipiendus,*

1 SIC concipe: Libel.†Coram,&c.propono ego episcopus, vel archiepiscopus talis ecclesiæ, quòd olim vacante ecclesia, vel præbenda, capitulum talis ecclesiæ & hi, ad quos primo loco spectabat eius collatio ecclesiam ipsam conferre intra sex mensium spacium non curarūt. Cùm igitur secundum statuta Lateranen.concilij ad me sit conferendi deuoluta potestas, peto per vos eisdem & capitulo sententialiter iniungi, vt me patiantur liberè vti potestate dictum ecclesiam conferendi: vel, ne collationem per me factā impugnēt: vel, ne institutam per me molestare præsumant, ext.de conces.p̄ben.nulla.ext.de supplen.neg.præl.per totum. Quæ autem hîc d̄ sunt, vide j̄.de præb.& de conces.præbendæ. In tribus autem titu. seq.non sunt necessarij libelli.

ADDITIO.

a Huic adaptatur quæstio regulæ contra eū, an eligēs iure deuoluto arctetur ad id, quod arctabat eligētes: & ad rub.seq.de tēp.ord. pertinet quæstio, regulæ, imputari.de diacono, qui se arctauit ad vltima quatuor tempora anni: & tunc nono potuit ordinari.

a ¶De ætate & qualitate & ordine præficiendorum[a]. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus in ordine præficiendorum qualiter sit conficiendus,*
2 *Iudæus an possit à Iudæo ordinari.*
Iudæus non habet ianuam sacramentorum, quæ est baptismus.
3 *Moyses & Aaron fuerunt maximi sacerdotes: sed ab eis nunc est sacerdotium ablatum.*
4 *Abbas quibus possit tonsuram conferre.*

POTEST Sic concipi libellus.
1 LIBEL.†Coram,&c.propono contra P.cui collata ē talis ecclesia, vel dignitas, vel electus est, quòd ipse n̄ potest ascēdere ad ordinem, quem illius beneficij cura requirit: vel quia infans, qui seipsum nescit gubernare: vel, nō erat in sacris: vel, fuit medicus, vel chirurgicus, ꝓpter cuius incuriam multi obierunt: vel, erat tempore receptionis excommunicatus: vel, non erat in sacris, cùm fuit electus: vel, non nouit Donatum: vnde peto ipsum ab ecclesia, vel dignitate, seu prælatura remoueri, ext.de ætat.& qualitate, c.ij.& c.præterea.& c.ad aures & duobus cc.seq.& c.pen.& c.vlt.lxxxvj.dist.cùm multa.extr.de homic.tua. Vel si sit beneficium cum cura collatum ei, qui nō est in sacris cōclude sic: quare peto per vos declarari sententialiter, dictam ecclesiam de iure vacare, ipsumque P.nullum ius ex dicta
b collatione in ea habere, vt in dec.Greg.X. de elect. licet canon[b].
2 ¶†Quæro, vtrùm Iudæus possit hodie ordinari à Iudæo[c]? Et di-
c cunt quidam, quòd sic, ar.xlv.dist.qui syncera. Ego dico ꝯ: quia n̄ habent ianuam sacramentorum, s.baptismum, 32.dist.c.p̄ter hoc §.verum.ver.porrò.ext.de presbytero non bap.veniens.nec fundamētum, j.q.i.cùm Paulus.34.qu.j.vbi sana.ablatum est enim & translatū ab eis sacerdotium Leuiticum.vt ext.de const.transla-
d to[d].& 2.q.7.c.plerunq;.§.hos etiam.prope fi.ver.hinc est, quòd Hiero. Sed qui contrariū tenent, exponunt ibi sacerdotio, i.prin-
3 cipatu: quia non habent regem: sed tu, tene vt præmisi. ¶†Vnde Moyses & Aaron, qui fuerunt maximi sacerdotes, vt 22.di.sacro. in fi.non possent hodie conferre ordinem in prima forma: quia verba illam iam non habent vim, vel efficaciam, cùm sacerdotiū sit ab eis ablatum, vt dixi: & oportet ordinem conferri ab his, qui sunt rectè ordinati secundum claues ecclesiæ à Christo beato Pe
e tro concessas, vt ext.de summa trinit.c.j.§.vna. In duobus autem
4 ti.sequentibus non sunt libelli necessarij[e].† Quibus possit abbas
f conferre tonsuram, vide j̄.de priuil.vers.non est etiam[f].

ADDITIONES.

a Quomodo ista rubrica est tripertita, & quomodo penes aliquos corrupta, scripsi in nouella super eadem rub. Duas aūt quæstiōes Io.de Deo, & tertiam Bar.Brix.scripsi e.ti.c.fi.de quibus fiet mentio j̄.super rub.de præbendis. Potest sic,&c.
ADDE, an ad prioratum ruralem sine cura possit minor 14.an.assumi, Fed.cons.xlix.
b Licet canon.¶lib.6.quæ tamen non probat, ad quod inducitur. illa enim licet arctet ꝓmotum ad parochialem ecclesiam, quòd intra annum fiat sacerdos, non tamen requiritur promouēdum esse in sacris: de quo vide hîc e.ti.præterea.
c A Iudæo.¶sup.vel Christiano, vt j̄.remittam.
d Translato.¶Vide, quod ibi scripsi in gl.2.& in remissiōe ibi data.
e Necessarij.¶Ex hoc perpendere potes, ꝙ rub.seq.fuit additio, q̄ auctor ponere non intendebat: sed propter dec. Alex. quam allegat, posuit ipsam rubricam: qua posita debuit hunc vers.cancellare propter id, quod posuit in fine.
f Ver.non est etiam.¶& habetur e.ti.de priui.abbate.2.lib.6.

ADDITIONES NOVAE.

Pone aliquis impetrauit beneficium eo tempore quo non habuit ætatem legitimam, postea cum habuit ætatem legitimam datum est sibi illud beneficium: an videatur confirmatus, Dyn. in l.excusantur.de excu.tut.ponit, & c.si eo tempore, de rescr.lib.6.

a ¶De sacra vnctione[a]. Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Electis ad ecclesias cathedrales statutus est terminus intra quem nisi consecrationis munus obtinuerint, suspendunt.*

1 SCIENDVM est†quòd omnibus electis ad ecclesias ca
b thedrales statutus est terminus sex mensium [b] ad consecrationis munus obtinendum: intra quod nisi illud susceperint, iusto impedimento cessante, suspēsi sunt ab administratione temporalium & spiritualium. Et si sic steterint per alios sex mēses, capitula, ad quæ spectat electio, alios eligere possunt, nulla indulgentia petita, vel concessa obstante. Illi autem, qui intra annum xx. existentes, constituti sunt procuratores ecclesiarū suarum, postquam xx. annum compleuerint, se facient ad omnes sacros ordines promoueri: alioquin ab administratione spiritualium & temporalium sunt suspensi: & si completo 25.anno non fuerint consecrati, priuati sunt illis ecclesiis ipso iure. hæc leguntur in const. Alex. IIII. de sacra vnct. cùm ad Romanam. & c. qa
c olim[c]. In hoc ti.& sequen.non est libellus necessarius.

ADDITIONES

a Ad Summistas recurre, & potissimè Host.
b Sex mensium.¶ Hoc tp̄s conueniebat iuri antiquo, c.dist.q̄m.& de trāsl.c.2.vers.sed neq; illud.sed totū, q̄d sequit̄, discrepabat ab illo: & quia multùm ꝯuenientia vn̄r, quæ sequuntur, scire debes, ꝙ ꝑ schisma, q̄d fuit tēpore Alex. IIII. per eum, & post eum, vsque ad tempora Inn. IIII. qui demum deposuit Federicum, vt de reg.iur, ad apostolicæ.lib.6.multi iuuenes ꝑ eorum potentiā fuerunt promoti ad episcopatus: sicut de vno scripsi de elec. cū ī cunctis.super verbo, quibusdā. Item prædicto Inn.successit Alex. IIII. natione Campanus: cui displicuit, ꝙ illi iuuenes sic promoti, vel procuratores, vel administratores rebus dati, non promouebantur etiam ad sacros tantùm: vnde per suam constitutionē prouidit, vt sequitur, maximè quia vnus ex illis dicebatur laicasse, videns causam huius rigoris: qa verò per Dei donum cessante schismate cessauerūt tales promotiōes, & Bonifacio & ꝯposito rib. Sexti non fuit visum ꝯgruere illas ꝯstitutiones poni in Sexto & sic fuerunt reuocatæ, vt j̄.dicā & tamē nuperrimè ꝑ schisma Baueri videmus dominū nostrū Papam Clemētē VI. promouisso do.Guil.de Nassau, filiū d.N.comitis de Nassau ad ecclesiā Maguntinā satis iuuenē ætate: vere tamē scientia & moribus maturū valde, & in hoc studio gratiosum: quē ꝑ id summè dilexi: & quia ipse dominus Comes pater ei9 fuit hîc scholaris & Cōpater.
c Quia olim.¶Quas hodie non habemus; & sic sunt reuocatæ per proœmium Sexti libri in fi.

a ¶De filiis presbyterorum[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Precor, ignoscite, ad verba iuris misceo, q̄ sūt facti. Mihi ꝯstat multos sacerdotes de suis filiis in sacerdotio genitis habere sp̄e vbertatis diuinæ gratiæ, & bonorū: huius spei ꝯclusionē ex mea ꝑsona sumēs diuinā potētiā fateor, & taliū meritis detrahere n̄ itēdo: nec ignoro, quæ leguntur lvi.dist.per to. nec oblitus sum me vidisse aliquos sic genitos notabiliter virtuosos: respectu tamē numeri valde raros. Coitū talē detestor, & solū ad argumēti destructionem ex tali spe parentum intēdo. Cōstat hîc legētibus me vidisse patrē meū purū laicū, & prima tonsura carentem, ferentem

antiq

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra filios presbyterorum concipiendus.*

1 IN hoc † titulo etiam sic potest concipi libellus. LIBEL. Coram, &c. propono contra P. qui se gerit pro rectore, vel canonico, vel vicario talis ecclesiæ, quòd ipse est filius talis sacerdotis, & in sacerdotio genitus: vel quòd pater eius ante eum in ipsa ecclesia immediatè ministrauit: vel in ea personã habuit: vnde peto ipsum per vos ab eadem ecclesia, vel præbenda, vel vicaria sententialiter amoueri, extrà e. c. 2. 3. & 4. & c. ad extirpandas. & duobus capitulis sequentibus. &
a c. ad abolendam. extrà de rescriptis, inter cæteras[a].

ADDITIONES.

[E]antiquæ formæ mantellũ pelle foderatũ agnina, modicũ ei⁹ foris habẽs pro limbo, vt illius temporis mos habebat. Vnũ aũt in colore & forma illi similẽ nouiter mihi feci Deo duce in eleemosynã cõuertendũ. Magister fuit in grãmatica, sed nõ doctor, scholas tenẽs rectè ex opposito ecclesiæ sancti Benedicti de porta noua: cuius hodie sum pluribus aliis cõpatronus: ibiq; sub eo didici primas literas, & grãmaticę rudimẽta: dum essem octennis, vt puto, cœpit esse clericus: & breuiter, cùm ecclesia sanctę mariæ Rotundæ Gallutiorum vacaret, receptis certis ordinibus ad illã obtinuit p̃sentari. Filios eñ ꝯpluriũ illorum nobiliũ docuerat; pp q̃d & q̃a prudens erat, amicabant̃ eidẽ: ecclesia ẽt corruerat: q̃a Turris Narbonensium ex opposito ibi sita partialitate destructa corruit super illã, q̃ ex pecunia priùs cõgregata reparari fecit in forma rotunda, vt priùs fuerat. Extabant eñ nobilia fundamenta. Interpono, ꝙ ecclesia erat parua nimis: ad q̃d p̃ter paruitatẽ territorij rotunditas conferebat. Inter ecclesiã enim & turrim erat habitatio rectoris, in qua studui & ꝓfeci: & adhuc erat ibi vacuum bñ, vt æstimo, quinque pedum. q̃d totum hodie in forma quadra tenet ecclesia, q̃ ędificari fecit nobilis de domo sua dñs Bonifacius legum doctor & miles: & aliquid ego cõtribui: & vt retineret rotunditatis nomen, formã illi foris rotundã, in qua Virginis ẽ imago, fieri & pingi fecit, & demum parietem medium ecclesiæ, per quẽ sexus diuiditur, & nuper ecclesię pauimentum. Redeo ad priùs dicta: postq̃ sub viro multæ reuerentię magistro Bonifacio de Pergamo, qui ẽt postea fuit sacerdos & canonicus Pergamensis, studium ꝑfeci grãmaticæ: à quo ꝓgnosticum habui me futurum doctorẽ: cuius narratio, q̃a longa, non scribit̃. sed petant à scientibus perscire volẽtes: suspicor, quòd hæc possent esse vltima mea scripta, propter quod & quia pluribus sunt communia, hæc ab olim concepta, nolui plus tradere.

a Inter cæteras. ¶ Diuersos casus dubios in dispensationibus factis etiã per Papã cum illegitimis, scripsi e. tit. lib. 6. c. j. & ij. ad quæ tollenda vidi, & habeo sub bulla dispensationẽ quandã factã ad mei petitionẽ per Papã Ioannem, cum genito tamẽ ex soluto & soluta huius formæ: Tecum, vt prædicto non obstante defectu, ẽt ĩ ecclesiis cathedralibus quibuscunq; ad beneficia quæq; ecclesiastica ẽt si dignitates, vel personatus existant, & curã habeant animarum, vnum, seu vnã, & plures simul, & quæcunq;, vicibus successiuè, ita videlicet ꝙ pluralitatẽ huiusmodi beneficiorũ perinde ꝯsequi valeas, ac si de legitimo matrimonio natus esses, liberè ac licitè eligi & promoueri possis auctoritate apostolica de speciali gratia dispẽsamus. Nulli ergo, &c. Et incipiendo ab vltimis illud Eligi & ꝓmoueri, tollit dubium q̃d scripsi in decr. ij. sup ver. restrĩgi. fm q̃d dixi in dec. ij. super ver. verisimile. illud Vnum, seu vnam &c. vsq; ibi, successiuè tollit dubium, de quo in decretali. j. scripsi in decr. pe. & super vlt. gl. & in decr. non potest. de præb. eo. lib. super verbo, primus. & curã habeãt animarum, tollit dubiũ, de quo ibi scripsi super gl. hoc intelligo. & quod probatur per Clemen. de preb. c. j. Etiã si dignitas, vel personatus existant, tollit dubium, quod scripsi in decr. ij. in ij. gl. & quod no. Guliel. s̃. tit. ij. §. fi. versi. quid si dispensatum. 4. In ecclesiis cathedralibus quibuscunque, tollit dubium duplex, quod scripsi eod. tit. ca. i. super gl. intelligo. Clausula illa Ita videlicet, latiùs fuit petita, q̃ concessa: q̃a restricta fuit ad pluralitatẽ, vt patet. Fuit ẽt de episcopatib⁹ expressè petitum, sed non concessum. His pręmissis adiuuando, q̃d scripsi in p̃. decr. ii. super verbo, verisimile. q̃d aliqui fateri nolunt, ꝙ illegitimus dispensatus ad beneficium, possit hoc tacito beneficium impetrare. dicentes, ꝙ in dispensato remanet quædam nebula, cuius taciturnitas facit impetrationem surreptitiam per ipsam dec. cui responde, vt ibi dixi, ꝙ ibi additur dispẽsatio dispensationi. Vnde mutatis verbis aliud est, cùm tractamus de exercitio actus, circa quẽ dispensatio emanauit, an alterius dispensationem propriã requirentis: & hoc secundo casu loquitur illud c. scilicet de pluratate, quæ est noua dispensatio. Impetratio verò beneficij est executio primæ, vt ibi dixi: & ex ꝯrio sequeret̃, ꝙ necessaria esset duplex dispẽsatio, vna expressa, reliqua tacita, s. dicendo Nõ obstante defectu natalium, quem pateris, super quo tecum aliàs extitit dispensatum. Si verò diceres, nõ obstante, ꝙ super defectu natalium tecum extitit dispensatum. hæc esset inepta locutio ponere pro obstanti id q̃d non obest, sed proficit. Cùm igitur per primã dispensationẽ iam ius quasi regenerationis habuerit, ff. de na. rest. l. 2. in fi. & l. 3. & l. fi. & de in ius voc. sed si hac. §. patronum. ibi, aliud, si natalibus, &c. & C. de nupt. imperialis. ibi, nã oĩ macula, &c. facit 2. q. 3. in fi. de simo. ex diligenti. in fi. Nã vt legitimus poterit impetrare, intellige ad beneficium, quod sua dispensatio comprehendat. Sed nunquid in ecclesia cathedrali, s̃. remisi ad scripta in decre. j. super gl. intelligo. Illud ẽt declarando, sciendum est, ꝙ dispensatio natalium q̃nque est arcta & arida, vt cùm dispensatur ĩ ordinibus: & ꝙ habere possit beneficium ecclesiasticum. & hîc tenere posset documentum Io. Mo. ꝙ per id in cathedrali nõ posset institui. Sed est alia dispensatio ampla, quòd possit promoueri ad ordines & beneficia, etiam si curam habeant animarum. Cùm igitur illarum regimen sit ars suprema, de ætat. & qual. c. pen. absurdum esset dicere, quòd canoniam cathedralis ecclesiæ nõ posset habere. Et hîc procedit dictum Archid. de quo s̃. & ibi vide, quod scripsi post Hosti. de rescrip. postulasti. In his non procederet arg. à pari, vel minori, licet procedat in diuersis speciebus & in connexis: & vide, quod dixi s̃. de leg. §. fi. super 4. ver. Et no. quòd in prima, quam dixi arctam, posui beneficium in singulari: in secunda quam dixi amplam, posui beneficia in plurali. Amplior autem esset, si dignitates & personatus exprimeret. Amplissima verò est, quam suprà posui: & adhuc amplior, si concessa fuisset, vt fuit petita. Antiqui autem & Summistæ vtebantur his verbis, Minima, magna, maior, maxima: quod plenè per Host. in Summa huius tit. §. vlt. post princi. Hoc scias, ꝙ opinio, quæ excludit ecclesiam cathedralem, fundatur hodie super decr. quamuis. j. §. j. de pręben. lib. vj. cuius tamen finem ad hanc partem audiui sic reuolui, si scribitur de beneficio prouideri, & prouincia cathedralis & metropolitana includitur: vt ibi dispensatio ad beneficia per totum orbem vagatur, & sic plus, quàm per prouinciam: fortiùs ergo cathedralem includet.

ADDE de hac additione, vt per Oldra. consilio ccvj. incip. puncta breuia.

a ¶ De seruis non ordinandis & eorum manumissione. Rubrica.

ADDITIO.

a NON mirum, si ordinari non possunt: quia nec testes, nec publici nuncij esse possunt. Super quo vide s̃. de testibus. §. j. versi. item quòd est seruus. De manumissione seruorum ecclesiæ, vide per Host. eo. tit. §. pen. Est sciendum, quòd Pileus sua quęstione cxvij. ponit quęstionẽ de minori xx. annis, qui non seruata solennitate legis Aeliæ Sententiæ seruos recepto magno pretio manumisit, & iurauit contra manumissionem non venire: & soluit. quòd cõtrauenire non potest, per authenticam, sacramenta. C. si aduersus vẽditio. quæ vult valere alienationem rerum suarum, inter quas est manumissio seruorum vallata iuramento. Vnum scias, quòd multi dicunt, simpliciter minorem, ex quo potest testari, posse post se seruos manumittere: & sic dixit Host. vbi s̃. Cautiùs locutus est Goffr. in Summa huius titul. parte 2. vers. manumittere. & Vin. vt scripsi eo. tit. c. 2. in 2. gl. qui cum Azone & Acc. dicunt, illud verum in vltima voluntate: inter viuos autem requiritur, ꝙ non sit maior viginti. Et quare dicam non, & minor xx. vide Azo C. de vind. liber. ver. si potest quis. vbi exprimit hoc dictum ꝓpter eum, qui ingressus est diem vltimum xx. annorũ, qui non est maior xx. annorum, & tamẽ manumittit. Dixisset ergo cautiùs Host. quòd posset libertates relinquere dictum Azon. vide in Summa de testam. manumis. ver. quis autem possit. Accur. super auth. sed hodie, C. qui manumit. non pos. & Inst. eo. tit. ad fi. in gl. hodie. & in corpore, vt spon. largit. §. j. vbi est expressum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter in materia seruorum non ordinandorum sit concipiendus.*
2 *Vtilis actio locum in filio, vel filia, vel seruo corruptis habere dicitur: & qualiter actor libellum formare debeat in hac materia.*
3 *Reus, contra quem proponitur serui corruptio, qualiter ponere poterit.*
4 *Libellus de manumissis, secundum quosdam qualiter sit concipiendus.*
5 *Instrumentum manumissionis alicuius ordinandi qualiter sit conficiendum.*
6 *Prælatus ecclesiæ aliquem de seruis manumittere volens, qualiter instrumentum formabit.*
7 *Manumissio quandoque sub certo tenore fieri dicitur.*
8 *Instrumentum generaliter super manumissionibus, qualiter sit conficiendum.*
9 *Manumissor pro manumissione pretium recipiens, quibus verbis vti debeat.*
10 *Hominem suum liberare volens qualiter instrumentum concipere debeat.*

1 SIc in hac materia † concipitur libellus.
LIB. Coram, &c. Conqueror de P. seruo meo. quòd à mea fugiens potestate me ignorante, aut contradicẽte, se fecit in acolytum, vel lectorem, vel subdiaconũ, seu diaconum ordinari. vnde peto ipsum mihi restitui, & in serui tutem meam redigi. Si verò esset presbyter factus, petens eum in peculio condemnari. Item diaconus potest pro se vicarium dare. Idem in subdiacono, extrà eo. tit. c. ij. & c. nullus. liiii. dist. si seruus absente. & c. seq. ex antiquis, & c. se. & secundum huiusmodi materiæ varietatem variare potes libellos: quod dic, vt no. extrà eo. c. 3. Item super libertatibus, & earum reuocationibus & manu
a missionibus concipe diuersos libellos & instrumenta [a], vt infrà de natis ex libero ventre. Sed & serui domino contra corrumpẽtem ipsius serui animum, faciendo fortè eum de bono malum, vel de malo deteriorẽ, datur actio serui corrupti, ff. de seruo corrup. l. j. in prin. & §. fi. Sic ergo concipe libellum.
LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui seruum meum corrupit, suadendo sibi dolo & fraude, vt me cõtemneret: vel mihi res meas subtraheret, putà tales: propter quod deterioratus est seru⁹ in x. ideo illa x. & etiam res, quas mihi subtraxit, peto: & adhuc ꝓ pono actionem serui corrupti. hoc probatur ff. eodem. l. j. & l. si
2 quis seruus. §. fin. & hæc vera sunt in seruis. ¶ † Si verò filius, vel filia corrumpatur, locum habet vtilis actio serui corrupti, ff. eod. vt tantùm. §. de filio. & concipiet libellum, vt dictum est. ¶ Actor ergo sic ponet:
POSITIO actoris. Pono, quòd seruus ille meus est: vel in eo habeo vsumfructum, vel eum bona fide possideo, vel sum creditor ff. eo. si quis seruum. §. in seruo. & l. j. in princip. §. de vsur. quid sit. Item quòd persuasisti illi seruo, quòd me contemneret, vel fugeret, vel furtum faceret, vel meretricator, vel lusor fieret, & huiusmodi, vt ff. eo. l. j. in fi. & l. vel luxuriosum. Item quòd per talem suasionem factus est malus, cùm fuerit bonus: vel si fuerit malus, factus est deterior. Item quòd tot & tales res asportauit seruus ille. Reus verò sic:
3 † POSITIO rei. Pono, quòd seruus ille est T. & quo ad dominium, & quo ad possessionem pleno iure. ergo per consequens nõ est actoris, ff. de procur. Pomponius. §. j. extra. de præsum. nonne. Item quòd persuasionem feci bona fide, non dolo malo. Licet sit argu. contra ext. de præsum. c. j. Item ꝙ bona fide suasi prædicta hoc cõcesso, dolus cessat, vt in præal. l. dolo. Est autem in duplum hęc actio, C. de fur. l. si quis seruo. ff. eo. l. j. Et quia in hoc tit. de manumissione fit mentio de constitutione diuorum fratrum Seueri & Antonini ad Vrbium Maximum missa, sic libellus concipietur.
4 LIBEL. † Coram, &c. conqueror de P. dño meo, qui me emit ab H. quondam domino meo, pro decem, quæ ego sibi subministra ui: & sic fuit imaginari⁹ emptor: nec me manumittere curat: quare peto eum per vos cogi, & cogendum esse decerni, vt me manumittat: & ad hoc propono constit. diuorum fratrum Seueri & Antonini missam ad Vrbium Maximum, vt ff. de manumis. is qui
5 de suis, l. seq. & l. si quis ab alio. & ff. de iud. l. vix certis. † Instrumẽtum autem manumissionis eius, qui ad ecclesiam traditur ordinãdus, hoc modo conficitur:
INSTRVMENTVM Manumissionis alicuius ordinandi. In Dei nomine feliciter, amen. Qui sibi competens relaxat seruitium, sibi quærit præmium apud Deum. vel sic, Bonæ rei dare consilium præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium, vt xij. qu. ij. bonæ rei. quapropter ego P. pro medio animæ meæ & æterna retributione ĩ pñia reuerẽdi patris P. Dei gratia epi, ac canonicorum & sacerdotum & clericorum Biterẽ. ecclesiæ, ac etiam laicorum, absoluo H. seruum meum per hanc chartam absolutionis & ingenuitatis ab omni vinculo seruitutis, ita vt ab hoc die & deinceps liber & ingenuus sit & permaneat, & quo voluerit, pergat, tanquam si foret ab ingenuis parentibus procreatus: & sicut alij ingenui ingenuam vitam ducat. Nulli autem hæredum meorum prohæredúmue, nec cuiquam alij personæ quicquam debeat seruitutis, vel obsequii, nisi soli Deo, cui omnia subsunt: ad cuius ipsum deuotè offero famu latum. Peculium verò eius, si quod dominus sibi dederit, vel deinceps acquirere poterit, sibi in perpetuum concedo, iuxta ipsius beneplacitum dispensandum. Si verò, quod futurum non existimo, ego ipse, aut quis ex meis hæredibus, vel quælibet apposita persona contra hanc ingenuitatis paginam, quam in perpetuum valere volo, venire tentauerit, aut eam quolibet infringere voluerit, maledictionẽ Dei omnipotentis incurrat. Acta sunt hæc in ecclesia maiori Biterẽ. ante altare beati Nazarij in præsentia mea infrascripti notorij & testium suprascriptorum, anno, mense, die & indictione talibus, sedente tali Papa, vel imperante tali Imperatore, vel regnante tali rege. Et ego talis notarius, &c. Hæc forma probatur extrà eo. c. j. ij. & iiii. extr. de rerum permu. c. 3. & iiij. & xij. qu. ij. cùm redemptor. vbi breuior forma ponitur, & C.
6 communia de manu. l. j. in fi. & l. tj. de oper. lib. l. pe. ¶ † Si verò ꝑlatus ecclesię aliquem de seruis ecclesiæ manumittit, sic in fine instrumenti subiungat: Hãc autem manumissionem, vel manumissionis paginam tali notorio inscribendam dictaui, & propria manu cum tribus presbyteris prioribus & tribus diaconibus ꝓ plenissima firmitate subscripsi, vt in præ. c. cùm redemptor. & ea. q. ecclesiasticis. Huiusmodi autem libertatis charta super ambonẽ publicè legatur: & si nullus contradixerit, talis postmodum ordi-
7 netur, vt liiij. dist. ca. 1. 2. 3. & 4. ¶ † Et nota, quòd quãdoq; aliqui sub certo tenore manumittuntur, vt videlicet fiant monachi in aliquo monasterio, vt extrà de condi. ap. c. ij. vel vt in clericos alicuius ecclesiæ ordinentur, ibiq; missarum celebrent solennia, vt extr. de ser. nõ or. eò libentiùs. & hoc debet ipsum instrumẽtum continere, vt ibi. ¶ Generaliter autem super manumissionibus sic potest confici instrumentum:
8 GENERALE Instrumentum manumissionis. † Cùm redẽptor noster totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanã voluerit carnem assumere, vt diuinitati suæ gratia dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristinæ nos restitueret libertati. Salubriter igitur fit, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium seruitutis iugo subegit, in qua nati fuerãt, manumittentis beneficio libertati reddantur. Atq; ideo ego
b P. huius rei consideratione permotus, pietatis intuitu do [b] & trado Titio & A. & B. filiis eius, eorumq; omnibus liberis & filiis masculis & fœminis præsentibus & futuris libertatem puram, secũdum vsum & consuetudinem ciuitatis Romanæ, eos ex hac hora liberos, ciuesq; Rom. efficiens, liberans etiam & eximens penitus & dimittens nunc & in perpetuum eos omnes, & quemlibet ipsorum à mea potestate manumitto: & ab omni conditiõe & grauamine, ac etiam operis & operarum impositione, tam ob sequialium, quæ consistunt in faciendo, vt in assurgendo, salutando & huiusmodi, quàm earum, quæ consistunt in non faciendo, vt putà de non vocando in ius manumissorem venia non petita & aliarum omnium tam artificialium, quàm fabrilium, & ad reuocationem in seruitutem ob quamcunque ingratitudinem: & breuiter ab omni iure patronatus, illud, quodcunque sit, sibi liberè remittens, ita quòd omni pœna sublata, liceat his manumissis famosam actionem & quamlibet criminalem accusationem, si competierit, in futurum contra me meosque liberos intentare: restituo etiam eos natalibus antiquis, & primæuo iuri ingenuitatis, secundum quod omnes liberi nascebantur: nec erat tunc manumissio introducta, cùm seruitus esset ĩcognita. Trado insuper & do eis & cuilibet eorum specialiter tales & tales possessiones, & res: & generaliter omne eis seruitutis peculium relaxo, à rationibus domini separatam, ita quòd non teneãtur rationem reddere de his, quę in seruitute gesserunt, etiam si illa sint connexa his, quæ gerunt in libertate: dans etiam & tribuens ipsis manumissis & cuilibet eorum ipsorumque liberis puram & meram libertatem & generalem administrationem rerum eorum: ita quòd sine aliquo obstaculo seruitutis & mei meorumque successorum, & cuiuslibet alterius contradictione & requisitione possint emere, vendere, donare, cõtrahere, transigere & pacisci: in iudicio stare, testamentum, & omnia, & singula facere, ac liberaliter exercere, quæ quilibet ingenuus Romanus ciuis & homo liber paterfamiliâs & sui iuris facere potest, ac si ab ingenuis parentibus nati essent: promittens firmiter pro me meisque hæredibus & successoribus dictis Titio, & A. & B. pro se & eorum hæredibus & filiis & omnibus ex eis descedentibus, stipulantibus, & recipientibus prædictam manumissionem & absolutionem, & omnia & singula s. scripta perpetuò firma & rata habere, tenere, obseruare & adimplere, & non cõtrà facere, vel venire per me, vel per alium aliqua causa, vel ingenio, de iure, vel de facto sub pœna centum librarum Tur. per solennem stipulationem: & in singulis capitulis huius contractus insolidum stipulata & promissa: qua soluta, vel non, omnia prædicta & singula firma perdurent, reficere etiam & restituere eis omnia & singula damna & expensas ac interesse in lite & extra: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruãdis
9 obligauit eis omnia bona sua pręsentia & futura. ¶ † Quòd si fortè manumissor pro manumissione pretium recepit, tunc sc. post illud verbum Parentibus nati essent, &c. iunge, pro pretio centũ librarum Turoñ. quod prætium confiteor & confessus sum me à Titio dantę & soluente pro te & vice & nominæ dictorum filiorum tuorum habuisse & recepisse exceptioni non dati & non soluti mihi pretij omnino pro eis renuncians absolutè, & tunc præmissa præfatio non congruit instrumento: actum &c. vt s. in precedenti: vel ipse tabellio in instrumento loquatur verbis primæ perso

ADDITIONES.

a Et instrumenta. ¶ sup. emancipationum.
b Do. ¶ Ab hinc fuit Rolan. parte 7. 4. & 5. cap.

mæ personæ in tertiam decenter mutatis. Præmissa forma probatur xij.q.2.cùm redemptor.in auth.Col.6.quib.mo.na.effi.leg.§.liceat ergo.& l.dist.ius gentiũ.4.dist.c.1.2.3.& 4.C.de bo.lib.l.fi.C.de in ius vo.l.2.ff.de condi.inde.si non sortem.§.libertus. Inst.qui.ex cau.ma.nõ pos.vt C.de ope.li.l.j.3.& 4. & per totum,ff.e.fabriles.ff.de manumis.is qui suis.¶Vel sic breuiter.

FORMA. Ego A.purè, liberè & absolutè libero & absoluo atq; manumitto te P.seruũ meũ,vt abinde sis liber,ciuis Roman⁹,nulli meæ potestati suppositus,licentiam habeas testãdi,contrahendi,iudicio sistẽdi, & omnia faciendi, q̃ liber homo facere põt:quæ oĩa,&c.vt in pr̃ç.concor.&Inst.de libertinis,§.multis.Et bene est si in hoc ɔ̃ctu adsint quinq; testes,& si fiat corã iudice, C.de Lat.lib.toll.l.j.§.scimus.valet tñ sine hac solennitate: & facit in auth.Col.6.vt liber de cætero,in princ. Pœnalis aũt ꝓmissio,secundũ do.Martinum de Fano,hîc parũ videtur esse vtilis:imò dicit non esse necessariam.Si verò manumissus ingratus efficitur, concipi-

10 tur libellus contra eum,vt j̃.de natis ex libero vent.¶†Porrò si quis velit hominem suum liberare,sic instrumentum concipiet: FOR.Ego A.purè,liberè & absolutè affranco, libero & absoluo te P.& tuos liberos,seu liberos præsentes& futuros in perpetuũ ab omni iugo manensiç,colonariæ,censitę,adscriptitiæ,& cuiuslibet alterius conditionis: & ab omni seruitiorũ,vsuum,vel abusuum, angariarũ, & perangariarũ præstatione, & ab oĩ personaliũ munerũ,vel datio ũ præstatione, vt deinceps tu & tui liberi sitis liberi & absoluti,cũ omnibus bonis vestris præsentibus& futuris,habẽtes licentiam stãdi,eundi,contrahẽdi, iudicio sistẽdi,& alienandi, & omnia faciendi, quæ aliquis liber homo nulli obligationi,vel conditioni suppositus,facere põt:quod ideo feci, quia tantũ de bonis tuis mihi dedisti, vnde renuncio exceptioni nõ datæ rei & exceptioni doli,& exceptioni, quę competit vltra dimidiam,vel minus dimidia,re ipsa,vel dolo deceptis:promittẽs dolũ malum abesse absfuturumq; esse. Quę omnia suprà scripta ꝓmitto attendere,&c.ff.& C.de pact.per totũ, ff.de transac.l. fi.C.de manumis.per totum. Item licet superiùs dicatur,cùm omnib⁹ bonis vestris,&c.idem esset,si non diceretur,arg.C.de pecu.eius

a qui ad lib.pro.l.j.[a]

ADDITIO.

a L.j.¶Inducit hanc l.in arg.ꝙ sic ꝓcedit,vt ꝓximè dixi:in seruo inter viuos,manumisso cõcessum intelligit̃ peculiũ,si ñ admittitur fortiùs ergo hîc in ascriptitio:vt aũt dicit lex illa,secus est ĩ manumisso in testamento,cui intelligit̃ ɔcessum peculiũ,nisi expressè dicat̃,vt ibi:diuersitatis rõ ibi no.in vlt.gl. Est sciẽdũ,ꝙ Roffre.bñ circa hanc materiã duas q̃stiones posuit in suo opere qõnũ: quarũ prima xlvj.in ordine fuit talis,si habẽs ascriptitios manẽtes,vł habens colonos in charta finis & liberationis apposuit,ꝙ eis liceret,q̃ñcũq; vellẽt,exire de fundo, nec eis noceret antiqua p̃scriptio,quæ à dño, vel eius hærede possit opponi, postq̃ ipsi rustici in possessiõe dñi mãserunt annis xl.nunc volunt exire:dñs,vł hæres ɔ̃dicit:q̃rebat,an exire possint?& qa in voluminibus habetur, non insto. Tenet aũt,ꝙ possunt:qa absolutio ꝑ pactum& instr̃m pacti reuocari non potuit,C.de act.& ob.l.sicut. & qa cùm facta remissione à dño facti sint liberi,ãplius p̃scribi non possunt,ff.de vsucap.l.vsucapionẽ. Item qa p̃scriptio non potuit currere,cùm non possent possideri,ff.de acq.pos.cùm hæredes.ff.de vsucap.sine possessione. Itẽ p̃scriptio currit actioni:& vbi actio non cõpetit,non currit,C.de an.exc.l.j.ĩ fi.vt hîc actio non fuit nata,nisi cũ recedere voluerunt. lex eñi sine p̃scriptione temporis dat i⁹ agẽdi q̃nq; ex tali pacto,C.de pactis inter empto.& vend.si fundum. sic in hæredibus volentib⁹ à cõione discedere,ff.fa.ercis.l.j. sic in societate.ff.ꝓ socio,tãdiu.vbi de hoc.Si ergo loc⁹ esset p̃scriptioni nunc inciperet.sed nõ est locus.vt p̃dixi:qa ꝑ instr̃m p̃dictum, si qua ibi erat nebula seruitutis,sublata fuit,Inst.de liber.in prin.ĩducit ẽt C.de præsc.q̃ pro lib.ob.l.vlt. Secunda quæstio Io.in ordine l.fuit de illo,q vnum ex filiis adscriptitiis,ɔ̃stitutum tñ ĩ patris potestate,liberauit ab oĩ cõditione adscriptitia:&ei donauit,quę pater ab eo tenebat: quærebat, an liberatio tenuerit?& an bona illius ascriptitij sint libera,quãtum ad dñm, viuente patre adscriptitio,vel post mortẽ:soluit,primum nõ dubiũ,qa certũ est libertatem tenere.nã cùm dñs inter viuos & in testamento possit manumittere seruum,Inst.de libertinis,in fi.& tit.seq.in prin.fortiùs ergo colonũ,vel adscriptitiũ:facit qđ j̃.subdã. Nec obstat factũ ñ valere inter dñm & seruũ:quia adscriptitius liber est.circa hoc vide qđ no.s̃.de instru.edi.§.cõpẽdiosè.in prin.& de teste,§.i.versi.quid de adscriptitiis.& qđ ibi dixi. Et si diceres, eum seruum,satis est,ꝙ semel præstita est libertas:quę cũ semel approbata,nõ reuocatur,Inst.qui manu.pos.vel non, d §.semel. Ad fin.dicit, sibi videri bona illa liberata esse.ex quo dominus voluit.nil.n.tã debetur hominibus,quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri,Inst.de re.di.§.per traditionem. ADDE,an nepotes ex filiis adscriptitiis sint adscriptitij?& an vendito fundo & ipsi venditi intelligantur?Rom.cons.355.

a ¶De obligatis ad ratiocinia præstanda ordinandis,vel non[a]. Rubrica.

SVMMARIVM:

1 *Libellus contra obligatos ad ratiocinia præstanda qualiter sit concipiendus.*



1 Potest hîc sic libellus concipi: LIBEL.†Coram,&c.conqueror de P. qui cùm mihi obligatus esset ad ratiocinia reddenda ratione curiæ, vel procurationis,vel administrationis,quam dolosè administrauit,sibiq; super hoc litem mouissem,ipse vt ratiocinia euitaret,meq; per consequẽs deciperet,se fecit ad sacros ordines promoueri:quare peto eum in pristinam conditionem redigi,& ad reddenda mihi ratiocinia coarctari,&ad hoc eum sentẽtialiter condemnari,extrà eo.c.vno,ij.dist.præterea.C.de epis.& cler.officiales.&auth.sed neq;.& l.si quis curialis.extrà ne cle.vel mo.c.ij. Verùm sæpe tutores,& negotiorum gestores, & mandatarij,& alij obligantur ad ratiocinia:de quibus vide j̃.in tit.de iud.§.generalia.& §.specialia. Instrumentum redditæ administrationis vide s̃.de edit.instru.§.dicto.ver.porrò.

ADDITIO.

a LIBELLVM, quẽ ponit hîc autor ñ bñ capio: qa nõ apparet ex eo corã quo iudice porrigat̃:si dicas corã seculari,ex quo iã ibi litẽ mouerat,quare dat nouũ libellũ?qd habẽt,nisi cõtinuare cãm suã?&si ille ɔpareat ꝑ se,vel aliũ,allegãs se clericũ,ipse replicabit de p̃uẽtione,de foro cõp.c. pe.cũ cõcor.& obtinebit ĩ illa, vt no.e.tit.c.vño,in gl.3.ante fi.& ibi plenè scripsi.Si dicis corã ecclesiastico, ad quid petit eũ in priorẽ cõditionẽ redigi? q̃ verba sumpta sunt ex legibus hîc alleg.Hoc dico submittẽdo verba sequentia:qa si staret in his terminis,peto eũ in pristinã ɔditionẽ redigi, & ꝑ vos cogi,vbi eũ ɔuenerã:tñde,& ɔtẽtaret hæc forma,vt sua iurisdictione,cũ ecclesiasticos cogerent ad id facit de for.cõp.ex transmissa.ibi,iubeas terminari.vel illa parte remota,procederet quod sequitur,scilicet peto eum ad reddendam rationem,&c.

a ¶De corpore vitiatis[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter contra corpore vitiatos,vel pro,sit concipiendus.*



b 1 IN hac materia[b] poteris †sic libellum concipere. LIB.Coram,&c.propono contra P.quòd licet ipse sine iusta causa se castrauerit,vel digitum,vel manum, vel palmam, vel oculũ in duello perdiderit,ex quo magna deformitas apparet, vel impotens ad frangendum hostiã redditur, nec sine scandalo posset sacramenta ecclesiastica ministrare,se tamen fecit in abbatem, vel episcopum, vel presbyterũ ordinari:quare per vos peto,eidem, ne in susceptis ministret ordinibus sentẽtialiter interdici,vel ab abbatis officio amoueri,ext.eo.c.j.2.& 3.& lv.dis.qui partem.& c.si quis à medicis.& c.si euãgelica.extr.de cler.ægro.vel debil.c.ij.de cle.pug.in duello,c.j.

ADDITIONES.

a QVAERITVR,an iste libellus procederet coram archiepiscopo solo,in quantum de episcopo loquitur:& secundum literã,quæ habet ab altaris officio:ad materiam facit,quod scripsi de of.ord. vt litigantes.libro sexto,in prin. magnæ gl. & de præben. graue. post Inno.in magna gl.quòd non procedit:facit de excessi.præla. ex literis.in fi.

b In hac materia.¶Sic potest concipi libellus.

a ¶De bigamis[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Casus libelli recipit auctor de gl.2.dec.2.e.tit.& addendum est libello de copula,vel ɔsummatione matrimonij:quia contractu ñ sufficit,e.ti.debitum. Itẽ circa id,qđ dicit de eo,q scienter cognouit vxorẽ adulterã:vide,qđ dixi sup gl.præd. ADDE de eo,q cognouit vxorem adulteram,an possit Papa de eo dispensare,vt ad sacros ordines promoueatur,vide Pet.de Anch.cons.123.

ADDITIO. Adde tu,& vide Io.de Turre cremata in c.lector si viduam,dist.34.vbi plenissimè examinat,an Papa possit dispensare cum omni bigamo vero & interpretatiuo,vt ꝓmoueatur ad omnes ordines,non solùm minores, sed etiã quoscunque maiores, & beneficia & dignitates:& ibi,quid de episcopo. Et adde, an cõtrahens matrimonium cum illa,quam deflorauit,& alius non cognouit,censeatur esse bigamus,vide præposi. Mediolanens. post Pet.de Anch.in ca.tanta.col.v.vers.quæro tertiò.qui fil.sint leg. Hen.Fer.

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra bigamum promotum qualiter concipiatur.*

1 COntra bigamum promotum †ſic libellus concipitur: LIB.Coram,&c.propono cõtra P.quòd cùm ipſe non tam bigamiæ incurrerit contrahendo cum vidua,vel corrupta,ſeu cum duabus virginibus,ſiue diuerſis tẽporibus, ſiue eodem tẽpore, vel ſcienter vxorem adulteram cognoſcendo,ſe fecit de facto ad ſacros ordines promoueri,tonſuram nihilominus deferens & habitũ clericalem.Cùm igitur contra apoſtolum non ſit in talibus diſpenſandum , nec poſſit talis priuilegio clericali gaudere,peto ipſum ab huiuſmodi ordinibus remoueri,& ne deinceps tonſuram, vel habitum clericalẽ ferat, per excommunicationis ſententiam cohiberi,extr.eo.c.1.2.3.& 4.& in Decre.Greg.X.eo.tit.altercationis.lib.6.& de cler.coniu. Ioannes.33,diſt,maritum.34.diſt.ſi cuius.& c.ſi laici.

a ¶De clericis peregrinis[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter contra clericos peregrinos concipi dicatur.*
2 *Presbyter ad alienam diœceſim ſe transferẽs,literas ſui epiſcopi ſecum portare debet.*
3 *Literæ dimiſſoriæ quæ dicantur.*
4 *Forma literarum,per quas alicui conceditur , quod poſſit,à quo voluerit,ordinari.& nu.ſeq.*
6 *Literæ an de quolibet ordine ſuſcepto ſint neceſſariò exhibendæ.*
7 *Exempti an poſſint clericos alterius diœceſis ſine literis commendatitiis recipere.*
8 *Epiſcopus Italiæ an poſſit ſine licentia domini Papæ clericum Vltramontanum ordinare.*

SIc concipe libellum.
1 †LIB.Coram,&c.propono contra talem,qui cùm ſit homo barbaræ & ignotæ nationis,& perſona ignota, ſe presbyterum aſſerens, præſumit publicè diuina officia celebrare:cùm tamẽ de ordinatione ſua legitima & ſufficientia nõ exhibeat documentum: quare peto ipſum à celebratione [illegible] prohiberi:& ne de cætero talia attentare præſumat,ſibi ſententialiter inhiberi,extr,eo.c.1.2.& 3.99.diſt. Aphros.& c. tranſmarinos.& per totũ C. de epiſ.& cle. ſi qua per calumniam. 71.diſ.primates.¶Si autem talis inſtitutus eſſet in aliqua eccleſia per archidiaconum,vel alium, ſic concipe libellum.
LIB. Coram vobis venerabili patre epiſcopo tali propono contra P.qui cùm ſit alienæ diœceſis,ſe fecit per talem archidiaconũ in tali eccleſia veſtræ diœceſis abſq; veſtra licentia inſtitui cõtra canonica inſtituta:quare peto ipſum p vos inde amoueri,& amouendũ fore decerni,ext.eo.c.vlt.63.diſt.literas.in auth.de ſanctiſ.
2 epiſc.§.nullum.vii.q.j. non oportet. ¶†Presbyter igitur ad alienam diœceſim ſe transferens, literam ſui epiſcopi ſecum habeat continentiæ talis:
FOR.Talis epiſcop⁹ talis diœceſis presbytero ſalutẽ in dño ſempiternam.Cùm tibi à nobis, vel tali prædeceſſore noſtro in preſ-
b byterũ ordinato ſufficientia,ſicut aſſeris,non habeas ſtipendia[b], & ad aliã deſideras diœceſim te cõferre, leuiùs tibi reputans inter extraneos pauperẽ vitam ducere,quàm inter notos cum opprobrio mẽdicare,paupertati tuæ ac rubori compatientes id tibi duximus indulgendũ,vt cum præſentiũ teſtimonio literarum ab hinc vſque ad biennium ad aliam poſſis trãſire diœceſim, & tuũ ibi exercere officiũ, ac curam etiam recipere animarum de illius licentia tum epiſcopi,& ad cuius epiſcopatum te duxeris transferendum. In cuius rei teſtimonium præſentem paginam, &c.hoc probatur in præ. concor. & talis litera vocatur Commendatitia, ſiue Pacifica:qui teſtificatur prelatus de illius ordinibus,vt poſſit pacificè ſuo officio vti:& quandoq; de vita & moribus,vt 68.diſ. c.eccleſiis.§.inter epiſcopos.lxx.diſt.c.j.& vlt.& extr.e.tuæ.& c.j.
3 §.j.¶†Dimiſſoriæ verò ſunt,per quas quis dimittitur à iuriſdictione ſui prælati,vt lxxij.diſ.c.j.& ij.& 73.diſt.ſanctiſſimo.palea eſt: & iſtæ literæ olim Formatæ dicebantur, quia cum magna ſolennitate literarum Græcarum & latinarum fiebant, vt in præ.concor.& ſeq.& in præ.§.inter epiſcopos. Verùntamen iura his vocabulis indifferenter vtuntur,vt in eo.ca.& ea.diſt.in nomine. & §. qualiter verò. Quis verò huiuſmodi literas concedere poſſit,no.
c ſecundum Inn. 111.extrà de cler.pereg.ſuper rubrica[c] ¶Qualiter autem formentur literæ commendatitiæ,ſeu dimiſſoriæ,habetur 73.diſt.per totum.Sed illæ hodie non ſunt in vſu,vnde ſuf-
4 ficit forma præcedens.¶†Formam verò illam, quæ conceditur alicui,ꝙ poſſit,à quo voluerit,ordinari,qa frequẽtat̃,imponam⁹: FORMA.Probitatis tuæ meritorũ plenã habentes notitiam,tibi promoueri ad talem ordinem cupienti,vt illum,à quo malueris epiſcopo catholico duntaxat, & ab vnitate eccleſiæ nõ præciſo, licitè recipere valeas,liberam auctoritate præſentium tribuimus facultatem:cùm hoc in præſentia per nos propter talem cauſam
5 facere nõ valeamus. In cuius rei,&c.lxj.diſt.c.1.2.3.& 4. ¶† Vel dic,melius eſſe, quòd epiſcopus ſub præſcripta forma ſcribat alicui prælato, vel etiam vniuerſis epiſcopis& archiepiſcopis,vt per hoc eis videatur dediſſe licentiam ſuum clericum ordinandi: vel etiam roget illum, ſeu illos : vel ſaltem det eis per eaſdem literas licentiam ordinandi eundem.licet enim clerico concedat licentiam,à quo voluerit recipiendi,non ob id fortè concedit alij epiſcopo licentiam illum ordinandi: quia potiùs eſt epiſcopus alienus,quo ad hoc,interdictus,quàm ipſe clericus,vt in præ.cõcor.
d ſicut aliàs dicimus in exemptis [d] habentibus priuilegium , quòd poſſint,à quo maluerint epiſcopo, ordines recipere. licet em̃ ad locum ipſum aliquis epiſcopus acceſſit,non tamẽ ibi poterit abſque diœceſani epiſcopi licentia ordines celebrare:quia ſi ex duabus ſeruitutib⁹ vna remittatur,altera remanet,vt extrà de vſu pallij,ex tuarum.& ff.de ſer.vrb.præ.ſi domus tua.extrà de priuil.paſtoralis.Si tamen taliter priuilegiati venirent ad aliam diœceſim, dici poteſt,quòd diœceſanus illius diœceſis eos ibi poterit ordinare,vt ſic priuilegium eis aliquid afferat in hoc caſu. ¶ Vel dic, quòd ex quo datur mihi licentia recipiendi ordinem , à quo voluerim,per conſequens videtur eſſe data licentia me ordinandi illi,quem elegerim:arg. extrà de priuil.in his.& de conceſ.præben. quia cunctis. §.ex parte.& extrà de tẽporibus ord.in conſt.Greg.
6 X.eos,qui.vbi dicam de hoc,lib.vj. ¶†Illud autem ſcias,quòd ñ eſt neceſſe exhiberi literas de quolibet ordĩe ſuſcepto:quod dic,
e ſecundum Papam,vt not.extr.de cle.peregri.ca.j.[e] Vtrùm,ſi quis bene diu miniſtrauit in aliquo ordine,præſumatur ritè illum ordinem habuiſſe,no.plenè,ſecundum Papam,extrà de eo,qui fur.
f or.rec.c.ſi.[f] ¶†Item an exempti poſſint clericos alterius diœce-
7 ſis recipere ſine commendatitiis literis,& an epiſcopi poſſint diſpenſare,vt aliqui ſine huiuſmodi literis admittantur,not.ſecun
g dum Papam,extrà de cler.pereg.c.ſi.[g] ¶†Non eſt etiam præter-
8 mittendum,quòd nullus epiſcopus Italię ordinare poteſt aliquẽ clericum Vltramontanum ſine ſpeciali licentia domini Papæ, vel illius epiſcopi,de cuius diœceſi ipſe ordinandus oriundus eſt,vel in qua beneficium habet,conceſſa per literas patentes,continentes cauſam rationabilem, quare ipſum nolit,aut nequeat ordinare, cùm alioquin ordinatus ſit abſque omni ſpe diſpenſationis à ſede apoſtolica obtinendæ,nec pœnitẽtiarij domini Papæ ſuper hoc diſpenſare poſſunt ſine eius licentia ſpeciali:ordinatores etiam puniri iubentur,vt in conſtit.Clementis Papæ 1111.eo.ti.ſæpe.li.6. Hodie verò generaliter epiſcopus ordinans clericos alterius parochiæ,ſuſpenſus eſt per annum à collatione ordinum,vt in conſti.Greg.X.de temp.ord.eos.lib.vj.

ADDITIONES.

a SCIAS,quòd contra ſecundum libellum,vel ipſius materiã multum hodie valuit cõſuetudo,qua videmus ſic liberè peregrinos, ſicut indigenas in eccleſia inſtitui,etiam per collaterales minoris epiſcopi,vt dixi poſt Hoſt dẽ renun.admonet.ſuper gl.ij.in ſecunda ſuppletione. in fi.
b Stipendia.¶Non fuit hîc auctor bonus rhetoricus:dic,ſufficientia,ſicut aſſeris,ſtipendia, deſint ad victum, & ad aliam diœceſim deſideres.&c.
c Super rubri.¶aliàs ſuper ca.j.& ibi etiam poſuit,& incipit,tractauit hîc Inn.
d Exemptis.¶vel non exemptis,de temp.ord. cùm nullus.§.j.li.vj.
e C.j.¶vbi ſcripſi ad fi.
f C.ſi.¶vbi ſcripſi poſt eum.& Hoſt.in gl.2.
g C.fin.¶vbi ſcripſi in gl.pen.& ſuper gl.ij.

a ¶De officio archidiaconi[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a VT NO.in decr.q̃ abbas.de off dele.in 3.gl.ſunt eccleſiæ.quæ habent plures archidiaconos,& ibi ſcripſi poſt Hoſt.non tamen habet niſi vnus nomen eccleſiæ: alii habent ſingularia nomina: & talis eſt is,de quo formatur primus & ſecundus libellus, & vide,quod no.7.q.prima,in apibus.in vlt.gl.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter ſit ſuper iuribus archidiaconorum concipiendus.*
2 *Archidiaconi iura quæ ſint.*
3 *Agere volens contra archidiaconi iura,non petitorio, ſed poſſeſſorio, qualiter libellum concipere debeat.*
4 *Epiſcopus agere volens contra archidiaconum,qualiter libellum concipiet.*

Archid


Rchidiaconorũ iura secũdum varias diuersorum locorum consuetudines in diuersis consistunt:ergo in consuetudine iudicantur,extrà de offi.archi.cùm satis.& c.vlt.Sic ergo super eis libellus concipitur.

a LIBEL.[a] † Corã, &c.propono ego P.archidiaconus Corbariæ in ecclesia Narboñ.ɔ̃ P.rectorem ecclesiæ de Seiano, ꝙ cùm ecclesia ipsa sita sit intra fines dicti archidiaconat⁹.dict⁹ rector mihi obedire ac respondere recusat ĩ his,q̃ ad ius archidiaconale de ɔ-

2 suetudine præscripta spectare noscuntur,†videlicet visitatione, correctione,ꝓcuratione,ratione visitationis debita,synodotico interdicto,inquisitione,suspensiõe,excommunicatione,absolutione:& vt citatus coram archidiacono compareat,& coram eo de se querelantibus respondeat,&eius honesta mandata suscipiat,& obseruet:quare peto nomine dicti archidiaconatus,vt præfatus rector in prædictis omnibus & singulis mihis respõdeat: & ad hoc peto eum ꝑ vestrum officium compelli,&compellendũ fore sententialiter declarari,ext.eo.ca.vlt.extrà de elect.dudum. 2.2 5.distinct.perlectis. Multa tamen de prædictis non pertinent ad dictum archidiaco.Corbariæ,sed exempli gratia posita sunt.

3 †¶Si verò non vult agere petitorio,sed possessorio,sic concipitur libellus.

LIBEL Coram,&c.vt s̃.vsque ibi,de Seiano.iunge, ꝙ cùm sim ĩ possessione,vel quasi iurium archidiaconalium,videlicet dictum rectorem,seu eius ecclesiam visitandi,corrigẽdi,procurationem rõne visitationis recipiendi,interdicendi,suspendendi,excõicandi,absoluendi,citandi,de ipso conquerentibus iustitiam faciendi mandata mea honesta suscipiendi & seruandi: nunc ipse in talib⁹ mihi obedire recuset,me possessione,vel quasi,dictorum iurium indebitè spoliando:quare peto me ĩ dictam possessionẽ,vel quasi,dictorum iurium per vos reduci, & reducendum fore sententialiter declarari,extrà de ele.querelã.& d̃ exces.præ.ad hoc quo

4 niam.¶†Si autem episcopus vult contra archid.agere,sic concipiet libellum.

LIB.Coram,&c.conqueror de P.qui se asserit archid.talis ecclesiæ:ipse nanque contendit sibi ius esse ratione dicti archidiaconatus visitãdi,in ipso archidiaconatu,tam ecclesias,quàm collegia, & prælatos,& rectores regulares, & seculares,& inquirendi contra eos,reformandi quoque,corrigendi, puniendi,instituendi,vt etiam rectores in ecclesiis,& eos destituendi,causas matrimoniales audiendi,& similia:& in prædictis se ius habere contendit in animæ suæ periculum,& mei præiudicium & grauamen,quamuis nullum ius sibi sit talia faciendi: quare peto sibi per vos inhiberi, & ad hoc ipsum sententialiter condemnari,ne deinceps talia per se,vel alium facere præsumat, & sibi super his perpetuum silentium imponi:peto etiam damna,expensas & ĩteresse,&c.extrà e. c.fi.extrà de exces.prælat.accedentibus.de præb.referente.

ADDITIO.

a Libellus.¶secundum Rof.in libellis iuris canonici parte 2.ad fi.

ADDITIO NOVA.

☞ Nota quòd non omnis archidiaconus habet curam animarum. Inn.in c.cum in cunctis.de ele.

a ¶De officio archipresbyteri[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra archipresbyterum qualiter sit concipiendus.*


Ontra archipresbyterum in officio suo remissum sic concipitur libellus.

1 †LIB.Coram,&c. propono ego A.archidiaconus talis ecclesiæ contra P.archipresbyterum eiusdem ecclesiæ,quòd ipse mihi obedire recusat, nec collectã dicere vult, vel fontes benedicere,vel curam sacerdotum habere:quodq́ue ĩchoare in diuinis,vel benedictionem in ecclesia dare, vel pœnitentias eis,qui de diœcesi veniunt,iniungere cõtemnit:quare peto per vos ipsum ad prædicta omnia & singula seruanda & exercẽda compelli,ext.de of.archipresb.per totum.Eodem modo e-

b tiam libellus cõcipitur[b]in sequentibus titulis verbis competenter mutatis,& eis,quæ ad eorum spectant officia,in eisdẽ insertis.

ADDITIONES.

a Nigrũ de duplici archipsbytero loq̃t.libellũ ponit solũ de ciuitate,in cui⁹ fine alleg.ad id totũ titulũ:allegare debebat.c.j.2 &3.vt honestior fiat correctio.Adde ibi quasi ꝑ totũ, & vbi seq̃tur,eodẽ mõ ɔcipe,vel supple,in arhipresbytero rurali:& in titulis,&c. ponit aũt auctor d̃ tali plebano vnum libellũ ĩ.ti.3.vers.porrò.

b Libel.conci.¶sup.in archipresbytero rurali.

a ¶De officio vicarij[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Totum nigrum,excepta dec.penul.loquitur de vicario ĩ diuinis, & de illo format auctor libellum:penul.decret.loquitur de vicario iurisdictionali.Ad hanc adaptatur quæstio,quam vide sup regula,priuilegium.libro vj.post prin.de qua s̃.de inst.edit. §.nunc autem.ver.quid si papa.Duas etiam quæstiones ad materiam,scilicet an vicarius plebani cum plena potestate possit ɔtra priuilegium ecclesiæ numerum augere? & de vicario, qui per xl.annos soluit alteri ecclesiæ censum,scripsi eodem ti.c.3.in gl.2.libro vj. Est sciendum in multis partibus vicarios episcoporum iurisdictionales officiales vocari: & reprehendũt illi nos Italicos qui illos vocamus vicarios:sed cesset rephẽsio per tres dec.libr.vj.sub hoc titu.collatas,quæ de officialibus loquũtur.Vltima tamen dec.ibi exprimit vtrãque.Dimittam⁹ igitur vocabula diuersitatib⁹ locorum,& primò colligamus iura,quæ de officialibus loquuntur:& sunt tria s̃.eodem ti.de officio deleg.insinuante.de appel.dilecti. 3.de institut.ex frequentibus.de cog.spir.c.fi.de no.oper.nun.significantib.de consuet.c.2.libr.vj.& e.lib.de tem.ord.cùm nullus. §.j.de offi.deleg.si contra.de offi.ordin.c.j.de iudi.c.vlt.2.respon. de appellat.Romana.j.respon.de vicario habetur eodem tit.c.pe. quæ loquuntur de vicario Papæ in Vrbe:de quo satis ibi scripsi ĩ gl.de offi.generali,in præ.dec.cùm nullùs.§.2.de præb.statutum. De vicario simpliciter,decret.vt officium.ad fi.& c.sequen.& ca. fi.Dubitari videtur,si eps officiali suo ɔcedit potestatem inquirẽdi & puniendi & corrigẽdi subditorũ excessus,qualis sit ipsius iurisdictio circa ista,an sit ordinaria,an delegata:& per hoc scietur, ad quem ab eis sit appellãdum,si grauauit in his:& an illorum iurisdictio possit ad similia ꝓrogari? de quo vide,quod scripsi s̃.de comp.iu.adit.§.j.super vers.nunquid in iudicem.Et vt quæstio sit dubia,ponitur non fuisse verbum delegationis expressum in ista concessione.& videtur aliquibus per dec.hi qui.de preben.lib.6. 2.respon.ꝙ sit delegata:& facit,quod ibi no.in vlt.gl.dantes pro regula,ꝙ in omni eo,quod legat⁹, vel officialis p̃t vltra officium legationis,vel officialatus ex commissione Papę,vel episcopi,ex quo cedit naturam officij,in illo cẽsebitur delegatus.Multùm est præiudiciale hoc dictum iurisdictioni metropoliticæ:de quo vid s̃.de appellat.§.nunc tractemus.ver.sed secundum præmissa.cum sua remissione:& communis obseruantia habet contrarium.Ti attentari posset, ꝙ quando [illegible] vnica [illegible] vicarius,vel officialis cum adiunctione p̃dicta,tũc tota iurisdictio sit ordinaria.Si verò diuisim committatur,tunc pars,de qua quæritur,sit delegata:bene facit dec.vnica,de ɔse.eccle.vel alt.libr.vj. eodem tit.de sen. excommun.si ciuitas.in fi.facit etiam dec.translato.de ɔstitut.ibi,quia simul ab eodem,& sub eadem sponsione, &c.facit materia ɔnexorum:& quia magis dignum, &c.de ɔsecr. eccles. vel altar. quod in dubiis. & quòd vniformis debet esse vnius auctoritatis intellectus,de ɔsecr.distinctio.4.c. fi.in versi.vt ergo.de baptism.maiores.vers.similiter. Posset etiam in secundo membro superiori subdistingui,an non fueri,vel fuerit expressa in illa cõmissione officialatus, vel vicariatus.Primo casu indistinctè fit iurisdictio illius partis delegata.Secundo casu,siue fiat in salutatione,putà tali officiali,vel vicario nostro: siue in progressu, dicẽdo,tibi officiali nostro committimus, ꝙ possis,&c.siue dicat potestatem tibi aliàs per nos ɔmissam extendimus,prorogamus, ampliamus: semper erit ordinaria prorogata. non.n.occurrit rõ, quare per non subditos possit eius iurisdictio prorogari: de quo satis de offi.deleg.P.& G.in vltim.gl.& super illa: & per committentem,qui eum facit iudicem,non possit,cùm tamen potestatẽ habeat minuendi iam datam,& totam etiam reuocandi,vt scripsi eodem tit.c.pen.in 3.gl.& in gl.p̃t ergo. quam potestatem p̃dicti prorogantes non habent.Concedatur ergo sibi,ꝙ possit in eadẽ specie illam ampliare,vt sic ɔtrariorum sit eadem permissio,ff.de reg.iuris.eius est nolle.3.est in titu.ad idẽ ff.de re iud.l.3.extrà.de maio.& obedien.c.pen.vbi de hoc,in principio.Item certum est illa,de quibus quæritur,nõ transire in officialem ex voluntate ɔmittentis præsumpta:quia non expressit illa,e.tit.c.fi.libr.vj.Non ergo procedit iudex aliqua inhabilitate ɔmittentis, vel recipientis. Sublata igitur illa præsumptione ꝑ expressionem, satis patet, quòd eodem iure exercet singula.Item videmus,quòd certos actus officiales exercent in absentia ep̃i,quos non exercent in ei⁹ præsentia,de hær. c.fi.ad fi.vbi vide ɔcor.li.vj.Si illos committat episcopus etiam in sua p̃sentia faciendos,eritne iurisdictio delegata,quam ante commissionẽ poterant exercere illo absente?& loquor de his,quæ cõmittere possent.quod dico propter decretalem primam,de officio ordinarij,in fi.& decretalem tertiam,de p̃ben.lib.vj.vbi no.gl.antepenultim.respondere ad decr.hi qui.& dico,quòd non poterat ibi dici prorogatio iurisdictiõis per ɔcessionem actus,qui iurisdictionalis non est.Beneficiorum collatio pertinere potest ad simplicem præbendarium.patet de prębẽdis, c.vlt.in fi.lib.vj.& quòd in illa decre. & materia non ponderetur delegatio:patet,dum dicit textus,legati,vel alterius. Constat enĩ

☞ de facto

SVMMARIVM.

a *Libellus qualiter contra vicariatus officium concipi debeat.*

c Emphyteuta.¶De clerico,quo ad fines prediorum,quæ habet in præbenda,vide extra.de proba.ex literis.in fi.& super j.glo.

d Rusticum.¶Reus autem j.ponit illud esse vrbanū:&vrbana non dicuntur confinia,sed vicina:&plerunque communibus partibus terminantur,vt in §.fi.statim allegat.Si tñ aliquod ædificium esset medium inter vtrumq; prædium rusticum,bene daretur hoc iudicium,ff.e.l.hæc actio.in princ.saltem vtile,ff.eo.l.ij. Vel dic, quòd

rem quòd illud est confine prædio tuo. Item quòd immediatè illi adhæret, ff. eo. sed & loci. §. fi. in fi. & l. quia magis. & l. sed si riuus. Item quòd fines eius protenduntur vsque ad talem locum. Item quòd occupasti fines illos. Item quòd volebam ponere, seu distinguere fines prædii mei. Item quòd sic protendebatur, sed me prohibuisti, ff. e. l. j. & l. sed & loci. §. sed & si quis. Item quòd terminos putà talem arborem, vel lapidem, remouisti, ff. de termi. mo. l. j. & xvj. q. iij. inter memoratos. ¶ Reus verò sic ponat.

POSITIO rei. Pono, quòd prædium, cuius nomine me impetis, est vrbanum. Item quòd est pleno iure meum: sed hoc est iuris.

a Item quòd inter illud & meum est via publica, vel flumen [a]. Item quòd fines mei protenduntur vsque ad talem locum, ita quòd includat locū, de quo ille vult agere. item quòd propria auctoritate occupasti fines, quos tuos dicis, C. e. si ꝯstiterit, xvi. q. 6. placuit.

b & quæst. iij. inter memoratos [b]. ¶ † De diuisione autem & limita

5 tione parochiarum, & possessionum, & quid iuris sit, si mensor falsò renunciauerit fines, vel quantitatem, vel quid si actor pendēte

c lite de finibus eos vsurpat, dicetur infrà de parochia [c]. ¶ † item hę

6 redes ex testamento: seu ab intestato volūt sępe hæreditatem diuidere, vel omnes, vel vnus solus: quia nemo cogitur esse in communione, ff. communi diuidun. l. finali: vnde quia esset absurdum, non posse diuidi, quod peti potest, vt ff. de peti. hæred. sed & si lege. §. penult. ideo ad hoc datur actio familiæ erciscundæ, quæ ciuilis est, ff. famil. erciscun. l. j. Sic ergo in ea libellus concipietur:

LIB. Coram, &c. ago contra P. cohæredem meum, vt hæreditatem T. quæ inter nos est cōmunis, diuidamus: cui T. ex testamento, vel ab intestato successimus: & ad hoc propono actionem familiæ erciscundæ, ff. e. l. j. inst. de off. iud. §. cùm familiæ ercisc. ¶ Actor ergo sic ponat,

Positio actoris. Pono, quòd talis decessit. item quòd sibi successi ex testamento, vel ab intestato, vel ex lege XII. tabularum, putà quia sum agnatus, vel suus, vel aliis modis, vt C. de leg. hære. & C. de suis & leg. hær. per totum, ff. de peti. hæred. l. j. & ij. institut. de leg. agnat. succes. & de suc. lib. §. postea. item quòd sum tuus cohęres. aliud enī esset, si negaret eum hæredem, ff. eo. l. j. item quòd dimidiam hęreditatis tuæ pro indiuiso possideo, ff. eod. l. j. Item quòd in ea sunt res mobiles & immobiles. item omnes res hæreditarias, vt hæredes possidemus: vt per hoc excludas omnem alium titulum, ff. e. hæres. §. qui pro emptore. item quòd nunc primò inten

d to hoc iudicium, ff. eo. si filia. §. famil. ercisc. [d] item quòd tanquam hæres feci, vel fecimus, vel fecisti talia, ff. eo. si alii. §. fi. item quòd tota hæreditas remanet indiuisa, ff. eod. si filia. §. si pact. item quòd

e iam [e] est annus, quòd testator mortuus est, vt excludatur præscri-

f ptio, vt C. de an. excep. l. j. [f] Item quòd omnes res hæreditariæ diuiduæ

ADDITIONES.

☞ aut vtrunque prędium est rusticum: & habet hoc locum, etiam si interueniat ædificium. Aut vnum rusticum, & aliud vrbanum: & tūc si interueniat rusticum, non habet locum. inducit Rof. quod not. Azo in Summa huius titu. Item si sine ædificio medio vnus habet rusticum, & alius vrbanum, non habet locum directum, sed vtile, ff. eod. l. ij. j. respon. & l. iiij. §. hoc iudicium. vel, secundū Rof. dic, vtrunque cessare in principio: l. ij. locum habet, cùm vtrūque erat rusticū, sed ædificiū mediū: inducit, vt suprà, Azo. in Summa.

a Flumen. ¶ Publicum. riuus enim priuatus non impedit hoc iudicium, ff. eodem ti. sed & si riuus. Sed quęritur, si volo distingui fines prædii mei, cui cohæret via publica, vel publicum flumen, circa quem agam? dicit Rof. pretorem, vel prędidem adeundū, vt faciat fines illos distingui: sicut aliàs fit in cā damni infecti, vbi ꝯ nullum datur mihi actio, secundum prædictos, adeò vt super eo debeant prouidere, vt ff. de damno infecto, si finita. §. si publicus locum. & l. fluminum. §. primo.

b Memoratos. ¶ Oppositiōes ad prædictos libellos vide, vbi suprà, ver. sed omnibus. vsque ad finem, vbi cum §. quędam. Instit. de actio. dicunt hanc actionem esse mistam. Ostendit cōtrarium, cùm sit in personam: quia non ex cōtractu, vel quasi: nec ex maleficio, vel quasi: quod, vt personalis sit, est necessarium, de actio. & oblig. l. j. & institut. de actio. in principio: in rem non, quia non vendicatur res ratione dominii. instat in verbis Azonis, qui propter hoc dixit actionem hanc non natiuam, sed datiuam: ipse tenet illam datiuam, & in hoc mistam: quia oritur ex quasi cōtractu, sicut & duę, de quibus sequitur, & hæreditatis petitio, instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. item. nec sibi ratio competit, quare petitio hæreditatis plus sit ex quasi cōtractu, quàm ista. item est in rem, quia oritur ex dominio, ff. finium regūdorum, l. prima. Cohæret enim hæc actio quæstioni proprietatis, sicut species generi, C. eodem, l. si quis dominium. & oritur ex obligatione, quæ sequitur ex contractu. Et secundum hoc opponit circa primum libellum, quòd cùm rei vendicatio non detur contra prohibentem, sed circa tenentem & possidentem, ff. de rei vendicatione, officium. C. de alienatio. iudic. mutand. cau. facta, l. vnica: ergo, &c. Fatetur tamen, quòd contra occupantem, vel asserentem bene datur, vt in secundo & tertio libello. Respondit autem, quòd licet actio sit in rem, vt suprà, de iure. intentatur contra prohibentem, sicut & confessoria. de hoc extrà de verborum significatione: abbate. in gloss. secunda. item contra tertium libellum opponitur, quòd potiùs agendum esset contra auellentem terminos lege agraria, ff. de termino moto, l. ij. & iij. in quibus exprimitur pœna id agentis. Dicit Roffred. ferè de omni crimine ciuiliter & criminaliter agi posse: & vtraque pœna eo casu posset imponi, per præalleg. l. iij. sed neutra contingeret agentem: quia criminalis imponitur ratione publicæ disciplinæ: ff. de Public. licitatio. §. quando illicitè. alia ciuilis pœna quinquaginta aureorum datur fisco. de hoc vide, quòd notatur in præalleg. l. iij. & sic in his multa vtilitas actionis: per actionem autem finium regundorum prouidetur agenti. Simile in vi publica legis iuliæ, per quam pœna criminalis imponitur, vt ibi per interdictum spoliato prouidetur.

c De parochia. ¶ Secunda pars: & sunt verba Rof. vsque ibi, quid si duo. & ibi ponit decem in hac actione necessaria, quæ ex positionibus colligas.

d §. famil. ercisc. ¶ Sequitur, quòd hoc iudicio amplius, quàm semel, agi non potest, nisi causa cognita. Et subdit, quòd si qua res indiuisa remansit, cogitur communi diuidundo. Quod dixit Causa cognita, intelligunt quidam beneficio ætatis, per l. fi. eo. ti. vide, quod vtrobique no. Dubitatur, si extra iudicium diuisa est hæreditas inter fratres, vel communio inter socios, & alter deceptus est vltra dimidiam iusti pretii, an per dictas actiōes famil. ercis. vel communi diui. possit agere, vt redimatur, ne decipiatur? Ioan. de Bla. super §. quædam actiones. tenet, quòd sic, & dat formam libelli talem: Coram, &c. dico ego Ioannes, quòd hæreditas talis ex testamento, vel ab intestato, ad me & R. pro æqualibus portionibus deuoluta est: & illam hæreditatem adiuimus, & extra iudicium diuisimus. Vnde cùm in dicta diuisione vltra dimidiam iustæ æstimationis deceptus sim: quia pars ad me pertinens pro indiuiso valebat xvj. & pars, quam ex diuisione consecutus sum, non valet nisi vii. vel peto, vt nouem, vel quæ mihi desunt, vt iustam æstimatiōem habeam meę partis, mihi reddat, quod si facere noluerit, supplico vt dictam hæreditatem inter me & ipsum per sententiam diuidentes vtrique nostrum dimidiam partem assignetis hæreditatis ipsius. Et eodem modo formabitur in communi diuidundo. Probatur autem iste libellus C. communia vtrisque iud. l. maioribus. Dictum est autem in libello Extra iudicium: quia si in iudicio actum fuisset, postea agi non posset, vt dixi. Obstaret autem exceptio rei iudicatæ, ff. fam. ercis. cùm putarem. Alternatiua verò libelli procedit: quia rei debet esse electio, arg. ff. si quid in fraudem. C. de rescin. vend. l. ij. extr. de emp. & vend. §. penul. facit ad hoc, quod not. ī. de empt. & vend. §. nunc dicendum. ij. versi. sed nunquid prædia. & versic. seq. Dubitatur etiam de datione in solutum, in qua deceptus est quis vltra dimidiam, an petere posset dationem rescindi, vel iustum pretium suppleri? Et videtur, quòd sic, cùm talis datio in solutum vim vēditionis habeat, vt dicit l. j. C. de euict. si prædium. in fin. facit eod. tit. si ob causam. & ff. de euict. l. antepenul. §. sed iussu. ff. famil. ercis. l. qui erat. & de distrac. pig. l. rescriptum. §. j. Habet ergo locum beneficium legis ij. C. de rescin. vend. ADDE, quòd in datione in solutum habeat locum lex ij. C. de rei vend. tenuit Oldra. consi. xxxvij.

e Iam. ¶ Rof. posuit sine Iam.

f l. j. ¶ Ibi in §. ad hoc. no. de hoc in gl. in his. & ibi, & in l. fi. § cōmuni diui. Acc. tenet. opi. But. Io. & Azo. scilicet ꝙ si duo fratres in communione manserint per triginta annos, vnꝰ alterū inuitū ad diuisionē prouocare non potest: & clarè in §. ad hoc. sonat hîc tex. habeo per Odof. qui tenet idem multùm plenè hoc tractatum in prædict. l. fina. C. comm. diuidundo. & tenet Roffred. satis de hoc tractans tit. familiæ ercis. ver. nouum. Cy. posuit quandā gl. Rogerii in ꝑd. §. ad hoc. in materia. Gosianus tenet ꝯriū, & dicit Odof. ꝙ laicis videtur eius opinio iusta. dicit enim, ꝙ si centum an. fratres, vel socii stetissent in communione, prouocare possunt ad diuisionē. Et prima ipsiꝰ ratio residet in hoc, quòd actio famil. erciscun. vel communi diuidūdo, nascitur die, qua volūt fratres socii à communione discedere: nō à die, ī quo incipit cōmunio: inducit l. j. ff. famil. ercis. Cùm ergo præscriptio non currat actioni nascituræ, sed natæ, C. de iure dot. l. pen. in fi. de præscrip. xxx. an. cùm notissimi. §. illud, & ꝑd. l. j. §. fi. restat, ꝙ prouocanti non potest opponi ꝑscriptio, quæ nunc inchoat. Secundò inducit æquitatem lege fulcitam, quòd nullꝰ debet inuitus cōmunione teneri, vt in præ. l. fi. C. cōmuni diuid. Tertio, quia stātes in cōmunione communiter possident: ꝯ possidentem aūt non præscribitur: ergo alter cōtra alterū nō præscribit, C. de præscrip. xxx. an. l. malè. & l. cùm notissimi. in fi. Primi pro se inducūt textum præd. §. ad hoc. & rationem, qua inductę sunt vsucapiones, & præscriptiōes: scilicet vt sit finis litiū, & dominia sint certa, ff. de vsucap. l. j. ff. ꝓ socio, l. fi. Primā rō-

uidææ sunt, vt ff. eo. fundus & l. hæredes. §. an ea. ff. ad leg. Falc. l. j. §. si vsufru. ¶ Reus verò sic:

Positio rei. Pono, quòd talis, qui decessit, me solùm instituit hæredem. nam hæc actio non datur, nisi hæredi, ff. eod. l. j. & l. cùm putarem. Item quòd possideo omnes res hæreditarias illi⁹. Itē quòd decessit ab intestato. Item quòd ego sum proximior. Item quòd in hac hæreditate sunt sola nomina, ff. eo. l. ij. §. fi. & l. planè. C. eo. ea, quæ. C. si cert. petat. l. j. item quòd sunt sola iura, quæ sunt in-
a diuidua ᵃ. item quòd testator diuisit inter nos. item quòd præscripsit, item quòd hæc omnia titulo donatiōis possideo. itē quòd
7 hoc iudicium fuit aliàs propositum & finitum. ¶ † Quid si duo fratres, vel alii habent bona communia ex aliqua hæreditate: manente autem communione contractum est æs alienum, postmodum veniunt ad diuisionem, nunquid æs alienum per alterum eorum contractum soluetur de cōmunibus bonis? Et videtur, quòd sic, argum. ff. pro socio, l. omne æs alienum. Sed ibi loquitur in societate conuentionali: & nos quærimus de incidenti. Vnde dic, quòd æs alienum aut fuit ab omnibus cōtractum: & tunc ab omnibus solui debet indubitanter. Aut ab vno tantùm: & tunc aut est contractum occasione communium bonorum, & in communem vtilitatem est prospectum, quod probari debet à contrahente debitum: & tunc etiam de bonis communibus est soluendum, argu. in princip. l. ff. de neg. gest. Pomponius. j. & l. sequen. §. j. Aut non probat hoc: & tunc per eum tantùm solui debet absque grauamine alterius, ff. de reg. iur. non debet alteri. Non enim sufficit contractum esse manente communione: imò est necesse probari, quòd occasione communis vtilitatis, vt ff. pro soc. iure societatis.
8 ¶ † Quid si communione manente dos est ab altero eorum recepta? Respondeo: aut pater recipit dotem pro filio: & tunc diuisionis tempore debebit dos de bonis communibus detrahi, secundum formam ff. famil. ercisc. si filia. in princip. & §. primo, & §. tertio. Aut vnus ex fratribus eam recepit: & tunc aut profecta est in communem vtilitatem: quo casu diuisionis tēpore de bonis communibus detrahetur. Aut non: & tunc non detrahetur de bonis communibus, licet contractum sit æs alienum communione manente. vt s. facit ff. pro socio, l. actione. §. fi. & l. sequen. ff. de iu. dot. si is, qui. §. j. C. famil. erc. l. un. l. ij. ff. de decu. & qui originem. §. fin.
9 ¶ † Quid si alter ex cohæredibus cōdemnatus est ob maleficium à se commissum? Dic, quòd licet ipse aliàs bene tractauerit hæreditatem, tamen de parte sua tantùm soluenda erit condemnatio: nec fiet compensatione eius, quod bene egit, vt ff. pro socio, cùm duobus. in fi. & l. & ideo. & l. adeo. §. fi. ff. cōi di. si is, cum quo. ff. de
b nox. act. si communis familia. & l. sequen. ᵇ ¶ † Quid si vnus ex co-
10 hæredibus facit sumptus ob honorem suum: putà in militia sua, vel nuptiis suis, vel dignitate aliqua, vel honorem assumendo? Respondeo, si communis pater id fecit, habet ipse hoc præcipuum, ff. de collatio. l. prima, §. sed an id, quod dig. Si verò ipse post mortem patris sui hoc fecit, de sorte sua tantùm hoc erit, non de bonis communibus, ff. famil. ercisc. §. si filia. §. idem scribit. & §. Neratius. & l. ex parte. §. filius. l. Lucius. C. de stat. & imag. l. fi. & in pręl. omnes. nisi specialiter inter cohæredes pactum fuerit, vt huiusmodi sumptus communes essent. ff. pro soc. si societatem vniuer
11 sorum. in fin. ¶ † Quid si vnus ex fratribus cohæredibus habet filiam, nunquid dotanda est de communibus bonis? Respondeo, si auus

ADDITIONES.

Nem dicunt falsam. nam statim, cùm incidit communio, nascitur iudicium diuisorium ex quasi contractu, non ex voluntate: contrà l. Pomponius scribit. ff. de nego. gest. nam quasi contrahere videtur, insti. de ob. quæ ex quasi contractu, §. item sunt. Certum autem est, quòd hæ actiones diuisoriæ statim, cùm incidit communio, poterunt intentari. Statim ergo currit præscriptio. Non obstat. l. j. ff. fam. ercisc. Verum est enim, quòd competit, cùm volunt diuidere, quo ad exercitium: non quo ad natiuitatem, ne ex voluntate pendeat, vt dixi. Non obstat l. fi. C. communi diui. quia fatemur illam esse regulā: sed fallit in casibus, scilicet cùm pactum interuenit ad tempus: quia perpetuum non valet. Patet vtrunque ff. commu. diui. l. in hoc iudicio. §. si coueniat. & cùm præscriptum est, vt s. Tertia ratio non obstat: quia hìc nō præscribitur possidenti res, vel rei dominium, sed præscribitur actioni diuisoriæ: & sic non præscribitur actioni reali, vel petitorio, sed solùm personali: & hîc satis instat Odof. qui demum dat ꝯsilium, vt tali iuri nō præscribatur, quia cōmunionem habentes simul paciscantur de non prouocādo ad diuisionem vsque ad decem, vel xx. annos, vel plures, secundum eum: & interim, cùm ad id prouocare non possint, non curret illis præscriptio indiuisorio. C. de bo. ma. l. fi. & in præ. l. j. de anna. excep. in fi. istud consilium est illorum fratrum, vel sociorum, qui cupiunt in communione manere: sed nolunt sibi pręcludi viam, quin possit alter inuito altero diuisionem petere post tempus conuentū: & secūdum hoc non placet, quod dixi de tempore maiori: imò ego ꝯsulerē de solo quinquennio in quinquennium renouando. Vidi dubitari, si pater in morte duos filios iurare facit de hæreditate non diuidenda intra decēnium: & ipso mortuo moritur vnus ex filiis, relictis nepotib. qui prouocant ad diuisionem cum patruo: quòd possint sine metu periurii, non est dubium: quia iuramentum patris non ligat filium, etiam hæredem, vt scripsi de iureiur. veritatis. super vlt. gl. in fi. de sepul. c. vlt. in vlt. gl. item & si iuramētū præstitū in fauorem & commodum iurantium obstaret, illud sibi remittere possent adinuicem iurantes, vt dixi de spon. prærerea. & vide s. tit. ij. §. nunc ostendendum. super ver. xxiiij. ad fi. cum sua remissione. ADDE, quòd non valeat pactum de non diuidendo, sed semper stando in communione, Alexan. ꝯs. xviij. ij. vo. Et si pater iubet filio, vt moretur & cōiter viuat vsque ad xxv. an. cū altero frē, ꝙ si alter frater habet maiorē familiam, ille minor non potest aliquid petere ea de causa, vt consuluit Barr. cons. 58. inci. quidam habens bona. Scias etiam, quòd vltima q. Ioan. And. hîc fuit Oldra. eius consi. ccxl. incip. factum tale est: paterfamiliàs.

a Indiuidua. ¶ Vide, quod ĩ. dicam ante finem huius.

b Sequen. ¶ Quid si pater se obligauit pro filio, q̄ deliquerat, ne puniretur, & demum soluit? Alb. Pap. plenè tractauit hoc ff. fami. ercisc. l. vt puto. Et quòd filio imputetur totum, inducit, quòd pater imputat filio, & deducit de peculio, quod pro ipso soluit, ff. de pecu. l. sed & si damnum. ergo & hæredibus idem ius competit, ff. de reg. iur. hæredem, item pater vtiliter gessit negotium filii, qui forsitan in persona punitus fuisset: ergo cogitur habere ratum ff. de neg. gestis. Pompon⁹. & filiis cōpetit actio negotiorum gest. vt recuperēt, qđ pater pro ipso soluit. cùm iudicium fam. ercisc. nō videatur locum habere, cùm gestū fuerit ante quàm essent cohæredes, ff. e. & puto. §. sed & si dolo. Nec enim dici potuit negotiū hæreditatis viuente patre, ff. de hæredit. vel actio. vendi. l. i. Nec obstat, si dicatur, quòd actione gotiorum gest. vel alia inter patrem & filiū oriri non potuerit, Instit. de obli. quæ ex delicto nasc. §. hi, q. nā licet đ rigore non nascat̄ directa ciuilis, nascitur tamen naturalis de æquitate, sic ff. de cond. inde. frater à fratre. & facit, quòd pater obligatur filio, eodem titulo, heredes. §. si filius. & facit ff. de contrahenda emptione, l. ij. sicut & de seruo dicitur ff. de instit. si pupillus. ad finem. Nec in fratribus procedit, quod dicitur de sociis omniū bonorū, vt patet ff. de peculio, quæsitū. §. ij. Fertur Uber. dixisse, ꝙ si pater videns filium obligatum, soluit, videtur donasse, e. ti. q̄ pater filio. q̄ bene facit, & maximè si fuerit modicū. qđ soluit, ff. de donat. inter virū & vxorē, l. vtrū. Si verò pater ꝓ filio fideiussit, qđ esse potest, ff. qđ iussu, l. j. §. ij. filius fuit tunc naturaliter obligatus patri superueniente casu, quod illa naturalis poterat esse ciuilis, fortè. ſm ipsum, efficaciter obligat: facit quod not. C. de nego. gestis, si filius. vel transmittitur naturalis ad fratres: quod fieri potest, ff. de cond. indeb. frater. & tunc illud naturaliter ei debitum veniet in compensationem, ff. de compensat. l. etiam. Sed ipse Alber. Pap. tenet filium prædictum fratribus non teneri: quia ex quo pater in obligationē suscepit. potiùs dicitur pater ipse soluisse pp suam obligationē. q̄ alterius. Cōmuniter eñ illa sequeretur hæredes, ex quo personalis fuit, ff. de actio. emp. l. fi. Nam si nō soluisset, heredes tenerēt ꝓ hereditaria petitiōe, nō pro emolumēto, qđ vnus solus haberet, C. si certum petatur, l. i. Nā q diceret, ꝙ possent hæredes agere, dicat quo iure: & nullū inueniet, cū pater ñ habuerit animū sibi aliquē obligandi. facit ff. cōmuni diui. si qs cū æstimaret. ver. diuersa est. & l. in hoc iudicio. Proprio eñ timori prouidit paterff. ꝙ met⁹ cā, isti qđē. §. vltimo, ſm eum, vbi quātitas est notabilis, & ex notabili culpa filii ꝓuenit: parētes nostri temporis prouidēt reliquis filiis prælegando: & sic tollitur ista disputatio per testantes.

ADDE ꝓrædictis, vt ꝑ Alex. cons. xcix. & cxxxii. ij. vol. & si aliquis fratrum simul, habitantium contrectat æs alienum, non respectu omnium. ipse solus tenetur, vt etiam placuit Pet. de Anchar. consilio ciij. Et dos per fratrem in cōmuni posita communiter venit restituenda, vt tenet Bal. consilio cv. iij. lib. & ꝯs. clviii. e. lib. & Roma. con. clxxii. & ibi, quid si non apparet, quòd pecunia fuerit conuersa in vtilitatem communem: delinquens, dum est in communione fraterna, an debeat de suo proprio soluere condemnationem, vide Bal. cons. ccxxxiii. & ccclx. ii. lib. Sumptus autem studii, militis & vxoris an debeant communiter solui, vide pulchrè Roma. consil. cxlv. & Bald. omnino consil. ccxxiiii. i. libr. Filia fratris an sit dotanda de communibus bonis, vide Roma. consi. cccclxxviii. Bal. consi. ccccliiii. ii. lib. An inter fratres, quorum aliqui sunt minores, præsumatur contracta societas vltra loca vulgaria, vide Roma. consilio cccc xiiii. Anchar. centesimotertio. Et quomodo veniat conferendum id, quod lucratur filius ex pecunia paterna, & quid de pucunia lucrata ex officiis quæsitis contemplatione pàtris, vide Roma. consilio quadragentesimonono. Et an lucrata per vnum ex fratribus ex morte vxoris, sint communicanda, vide Roma. consil. ccccvj. & cccclxxi.

auus puellæ pater cohæredem vinceret, ipse haberet neptem do-
tare, vt ff. de iure dot. profectitia. §. si filiꝰ. ff. ad Maced. sed Iulianus
§. si filius. & l. si filius. ff. de in rem verso, & ideo. in fi. & l. seq. Si au-
tem non viuit auus, de bonis patris sui tantùm dotāda est, nisi co-
hęredes inter se aliter specialiter inter se pacti fuerint, vt prædixi:
quia tunc est pactum seruandum, ff. pro soc. l. si socius pro filia.
12 ¶† Vt autem circa hoc tu simplex Canonista pleniùs instruaris,
a nota[a], quòd cùm defuncto patre plures filii remanent in domo
paterna, quorum aliqui sunt minores, alii maiores, & alii lucran-
tur, alii non: & eis ad diuisionem peruenire volentibus minores
petunt communicari lucra maiorum: aut inter istos fratres sunt
bona diuisa, aut indiuisa. Primo casu quilibet sibi acquirit, quod lu
cratur: nec peti potest communicatio ab aliis fratribus, nisi hoc
fuerit in diuisione specialiter actum. Si autē sunt indiuisa, & aliqui
fratres lucrantur: aut est certum, vnde acquirunt, aut non, aut est
est dubium. Si certum est, tunc statuendum est, ſm quod acquisi-
uit Si autem non est certum, nec esse potest: aut dubitatur in fac-
to, aut in iure. Si in facto, putà acquirit ex operis suis, qa fortè est
scriptor, vel artifex: tunc sibi acquirit, ne quod ei suis laboribus, &
prospera fortuna accessit, hoc ad fratres perueniens lucrosum eis
accedat, vt instit. per quas pers. nobis acquir. §. igitur liberi. Sed si
sit malæ cōuersationis homo, nullius artificii, præsumitur omnia
13 habere de communi, aut de patrimonio patris. † sicut alias vxor
omnia præsumitur habere de bonis mariti, ff. de do. int. vi. & vxo.
Quintus. C. de do. int. vi. & vxo. etiam. xii. q. iij. placuit. extr. de pe-
culio cle. c. j. Sed & si quis fratrum patre viuēte aliqd lucratus est, li
cet acquisierit patri, prout traditur C. de bo. quę lib. cùm oportet.
sed tamen pater non apprehendit, videtur, quòd filius tunc possit
sibi illud retinere: nec habet necesse fratribus communicare. Si au
tem post mortem patris acquisierit, præsumitur de communi
habere, & ideo communicandum, arg. in auth. de ec. titu. §. interdi
cimus. in dubio enim præsumitur de communi habere, nisi con-
trà probetur. Si autem sit bonæ conuersationis, quia artifex est,
& bene lucratur, non est præsumendum habuisse de communi,
nisi expressè probetur: imo præsumitur ex suis operis habuisse, C.
arb. tu. si defunctus. ff. de hær. vel act. ven. l. venditio. & ff. ad leg. Fal.
14 l. iij. ¶† Quid si alter filiorum ex paterna pecunia lucratꝰ est, nun
quid tenetur lucrum aliis communicare? Et videtur, quòd non,
arg. ff. sol. mat. sed & si. §. item quicquid. ff. de pet. hære. si possessor.
§. bonæ fidei. ff. de transact. l. iii. §. fin. ff. de sepul. vio. quæsitum. Sed
dic contra arg. ff. de procu. qui proprio. §. vt in cæteris. Nam cùm
occasione rei communis acquiritur aliquid, illud communicari
debet illis, de quorum bonis acquisiuit, vel eis restitui, argu. ff. de
pig. act. si pignore. ff. si cer. pet. si eum. ff. de act. emp. & vend. si quis
procurator. ff. de ędil. edic. bouem. §. si quis seruum. de neg. gest. si
pupilli. §. item quæritur. ff. man. si ex mandato. & l. idemque. §. por
rò. Quòd autem communicandum sit, quod aliquis ex fratribus
lucratus est cum communi pecunia, vel quam à patre habuit, vt
in ea negotiatetur, non tamen ei prælegauit, expressè probatur
b ff. de vsu & hab. si ita. §. fi. ff. de acquiren. rer. do. per seruum. §. fin.[b]
15 ¶† Quid si isti filio fuerit aliquid donatum, nūquid tenetur illud
fratribus cōmunicare? Respond. qualitercunque acquisiuit, dum
modo rei meę occasione, mihi restituendum est, vel mecum com
municandum est, & accedit, ff. de pecul. hîc quæritur. §. i. ff. de iur.
dot. legata. ff. de don. si mihi donatum. Nam & si mihi legatum re
lictum est, vel alicui eorum, eis sub paterna potestate existētibus,
patri relictum esse videtur: & sic in fratribꝰ dici debet, vt ff. de con
di. & demon. filiæfamiliàs. Instit. per quas pers. nob. acquir. & hoc,
quando isti filio occasione negotiationis donatum est: putà quia
erat sellarius, & donabat militibus sellas, & huiusmodi: propter
quod ab illis magna dona recipiebat. Si autem sibi donatum fuit,
quia seruiuit alicui, & ob hoc suum meritum donationem meru-
it, tunc non est communicandum, ne quod ei prospera fortuna
accessit, &c. vt Insti. per quas pers. no. acquir. §. iij. & §. præterea lex
16 & §. fi. ¶† Porrò si de iure dubitetur, id est, vtrùm id, quod acquisi-
uit, sit ex profectitia, vel aduētitia pecunia quæsitum, dic, vt suprà
17 de actore, versi. sed quid si dubitatur. ¶† Regulariter ergo omnia
paterna bona sunt inter fratres communicanda, nisi sint castren-
sia, vel quasi: vel nisi probētur ei fore à patre prælegata: putà quia
ipse emit ei libros, & effectus est doctor legum, & multa lucratur:
quibus casibus filius non tenetur communicare, vt C. de col. filię
& l. fi. C. fam. erciscun. filiæ. suprà de actore, versi. sed & filiusfami-
liàs. & facit ad hanc materiam e. ti. l. j. & l. bona. ff. eo. hæredes. & l.
bona. ff. e. hæredes. & l. quæ pater. ff. de cap. & post li. re. liberi. ff. de
c prob. Procula. & ff. de do. censualis[c]. ¶† Quid si alter ex duobus
8 fratribus electus est ad aliquod officium: sed quia simplex & insuf
ficiens inuentus est, alius frater ei substitutus est, nunquid lucrum
ex officio illo proueniens debet, substitutus communicare cum
fratre? Dic, quòd non: sed illud habebit præcipuum, C. de asses. l.
velut castrense. C. de aduoc. diuer. iud. l. fori. nisi pactum aliud in-
ducat, ff. pro soc. cum duobus. §. Papinianus quoque. & §. idem Pa
pinianus. nam imperitia fratris huic obesse nō debet, ff. si quis ali-
quem testari prohibuerit, l. ij. §. fratris. ff. de operis noui nunciatio
ne, de pupillo. §. plurium. nec debet alteri per alterum, &c. ff. de a-
lienatione iudicii mutandi causa fac. l. j. Quòd autem ipse debeat
totum habere, probat ff. ad municipalem, Titio. extrà de supplen-
19 da negligentia prælatorum, grandi. ¶† Porrò[d] si habes rem com
d munem cum P. ex societate contracta, vel incidenti, vel quia vtri
que legata est, vel alio modo, vult à cōmuniōe discedere, & alter
consocius assentiat, possunt res ipsas diuidere: de qua diuisione sic
e potest confici publicum instrumentum[e].

ADDITIONES.

c Not. ¶ Secundum Iac. Bald. qui hoc scripsit C. de bonis, quæ lib. l.
cùm oportet. §. sin autem. in fi. ibi in prin. legis: de hoc per Accur.
in gloss. quæ incipit, ex substantia. Præmitti posset distinctio Azo.
in Summa, per quas perso. nobis acquir. C. vbi dicit, nobis acquiri
per nos ipsos, per filios in potestate constitutos, per seruos no-
stros: item per alios, quos bona fide possidemus, vel in quibus ha
bemus vsumfructum, vel vsum. Et singula prosequitur, addēs de
tutore, curatore, & procuratore. Modò addi posset, cùm frater
non sit de superius nominatis: quæritur, an per fratrem acquira-
tur fratri, saltem communicandum?
b §. fin. ¶ Vidisti, quòd autor, sicut & Iacob. Bald. de lucro loquitur,
non strictè de fructu. quod facit ad quæstionem, an si filius pecu-
niam talem fœnerauit, fœnus fratribus communicare teneatur
& Accur. in gl. superiùs allegat. tenet, quòd sic. Alexand. ibi expri-
mit, quòd non poterit illud dicere suum pro eo quòd animam de
dit diabolo: propter illud Cy. ibi hoc tractat sub quæstione secun
da, an lucrum, vel vsura ex pecunia paterna sit profectitium, vel
aduentitium. Et si dicatur, quòd profectitium, obiicit cum glo. de
l. vsura. ff. de verb. significat. vbi dicitur, quòd vsura pecuniæ non
est in fructu: quia non venit ex corpore, sed ex obligatione: gloss.
non soluit. Sed Cynus dicit illud speciale in certis casibus: sed re-
gulariter contrà ff. de vsur. l. vsura. nam vsurę vicem fructuum ob
tinent: & facit, quod ibi not. Vides, quòd autor non ponderat fru
ctuum tantùm, dummodo sit lucrum. Cyn. ibi recitat, Pet. tenere,
quòd sit aduentitium. per præd. l. vsura. ff. de verb. signifi. cùm ex
obligatione extrinsecus veniat, vt ibi alleg. ff. de stat. hom. l. quæri
tur. ff. ad legem Fal. l. iii. Et hoc placet Cyn. qui subdit, quòd cùm
vsuræ sint prohibitæ lege diuina, & quod ex eis quæritur, restitu-
endum sit: non autem acquiretur patri, etiam quo ad vsumfruc-
tum, vt de domino dicitur, ff. de acquir. pos. quod seruus. & de so
cio. ff. pro soc. l. quod autem.
ADDE, quòd idem tenet Bar. in d. l. cùm oportet. & Angel. consi
lio lx. & ccvii. in fi. licet aliqui contrà in dicta l. cùm oportet. vt ibi
in addit. posui post Alexand.
c Censualis. ¶ Finita est illa glo. Iac. Bal.
d Porrò. ¶ Tertia pars §. & hanc prosequitur Roffr. rubrica de act.
communi diuid. & xiij. quæ, secundum eum, requiruntur in ipsa,
ex positionibus colligas. Et propter id, quod statim subdit de soci
etate, non putes hanc esse eandem actionem cum illa pro socio. I-
mò in totum differunt. nam pro socio, nō pertinet ad diuisiones,
sed ad personales præstationes, ff. communi diui. l. j. & illud magis,
quod ibi habetur, electiuè ponitur, non comparatiuè, vt ibi notat
dat Roffr. simile: eligo magis esse diues, quàm pauper: intentetur
ergo pro socio, & cumuletur ista, vt diuidatur, ff. eo. per hoc iudi-
cium. & pro socio, l. si quis societatem. Item illa, quando per trac-
tatum est inita societas ista, etiam si incidit, ff. eo. l. j. & ij. & pro soc.
l. vt sit pro soc. & l. sequen. Item illa non inducit adiudicationem,
ista sic, ff. pro soc. l. si actum. & ff. e. ti. l. communi diui. §. si debitor.
& C. eo. l. i. ij. & iij.
e Instrumentum. Quid si sine instrumento dicitur facta diuisio in-
ter fratres secretè, itaque nec testes habentur: quisque tamen eo-
rum per decem annos possedit diuisim certam partem: vnus ex
fratribus agit fami. erciscun. ad diuisionem: alter dicit diuisionem
factam allegans præscriptionem decennii per possessionem cu-
iusque ipsorum diuisim de certis rebus factam: quæritur, an eo
probato diuisio præsumatur facta? Arguitur, quòd non. per l. diui
sionis placitum. ff. de pact. & C. communi diui. l. ij. & iij. Nec præsu
mitur ius habere, cui probatio deficit, ff. de testa. tu. duo sunt Titii.
Gui. de Su. super præ. l. diuisionis. tenet ex possessione longi tem-
poris sic diuisim habita diuisionem præsumi, per l. si serui. vend. si
quis diuturno. & de vsur. cùm de in rem verso. Præsumetur ergo,
ex quo fratre sciente lōgo tempore sic diuisim possedit, possessio
sibi tradita. C. de acqui. possess. l. minus instructus. secundum eum
Item scias, quòd si ex duobus fratribus habentibus bona commu
nia, alter intestatus sine suo hærede decedit, superstes vtēdo com
munibus, vt priùs, non præsumitur hæreditatem adisse, nisi vnus

a FORMA[a], Titius & P. fratres & filii quondam H. ad diuisionem omnium infrà scriptorum bonorum inter eos communium peruenire volentes, de communi concordia de bonis ipsis duas partes constituerunt, ponentes in vna parte talem domum in tali loco intra tales confines sitam. Item talem petiam terræ vineatæ. Item duas vegetes, & res tales: quę quidem pars de vtriusque communi concordia & consensu ipsi T. peruenit in partem: & eam ipse T. de ipsius P. voluntate in suam portionem elegit & acceptauit, & de ea asseruit se contentum: saluo tamen, quod de infrà scripta aditione inferiùs exprimetur. In altera verò parte designauerunt & posuerunt talem petiam terræ aratoriæ. Item talem petiam terræ vineatæ. Item talem & tales res: quæ pars de vtriusque communi concordia & consensu ipsi P. peruenit, & cessit in partem: & ipse eam de ipsius T. voluntate in suam portionem elegit & accepit, & ea asseruit & voluit se esse contentum: hoc tamen inter eos specialiter acto, quòd quia dicta pars ipsius P. melior est parte T. prædicta, debeat ipse P. eidem T. dare & soluere pro æquiualentia & coequatione suæ partis ad partem T. decem libras Turonenses hinc ad diem talem: & de ipsis soluendis, & solennem promissionem & obligationem facere per publicum instrumentum. Hoc etiam actum extitit inter eos expressè, quòd si quo tempore contigerit alicui eorum litem, vel quæstionem moueri super aliqua dictarum rerũ, quæ in partem obuenerit: res, de qua lis mota fuerit, expensis communibus procuretur & defendatur in lite. Quòd si eam euinci contigerit, damnum inter eos pariter sit commune. Quam si quidem diuisionem, & omnia & singula suprà scripti promiserunt adinuicem per se suosque hæredes, scilicet vnus alteri vicissim solẽnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, perpetuò firma, grata, & rata habere & tenere, & non contrauenire, vt in instrumento arrharum continetur: de quo habetur j. de emp. & vend. §. i. ver. sequitur[b].
b Hæc forma probatur ff. & C. fam. ercis. & communi diui. per totum, & extr. de parochi. c. j. Potest etiam apponi, quòd qui habuerit talem partem, teneatur tale debitum soluere, & fratrẽ de illo debito seruare indemnem. Veruntamen hoc non preiudicat creditoribus, quin possint contra quemlibet hæredem agere pro hæreditaria parte, C. de pactis, debitor. & l. pacta. ¶ Facta autem diuisione possent inter se finem facere hoc modo:

20 FORMA. † Ego T. confiteor in parte tui P. ex diuisione inter nos facta de paternis bonis hîc, & hoc euenisse. quam quidem partem cum omnibus: quæ in ea continentur, tibi finio & assecuro, concedens tibi omnia iura & actiones & exceptiones, quæ in dictis rebus corporalib⁹ & incorporalibus mihi competunt. constituens, donec possessionem, vel quasi, illarum rerum tua auctoritate apprehenderis, me tuo nomine possidere & promittens: quòd ea, quæ inter nos diuidendo acta sunt, obseruabo, transferens in te vtile dominium ac directum, promittens etiam, quòd si à te de parte tua aliquid euinceretur, te, & tuos hæredes pro eo, quod mihi continget, conseruabo indemnes: quod ideo feci, quia tu mihi similiter fecisti de parte mea in omnibus & per omnia: quæ omnia suprà scripta saluis conditionibus testamenti patris nostri, facio & promitto pro me meisque liberis & hæredibus attendere, &c. Qua stipulatione completa ponantur subscriptiones, & etiam forma diuisionis. Ideo dixi, Saluis conditionibus testamenti, &c. ne quæstio de hoc possit oriri, per l. ff. de verbor. oblig. qui Romę §. fin. ff. de transactio. qui cùm. Item ideo dixi Donec possessione, vel quasi, &c. quia pactum diuisionis, nisi stipulatione, vel traditione sumat effectum, non aliter sumit vires: vt ff. de pact. diuisione. Item in hoc contractu si non seruetur, quod actum est, agetur ad pœnam promissam, vt suprà de pactis prope fin. Formam instrumenti super muro communiter ædificato, vide suprà §. generalia

21 ver. quòd si duo. ¶ † Et scias, quòd huiusmodi[c] diuisiones, quan-
c doque fiunt per sortes, quãdoque per compromissum: putà cùm consortes de partibus nequeunt concordare. quandoque verò ordine iudiciario videlicet libello porrecto, vt infrà dicetur.

22 † Item not. quòd cũ fit diuisio de bonis hæreditariis, dicitur diuisio familiæ erciscundæ, de qua ff. & C. famil. erciscun. & xxvj. dist. deinde. & xxviij. q. i. nunquid. Si verò de aliis rebus communibus, dicitur communi diuidundo, de qua ff. & C. commu. diui. in quibus contractibus diuersa solent inter partes fieri pacta. Qualiter autem conficiatur instrumentum contrahende societatis, vide su-

23 prà eo. §. generalia. vers. i. ¶ † Si verò alter consocius, seu consors non assentiat diuisioni, nolens à communione discedere, habet volens contra nolentem actionem communi diuidundo: quæ ciuilis est. Sic ergo libellus concipitur.

LIB. Coram, &c. ago contra P. cum quo habeo talem rem communem, quam secum diuidere volo: vnde eam diuidi peto: & ad hoc propono actionem communi diuidundo, Inst. de offic. iud. §.

24 eo quoque more, ff. com. diui. l. j. ij. & iij. ¶ † Si autem vis petere, vt res & fructus diuidantur, sic libellum concipit:

c LIB.[c] Coram, &c. vt suprà, vsque, discedere. iunge, Item peto fructus ab eo perceptos mihi dari pro dimidia, qui fructus fuerunt tot modii frumenti, tot hordei. Si verò fecisti sumptus, dicas sic: Peto etiam expensas mihi ab eo dari pro dimidia, quas expensas feci in re communi: cùm pro parte non possem eas commodè fa-

25 cere: quæ expensæ fuerunt centum solidi. ¶ † Quòd si damnum datum sit, iunge sic: Item peto damnum mihi ab eo in rebus communibus datum, pro dimidia mihi resarciri: quod damnũ æstimo c. & ad hoc, &c. vt ff. eo. l. in communi diuidundo. & l. per hoc. §. si

26 cut. & l. & si non omnes. §. venit. ¶ † Si autem dolo, vel lata culpa, quæ dolo comparatur, vt ff. depositi, quod Nerua. res desiit esse communis, habetur pro possessore, ff. de rei vend. sin autem. ff. de noxa. electio. extrà de excep. c. penult. vnde sic libellus concipitur:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. cum quo habui tales res communes, quas dolo, vel lata culpa desiit possidere, vel cuius dolo, vel lata culpa perierunt: vnde res ipsas peto pro dimidia, & fructus & expensas, quas fecit: putà tantum pro dimidia: & damni etiam rationem peto, quod fuit tantum, & ad hoc propono vtilem

d actionem communi diuidundo[d]. ¶ † Si verò sine dolo & lata cul-

27 pa sunt perditæ: & fructus tantum percepisti, vel expensas fecisti: vel damnum datum est: petes tantùm expensas, fructus, & damna, ff. eod. si quis putans. in princip. & l. in summa. ¶ Actor ergo sic ponet:

POSITIO Actoris. Pono, quòd talis res est mihi & tibi commu-
e nis, ff. eo. l. j.[e] §. communia. Item mobilis, seu immobilis: & sic corporalis, ff. eo. l. per hoc iudicium. in prin. j. ver. item quòd hoc est. Item quòd est singulare, vt in ea. l. Item quòd est mea pro parte, quo ad dominium, vt in ea. l. vel ius habeo in ea, quia sum creditor: vel tu & ego eam habuimus in emphyteusim, ff. eod. communi di. §. qui rem publicam. & §. inter eos. & §. si debitor. & §. si duo. Item quòd confessus es rem istam mihi & tibi esse communem, ff. de excep. fundus. & l. fundi. ff. fami. ercis. l. j. Item quòd pro rebus
f communibus[f] hanc actionem intento, ff. eod. vt fundus. Item quòd hæ res sunt diuisibiles: & sic singulares, ff. de acquir. rerum
g do. seruus. §. incorporales, Inst. de rebus cor. & incor.[g] Item quòd tantum expendi. Item quòd tantum percepisti, vel damnum dedisti, ff. eo. si quis putans. §. sin autem. & l. si conuenerit. & l. in hoc, §. sin autem. itẽ quòd non potui negocium pro parte gerere: vel sic, quia hęc negatiua non admitteret. Itẽ quòd oportuit me has expensas facere insolidum, ff. eo. si quis putãs. §. j. & l. in hoc iudicio. §. dispendia. & l. si quis cùm etiam. Item quòd hæ res communes adhuc extant, ff. eod. in hoc. & l. si non omnes. §. venit. l. sed & postquam. Vel si perierunt, dic, quòd erant communes, quando perierunt. Item quòd hanc rem habemus communem ad talem vsum

ADDITIONES.

☞ fuerit animo, vt esset hæres. patet hoc ff. de acqui. hær. duo fratres. & facit C. de repud. hær. l. j. ADDE, quid si facta diuisione & executa, bona denuò communiter possideat, an pręsumatur contracta societas? vide Rom. consilio cccccxviij.

a FORMA. ¶ Roland. parte vj. char. v.

b Sequitur. ¶ Quod erat primum in Summa Rolan. & ibi remittit.

c Huiusmodi. ¶ Rediit ad verba Rolan. vsque ibi, qualiter.

d Conci. lib. ¶ Rof. communi diui. in vlt. col. cuius est totum, quod sequitur vsque in fin.

e Communi diui. ¶ Opponit Rof. ad qđ iste proponit vtilem, cùm res sit alienata, vt hîc dicitur, & competat directa ꝯ possessorem, C. eo. tit. l. i. ij. & iij. Cùm igitur sua non intersit, ergo vtili nõ aget, ar. ff. de serui. quoti. ff. man. si procuratorem. §. mandati. respondet Rof. eo. tit. in fine, quòd sic agere potest: quia & sic in rei vendicatione contingit, ff. de noxa. electio. §. j. & ij. Interesse enim potest multùm illius, vel quia primus erat homo bonus & fidelis & facilis in conueniendo: ille enim malitiosus, & forsan loco potior, sicut & hæc aliàs considerantur, ff. de ali. iu. mu. cau. fac. l. vna, & extra. eo. ti. c. ij.

f L. j. ¶ Hoc dicit, quia si negaret, debet primò probare rem illã pro parte suam esse: & hoc in alio iudicio: scilicet rei vendicatione, per leges istas: & hoc, nisi possideat, vt in hac l. j.

g Communibus. ¶ Supple, tantùm: vnde non possunt misceri non communes.

h De rebus incorp. ¶ Non allegat §. propter breuitatem nigri. hoc autem dicitur, quia incorporalia, vt nomina, & iura. sunt ipso iure diuisa: & sic adiudicanda veniunt, non diuidẽda. C. fam. ercisc. l. ea quæ. præter iura liberorum & sepulchorum, quæ ipso iure remanent indiuisa, ff. fam. erci. quædam. C. de relig. si quis sepulchrum. Iura igitũ cũ indiuisibilia sint, veniũt adiudicãda, quo ad vsum, mensura, vel temporibus, ff. e. l. arbor. §. si per eundem. & §. aquarum.

a vsum [a]. Item quòd id, quod feci, te vidente & non contradicente feci, ff.e.Sabinus.&l.si quis putans.§.si quis in commune.¶Reus verò sic:

Positio rei. Pono, ꝙ res, quas petis diuidi, meę sunt insolidū. Itē ꝙ sunt iura. Itē ꝙ sunt vniuersitatis. Itē ꝙ sunt T. & eius noīe teneo. Item quòd in eis nullum ius habes: imò nego eas esse tibi cōmunes. sed hæc est iuris & negatiua, quòd illud negotium non potu
b it pro parte expedire. Item quòd me prohibente fecisti [b].

ADDITIONES.

a Vsum.¶Vide, quod no.eo.ti.si ædes.
b Fecisti.¶An minor maiorem cohæredem, vel socium ad diuisionem prouocare possit, plenè dixi super rub.de curatore.

SVMMARIVM.

1 *Agens actione ad exhibendum, qualiter formare debeat libellum.*
2 *Positio actoris volentis rem suam ab altero possessam repetere, quæ esse debeat*
3 *Reus quid habeat respondere, vbi contra ipsum agitur actione ad exhibendum.*

a 5.§. Vltimo videndum est de actione ad exhibendum. Si enim [a] rem mobilem tuam, vel in qua ius habes, vel aliàs tua interest, vis vendicare, vel alio modo pro
1 ea agere, potes primò agere actione ad exhibendum †ciuili, per quam actionem exhibebit tibi reus rem, vt habeas copiam rei videndæ, palpandæ, tangendæ & cognoscendæ: quæ exhibitio fiet coram iudice, ff.ad exhib.l.j.& ij. ¶Sic ergo libellum concipies:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui rem talem meam possidet, seu tenet: quam dico meam esse, vel mihi pro x. à tali obligatam: vel quia vsumfructum in ea habeo: vnde rem illam ab eo mihi exhiberi peto: & ad hoc propono actionem ad exhibendum,
b ff.eo.in hac actione.§.iij. Quidam tamen, vt Io. [b] admittunt hunc libellum:

LIBEL. Peto rem, quam dico meam esse, mihi exhiberi, & exhibitam vendico rei vendicatione, ff.e.l.iij.arg.ff.comm.l.ij.¶Vel sic: LIBEL. Coram, &c. vnde peto, vt rem talem mihi exhibeat. cuius rei nomine rei vendicationem propono: vel exhibeat mihi rem talem, quam vendico: quia dico illam ad me pertinere iure dominii. & sic actionem ad exhibendum, & rei vendicationem propono, arg.ff.commo.l.ij.& ff.de pecu. deposui. §. j. & hoc causa dirimendarum litium. Alii dicunt, quòd primo agetur ad exhibendum: quo iudicio finito intentabitur rei vendicatio, ff.eo.l.ii.§.est
c autem.de hoc s.đ act.seu pe.§.sequitur.ver.& nota, quòd [c]. ¶†A-
2 ctor ergo sic ponat:

Positio actoris. Pono: quòd res, pro qua ago ad exhibendum, est mobilis, C.lib.x.quando, & quib.quarta pars deb.ex bonis decu.l.
d j.§.sed vbi [d]. Item interest mea: vel quia sum dominus: vel quia ius
e habeo in re, ff.eo.l.iiij.§.j.ii.iij. [e] & iiij. Item quòd illud interesse est
f pecuniarium [f], ff.eo.liber homo. Item quòd interest mea ex iusta
g causa [g], ff.eo.l.pe. Item quòd mea interest tempore litis contestationis, & tempore sententiæ, ff.eo.tigni.§.idem scribit.& §.pe. extra.de re iud.abbate.lib vi. Item quòd res illa talia signa habet, ff. eo.tit.in hac actione. in prin. Item quòd eam possides, seu tenes, ff.eo.l.iiij.§.fi.& l.nam cum eo. l.si quis merces. Item quòd habes facultatem eam restituendi, ff.eo.l.si quis merces.§.fi. Item quòd eam dolo tuo desisti possidere, ff. eo. Iulianus scribit. in prin. ff.de nox.electio.§.j. Item quòd eam in alia forma exhibuisti mihi, C. e.l.exhibitionis.& in præ.l.Iulianus scribit.ver. sed & si quis. Item quòd in alio statu, scilicet vsucaptam, vt in ea.l.quātū. Item quòd quòd sum dominus illius instrumenti. item quòd dedi chartam tabellioni, in qua scripsit instrumentū, ff.e.l.iij.§.interdū.§.si quis.
3 extra.ff.quemad.test.aper.l.j.§.fin.instit.de rerum di.§.literæ. ¶† Reus verò sic:

Po.rei. Pōo, ꝙ res, q̄ petis, ē ĩmobilis. itē ꝙ tua desiit interesse. itē ꝙ ē diuersa à tuis signis. itē quòd T. eam possidet, siue tenet. item ꝙ deest mihi facultas restituendi. item quòd eam in eadem forma exhibui. item quod in eadem causa. itē quòd fecisti mihi pactum de non petendo, ff.e.l.iiij.§. ibidem. De personis autem exhibendis dixi s.de maio.& obe.& dicam ĩ.de conuer.infidel. De exhibitione verò rei se mouentis, dicam ĩ.de causa posses.& propri.§.notandum igitur.ver.item si petis. Plura ad præsentem tit.& ad ti.de for.comp.necessaria vide ĩ. de do. & con. ¶In sequentibus titu-
h lis non sunt libelli necessarii [h].

ADDITIONES.

a SI ENIM.¶Incipiunt verba Rof.eod.ti. cuius ad literam fuit totum, quòd sequitur: sed non eodem ordine. Enumerat autem xv. quæ in hac actione requiruntur, quæ ex positionibus colligas. Et scias, quòd Rof. posuit inter præcedentes rubricas & istam, & x. rubricas đ diuersis conditionib. Azo autem tenens ordinem Codicis, plenè prosequitur materiam, tractans x. mēbra: scilicet quid sit exhibere, pro quibus rebus ad hoc agatur, ex q̄bus actionibus, cui detur hæc actio, & quando, & contra quem, & vbi fiat exhibitio, & qualiter: & in quantum fiat condemnatio in hac actione. qualis sit actio: ibi videas. Mihi placet, qđ pulchrè & breuiter scripsit Ioan.de Bla.in rubrica antepenultima.
b Vt Io.¶& Azo, vbi suprà post prin.
c Et not. quòd. ¶Est dare, quòd quandoque in hac actione venit personalis protestatio, vt hæreditatis ęstimatio, in casu ff.eod.sed si hæreditas. quando scilicet seruus meus est institutus hæres, si intra certos dies adeat iussu meo: hîc in petitione narrata subdam, quòd cùm R. dictum seruum meum detineat, ago contra eum, vt mihi seruum illum exhibeat: cùm sim illum vendicaturus, cùm etiam ei iubere velim, quòd intra tempus à testatore taxatum hæreditatem adeat, supplicando iudici dictum R. vt mihi ad id exhibeat. Item ad æstimationem hæreditatis illius, si intra tempus à testatore taxatum mihi dictum seruū non exhibuerit, cùm id commodè facere possit, per diffinitiuam sententiam condemnet. Ponitur autem in libello, cùm id facere possit, propter regulam impossibilium, ff. de reg. iur. Interseritur autem Commodè: quia si seruus esset in fuga, satis sibi esset cauere de seruo exhibendo, si in potestatem suam redeat, ff.eo.ti. Celsus. aliàs incipit, si quis merces.§. item si qui. secundum Io.de Bla. qui subdit, per hanc actionem condemnari reum ad restitutionem: & si huic sentētiæ non paret, contra eum in litem iurabitur, ad instar vendicationis rei, Instit.de act.§.præterea quasdam.ff.de rei vend. qui restituere. in fi. & de in litem iur.lege, in act.& quomodo pluribus actiōibus quis exhibitionem consequi possit, remittit ad no.per Azo.eod.tit. §. pro exhibitione. quod etiam ponit clarè Rof.e.tit.in fi. vbi etiam præmittit opiniones de præsent.an sint diffinitiuæ.
d §.sed vbi.¶Ibi dicitur, quòd res immobiles facilè latere non possunt: nec cuiquam, si diuulgentur, officiunt.
e iij.¶Tenet Azo in Summa huis ti.§.in hac.quem sequuntur Rof. & Per.quo ad actum exhibitionis hoc interesse probari per iuramentū, scilicet ꝙ calūniosè id non petit, ff.e.ti.thesaurus. ibi not.
f Pecuniarium.¶Non affectionis, vel cognationis.
g Causa.¶Interest enim tua tibi exhiberi librum meum: sed hæc non est iusta causa.
h Necessarii.¶Tituli omissi sunt octo. Theorica primi habetur suprà de comp.iud.adit.quod sonat in forum competens. Secunda & tertia longum tractatum habent in princ. huius quartæ partis, iiij.v.& vj.s.parte ij.ver.litis contestatio. & seq.vij.& viij.ver.dilatio.& sequentib.

ADDITIONES NOVAE.

An in libello debeat quis exprimere sit hæres ex testamento, vel ab intestato, & vtrum per se vel per personam alterius. Bar.in l.j.de pet.hær.dicit quòd ñ regulariter: causa cognita tamen si videtur iudici multum interesse rei, posset cogere actorem ad declarandum, l.si defensor.§.illud.de interrog.actio.

An negotiorū gestor teneatur solum de dolo vel lata culpa, & qñ de leui.& quando de leuissima, & qñ de casu fortuito, gl. in l. iij.§.interdum.de neg.gest.Bal.C.de pig.act.l.quæ fortuitis.

In l.Pomponi⁹.la j.de nego. gest. Bar.dicit quòd sufficit vtiliter gestum: & istud vtiliter intelligitur de vtilitate respectu personæ domini cuius negotia gerūtur, non de vtilitate communi: & ideo conclude in articulis de vtilitate domini, non communi.

Nota quòd dies finitæ tutelę interpellat tutorem. Bar.in l.ita stipulatus.de verb.oblig.in sua q.princi.quod no.

Libel. Coram, &c. conqueror de P. qui me prohibet, vel impedit purgare, vel reficere fontem, vel piscinam, lacum, vel puteũ, cui⁹ fines, &c. vñ ago ꝯ eũ, ne me ĩpediat purgare ꝑdicta: sicut mihi i⁹ est purgandi, & vsus sum hoc anno, non vi, non clàm, non precariò: & ad hoc propono intredictum de fonte refic. vel act. in fact. &c. ff. e. l. j. in prin. & §. deinde. ¶ Actor ergo sic ponet:

24 Positio actoris. † Pono, quòd in tali loco, cuius fines, &c. est factus fons, vel puteus, seu lacus, vel piscina. item ꝙ in eis est aqua viua. ff. e. l. j. in prin. & §. hoc interdictum. de aqua æstiua. itẽ quòd prohibes me vti aqua illa, vel reficere fontem, vel appellere oues ad haustum aquæ, vt in præ. §. hoc ĩterdictum. item quòd hoc anno fui vsus aqua illa non vi, non clã, non precariò, ff. e. l. j. in prin. & §. deinde. Item ꝙ volebam vti, sicut fui vsus, vt ff. e. l. j. §. hoc interdictum est. ¶ Reus verò sic ponat:

Positio rei. Pono, ꝙ in tali loco fuit fons, sed desiit esse. Item ꝙ ibi est aqua ex imbribus collecta. item T. tantum te prohibuit vti illa. item quòd fuisti vsus vi, vel clã, vel precariò à me, x. qu. 3. quia cognouimus. item quòd vis vti, vel purgare in alio statu, & forma, vel modo, quàm fueris vsus, ext. de iude. Iudei. item quòd vis querere venas, vel aperire, ff. e. l. j. §. fi. & no. secundum Aug. super Euangelio Ioannis, quod legitur fer. vj. tertiæ hebdomadæ Qua-

25 dragesimæ. ¶† Omnis puteus est fons: sed non omnis fons est puteus. vbi enim aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & in superficie sit, fons tantũ dicitur: si autem in alto & in profundo sit, ita puteus vocatur, vt

26 fontis nomen non amittat. ¶† Porrò si volens quis suam cloacam, vel etiam publicam, vel fistulas, seu meatus reficere, vel purgare, vel de nouo facere ab alio, prohibetur, proditum est sibi xxj. interdictum, s. de cloacis, quod est prohibitorium. Est & aliud restitutorium, quod sc. datur contra mittentem in cloacam meam, vel publicam, id, quod non debet, vel quod immissum est cloacã impedit, quo iubetur auferre quod immissum est, ff. de cloacis, l.

f j. & §. j. & §. deinde. & §. cloacæ. & l. fin.[f] Sic ergo libellus concipitur:

Libel. Coram, &c. conqueror de P. qui me prohibet purgare, vel reficere cloacam meam, vel etiam publicam, quæ est in tali loco inter me & ipsum: vnde ago contra ipsum, ne me prohibeat, vel impediat: & ad hoc propono interdictum de cloacis, vel act. in factum, &c. Si verò aliquid immisit, propter quod vsus cloacæ ĩpeditur, sic concipitur libellus.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui in cloacã, quæ est inter me & eum in tali loco, tale quid immittit, propter quod vsus meus in ea impeditur: vnde ago cõtra eum, quòd remoueat: & ad hoc

g propono, &c.[g] vt ff. e. l. j. in prin. ¶† Sed nunquid licet mihi cloa-

27 cam facere inter ædes meas & tuas, te inuito & contradicente, seu nouum opus nunciante? Resp. sic, ff. e. l. j. §. si quis purganti. & l. fi. dum tamen, si in via publica velis cloacã facere, facias illo permittente, cui viarum publicarum cura committitur, vt ff. eo. l. j. §.

h fi.[h] ¶ Actor ergo sic ponet:

28 Positio actoris. † Pono, quòd inter me & te in tali loco est cloaca, ff. e. l. j. §. cloaca. item quòd eam volo reficere, vel purgare. Itẽ quòd me prohibuisti, ff. e. l. j. in prin. ita quòd volebam, & volo tibi cauere nomine damni infecti, ff. e. l. j. §. j. & §. si quis pur. item ꝙ immittis tale quid, propter quod vsus cloacæ meæ impeditur. ¶ Reus verò sic:

Positio rei. Pono, quòd in loco, de quo dicis, cõstituisti mihi seruitutem, vt nihil posses ibi proiicere. item quòd quãdo volebas reficere, vel purgare cloacam, petij, vt caueres de damno ĩfecto,

i nec cauisti. itẽ quòd T. tãtùm te prohibuit. sed hæc est negatiua[i].

¶† Est

ADDITIONES.

a Aquæ. ¶ Dicit Ros. quòd in hoc casu mirabili, & valde notabili per iudicis officium vsum aquę retineo in eodẽ statu, in quo fuit quia iudex debet coercere factum aduersarij, & formam competentem illi dare.

b Habet. ¶ sc. iudicis officium.

c Propono, &c. ¶ Et hic de equa dictum est propter fœtũ, licet lex dicat de aquis.

d Imploratur. ¶ Et ibi in prin. scripsi, vbi tractat hoc Ros.

e Iungo. ¶ Ad literam verba Ros. e. ti. & ponit sex necessaria ĩ his ĩterdictis, quæ per positiones patent. dicit etiam §. Titium. l. j. ff. e. quo dicit interdictũ non competere pro cisterna, intelligi directũ: vtile enim competit, secundum eum, ex mẽte, non ex verbis. Itẽ dicit notabiliter de anno fieri mẽtionẽ in positiõibus & libellis: quia si non eo anno, licet ꝑcedenti fuisset vsus, sibi nõ cõpeteret interdictum: maximè qa interdicta sunt annalia, ex eo ꝙ non peruenit ad violẽtum, vel molientem, vel prohibentem: licet de eo, quod peruenit, sint perpetua, ff. de interdic. l. pen.

f Et l. fi. ¶ Verba hæc & sequentia fuerunt Ros. qui tria dixit necessaria, quæ per positiones elicies.

g Propono, &c. ¶ Vide, ꝙ in his libellis nec de possessiõe, nec de ꝓprietate fit mentio, sicut in superioribus factum est, saltẽ diuisim id est, de altero. Opponit ergo Ros. libellos nõ ꝓcedere & ĩterdictum superuacuum. Aut enim agẽti cõpetit ius in cloaca, aut nõ. Primo casu ꝯ prohibentem habeo ego agens negatoriam, vel ꝯfessoriam, & vendicare possem seruitutem: vt in sua materia patebit. Secundo casu prohibens per negatoriam obtinebit: cũ ẽt in communi solo inuito illo nil facere liceat, ff. com. di. l. Sabin⁹. Ad primum respõdet, quòd licet agẽs habeat ꝯfessoriã, q̃ respicit petitorium, nihilò minus habet interdictũ, quod respicit regulariter possessoriũ: patet ĩ vsufructuario, cui ꝯpetit ꝯfessoria: & nihilò min⁹ ĩterdictũ vñ vi, ff. de vi & vi ar. l. ideq;. §. vñ vi. Secũdo casu licet ius ñ habeat, vti ꝑt hoc interdicto, q̃d daf ẽt vi, vel ꝑcariò tenẽti: q̃d nõ est in aliis interdictis, vt in superioribus patuit. habetur hoc ff. e. l. j. §. hoc interdictũ. Est ergo vtile ĩterdictũ hoc, ĩ quo sufficit aliqualis possessio. Nec obstat, q̃ ꝑtor in hoc ĩterdicto posuit verbũ. Pertinet: qa illud verbũ nõ respicit dñiũ, vel quasi, sed quãdã cohærentiam ædium, vt exponit tex. l. j. §. quod ait prætor ff. e. Bene ergo libellis subiicietur id, de quo prius dixi.

h §. fi. ¶ Ad literam fuit Ros. e. ti. in fi.

i Negatiua. ¶ Huic Ros. interposuit de precario, in Compil. ẽt Digestorum hunc ti. de arboribus cædendis immediatè præcedit tit. de precario.

29 ¶†Est insuper xxij. priuatum interdictum: quia si vicini arbor s. domum tuam, vel agrum impendens, vel super excrescens domui, vel agro, vel fundamentis domus damnum inferat, habes contra eum interdictum de arborib. cędendis, vt arborē succidat: alioqn si domui impēdeat, ppria auctoritate poterit succedere, & ppria auctoritate ligna tollere. Si verò in agro, poteris eā deglabrare, siue succidere per xv. pedes cōnumeratos à terra, vbi impendet, ff. d. arb. cædēdis. l. j. §. j. 2. & 3. & §. differētia. Et sic hoc interdictum habet duo capita. Primum p ędibus[a]: in quo sic concipitur libellus.

a Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui arborem positam in domo sua, vel area, & impendentem s. domum meam, non vult succidere, nec patitur me succidere: vnde ago contra eum, quòd me succidere, vel incidere patiatur: & ad hoc propono interdictum de arbor. cæd. vel act. in factum subrogatam in locum eius, ff. e. l. j. in prin. Secundum caput est, quando impendet in agro, in quo sic concipitur libellus.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. cuius arbor posita in pdio suo impendet s. prædium meum: quam arborem ipse à terra vsq; ad xv. pedes non vult deglabrare: vnde ago ɔtra eum, ne me volentem deglabrare vsq; ad prædictum legitimum modum impediat & ad hoc propono interdictum de arbor. cæd. ex secundo capite

30 vel actionem in fact. &c. vt in præd. §. deinde ait. ¶†Porrò si radices fundamentis domus dānū afferunt, sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. cuius arbores sitę in area sua, vel domo, fundamentis domus meæ damnum afferunt: quam arborem & radices non remouet: vnde ago contra eum, quòd me patiatur radices illius arboris succidere: & ad id ppono vtile īterdictum de arbor. cæd. vel act. in fac. subrogatam in locum eius: vel condictionem ex lege C. de interd. l. 1. Si verò sit arbor vento inclinata super domum, vel prædium, sic libellum concipe:

Lib. Coram, &c. cōqueror de P. cuius arbor posita in solo suo tali vento inclinata impendet in domū, vel prędiū meū: vñ nego illius esse ita arborem habere: & ad hoc propono negatoriam,

31 vel condictionem ex lege ff. e. l. fi. ar. ff. de cond. ex leg. l. j. ¶†Actor ergo sic ponet:

Positio actoris. Pono, quòd domus mea, vel fundus est iuxta domum tuam, vel fundum, ff. e. l. j. §. nō solùm. Item quòd in domo tua, vel fundo est arbor. item quòd arbor illa impendet super domum meam, vel agrum, ff. e. l. j. in prin. C. de interd. l. j. item quòd mihi ex hoc damnū infertur, ff. e. l. j. §. si arbor. Item quòd denunciaui tibi, vt eā remoueres, ff. de vsur. mora. & hoc fit coram testi

b bus & tabellione[b]. item q hoc facere recusasti. Item quòd volui eam succidere, vel deglabrare. item quòd me prohibuisti, ff. e. l. 1. §. ait. ¶Reus verò sic:

Positio rei. Pono, q domus mea, vel fundus est remotus à tua domo, vel fundo: hoc cōcesso, nō pt sic arbor impēdere. item q illa arbor rectè stat sine aliqua impeditione. Itē q licet impendeat, īpendet sine damno tuo. item q nūc primò mihi denuncias, q dānū tibi inferat, ideo qa impendet. item q permisi te succidere, vel deglabrare: sed hoc recusasti, ita q impendet s. agrū vltra xv. pe-

c des, si cōputentur à terra rectè sursum[c]. De actione arborū furtī

32 cæsarū, dicā j. de iniur. §. 2. ad fi. ¶†Item si tuæ arboris fructus in fundo vicini cadūt, q te volente ibi colligere prohibet ingredi, habes contra eum xxiij. interdictū, s. de glande legenda, ff. de glan.

d leg. l. j.[d] Sic ergo libellus concipitur:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui fructus, qui ceciderūt ex arbore mea in agrum suum, non patitur me colligere: vnde ago ɔ eum, ne me prohibeat: & ad hoc propono interdictum de glan. legen. vel actionem in factum, &c. vt in præd. l. ¶Actor ergo sic ponet:

33 Positio actoris.†Pono, quòd prædium meum est tuo vicinū. itē q in meo est arbor talis. Itē q producit tales fructus. item q ex illa arbore mea ceciderunt tales fructus in illud prędium tuum. itē q tantùm duo dies sunt, q ceciderunt. item q volui eos legere, & me prohibuisti. Omnia prædicta probantur ff. e. l. vnica. ¶Re⁹ verò sic: Positio rei. Pono, quod prædium meum est à tuo remotum. item quòd tuum est sine arboribus. item quòd arbores, quę sunt ibi, sunt sine fructu. item quòd iam sunt octodies, quòd illi fructus ceciderunt. Item quòd T. tantùm prohibuit illos colligere. ¶Vigesimumquartum interdictum, scil. de migrando. Vigesimumquintum interdictum Saluianum: de quib. j. de locato, §. postquam. ver. ceterum. & seq. Vigesimumsextum interdictum de noui oper. nun. Vigesimumseptimum vt liceat ædificare, cui nunciatum est, præstita cautione: de quib. j. de no. oper. nunc. Vigesimumoctauum, interdictum fraudatorium: quod locū habet tunc, quando & Pauliana actio: de qua j. de reb. eccl. alie. vel non. ver. porrò de proprietate.

ADDITIONES.

a Pro ædibus. ¶Hæc verba cum sequentibus fuerunt Rof. ponentis quinq; in hoc interdicto necessaria, quæ p positiōes patēt. Qd etiam præmittitur de succidēte auctoritate propria, iustificat: qa facit id auctoritate legis, 23. q. 4. qui peccat. C. de adul. Gracchus. C. de admin. tut. l. sancimus. & l. nemo damnum. de reg. iur. dat simile de l. quemadmodum. §. si quid tamen. ff. ad l. Aqui.

b Et tabellione. ¶Consilium est Rof. sic copulatiuè datum: quia facilior est probatio per instrumentum.

c Sursum. ¶Quærit Roff. quale est præiudicium, si arbor s. domū impendet? Respondet, q forsan obscurat lumina, ff. de seruit. vr. præd. l. si arborem. vel fortè. sic stando x. vel 20. annis, acquireret seruitutem altiùs nō tollendi, cùm continuā causam habeat, ff. d. ser. vrb. præd. foramen. in agro posset esse damnum in fructibus, qui pp arboris vmbram non crescerent radices fundamentis domus nocere possent, vt s.

d L. j. ¶Hoc etiam continuat Rof. ad proximum, ponens sex, quæ requirit hoc interdictum, quæ patent ex positionibus: & qa hæc lex prima est ēt vnica & breuis, vt intelligatur, quod j. dicā, ponā ipsius verba, quæ sunt hæc: Ait prætor, glandem, quæ ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi tertio quoq; die legere auferreq; liceat, fieri veto. Glandis nomine omnes fructus ɔtinēt. Posui hunc textum, vt videas, q solutio dicentium tres dies solos dari in glande: quia communiter intra triduū expedit collectio glādis, quæ præcedit collectionem aliorum fructuū: nō procedit. vidisti enim, quòd glandis appellatio omnem fructū ɔtinet. Quare dicunt alii, quòd generaliter omnis fructus, si per triduum iacet ī terra, corrumpitur: & ideo huius termini præfinitio fuit rationabilis. Sed si fructus essent tales, qui isto termino nō corrumperētur, vltra terminum vsq; ad tempus corruptionis duraret interdictū: qd placet Rof. & ibi Acc. Respondet etiam Rof. ad l. iniuriarū §. fi. ff. de iniur. cōtrà dicit, q iniuriam tibi facio, si te inuito domū, vel prædium tuū intro, q causa rei meæ quærendæ, quæ in domo vel prædio tuo esse dicatur, bene possum illam intrare, ff. ad exhi. l. thesaurus. & de seruis fu. l. diuus. sic & hoc de fructibus.

ADDE, secundum Bar. ibi, q si essent fructus, qui putrescerent in vna die, posset agere, q ex qualibet die sibi liceret ire ad fructus colligendos. Dicit ēt ibi Bar. q ex natura rei statuitur breuis terminus. Et est notabile ad hoc, q si statuuntur duo menses ad expediēdum causam de officio consulatus, vel prioratus alicui⁹ ciuitatis, quòd causa debeat expediri ita citò, q tps non incipiat trāsire: quia dilatio esset causa faciendi perire rem. Et per hoc dicit Bal. in l. j. de temp. ap. q poterit hoc casu procedi die feriato: & sequitur Rom. in l. si verò. ff. sol. matr.

SVMMARIVM.

¶De realibus & personalibus actionibus.

4. §. Sequitur videre de secunda parte rubricæ, s. de pprietate: in qua dicemus de actionibus realib⁹ & psonalib⁹, & de Publiciana, ɔfessoria & negatoia actiōi-

1 bus, & de seruitutibus. ¶†Notandum igitur est, quòd actiones aliæ

a aliæ sunt personales[a], in quibus libellus sic concipitur:

Lib. Coram, &c. conqueror de T. qui mihi tenetur in decē libris talis monetæ, quas sibi mutuaui, vel apud eū deposui: vnde peto
b istas mihi dari & reddi[b], & eum ad id per vestrā sententiam cōdēnari. Iunge, si vis, peto etiam expensas in lite, & protestor faciendas, necnon & interesse & dāna: quia non soluit tempore debito & loco statuto, ext. de plus petit. c. vnico. Vides ergo, quomodo causa hîc exprimitur. quod dic, vt s. de act. seu petit. §. sequitur. in prin. ¶ Vel dic:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi promisit facere tale opus: putà librum scribere vsq; ad diem talem sub pœna x. lib. Tu. solenniter stipulata, & non fecit: vnde peto ipsum mihi condemnari in prædictis x. lib. vel peto ipsum mihi condemnari ad interesse meum, quod æstimo quinq; lib. Debet autem fieri specificatio in istis, vt dixi s. de lib. concep. §. iuxta. ver. item non valet ī actione personali. Si autem velles agere, vt opus compleat concipies, vt j. de obl. & sol. §. consequenter. ver. item contra. Sed si scri
c ptor cessauit scribere propter defectum exemplaris[c] cōcipitur li
2 bellus, vt j. de loc. §. postquam. ver. & scias. ¶ † Quid si promisit scribere librum vsq; ad annum sub certa pœna, intra quod tempus mortuus est libro non perfecto, nunquid committitur pœna hæredibus nolentibus facere scribi æquè bonum librum? ar. quòd non, C. de cad. tol. §. si verò talis. & ff. de duobus reis, nemo C. de epis. & cler. ad similitudinem. Ar. contrà, ff. de sol. inter artifices. ff. de cond. indeb. si non sortem, & videtur casus l. j. C. de ꝯh.
d emp. veteris[d]. ¶ † Quid si ante consummationem mortuus est ñ
3 satisfaciendo per alium, an pœna committatur? & hoc est exp̄s
e sum[e] ff. de ver. obl. ad diem. & ff. de nau. fœn. l. fi. ¶ † Aliæ sunt rea
4 les hæc distinctio probatur. ext. vt lite non contest. quoniam. §. ī aliis. Inst. de act. in prin. & de act. seu pet. §. sequitur. in prin. & ver.
5 sed quanquam. & in aliis ver. ¶ † In isto, putà in rei vendicatione
f sic libellus concipitur[f].
g Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui detinet[g] fundum meum positum in tali loco, cuius confines, &c vt j. §. prox. in j. lib. quem dico ad me pertinere iure dominii, vel quasi: vnde peto fundum ipsum & fructus ex eo à x. annis citrà perceptos, quos facio, vel æstimo centum modios: vel breuiùs: vnde tam de fundo, quàm de fructibus mihi fieri iustitiam peto, ff. de rei ven. si in rem. & l. officium. C. de alie. iu. mu. cau. fa. l. vnica, ext. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. Si verò es Legista, iunge: & ad hoc propono rei vendicationem, ff. de rei ven. l. j. Inst. de ac. §. j. ext. de iud. examinata. & quòd illa verba iure dominij, vel quasi, poni debeant in libello, ꝓbatur ext. de re iud. abbate. lib. 6. vbi de hoc, & j. §. prox. & sic etiā vsus iudiciorum interpretatur, ext. de consue. cùm dilectus. ff. de legib. de quib. ¶ Sed cùm difficilis sit dominij probatio, tutius est
6 dicere: † Peto talem fundum ad me pertinentem. Sed nec hunc libellum quidam admittunt propter latissimam significationem huius verbi Pertinere, ff. de ver. sig. verbū illud Pertinere. sed ego
h admitto[h], vt ext. de fide instr. inter dilectos. & de excep. cùm venerabilis. & in præ. c. abbate sanè. Quæ autem debeant in libello rei vendicationis specificari, dixi s. de lib. concep. §. iuxta. ver. item
7 non valet in actione reali. ¶ † Item si petis seruum, vel ancillam in libello, ages rei vendicatione directa, vt in præd. l. si in rem. sup quo vide, quod no. in præalle. §. iuxta. ver. item si petit. Potes etiā rem vendicare simul, & petere exhiberi: quod dic, vt s. de act. seu
8 pet. §. sequitur. ver. & no. quòd. & de iud. §. vlt. ¶ † Actor ergo sic ponet:

Positio Actoris. Pono, quòd talis vendidit mihi talem rem. item quòd eam mihi tradidit. item, quòd pro ea pretium numeraui. I
i tem quòd venditor fuit dominus[i]. hæc probantur C. de prob. cū res. & de acq. rerum do. nunquam. ff. e. non est nouum. ff. de pig. si superatus. & l. & quæ nondum. §. quod dicitur. item quòd hæc res est singularis, ff. de pet. hær. regulariter. & l. licet minimā. Itē ꝙ est vniuersitas facti, ff. de rei ven. l. j. §. per hanc. & l. vendicatio. itē ꝙ eam tenes, vel possides, vel dolo fecisti, quò minùs possideres, ff. e. officium. & l. sin autem. ff. de noxa. electio. s. de interrog. §. 2. ver. verum. Item quòd hanc rem emi à T. & eam tenui per triennium, quando est mobilis: vel per decem annos, quando est immobilis. ¶ Reus verò sic:

Positio rei. Pono, quòd T. vēdidit mihi hanc rem. item quòd fuit dominus. Item ꝙ adhuc debes pretium domus, quam dicis te emisse. Item quòd res illas mihi fuit tradita. item quòd T. eam ī solidum possidet. item ꝙ res ista vniuersitatis est iuris. hoc concesso, succumbet actor. nam incorporalia, seu iura nō vendicanē, cū nō possideantur: nam possessio subiicit aduersarium actioni ī rē, vt ff. de acq. rer. do. seruus. §. incorporales. ext. de iud. examinata. C. de al. iud. mu. cau. fa. l. vnica, ff. de rei ven. l. j. §. per hāc. Arg. t̄n ꝯ ff. de rei ven. quæ de tota. §. incertæ. ff. communi diui. & si n̄ oēs.
k §. j. ff. de rei vē. Marcellus. in fi. & ff. si pars hær. pet. l. j. in fi.[k] ¶ Sed nunquid petens ecclesiam, vel dignitatem ecclesiasticam, vel secularem, vel castrum, vel villam, vel ius patronat⁹, intentabit rei
9 vendicationem? dic, vt j. de relig. do. ¶ † Cæterùm si peto argentum, vel aliam speciē in rudi forma: vel etiā si ex eo facta sit pecunia signata, vel non signata, vel etiam scyphus: vel si peto mancipiū, vel equum, vel vestem, vel quantitatē, vel rem mensurabilē, qualiter libellus concipiatur, no. s. de lib. concep. §. iuxta. ver. itē
10 non valet, si aurum. & seq ¶ † Est & vtilis rei vendicatio prætoria, q̄ datur superficiario: vel si conductor areę vel soli in area, vel solo superficiem, siue domum imposuit, sicut sæpe fit: quia hoc poterat ex lege conductionis: demum cadit ab illius rei possessione: certè talis poterit contra possessorem ad rem ipsam agere, & vtilem rei vendicationem prętoriam intentare, vt ff. de superfi. l.
l j. ff. ager vect. vel emphy. pet. l. j. & 2.[l] & libellus sic concipietur:

Lib. Coram vobis. &c. conqueror de P. qui iniustè detinet rem talem tali loco sitam, cuius confines, &c. quam rem ego conduxi, vel ex causa donationis habui: vel emi à Titio ad superficiem imponendam, & imposui superficiem, quæ nunc in solo est: vnde rem illam mihi peto restitui: & ad hoc vtilem rei vendicationē ꝓpono peto insuper pensiones perceptas & ꝑcipiendas, q̄ sunt decem lib

ADDITIONES.

a Aliæ sunt personales. ¶ Tanc. sui operis parte 2. ponit rubricas d̄ lib. in personali & reali.

b Et reddi. ¶ Ros. quo ad mutuum, dixit sol. Et videtur, ꝙ meliùs. Certum enim est, ꝙ decem, quas mihi mutuasti, factæ sunt meæ, ff. si cert. pet. l. 2. Itē illas cōsumpsi, vel miscui. & ita videtur extinctę. ff. de sol. si pecuniam. illas ergo petens impossibile petit. Dixit Ros. vbi de certi condictione ex mutuo, ante finem, ꝙ veritate inspecta non peto illas, quas verè mutuaui in specie, sed iuris fictione ꝑp omnimodam similitudinē: & quia eodem genere recipiūt fictiones, videor illas easdem petere, vt prob. l. illa ij. ff. si cer. pet. vbi etiam no. in prin. mutuū esse: dato ꝙ recipiens fortè, quia nō indiguit, illam eandem pecuniam restituat mutuanti: & hoc propter propositum vtriusque: ibi vide.

c Exemplaris. ¶ Ex parte conductoris.

d Veteris. ¶ Vide, quod ibi no. in 2. & 3. gl. & pleniùs ibi per Cy. qui ponit distinctionem Pet. de Bel. quam ibi videas.

e Expressum. ¶ s. quod committitur, leges tamen loquuntur, cùm principalis obligatio erat in danda pœna promissa.

f Concipitur. ¶ Hunc libellum & positiones, q̄ circa illum sequūtur, posuit Ros. vbi de ciuilibus, rubrica j. s. rei ven. vltra medium: demum obiectiones multas facit contra libellum: & primò, quia vbi non est obligatio, deficit actio, Inst. de obl. in prin. Sed conuētus rei vendicatione non est obligatus actori, vt Inst. de act. post prin. Ergo non procedit libellus. An illud verum est in personalibus: in vendicando verum est, ꝙ agimus cōtra eum, qui nullo iure nobis obligatus est: sed agimus, quia rē tenet, & facultatem habet restituendi, vt ibi obiicit, etiā ꝙ declaranda sit causa, ff. de transac. cùm hi. §. in hac. C. de apo. l. j. lib. x. sit expeditum, per ea, quæ libellū hîc sequuntur. Obiicit circa petitionem fructuum de bonę fidei possessore, qui lucratur fructus ante litis contestationem ꝑceptos, stat obiectioni, vt s. debeātur fructus secundum distinctionem iuris communis: de qua satis & de fructibus & interesse, §. j. vbi etiam habetur, quo iure petantur: de quo ipse hîc quærit, etiam de iudice, qui ī s̄nia nil dixit de fructibus, an postea dicere possit: de quo vide s. de disput. & alleg. ante finem, vbi etiam dixi, an de illis non pronuncias illos refundere teneatur. Quærit etiā, si aliud est forum domicilij à foro rei litigiosi, vbi puniendus sit re⁹. item in fine an rei vendicatio ꝯ commodatariū intentari possit. itē q̄d hîc de verbo Restitui, posito ī libello à rē vēdicāte, vide s. de act. & pet. §. 2. sup ver. sed q̄ vocas. & vide de lib. conc. §. fi. ver. hoc aūt notādū. Tractat ēt de illo, ꝯ quē agebatur rei vēdicatiōe directa, si post litē ꝯtestatā dolo desiit possidere, an iudicet sup directa, an super vtili? quod videas ad literam s. de interrog. ad fi. versi. quid ergo, si egi. Adde ad finē huius additionis, Ro. cons. ccxlvj.

g Detinet. ¶ Ros. vbi s. ante fi. reprēhēdit iudicē, q in fine litis reū rei vēdicatiōe ꝯuētū absoluit, si in libello dicat, peto talē rē actione &c. nisi dicat, q̄ tenet. ꝙ licet dicat actor ꝯfines, & illā ad se ꝑtinere iure dñij, vel quasi. dicit enim, ꝙ aut reus illā possidet, aut nō: si possidet, ergo bene: si non possidet, quia se liti obtulit, condemnandus est, ac si possideret, ff. de rei ven. is, qui se liti.

h Admitto. ¶ Et Ros. vbi s. & omnes libellarij.

i Dominus. ¶ Has quatuor posui s. de positio. §. v. ver. super j.

k In fi. ¶ Solue, vt no. de lib. obl. c. 2. post prin. primæ gl. & vt super ea scripsi.

l Et 2. ¶ Hanc prosequitur Ros. inter prætorias. & est quinta in ordine: & ponit quinq;, quæ requiruntur in ea, quæ per positiones patent. Eius autem ad literam sunt omnia hîc scripta de ipsa.

cem libræ Tur. Perceptas & consumptas peto per condictiõem sine causa: perceptas verò & extantes vtili rei vendicatione, percipiendas autem ex vestro officio. Et hoc, si fuerit malæ fidei possessor, qui tenetur de percipiendis: aliàs non. vt ext. de restit. spol. grauis. Vel sic: Peto rē talem mihi restitui propter superficiem, q̄ imposui in solo prædicto mihi à Titio concesso ex causa locationis factæ ad nón modicum tempus, vel ex causa donationis, vel emptionis, vel alterius ꝯtus: ad quod propono vtilem rei vendicationē. Hæ formæ probantur ff. de superfi. l. j. 2. & 3. ¶ Actor ergo sic ponet:

11 POSITIO actoris. †Pono, ꝙ quæ in libello continentur, iure petere possum, s̄. de pos. §. 2. ver. xj. ad fi. Item quòd T. mihi donauit vel locauit, vel vendidit solum, ad hoc, vt ibi superficiem imponerem. necesse est enim ꝯtum aliquem de his precedere, ad hoc vt hæc actio locum habeat, ff. de superfi. l. j. §. j. Item quòd conduxi solum ad superficiem imponendam vsq; ad decennium, ar. ff. d̄ long. temp. præscr. x. vel xx. an. l. fi. Si reus neget de decem annis, ipse ponat de nouem: si neget de nouem, ponat de octo: & sic vsque ad quinquennium: quia illud accipio non modicum temp⁹

a ff. de superfi. l. j. §. q̄d ait p̄tor. & ff. de separa. l. i. §. quod dictum ē a. Item quòd superficiem, quæ nunc est in solo, ego imposui, vel imponi feci. Item quòd T. fuit dominus, vel quasi huius soli. Re⁹ verò sic ponat: & primò neget, si potest saluo sacramento.

POSITIO rei. Pono quòd T. est minor 25. annis extr. de proba. in præsentia. hoc concesso, non valet eius donatio, vel venditio, vel locatio sine prætore, ff. de rebus eorum, qui sub tu. vel cur. sunt, l. 1. item quòd T. solum, in quo dicis esse supeficiem, vendidit & tradidit M. prius quàm superficies ibi esset imposita. hoc concesso, T. nihil potuit transferre, ff. de acq. rer. do. traditio. ff. de re. iur. nemo plus. ext. de don. int. vir. & vx. nup. j. q. 7. Daybertum. item quòd vsq; ad annum tantùm conduxit domum, vel solum. item quòd T. non fuit dominus, vel quasi. item quòd rem hanc non

12 possideo: nec dolo desij possidere. hoc concesso, absoluitur: †qa in qualibet reali requiritur quòd reus possideat, C. de aliena. iud. mu. cā fa. l. vnic. ext. de exce. aduersario. & in præ. ver. verum. Sed si actor probauerit, quòd possidet, transfertur possessio in actorē ff. de rei ven. l. pe. & hæ positiones locum habent tam contra dominum soli, quàm ꝯ quemlibet possessorem. nam & hęc actio datur contra dominum, ff. de superfi. l. j. in interdicto verò de super

13 ficiebus forma libellum, vt s̄. §. prox. ver. est & interdictū. ¶ †Est & alia vtilis rei vendicatio, quæ datur emphyteutæ, vel ei, qui cō

b duxit ad non modicum tempus[b]: licet in arbore actionum domini Io. nihil de ea dicatur, tamen sic in ea concipitur libellus.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui talem rem detinet: putà prędium, vel domum mihi datam à Titio in empyteusim, cuius confines. &c. vnde peto rem illam mihi restitui vtili rei vendicatione quæ datur emphyteutæ. ¶ Actor ergo sic ponat:

Positio Actoris. Pono, quòd teneris mihi reddere ea, quæ in libello continentur. quod dic, vt in pred. ver. xi. item quòd concessisti mihi rem talem, & in emphyteusim dedisti: & hoc, si agit contra dantem. Si verò contra T. dicat sic, Pono, quòd T. est dominus talis prædij: vel habet Publicianam pro illo prædio. item quòd ille T. rem illam mihi dedit in emphyteusim. item quòd talis est res, quæ potest in empyteusim dari. item quòd de hoc cōtractu scriptura facta est per manum publicā B. notarij, C. de iur. emp. l. j. itē quòd singulis annis à die celebrati contractus solui, quod soluere debui, ext. de locat. potuit. Item quòd talis persona est, quæ potuit alienare. ¶ Reus verò sic:

14 Positio rei. †Pono, ꝙ res, quam dicis tibi in emphyteusim datā, fuit minoris. hoc enim concesso. actor non habet ius ī re: nec valet contractus, ff. de rebus eor. qui sub tut. vel cu. sunt, l. j. C. de re. alie. non ali. l. fi. item quòd testator, qui dedit hanc rem T. à quo te dicis causam habere, prohibuit alienari: & causam prohibitionis apposuit in testamento, ff. de leg. j. filius. §. diui. Item quod cō trahentes prohibuerunt rem alienari, vt C. de reb. alie. non alie. l. fi. item quod T. auctor tuus furiosus fuit, vel fuit sibi bonis interdictum, ff. de verb. obl. l. is cui. item quòd iam est triennium, quòd pensionem non soluisti, C. de iure emp. l. fi. item quòd res illa data in emphyteusim, est mobilis: quod esse non potest, vt in auth. de non alie. aut per. reb. eccl. & C. de iure emp. l. 1. 2. & fi. Si verò dominus à vasallo, vel colono, plus debito exigit, dic, vt j̄. de cē-

15 si. ¶ † Cæterùm pro iurisdictione intentant quidam rei vendicationem: & sic concipiunt libellum:

Lib. Coram, &c. cōqueror de P. syndico talis vniuersitatis nomine ipsius: & dico, quòd in dicto castro habeo plenam iurisdictionem cognoscendi de quibuslibet causis, & quamlibet aliam speciem iurisdictionis: quare peto iurisdictionem ipsam mihi restitui: ad quod propono rei vendicationem. ¶ Sed libellus iste stare

16 non potest. †Primò, quia iurisdictio est genus: vnde vendicari n̄ potest, ff. de rei ven. si in rem. Secundo, quia rei vendicatio datur contra possidētem. possessio enim subiicit aliquem actioni in rē, vt C. de alie. iud. mu. l. vnica, ext. de iud. examinata. & contra eum qui habet facultatem restituendæ rei, ff. de rei vend. officium. sed iurisdictio est res incorporalis, quia tangi, vel videri non potest,

c vt ff. de rer. diui. l. j. ergo non vendicat̄, ff. de rei ven. l. vendicatio[c]. ¶ Tertiò, quia cùm sit incorporalis, non possidetur, ff. de acquir. pos. l. possideri. in prin. ergo non vendicatur, vt dictum est. Dicendum est ergo, secundum Odof. quòd pro iurisdictione competit possessorium iudicium, vel quasi: & tunc concipitur libellus, vt

17 s̄. §. in retinendæ. ver. porrò. ¶ †Item & petitorium, quando videlicet miles non possidet, nec vnquam possedit: sed pater ei⁹ sic & tunc ei competit iudicis officium, secundum quosdam, cùm n̄ habeat locum ordinarium, ff. de minor. in causæ. §. j. Prætor enim prohibet veritas exactiones fieri, ar. ff. de of. præ. l. illicitas. & l. cō gruit. ext. de censi. cùm Apostolus. §. prohibemus. Alij verò dant condictionem ex lege illa, ff. de emancip. l. j. & fi. Tu dic, quòd aut agitur de iurisdictione constituenda, aut de iam constituta. Si de cōstituenda, vt quia dicit miles iurisdictionē fuisse patri suo venditam, sed non traditam, tunc aget actione ex contractu: & sic libellus concipitur:

Lib. Coram, &c. vt s̄. vsq; nomine ipsius. iunge, quia talem iurisdictionem dicta vniuersitas vendiderunt patri meo, & non tradiderunt: quare peto ipsam mihi quasi tradi patiendo me iurisdictionem ipsam liberè exercere: ad quod propono actiõem ex empto, si fuit emptio, ar. ff. de vsufr. corruptionem. Si de iam constituta, vt quia vendiderunt patri eius, & eum vti illa passi sunt, tūc locum habet vtilis confessoria: quia sicut directa pro vera seruitute locum habet, vt ff. de seruit. quoties. & de ser. rust. præ. l. 2. sic & pro iurisdictione, quæ est species seruitutis, dabitur vtilis, ff. de fun. instr. & instr. leg. l. prætoris. & tunc sic concipitur libellus:

Lib. Coram vobis, &c. vt s̄. vsque, nomine ipsius. iunge, quia licet habeam iurisdictionem plenam in dicto castro, non permittunt tamen me iurisdictionem ipsam liberè exercere: quia peto eos p̄ vos cogi, ꝙ me permittant illam liberè exercere, & mihi caueri, ne me impediant in futurum: & ad hoc ipsos sententialiter condemnari, ff. si serui. ven. actum. & l. egi. & vide j̄. de reli. do. ver. q̄d si petatur. Quid iuris sit quando res, vel æstimatio petitur, vide j̄.

18 de obl. & sol. §. sequitur. ad fi. ¶ †Est & alia rei vendicatio, q̄ dat̄ metum passo: de qua s̄. quod met. cau. ver. porrò. Quatuor quoq; sunt præiudiciales actiones & in rem: quod dic, vt s̄. in ti. de of. ord. ver. vlt. ¶ Porrò sæpe in rei vendicatione, & in petitione hæreditatis, & in aliis actionibus petuntur fructus à possessore offi-

d cio iudicis: in quo sic libellum concipe[d]:

Lib.

ADDITIONES.

a §. quod dictum est. ¶ Vide, quod no. in cle. de reb. eccl. non alien. c. vno, in vlt. gl.

ADDITIO. Adde Bar. in l. insulam. ff. de ver. obl. vbi in 2. opp. opponit, qualiter iudex debeat arbitrari tempus esse modicum, vel non, s. inspecta qualitate facti, vt ibi Maria. Soc. cons. 32. incip. ex his. in prin. ī j. vol. dicit, quòd communis opi. gl. & Doc. est, quòd tempus modicum intelligitur intra decennium, per l. fi. de præsc. long. temp. & l. fideicommisso. §. Aristo. ff. qui, & à quib. Et quamuis aliqui dicant hoc arbitrarium esse, tamen communis opin. & communis obseruantia est, quòd intelligatur de tēpore minori decennio, iuribus, & auctoritatibus per eum ibi alle. Et quod dicatur breue tempus, vide Cardi. Zabar. in c. præterea. de ætate & qual. Et quod dicatur magnum, seu longum tempus, vide Alex. cons. xvj. incip. viso instrumento. in prin. in 4. vol. Hen. Fer.

c Tempus. ¶ Et Rof. continuauit eam s̄. prox. inter prætorias: & totum, quod sequitur, fuit eius. Materia verò huius contractus copiosè tractatur j̄. de loca. §. penul.

c L. vendicatio. ¶ Alia iura vide ad hoc s̄. ver. & alia sunt. in primis positionibus rei.

d Concipe. ¶ Oēs libellos sequentes posuit Rof. tit. de of. iud. quo fructus pet. in pen. & vlt. col. Contra illos autem sic opponit: cū rei vendicatiōe iudex, quasi mercenarius, prouideat circa fruct⁹, maximè qui percipiuntur post litem contestatam, ff. de ædi. edi. ę diles. §. item sciendum. & facit l. ex diuerso. §. vbi autem. ff. e. tit. ad quid necessarium est hoc officium, vel hæc libellorū forma? Respondet, ꝙ acquiescit obiectori suo casu, cùm iudex est mercenarius. Sed quia multi sunt casus, quibus fructus peti non possunt iure actiōis, necessarium fuit peti fructus iudicis officio loco prīcipalis actionis. De his autem casibus ibi plenè præmisit. Item cōtra vltimum libellum, quo petuntur percipiendi, opponit, iudicia solùm institui de præterito, vel præsenti: de futuro non: quia de his rebus, quæ postea in obligationem vēturæ sunt, iudicium esse non potest, ff. de iud. non quemadmodum. Quomodo ergo

Lib.Coram, &c.conqueror de P.à quo peto talem rem, &c.quã dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi: quam rem peto cũ fructibus extantibus, s.tot corbibus frumenti, vel vini: peto re ipsa propono rei vendicationem: pro fructibus verò officium iudicis: & hoc contra bonæ fidei possessorem pro extantibus, & non consumptis. C.de rei ven.certum.§.bonæ fidei.extr.de rest. spol.
19 grauis. ¶†Contra malæ fidei possessorem, aut non habentem titulum sic concipitur libellus:

Libellus.Coram, &c.cõqueror de P.à quo peto talem rem cum fructibus percipiendis, si mihi possidere licuisset, s.tot sextariis frumenti pro re ipsa, &c.vt s.de rei ven.si nauis.§.fi. contra possesso
20 rem bonæ fidei in petitione hæreditatis. ¶Pro fructibus consũptis, de quibus factus est locupletior, sic concipitur:

Lib.Coram, &c.conqueror de P.qui possidet hæreditatem, quæ fuit quondam.T.cui T.ab intestato successit: vnde ago contra eũ vt ipsam hæreditatẽ, cum fructibus perceptis & consumptis restituat: de quib. fructibus fact⁹ est locupletior in tot sextariis frumenti. Pro hæreditate petitionem hæreditatis propono: pro fru
21 ctibus verò officiũ iudicis, ff.de pet.hær.illud.§.prædio.&§.ad of
21 ficium. ¶†Contra omnem possessorem pro omnibus fructibus post litem contestatam: sic concipitur libellus:

Libellus.Coram, &c.conqueror de P.à quo peto talem rem cũ fructibus perceptis post litem contestatam vsque ad tempus restitutionis rei: ad hoc propono officium iudicis, ff.de pet.hære.l.
22 sed & si lege. §.si ante litem.C.de rei vend.certum.†Item iura sæpe actionem suadent dari, non tamen dant aliquam specialẽ: quo casu competit actio in factum subsidiaria, sicut in exceptiõe: qua deficiente, vel etiam actione, tunc vtilis actio, vel exceptio datur
a ff.de præscr.verb.quoties.in qua sic libellum concipe[a]:

Lib.Coram, &c.conqueror de P.qui cæmenta mea posuit in sepulchro suo, quod dissolutum est: vnde peto illa cæmenta mihi restitui: & ad hoc propono actionem in factum, ff.de rei ven.quę religiosis.in prin.Si verò sine domini voluntate iniunxit, in ferruminatis, & plantatis, & satis competit actio ad pretium, vt in ea. l.in fi.& tunc sic concipitur

Lib.Coram, &c.conqueror de P.qui brachium meum argenteũ vel ferruminationem adiunxit statuæ suæ argenteæ: vel frumen
b tum meum seminauit, s.vnum corbem, vel plantauit vineam[b], q̃ æstimo decem: vnde ago contra eum, vt prędicta decem mihi sol
c uat: & ad hoc, &c.vt in præal.l.& iunge hic[c], quod no.s.de ac.seu pet.§.sequitur.vers.[illegible] vel actio in rem. & seq. in prin. & ver. sed quàm.

ADDITIONES.

peti possunt fructus non percepti tpe motæ litis? rñdet, quosdã dicere, q̄ fructus omnes post litem contestatam veniunt officio iudicis: & eo officio, quo veniũt, petũtur, nõ officio iudicis loco principalis actionis, quo officio necesse est peti perceptos & ante litem contestatam percipiendos, vt in prę. §.item sciendum. & ff. de vsur.l.pertinet.& l.neque.

a Conci. ¶Qui libelli, & verba præcedentia fuerunt Ros. vbi de ista tractat satis copiosè. Et ante omnia sciendum, vt ipse not. de act.in fac.præscr.verbis, in prin.tantum est dicere actio in factum Id est actio ex ipso facto, vt s, deficiente nomine actionis, ex facto detur actio, quæ in multis & variis iuris articulis est admissa, C. de sacros.ecc.sancimus. Hæc autem actio competit, quando deficit actio, & iura suadent actionem dari: hoc dico, quia pro re tua mihi deficit actio: non tamẽ dabitur ista in factum: quia iura hoc non suadent. Dat autem Ros.xij.exempla huius subsidiarij in agẽdo, & xv.in excipiendo, quæ per te videas. Item pondera libellos inferiores, & videbis, quòd non agitur ad rem, sed ad æstimatiotionem, vel pretium, per quod soluuntur, quæ opponuntur đ locis religiosis, quæ non sunt in bonis nostris, ff.de rei ven. in rem. §.loca. & q̄ seminata & plantata sunt dominorum soli, ff. de acq. re.dom.l.adeo.nam libelli ad illa non agunt, sed ad pretium. Vltrà hoc sciendum, quòd ista subsidiaria est generalissima. habemus enim alias subsidiarias speciales, sicut actio de dolo, C.de dolo, l. 2.condictio ex lege, ff.de cõd.ex lege, l.2.item restitutio, ff.de mino.in causæ.item officium iudicis, ff.de minor. quòd si minor. §. fi.item & querela inofficiosi testamenti: quæ tũc datur, cùm alio modo ad bona defuncti quis peruenire non potest, Inst.de inof. test.tam aũt naturales. Istæ aũt sunt subsidiariæ in suis specialibus casibus, nec se contingũt, nec ɔcurrunt: sed, vt dicit Ros. hoc tit. in fin.quælibet harũ manet in suo domicilio: quod est dicere, q̄đ nec istæ dant̃ in illis casib⁹, nec illæ ext.suos casus, ad quod solos sunt subsidiariæ: de hac etiam no.ff.de præscr.ver.super rubrica.

b Vineam. ¶Ros dixit plantam meam.

c Et iunge hic. ¶s.in materia realium, non in subsidiaria.

SVMMARIVM.

1 *Actio Publiciana cui competere dicatur, & ob quam causam.*
2 *Dominum se dicit, qui se dicit vsucepisse.*
3 *Libellus qualiter sit in actione Publiciana concipiendus.*
4 *Per Publicianam petitur omnis restitutio, & ea quæ veniunt in rei vendicatione.*
5 *Res quæ non potest vsucapi, non potest per Publicianam peti.*
6 *Ad rei instructionem vnica tantùm actio edi requiritur.*
7 *Actor ignorans quæ sibi actio competat, qualiter habeat proponere. & n.8.*
9 *Publiciana nunquam est contra dominum danda.*
10 *Actor quo casu confitens à Publiciana excludatur.*
11 *Bona fides præsumitur, vbi mala non probatur.*
12 *Publiciana & rei vendicatio an sint contrariæ.*
13 *Libellus qualiter sit in actione confessoria conficiendus.*
14 *Electionis secundum, vel præter consuetudinem factæ qualiter sit confirmatio, vel infirmatio petenda.*
15 *Obligationes ex consensu tacito, vel expresso nasci dicuntur.*
16 *Dissimilitudo inter confessoriam & interdictum vti possid. quæ sit.*
17 *Possessorium prosequi quando quis dicatur.*
18 *Petitorium intentari qualiter intelligitur.*
19 *Consuetudo non potest sine præscriptione procedere.*
20 *Sententia quo casu non solùm super petitione, sed etiam super causa sit proferenda.*
21 *Causa proprietatis an sit sufficiens ad cassandam, vel confirmandam electionẽ.*
22 *Impeditus vti seruitute debita, quam actionem habere possit.*
23 *Libellus qualiter sit contra impedientem aquæductum concipiendus.*
24 *Libellus qualiter contra non permittentem tigna in muro immittere sit concipiendus.*
25 *Agens super personali seruitute qualiter concipiet libellum.*
26 *Actoris & rei positiones, vbi agitur super seruitute personali.*
27 *Actio negatoria cui, & quo casu competere dicatur. & n.31.*
28 *Negatoria quanto tempore tollatur.*
29 *Agens negatoria qualiter probabit de iure suo.*
30 *Actiones pro seruitute, tam reali, quàm personali dabiles, quæ sint.*
32 *Positiones actoris & rei, vbi agitur de seruitutibus.*
33 *Aedificare volens iuxta palatium alicuius, an, & quo casu possit prohiberi.*
34 *Domum habens ab vtraque parte viæ, an possit põtem de vna ad aliam facere.*
35 *Condemnatio, vel absolutio, an debeat fieri in confessoria & negatoria, sicut & in realibus & personalibus.*
36 *Cautio & nuda promissio an semper æquiparentur.*

¶De Publiciana, & de seruitutibus.

a 5.§.Nunc dicendum restat de Publiciana, quæ prætoria est[a], & competit ei, qui rem ex causa donationis, aut legati, vel cuiuslibet alterius iusti tituli bona fide ab aliquo accepit, credens illum verum dominum fuisse, cùm tamen
1 in veritate non esset. ¶†Si enim iste priùs, quàm vsuceperit ipsã rẽ, vel aliàs eius dominium nactus fuerit, cadat à possessione ei⁹, competit ei Publiciana actio contra possessorem, ff.de Public.l.j. 2.3.& 4.& l.eum qui.§.prætor. vnde contra eum sic libellus concipitur:

Lib.Coram, &c.conqueror ego Bagarotus de Suarello: qui talẽ domum meam in Castro Podij missionis positam prope portam sancti Martini iniustè detinet & reddere contradicit in meum p̃iudicium & grauamen: quam si quidem domum assero meam eẽ quia eam à T.vel à non domino bonæ fidei emi, & eam vsucepi: vnde peto eam mihi restitui per actionem Publicianam: & mihi
b sup hoc iustitiã exhiberi[b]: & eũ ad id p vr̃am sñiam ɔdẽnari. Cõfines aũt p̃fatæ dom⁹ sunt hi: ex pte vna est domus Durandi: ex alia ẽ dom⁹ Corneliani, ex alia via publica: ex parte verò posteriori muro prædicti castri cohæret. Si verò ignores omnes confron
c tationes, positis duab. sic iunge: & si qui alij sunt confines[c]: & etiã ad cautelam positis omnibus finibus potest hæc clausula poni: saluo mihi iure & ptãte addendi, vel minuendi, vel mutandi, si visum fuerit expedire. De his confrontationibus no.j.de emp.& ven.§.j.super gl.prima, sup verbo.sitã in tali. Et quot fines sint ap
2 ponẽdi, no.s.de lib.conc.§.iuxta.ver.itẽ ñ valet. ¶†In actiõe reali hũc libellũ sic format.P.sed non vr̃ posse stare.nam dicendo se vsucepisse, dicit se dominum, ff.de vsuca.l.3. Vñ ñ Publicianã, sed rei

ADDITIONES.

a Prætoria est. ¶Et prima in ordine & in arbore.

b Exhiberi. ¶Sic etiam ponit Gul.autor, vbi s.de act.seu petit.

c Confines. ¶Dicit Gui.de Suz.in l.edita.C.de eden. q̄ si reus petit duos confines declarari in libello, quòd actori petenti dabit̃ ad hoc dilatio: quia talia indigent quandoq; occulorum inspectiõe ff.fi.reg.l.si irruptione.in fi. & de dam.infect.l.4.in prin.

rei vendicationem habet, Inst. de act. §. aliæ. ff. de rei ven. in rē actio. in prin. quia se non compatiuntur, vt 32. q. j. cùm renuntiatur ext. de Iudæ. examinata. Præterea Publiciana datur pro re nondū vsucapta, ff. e. l. j. Præterea iste Bagarotus est sibi contrarius: quia per hoc, quòd dicit se vsucepisse, dicit se dominum, vt s. & etiam, dum dicit rem suā esse. Cùm verò proponit Publicianam, & dicit se à non dominò emisse, asserit se non dominum, vnde sibi tanq̄ contrarius est repellendus, C. de codi. l. fi. ff. de eden. l. j. ext. de ap. solicitudinem. j. ver. fi. quia scriptura in se contraria desolabitur, 25. q. ij. si ea. C. de fi. instr. scriptum. ext. e. tit. imputari. & tanquam mendax est puniendus, ff. de inter. & releg. relegatorum. in fi. ff. d̄ neg. gest. siue hæreditaria. ext. vt eccl. benef. vt nostrum 22. q. 2. primum. c. seq. & c. ne quis. C. de ind. vidui. l. 2. & C. vnde vi, l. meminerint. Sed P. respondet ad prædicta, φ lex permittit in hoc casu mentiri: quia permittit me dicere vsucepisse, quod non vsuce
a pi, Inst. de act. §. aliæ[a]. sicut & aliàs permittit mentiri, C. de bonis
b mater. l. j.[b] Vel dic, vt j. ver. fi. Alij verò, vt Rof. nō admittunt hūc libellum, dicentes, quòd prius quàm libellus formetur in Publiciana, videri debet, an, qui petit, sit dominus, vel credat: vt tunc n̄ intentet Publicianam, sed rei vendicationem, quæ soli domino competit, vt in præd. l. in rem actio. an non sit, vel non credat, vt tunc eā intentet. Si verò dubitet, vt quia dubitat, an is, à quo cām
c habet, fuerit dominus, tutius[c] est Publicianā proponere, quā rei vendicationē: quia in rei vendicatione habet plura, s. quatuor ꝓbare, si agatur contra tertium possessorem, s. quòd emerit, quod ī
d vacuam possessionem inductus fuerit[d], quòd pretium numerauerit, ff. de tribut. ꝓcuratoris. §. si dedi. ff. de contrah. emp. qd̄ vendidi. & quartū, φ venditor fuerit dominus. At in Publiciana minus: quia de pretio nil probabit, ff. e. de pretio. Probabit ergo ꝯctum præcessisse, & rem traditam fuisse. De bona fide autem nihil probabit: quam probat eo ipso, quòd contrarium non probatur, C. lib 12. qui mil. non possunt, super seruis. Vel dic, secundum Vbert. vt s. de actio. seu pet. §. sequitur. vers. item nota, quòd si actor. & seq. & ver. si velis. sed P. magis placet in dubio rei vendica-
3 tionem debere proponi. ¶†In Publiciana ergo sic concipitur libellus, secundum Rof.
LIBELLVS. Coram, &c. vt s. vsque, quam si quidem domum. &
e pòst iunge, à Bagaroto, fortè[e] non domino, bona fide, emi: vn̄ peto ipsam domum mihi restitui, & ad hoc vtilem rei vendicationē s. Publicianā, intentans, & mihi super hoc iustitiam exhiberi. Vel sic, ad restitutionem præfatæ domus Publicianam intento: peto etiam fructus perceptos, ad quod propono condictionem sine causa: & extantes, pro quibus similiter Publicianam intento: & ꝑcipiendos, quos ex officio vestro peto, &c. vt in præcedenti libello. De fructibus ideo dixi, quia in ea veniunt, sicut in rei vendicatione, vt ff. de rei vend. l. ex diuerso. §. petitor. & ff. e. eum qui. Itē quæ post litem contestatam accidunt, valde spectant ad officium iudicis, vt s. §. nunc de expensis. ver. hoc quoque. Quòd autem iste libellus sit rectè conceptus, sic propono: Publiciana enim est in rem: & quicunque ex iusta causa habet rem à non domino & bona fide, potest per eam in iudicio rem persequi, vt Inst. de act.
4 §. aliæ. ff. de Public. l. j. & l. eum qui. §. Publiciana † Cùm ergo sit in rem, rectè per eam petitur restō, & omnia, quæ veniunt in rei
f ven. veniūt ī Publiciana, nisi aliud spāl'r ī lege dicat, vt ī p. l. eū q[f].
Sed

ADDITIONES.

a §. aliæ. ¶Vt tangitur ibi in gl. & sic videtur, quòd illud Quasi, qd̄ in prin. ibi ponitur, intelligitur ī inferioribus repetitum, vt sic recipiatur vsucapio pro quasi vsucapione: vt sicut in vera daretur directa vendicatio, sic in ista, cùm ex iusto titulo & bona fide detur vtilis. Dicit Rof. quòd dicit Rog. præceptor suus, quòd Publicianam proponens dicit se vsucepisse rem, id est, ex causa cepisse, qua procedit vsucapio: cùm in publicum sit necesse rem posse vsucapi, ff. e. cum qui. in fi. & l. seq. & l. cum sponsus. §. si res.
b L. j. ¶non mentitur, ibi, si exponas, proprij iuris, quo ad administrationem, C. de bon. quæ lib l. cùm oportet.
c Tutius. ¶Idem Acc. ff. e. ti. & Ber. Dorna.
d Fuerit. ¶De hoc est opi. vt no. ff. de fundo dot. si fundum. & C. d̄ prob. cùm res. Aduerte: quia si concedatur in rei vendicatione, non est necesse tradi possessionem vacuā, cùm fit traditio per dominum in Publiciana, tamen vr̄ necessaria: facit ff. pro suo, l. fi. Itē traditio non dominij cum causa habili ad dominium transferendum, parit Publicianam, demum cùm causam habuerit vsucapiē di, quam non habet non habens vacuā: ergo. &c. id patet ff. de Public. l. siue. § hæc actio. & dixi s. & de hoc per Cy. in præ. l. cùm res Dicebat ergo Io. de Bla. de Publ. in fi. quòd si vēdidi tibi rem alienam, & à domino possessam, licet te in possessionem induxerim. quia tamen non possedisti, cùm possideretur à domino, ff. de acqui. pos. l. 3. §. ex contrario. tibi Publiciana non competit: aliàs filius, colonus, vel extraneus in rem, quam possiderē, & in qua Publicianam haberē, possessionem alteri concedēdo, meam ꝯditionem faceret deteriorem: quod esse non debet, C. de acq. pos. l. ex liberis. Non obst. φ illud sufficit in rei vendicatione, vt in præ. l. si fundum. Et φ idem debet esse in Publiciana, ff. e. eum qui. §. in Publiciana. qa prima lex loquitur in domino, q̄ habere debet latiores habenas: §. loquit̄, quo ad fructus, damna, impensas, & alia ibi no. sed non, quo ad hoc: qa dominium sine possessione quæritur Publiciana non.
ADDE, quomodo Publiciana intentetur cōtra possessorem malæ fidei, & ex quo capite potest in ea obtinet, Rom. cons. 424.
e Fortè. ¶Istud Fortè non posuit Ber. Dorn. & cautiùs coniungūt isti, quàm Odof. qui dixit, quia fortè illam emit à Io. non domino Rof. qui ponit quatuor formas, e. ti. & ista fuit eius secunda, quā & tribuit Io. & Mar. in qua habetur distinctio fructuū, de qua hîc posuit etiam, & sic aptiùs.
f Eum qui. ¶Scire debes, φ Io. de Bla. subtilizans in hac materia. & opponens ad singula quæq;. quæ no. gl. in Publiciana requiri ī §. aliæ. Inst. de act. & no. vt dixi s. de act. & pet. §. sequitur. ver. & no, dicit, quatuor esse radices Publicianæ: quarum vna habet iustam causam tenendi, quē Titulum appellamus, quæ proficere p̄t ad vsucapiendū & præscribendum. & in hac dicit locum habere prædicta verba: in qua sic format libellum: dico, domine iudex, quòd R. iniustè possidet talem domum, cuius fines, &c. quam domū dico ad me iure quasi dominij pertinere, eò quòd mihi bona fide recipienti tradita fuit à Titio bona fide tradente: quem Titiū tēpore contractus & venditionis credebam eē dominum, cum nō esset: quare petitionem meam ꝯ ipsum R. dirigo, vobisq; supplico, vt meum quasi dominium, quod habeo in dicta domo: vel sic vt me habere iustam cām petendi dictam domum ratione quasi dominij vestra diffinitiua sn̄ia declaretis, dictum R. ad restitutionem dictæ domus condemnando. Item cùm mala fide possideat ipse R. dictam domum, nec habeat titulum, ꝑ quod apparet, φ obuentiones perceptas ex dicta domo sine causa consumpsit: peto, vt dictum R. ad obuentiones dictæ domus perceptas, cōsumptas & extantes, quas æstimo x. libras, ac ad percipiendas etiam cōdemneris. Vt n. dicit, in rei vendicatione accumulari potest triplex auxiliū pro fructibus, s. condictio sine causa, pro consumptis à malæ fidei possessore, noua rei vendicatio pro extantibus, & officium iudicis pro percipiendis: sic & in Publiciana dabitur noua, vt patet ff. e. eum qui. §. in Publiciana. item improbat lib. Rof. in eo, φ directè petitur in eo rei restitutio ab aduersario: & actio est realis. sed de hoc vide s. de lib. concep. §. vl. ver. hoc autem nota adū Subdit, quòd expressit R. iniustè possidere & titulum non habere, propter id. quod habetur ff. e. siue autem §. fin. cum l seq. Dicit demum, quòd secunda radix Publicianæ est, si ex causa iudicati res fuerit tradita: in qua sic libell[o] formatur: Dico, domine iudex talem fundum ad me iure quasi dominij pertinere, eò quòd dictum fundum iure dominij petij à Titio coram tali iudice, qui ꝓnunciauit fundum meū esse: & ad restitutionē dicti fuudi mihi faciendam Titium condemnandum: qui Titius ex causa iudicati mihi tradidit dictum fundum. Vnde cùm R. possideat ipsum fundum iniustè. petitionem meam dirigo contra ipsum: vobisq; supplico, vt me habere iustam causam petendi dictum fundum diffinitiua sententia declaretis, dictum R. &c. vt s. subdendo de fructibus. Et in ista secunda radice non oportet, quòd tradens sit dominus, vel causam fore habilem ad dominium transferendum, vel quòd tempore traditionis se credebat factum dominum. De his tamen vide, quod satis no. ff. e. l. 3. in vlt. gl. Tertia radix est, si ex causa iurisiurandi res fuerit tradita. in hac sic forma libellum: Dico, &c. vsq; pertinere, quòd ipsum fundum petij à Titio corā tali suo iudice: qui Titius mihi detulit iusiurandum, vt per Deum iurarem fundum meum esse, & ego sic iuraui, vt detulit, cuius iuramenti auctoritate fundus fuit mihi traditus. vnde cùm R. possideat ipsum fundum, &c. vt s. d̄ prob. ff. e. ti. eum qui. §. q petenti. Nec hîc est necesse dicere, quòd hodie credat se non dominum, vel quòd recepit rem ab eo, quem tūc crederet dominum propter inconuenientiam, quæ sequeretur ratione iuramenti. Satis est ergo. sibi traditam rem fuisse iurisiurandi virtute. Quarta radix Publicianæ descendit ex vltima voluntate, cùm Titius possidens rem bona fide sine titulo testamento Seium hæredē instituit, rogans, vt mihi hæreditatem restitueret: quam mihi verbo restituit, quod fieri potest. ff. ad Treb. l. facta. & l. restituta. Rem igitur illam per Publicianam petere potero, quamuis possessionem non apprehenderim. ff. eo. cùm sponsus. §. 1. Libellus autē sic formatur: Dico, domine iudex, vsque, pertinere, eò quòd Titius possedit dictum fundū, & tempore mortis suæ repertus fuit ipse fundus in eius hæreditate. qui T. testamento H. sibi hæredē instituit, rogans, vt mihi hæreditatem restitueret, q̄ verbo resti-

Sed opponitur.nam iste Bagarotus dicit se misse à non domino:
ergo mala fide: & tamẽ ipse dicit,quòd bona fide : sic est sibi ɔ
rius.Item qui habet rei cõscientiam alienæ, malam habet fidem:
vnde non potest vsucapere longa,vel breui vsucapione,C.com
munia de vsucap.si mala fide.& de præscr.long.temp.l.fi.& auth.
5 malæ fidei.Inst.de vsucap.ext.de præscrip.vigilanti.& c.fi. ¶†Et
res,quæ non potest vsucapi,non potest per Publicianam peti,vt
ff.e.sed si res.§.eum qui à furioso.Sed ad hoc facilis est responsio
non enim est sibi contrarius:quia bona fides requiritur in initio
contractus & tempore traditiõis.Vnde licet postea tempore da-
ti libelli habeat rei conscientiam alienæ,non impeditur pp hoc
vsucapio,nec ob hoc minus Publiciana datur,C.de vsucap.trans
for.l.vnica,circa fi.ff.pro soluto,l.pen.ff.pro emptor.l.2.in prin.[a]
a Sed ad præmissam obiectionem vitandam alij viam mediam eli-
gentes,per quam rei vendicatio & Publiciana intentatur, sic for
mant libellum:
LIBEL.Coram,&c. vt s.in primo libello, vsq;, quam si quidem
domum. & postea iungas, ad me assero pertinere iure dominij,
vel quasi:vnde peto eam mihi restitui rei vẽdicatione, vel quasi.
Hanc formam vsus approbat,& etiam decr.extr.de re iud.abbate
sanè.vbi de hoc,lib.6.& Inst.de actio.§.alienæ.vbi dicit,quasi : &
ibi de hoc:& iudices quandoq; faciũt actorem eligere actionem
vtrùm videlicet velit persequi rei vendicationem, vel Publicia-
nam. per hoc enim,quod dicit Iure dominij,rei vendicatio direc
ta videtur proponi,vt s.§.pximo:per hoc aũt, quod dicit Quasi,
Publiciana: sed non videtur hoc posse stare de iure:nã aut istæ ac
tiones sunt contrariæ:& sic proponi non possunt,vt s.aut diuer-
sæ:& sic debet alteram eligere,ff.de trib.quod in hæredem.§. eli-
gere.ff.de leg.2.cùm filius.§.variis.& s.de act.seu petit.§.sequitur
6 vers.notandum.& seq.¶†Item vnica solùm actio debet edi, vt
reus possit instrui,vt ff.de eden.l.j.ibi,qua actione,&c.nõ dicit ac
tionibus.Item dicendo Quasi,non dicit magis de Publiciana,q̃ ẽ
vtilis rei vẽdicatio,quàm de illa, quæ datus superficiario,quæ &
7 vtilis est,ff.si ager vectig.vel emp.pet. l.2. ¶†Vnde ad prædictas
obiectiones euadendas P.dixit etiam sic posse formari libellum:
LIB.Coram,&c.vt in i.lib.vsque,quam si quidẽ domũ.& postea
iunge,ad me iure dominii,vel quasi,assero pertinere: & ideo do-
mum illam rei vendicatione peto mihi restitui:& si fortè domi-
nium probare non possem,ppropono Publicianam. Vel sic, hanc
domum peto directa rei vendicatione & Publiciana: sed rei ven-
dicationem propono, Publicianã autem protestor. Hæc forma
probatur ff.quorum leg.l.j.§.2.ext.de conces.præb.post electio-
b nẽ.ff.pro suo,l.fi.in fi.& hanc etiam formam Rof.approbat[b].Si e
nim actor incertus est,quæ actio sibi competat,potest duas pro-
ponere.quod dic,vt in præ.vers.notandum.& vide s.de in integ.
8 rest.ver.sed nunquid.¶†Actor ergo sic ponat:
POSITIO Actoris.Pono ego Bagarotus, q hanc domum emi à
Corneliano:vel q mihi fuit in dotẽ data:vel ex alio titulo tali ha
bui,ff.e.quæcunque.in prin.Item quòd eam mihi tradidit,ff.e.l.j.
Item q bona fide tradidit,C.de præscr.x.vel xx.ann.authẽ. malè.
Item quòd bona fide accepi,ff.e.eum qui.§.ait prætor.&§.Publi
ciana.&§.Iulianus scribit.ff.pro sol.l.3.ext.e.vigilanti.Item quòd
semper bonam fidem habui,ext.eo.c.fi.Item quòd res est talis,q̃
potest vsucapi,ff.e.eum,qui à furioso.§.fina.& l.siue.§.hæc actio.
ext.de præscr.causam,quæ.Item quòd Cornelianus non fuit do
minus.sed hæc est negatiua.vnde pone,quòd talis alter fuit do-
minus.Reus verò sic ponat,ad hoc vt excludat actorem à Publi-
ciana:
POSITIO rei.Pono,quòd tu sciuisti rem ipsam non fuisse tradẽ
tis.Item hoc q sciuisti tempore cõtractus.vel traditionis,vt in p̃.
auth.malè. Item quòd res ista est furtiua,vel vi possessa, vel fuit
minoris,vel pupilli,vel fisci,vel ecclesiæ, vel in feudum,vel in p̃-
carium,vel in pignus concessa,ff.e.cùm sponsus.§.si res.itẽ quòd
emisti,sed non fuit tibi tradita:& si aliquam confiteatur actor,ca
det à Publiciana.Item quòd ego sum dominus huius rei.Et si ac-
tor confiteatur,non dabitur Publiciana contra reum, quæ nunq̃
c datur contra dominum,ff.de Public.l.pen.nisi in sex casibus[c].¶†
9 Primus est,de rei ven.l.si à Titio. Secundus,ff.de excep.rei iud.si
quis rem.Tertius,ff.de nox.si quis rem. & l.generaliter.Quart⁹,
ff.de exce.rei iud.ex sextante.Quintus,ff.de dam.inf.damni.§.nõ
solùm.Sextus,ff.de rei ven.si culpa. Quando ecclesiæ competat
10 Publiciana,no.j.de loca.& cond.§.nũc aliqua.ver.lviij.¶†Quid
d si reus[d] faciat talem positionem:pono. quòd pretium nõ nume-
rasti,nunquid actor confitens à Publiciana excluditur?Resp.non
licet enim actor non habeat necesse probare pretium solutum,
e vt ff.de Publ.de pretio.tamen si hoc reus[e] probet,vel confiteatur
non mutatur propterea natura actionis:quia quòd pretium non
f probet,dictum est in fauorem actoris. ¶Item quæritur[f],an actor
dicẽs se bona fide emisse,teneat probare bonã fidem,vel re⁹ ma-
11 lam?Resp.†præsumitur bona fides,nisi mala probetur,ar.ff.de si
deic.lib.si cùm seruum.§.aliæ.j.q.7.scimus.&ff.de re mil.non om
nes.§.à Barbaris. Vñ reus probet malã fidem,ff.de admi.tut. hoc
12 autẽ. ff.de prob.ei qui. & l.verius.& l.quoties.§.qui dolum. ¶†
Sed nunquid Publiciana & rei vendicatio sunt contrariæ. Et vr̃,
quòd sic.nam proponens Publicianam dicit se à non domino e-
misse:qui verò agit rei vendicatione, dicit se à domino emisse.Si
ergo sunt contrariæ,non possunt simul pponi , C.si seruus exte-
ro se emi man.l.vnica : nec vna intentata poterit rediri ad aliam,
g C.de fruc.l.j.Sed dic,q non sunt contrariæ,licet sint diuersæ.nõ
enim habent contrarios euẽtus,vel effectus,C.de fur.l.j.nec sunt
contrariæ originis ratione,ff.quemad.testa.ape.l.j.ff.de verb.sig.
Paulus resp.C.de inof.test.eum qui.Effectus enim Publicianæ &
rei vendicationis idem est.quia vtraque datur pro re vendicãda.
Diuersæ tamen sunt:quia diuersos habent auctores.nam rei ven
h dicatio est ciuilis,& Publiciana p̃toria:& vide s.prope prin. hui⁹
13 §.[h]¶†In confessoria autem actione sic libellus concipitur:
LIB.Coram,&c. conquerit̃ clerus conuentualiũ ecclesiarũ ciui
tatis Sutrinæ de canonicis maioris ecclæ Sutrinæ: qa cũ dict⁹ cle
rus &

ADDITIONES.

☞ tuit.Vnde cùm R.fundum iniustè possideat,petitionem,&c.p-
batur hoc in præ.l.cùm sponsus.§.j. & adde de fructibus,vt in pri
mo.Hic non est necesse dicere me possessionem adeptum : quia
restitutio verbo facta habetur pro traditione,vt præallegata l.fa
cta.itẽ cũ credam rem de hæreditate Titij,& habeam bonam fidẽ
habeo titulum pro hærede,ff.pro hæred.l.penul. ex quibus trib⁹
patet,quòd habeo iustam causam petendi:& sic Publicianam, ff.
e.Quæcunque tamen,vt dicit propter illos,qui dicunt fideicom
missarium non habere Publicianam facta sibi restitutione solo
verbo,nisi pro illis rebus,pro quibus defunctus habebat, quod
satis est probabile.Dic in libello dicendum,eò quòd Titius, qui
dictum fundum titulo donationis bona fide à tali recepit,qui T.
testamento,&c.

a In prin.¶Non obstat.ff.e.si ego.§.interdictum.quæ ponderat tps
quo experitur.Solue,vt ibi no.& e.ti.traditionem. & ff. pro suo,
l.pen.

b Approbat.¶Eo.ti.in quarta forma,quæ est vlt.

c In sex casibus.¶Hos no.Acc.Inst.de act.§.aliæ.ver.sed quia.in gl.
& sic videtur.in fi.& per Rof.vbi de Publ.2.col.

d Quid si reus.¶Iste ver.fuit Rof.2.col.ver.sed quid si reus.

e Reus. ¶Istud Reus,nõ posuit Rof.Et puto,quòd intellexit de ac
tore.potest ergo actor confiteri:potest etiam dicere positiones ĩ
pertinentes.

f Item quæritur.¶Rof.fuit pen.col.ver.sed illud quæritur.

g Sed dic.¶Secũdum Rof.de Publ.in fi.& ibi procedit qõ. an hæc
actio sit datiua?& tenet,quòd est datiua , ortum habens ex vtili
dominio,sicut rei vendicatio à directo.vide,quod no.in §.aliç.in
stit.de act.in gl.sed nunquid.

h Huius §.¶Vnã quęstionem extra ordinaria volumina submittẽ
do quæro cũ Alb.Odof. & incipit quæstio,quidã nomine A.cui
competebat Publiciana,qui cecidit à possessione,quæ sine titulo
peruenit ad B.contra quem ille A.intentauit actionem Publicia
nam:& probauit,quicquid ad victoriam expediebat: ille emit de
mum rem illam à C.qui nunquam dominus fuerat,vel possessor
hoc titulo pducto,q̃rit̃,quis debebat obtinere?Pro reo inducũt.
ff.de Publ.siue.§.si à duobus.cum l.seq. vbi in publiciana, si duo
habent causam à diuersis non dñis,melior est conditio possiden
tis.item fauorabilior est causa rei,quàm actoris: & possessoris, q̃
petitoris.Sed agens ex iure sibi quęsito per ɔtestationem ɔsequi
tur victoriam:quod dic,vt de re iud.abbate.lib.6.Fortiùs ergo re
us & possessor,qui est fauorabilior:vt est dictum.item pro ipso fa
cit ff.de vi & vi arm.l.2.§.qui vi à me.item ff.qui.mod.pig.vel hy
po.sol.l.Paulus.§.j.item q non fuit dolus in reo volente sibi cõ-
sulere,ff.de neg.ge.at qui natura.§.cùm me.item facit l.non solũ
ff.de vsucap.§.id quod vulgo.& l.si is qui.§.qui bona.item facit l.
interdum.ff.de acq.pos.Tenuit disputans contrarium, per l.cùm
nemo.C.de acq.pos.item quia ille reus tempore , quo cœpit ha-
bere titulum,erat malæ fidei possessor,cùm contestata esset lis in
Publiciana.Vnde malam fide habuit tempore contractus,& tem
pore traditionis,si traditio dici posset:cùm vtroq; tempore req-
ratur bona fides,vt s.item cessat Publiciana,vbi lex alienare pro-
hibet,ff.e.cùm sponsus.§.si res.& hoc, quia litigiosa alienare nõ
poterat,C.de litig.l.2.& vl.item ad hanc partem induxit ff. de ac.
pos.l.qui bona fide.§.quod scriptum est.Hanc eandem quæstio-
nem disputauit recolendæ memoriæ dominus Philippus de For
ma.gener meus,& idem tenuit,in sua quæstione,quę incipit,qui
fundum possedit.
ADDE dictis Spec.in hoc vers.Alex.cons.28. 2.lib.

rus & eius prædecessores consueuerunt interesse in electionib⁹ Sutrinorum episcoporum, dicti canonici eis renitentibus & exclusis ad electionem talis procedere præsumpserunt: vel eos prohibent vti vnà cum eis iure coeligendi, vel quasi. Vnde petit dictam electionem eis exclusis factam infirmari: vel, quòd confiteantur eos ius habere vnà cum eis episcopum coeligendi, & quòd non prohibeant eum in posterum vti liberè & pacificè iure illo. Canonicis autem cõtra clerum potest negatoria competere, vt ĵ. dicam. hoc probatur ff. commu. præd. l. j. extr. de causa pos. & ꝓpri. cùm ecclesia. Instit. de seruit. §. j. Eundem libellum vide suprà
14 de elec. §. j. versi. ad hoc. ¶ † Sic patet ergo ex præmissis, quòd valet talis libellus: peto talem electionem confirmari, vel infirmari quia secundum, vel contra consuetudinem facta est, vt in præ. ca. cùm ecclesia. & de verbo. sig. abbate. prope prin. & de consue. cũ dilectus. 18. q. vlt. c. fin. ff. commu. præd. venditori. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. ix. q. 3. conquestus. 63. di. quia sancta. ¶ Contra, quia tempus non est modus inducẽdæ obligationis, ff. de act. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. Sed dic, quòd aliud est in consuetu
15 dine, quàm in tempore, † in qua non solùm requiritur tempus: imò etiam necessarius est consensus expressus, vel tacitus eius, q ex consuetudine tangitur, vt notat Papa extrà de consuetudine.
a super rub.[a] & dominus meus in Summa extrà de præscrip. in tit. de præscrip. rerum immob. §. quæ res. sub §. de quibusdam. versi. sed quæritur. & sequen. Alia etiam plura in consuetudine requiruntur, quæ not. 8. dist. frustra. & extrà de consue. c. fi. Ex consensu enim tacito, vel expresso nascuntur obligationes, vt ff. de pac. l. 1. 2. 3. & 4. C. lib. x. de agri. & censi. litibus. Instit. de obligat. Non enim verè competunt pro iuribus confessoria, vel negatoria, sed tantùm pro seruitutibus, vel pro vsu, vel vsufructu, vt patet infrà ver. porro. Debet ergo agens dicere, quia ad me pertinet de iure, vt in præ. c. cùm ecclesia. vel ex constitutione, vt in præ. c. abbate. vel ex consuetudine, vt in præd. c. cùm dilectus. vel ex priuilegio, vt 63. dist. Adrianus. & ca. seq. extrà eod. considerauimus. Et hæc
16 potest dici quasi confessoria & negatoria. ¶ † Cui autem, & contra quem, & pro quibus rebus, vel causis competant: & quomodo pronunciabitur pro actore in quæstione seruitutis petitæ, & quæ sit dissimilitudo inter confessoriam & interdictum Vti pos. & quid habet probare agens confessoria, vel negatoria, not. plenè, secundum Papam, in præ. c. abbate[b]. ¶ † Hoc etiam notandũ
b
17 est, quòd per talem libellum, cùm consueuerimus interesse electionib. episcoporum, petimus talem electionem nobis absentibus & contemptis factam cassari: intentatur etiam possessorium & petitorium, vel quod meliùs dicitur, omne ius, videlicet possessionis & proprietatis deducitur in iudicium, vt tam iure possessionis, quàm proprietatis se iuuent: quia non solùm dicitur quis prosequi possessorium, quando petit restitutionem possessionis imò etiam quando se iuuat possessione, vt in præ. c. cùm ecclesia. Et hoc potest esse propter verba illa posita in libello, scilicet con sueuerimus interesse: vbi possessio propter factum interessendi, & ius propter consuetudinem denotantur. Idem quoq; videtur dicendum, si petatur tantùm electio infirmari propter regulam illam, id venire in iudicium, &c. vt eo. c. versi. verùm. Idem etiam si dicatur, quia ad me pertinet: quia verbum Pertinere, latè patet,
18 ff. de verb. sig. verbum illud Pertinere. ¶ † Secus autem esset, si diceretur: petimus talem electionem cassari: quia ad nos pertinet de iure communi electio. tunc enim intentatur tantùm petitorium, vel potius ratione iuris proprietatis, non possessionis petitur cassari electio. Idem etiã videtur, si dicatur: Peto electionem cassari: quia de consuetudine ad me spectat eligere. nam cõsuetudo est ius, vt j. dist. consuetudo. Inst. de iure nat. gen. & ciui. §. ex non scripto. & §. non constat. secundum Papam. Sed do. meus contrà
19 vt hoc casu videatur & petitorium & possessorium deduxisse. † nam cùm consuetudo sine præscriptione non procedat, vt extrà de consuet. c. fi. nec præscriptio sine possessione, vt extrà de præscript. causam, quæ. & consuetudo sit ius, vt suprà, siue facit, siue dat patet, quòd dicendo, quod electio ad me pertinet de consuetudine, videor dicere de iure acquisito per possessionem continuam vsus iure eligendi præscripti: vnde & possessorium &
20 petitorium videor in hoc iudicio deduxisse. ¶ † Vtrùm autem iudex feret sententiam non solùm super eo, quòd petitur, scilicet electionem confirmari, sed etiam super causis, scilicet qa consueuerimus interesse, no. secundum Papam, in præalleg. cap.
c cùm ecclesia[c]. ¶ † Ipse quoq; not. ibidem, quòd talis libellus nõ
21 valet, peto talem electionem cassari, quia apud me est ius eligendi: quia causa proprietatis non est sufficiens ad cassandam, vel cõfirmandam electionem: sed talis causa est adiicienda, peto cassari electionem, quia apud me est possessio eligendi, vt probatur in eodem c. & in eodem ti. c. cùm olim. extrà de iure patronatus, ex
d literis. & cap. consultationibus[d]. ¶ † Porrò si vti seruitute debita
22 impediris, habes actionem in rem confessoriam ciuilem, per quã seruitutem, siue sit rustica, siue vrbana, poteris vendicare, ff. si serui. ven. l. j. & 2. §. j. est enim confessoria in rem, Instit. de actio. in j. col. ff. si ser. ven. l. 2. §. j. hoc autem. Sic ergo libellus concipitur: LIB. Corã, &c. ꝯqueror de P. q me ꝓhibet ire agere p talẽ fundũ cuius fines, &c. p quẽ fundũ dico mihi ius eẽ eũdi, agẽdi: & ꝓdecessores mei iuerũt, & ego per tantum tempus: cuius memoria non existit, hæc mihi seruitus est acquisita, ff. eo. loci. §. si fund⁹. & §. si quis. Sed præmissa verba, & prædecessores, &c. vsque hîc nõ sunt
e necessaria[e]: quia tempus non est modus inducendæ obligatiõis, vt dixi, & dicam ĵ. de censibus: vnde ago contra eum, ne me prohibeat: & ad hoc propono confessoriam: & hoc, quando debe-
23 tur seruitus viæ, seu itineris. ¶ † Si aũt aquæductus, sic cõcipitur. LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui me prohibet aquam ducere per fundum suum positum in tali loco, cui⁹ fines, &c. per quẽ fundum mihi est ius aquam deducere. vnde ago contra eum, ne
24 me prohibeat, &c. Eodẽ modo & in aliis seruitutibus. ¶ † Quòd si non permittit tigna in murum immittere, sic concipit libellus: LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui nõ sinit me in murum suũ tigna & trabes immittere: cùm tamen dictus murus hanc debeat seruitutem domui meæ positæ iuxta dictum murũ ex parte Aquilonis: de quo iustitiam postulo per confessoriam actionem, ff. si serui. vend. l. 2. & in præ. l. loci. §. ij. ¶ Qualiter autem hæc seruitus
25 constituatur, vide formã ĵ. de emp. & ven. §. j. ver. ad hoc si. ¶ † Si verò agis super personali seruitute, vt vsu, vel vsufructu, sic libellus concipitur:
LIB. Coram, &c. conqueror de P. qui me prohibet vti frui fundo tali, in quo fundo ius est mihi vtendi fruẽdi: vnde, &c. Super vsufructu enim concipietur libellus affirmando & negando per cõfessoriam & negatoriam actionem, ff. si vsusfr. pet. l. vti frui. & l. pe. & §. pe. ff. si serui. ven. l. ij. respon. j. sed cùm vsusfructus concessus & traditus est à non domino, competit pro eo petendo Publiciana: vel dic, vtilis confessoria ad exemplum Publicianæ, ff. de Public. si ego. §. j. secundum M. de Fan. Sed cùm confessoria sit iuris, ff. si vsufr. pet. fructuario ergo dabitur contra possidentem, ff. de iudi. non aliàs. C. de alie. iud. mu. cau. fact. l. vnica, non contra prohibentem, contra quem dantur interdicta: vnde, secundum quosdam, sic concipitur libellus:
LIB. Corã, &c. ago contra P. vt patiatur me ire agere, vel ducere aquã per fundum talem, cuius fines, &c. per quẽ fundum ius est mihi eundi agendi, vel aquam ducẽdi: & ad hoc, &c. Sed confessoria locum habet pro seruitutibus, quæ non propriè possidẽtur ff. de acquir. rerum do. seruus. §. incorporales. extra. vt lit. pen. c. j. ff. de vsuca. sequitur. §. si viam. Prædicta verò obiectio locum habet in his, quę possideri possunt: vnde premissi libelli cõgrui sunt
¶ Vel potest sic concipi:
LIB. Coram, &c. cõqueror de P. qui vendidit, vel donauit, vel ꝓmisit mihi seruitutem eundi per talem campum suum ad talem meum: vnde vt hoc me facere patiatur, peto per actionem ex vẽdito: & hoc quando fuit vendita, vt ff. si ser. ven. si à te. vel per cõdictionem ex lege institutam: & hoc, quando fuit donata, vt C. de don. si quis argentum. vel per actionem ex stipulatu.. ¶ Actor ergo sic ponet:
26 † POSITIO Actoris. Pono, ꝙ talis mihi seruitutẽ constituit, vel inter viuos, vel in testamento, prout cõtigerit, ff. commu. de serui. l. j item ꝙ hæc seruitus habet continuam causam. item ꝙ continuè vsus sum decem annis inter præsentes, vel viginti inter absentes. item ꝙ tale prædium meũ est, ad quod aquam duco. item quòd in solidum vsus sum seruitute tali, ff. de seruit. l. pro parte. item ꝙ in solidum mihi fuit cõstituta. item ꝙ omnes domini illius fundi mihi constituerunt, ff. de seruit. rustic. præd. l. per fundũ. item quòd prædium meum est vicinum tuo immediatè, ff. eod. qui sella. §. fin. item quòd habeo ius in eo prædio, in quo aquam duco, ff. si serui. vend. l. ij. §. hæc actio. sed hæc est generalis. ¶ Reus verò sic:

POSI

ADDITIONES.

a Rubrica. ¶ Et scripsi hoc post eum de verb. sig. in gl. in prin.
b Abbate. ¶ Vbi scripsi super prima gl.
c Cùm ecclesia. ¶ Vt scripsi in prædicta gl. quia consuetudo.
d Consultationibus. ¶ Vt scripsi in ꝓdicta gl. qa consuetudo. in fin. Nõ placet hæc subtilitas, cũ ẽt ex cõmodo possessionis sit penes aliquẽ ius eligendi: vñ dico libellũ recipiendũ, & siue appareat de possessione, siue de proprietate, nec appareat illius possessor, proceder petitio confirmationis, vel cassationis: ibi videas. Item scias, ꝙ hîc incipiũt verba Rof. in hoc prin. qui diffusè tractauit hãc materiam confessoriæ & negatoriæ in duabus rubricis. Eius autẽ fuerunt libelli & positiones sequentes, præter vnũ, qui de materia electionis loquitur.
e Necessaria. ¶ Nec posuit in primo libello: & post illum hoc improbat.

POSITIO rei. pono, quòd T. quem dicis tibi concessisse seruitutem, concessit illam Meuio, de seruit. rustic. præ. l. 2. & l. per quam ff. commu. de seruit. qui per certum. ff. de aqua quot. l. Lucio. Itē quòd intra x. ann. moui tibi quæstionem de hac seruitute: vel naturaliter interrupi, quia aquam aliò duxi. C. de præscri. longi tēp. x. vel xx. an. not. l. j. ff. de vsucapion. naturaliter. item quòd illa seruitute fuisti vsus vi, vel clàm, vel precario. ff. si seruit. vend. si quis diuturno. item ꝙ prædium, à quo aqua ducitur, est T. in solidum. item quòd omni iure cares in illo prædio. sed hæc iuris est. item quòd plures sunt domini eius, ff. de pecul. hæreditas. §. pater. ff. cõmo. si, vt certo. §. fin. item quòd T. non consumpsit, ff. de aqua pluuia. arcen. l. in concedendo. sed hæc est negatiua. item quòd inter illud prædium tuum est fundus T. medius. qui est liber. ¶ Vtilis quoque confessoria competit pro iurisdictione, quod dic, vt s. §.

27 notandum ergo, versi. cæterùm. ¶ † Negatoria autem competit canonicis negantibus clericos habere ius in electione. vnde in ea sic potest concipi libellus:

LIBEL. Coram, &c. conqueritur capitulum Sutrinæ ecclesiæ de clericis conuentualium ecclesiarum ciuitatis Sutrinæ, quibus negat competere ius coeligendi episcopum in ecclesia Sutrina vnà cùm ipsis canonicis. vnde petit eos prohiberi, ne vtantur & fruātur in posterum iure illo, & eis super eo perpetuum silētium imponi, vt probatur in concor. quæ sunt s. ver. in confessoria. & vide, quod no. super hoc in præ. ca. cùm ecclesia. & de iudic. exami-

28 nata. & secundum Papam, de verb. sig. abbate. ¶ † Sed quæritur,

a quanto tempore negatoria tollatur [a]? & videtur, quòd per xxx. annos, C. de anna. except. l. j. sed si hoc dicis, vt post xxx. annos nō possim te prohibere vti: ergo acquisiuisti seruitutem spatio xxx. annorum, quod falsum est. sed potest quæri tanto tempore, cuius non extet memoria. Sed & si aliquis vtitur ea longo tempore, præsumitur constituta ex ea causa, quæ prætenditur præcessisse, vt ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. fi. & l. 3. Responderi potest, vt dicatur nō esse quæsita in fundo tuo: sed si nunc velles prohibere, non potes: quia fuisti multo tempore negligens, arg. ff. de serui. rust. præ. l. per fundum. Vel dic, quòd elapsis triginta annis negatoria possit intentari, non ex præterita initione, si qua facta est spatio xxx. annorum: sed ex sequentibus, vel præsentibus, nec enim est hæc in ista, vel ista in illa, vt ff. de ver. ob. si non stipulatus. Nec est vnius initionis continuatio ad aliam, vt ff. de seruit. seruitutes. Aliud est in rebus corporalibus, quarum possessio semper continua di-

29 ci potest. † Sed qualiter probabit de iure suo agens negatoria, cū factum negantis nulla sit probatio? vt extrà de elec. bonæ. j. & C. de probat. actor. Respond. probabit, prout dicitur ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. 2. Nam & negatiua, quando volo altiùs tollere, intenditur verbis affirmatiuis, Instit. de actio. §. ij. Sed iste negās ad quid se onerat probatione, cùm is, qui seruitutem ad se asserit pertinere, debebeat probare? C. de eden. qui accusare. 6. q. vlt. actor. extrà de causa pos. & propri. cùm ecclesia. Respon. quia ille, qui sibi asserit seruitutem, est in possessione ipsius: sic & aliàs fit: quia distinguitur, an sit seruus in possessione libertatis, vel seruitutis, ad hoc vt sciatur, cui onus probandi imcumbat, vt ff. de lib. cau. l. igitur. §. potest. & tunc pro possessore præsumitur, vt arg. C. de probat. siue possideris. & dicitur in præ. l. de itin. actuque pri. l. j. §. 2. aliàs si agens negatoria sit in possessione libertatis, eo ipso obtinet, cùm præsumatur pro ipso. quòd res sit libera, nisi aduersarius probet seruitutem institutam, vt ff. si ser. ven. sicuti. §. distant. vbi vide. qd

30 vterque habet probare: & facit C. de serui. l. altiùs. ¶ † Et nota ꝙ hæ actiones dantur pro seruitute tam reali, quàm personali, ff. de serui. l. j. ff. si vsufru. pet. l. vtifrui. item agens negatoria debet dicere se dominum, vel quasi. nam alij non competit, nisi domino, ff. si serui. ven. l. loci corpus. §. competit. & l. ij. & in prædict. l. vtifrui. item vt hæc actio competat, debet dicere agens, quòd aduersarius contendit vti iuribus, seu seruitute illa, in qua petiit prohiberi

31 Inst. de act. §. j. † Item negatoria datur domino prædij, seu domus contra eum, qui seruitute vult vti pro seruitute depellenda: sicut & confessoria pro ea quærenda: sic ergo libellus concipitur:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. cui cùm non sit ius eundi per talem fundum meum peto prohiberi eum, ne amodò tali via vtatur, & ad hoc propono negatoriam, ff. si seruit. ven. l. 2. & l. loci. §.

b competit [b]. ¶ Vel sic:

LIB. Coram, &c. cōqueror de P. qui iniustè vult vti seruitute viæ per fundum meum. vnde ago contra eum, ne amodò via illa vtatur: & ad hoc, &c. ¶ Vel sic:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. qui vult vti seruitute viæ per fundum meum me inuito, quam seruitutem non habet: vnde ipsum vti prohibeo, & prohiberi peto: & ad hoc, &c. ¶ Vel sic:

LIB. Coram, &c. conqueror de P. dicens eū non habere ius vtendi fruendi, vel eūdi per fundum meū, vel habitādi in domo mea: vnde prohibeo ipsum, ne vtatur fruatur, vel eat per fundum meum, vel habitet in domo mea: & prohiberi peto: & ad hoc, &c. vt præ. l. vtifrui. respon. j. ¶ Vel sic libellus concipitur:

LIBELL. Coram, &c. conqueror de P. negans eum habere seruitutem viæ in tali fundo meo: vnde ago contra eum negatoria. ¶ Vel sic:

LIBEL. Coram, &c. conqueror de P. dicens non esse sibi ius immittere tigna, vel immissa habere in pariete meum, vel immittere fumum in domum meam. Vel non est sibi ius stillicidia sua in aream, vel in domum meam cadere. Vnde peto, ne prædicta faciat, & ad hoc, &c. ff. si serui. vendi. sicuti, §. Aristo. & l. egi. §. fistulas. Addunt quidam, & de non immittendo, vel faciēdo in futurum caueri peto per officium iudicis. ¶ Actor ergo sic ponet:

32 POSITIO Actoris. † Pono, quòd non vteris tali seruitute, putà viæ, itineris in tali prædio meo, Instit. de act. §. 2. ver. econtra quoque. item quòd prædium, in quo vis vti seruitute, est meum proprium, ff. si seruit. vend. loci. §. competit. ff. si vsusfruct. pet. vtifrui. §. j. item quòd nunc solummodo vis vti tali seruitute. Reus verò sic:

POSITIO rei. Pono, quòd predium, in quo volo vti seruitute, est T. Item quòd seruitutem instituisti pactionibus & stipulationibus, ff. si ser. ven. loci. §. competit. Item quòd decennio continuè habui meum stillicidium, vel lumen, vel foramen. Itē ꝙ ego cum antecessoribus hac via sum vsus tanto tpe, ꝙ non extat memo-

33 ria. ¶ † Sed pone [c] habuisti fortè aream per xxx. annos iuxta pala

c tium meū: nunc vis ibi ædificare: sed ego prohibeo, ne altiùs ędifices: quæritur, quid iuris? Et videtur, quòd possum. Primò, quia videtur mihi acquisita seruitus altiùs non tollendi, ff. de seruit. vrb. præd. l. j. Secundò, quia volens ędificare debet seruare formam & statum antiquorum ædificiorum, ff. eo. qui luminibus. Respon. Actor exponit formam ac statum, id est, formalem statum, qui seruitus est: sed si per mille annos haberes aream sic depressam, posses postea altiùs ædificare, nec te possum prohibere, C. de serui. & aqua, l. altiùs. nisi acquisierim seruitutem in area, puta faciēdo protectum super eam, vel aliud, simile, per quod manifeste appareat me velle acquirere seruitutem: & sic per longum & continuum tempus habuerim, vt eo. tit. l. j. ff. de vsucapio. sequitur. §.

34 fi. ¶ † Item quæritur: habeo domum ex vna parte viæ publicę: & tu ex altera: concedis mihi, vt possim pontem facere: vel ēt ego ipse habeo domum ex vtraqua parte, nunquid potero pontem

d facere? Respon. [d] in primo casu nō, ff. de serui. l. fi. nec etiam in secundo sine licentia principis: quia solum publicū debet esse liberum vsq; ad cęlum, arg. ad hoc ff. ne qd in loco publico, l. j. §. si qs à princ

ADDITIONES.

a Tollatur. ¶ Ista fuit additio vsque ibi, & not. & tamen de verbis Roffre. sumpta, in titulo de negatoria, in penult. col. vbi pleniùs quàm hîc.

b §. competit. ¶ Contra hanc opponitur, quòd sit superflua & inutilis: quia si quis vult seruitute vti meæ rei, sufficeret mihi negare ipsam rem meam sibi seruitutem debere. Si igitur hæc verba sapiunt negationem, quomodo possunt sapere actionem? Respon. Rof. char. vl. de confessoria, ver. item quæritur. cùm à te quæritur nego tibi esse ius eundi, vel agendi, nil peto, sed solum me defendo: sed cùm contra te ago, licet illa verba eadem priora dicam, ꝗ nec significationem mutam, tamen libertatem vendico, quam ēt consequor, vt prohibearis ab vtendo, & quòd satisdes, ne illa vtaris: & consequor interesse, quantum scilicet mea interest te non iuisse, ff. si seruit. ven. egi. & l. harum. si vsusf. pet. l. vsufructuario. §. vlt. ff. de aqua quot. & æsti. l. pe. Videmus etiam, quòd præiudiciales quæstiones in modum exceptionis opponuntur, & principaliter intentantur, Instit. de act. §. præiudiciales. Hoc patet in rei vendicatione, & quę etiam in modum exceptionum opponuntur, ff. de public. l. penul. & de inoffic. test. l. Papinianus. §. si quis filius exhæredatus. Et dicit Roff. sic præceptorem suum respondisse: sed subdit, Azonem dixisse, quòd etiam si non principaliter, sed in modum exceptionis opponatur, nihilòminus negatoria intentatur. arg. ff. si ser. vend. sicuti. §. j. in fin. facit, quod no. suprà de pe. & pos. §. j. ver. illud autem certum. cum sua remis. Sed Azo addit, quòd hoc opus operatur proposita in modum actionis, quòd sibi caueatur, vt dictum est: excipienti autem satis est, quòd absoluatur. ad prædicta optimè facit extrà de ord. cogn. cùm dilectus. ver. nos autem. vsque ad finem.

c Sed Pone. ¶ Quæstio fuit Roff. s. de confessoria, in prin. char. vlt. ver. sed illud quæritur.

d Respon. ¶ secundum Roff. & vide, quod dixi §. ij. s. super interdicto xvii hoc non est de confesso. post princip. vlt. chart. versicul. sed quæritur.

35 à principe. & §. tractatum est. & ff. de flumi. l. fin. ¶ † Sed nunquid iudex cōdemnabit, vel absoluet in confessoria & negatoria, sicut
a & in aliis realibus & personalibus? Respond.[a] in confessoria sic dices:

FORMA. Cōdemno P. vt permittat T. vtifrui, vel ire agere ꝑ fundum suum: vel quòd reficiat parietem, vt possit onera ferre: & ꝙ caueat, ꝙ eum in futurum nō impediat, neq; per se, neq; per hæredes suos, quò minus ipse T. vti possit & frui, vel ire: & ꝙ ipse P. parietem reficiat in futurum, & ꝙ sibi præstet decē pro interesse suo: quia tāti interest ipsius T. illum nō fuisse prohibitum vti seruitute. In negatoria verò sic: Condemno P. vt nō vtatur fruatur fundo T. vel ne vadat ꝑ fundum eius, vel ne onus in parietē ipsius imponat: & ꝙ caueat, ꝙ eū nō impediat in futurū vtendo, fruendo, vel eūdo, vel onus in parietē eius imponendo: & ꝙ sibi præstet decem nomine interesse: quia tanti interfuit ipsius T. dictum P. nō fuisse vsum, vel fruitum, vel ñ iuisse per fundum suū. Quòd aliquis condemnandus sit in tribus, tam in confessoria, quàm in negatoria, habetur ff. si ser. ven. harum. & l. egi. & l. loci corpus. §. cōfessoria. & ff. si vsusfru. pet. l. fructuario. §. fi. & hoc in condemnando. Cæterùm si velit absoluere, dicet, sicut in aliis, talē à peti-
36 tione talis absoluo. ¶ † Quòd aūt dictū est de cautione, intellige de nuda ꝓmissiōe, vt C. de ver. sig. scim⁹. Et dicit Azo, ꝙ oēs hæ cautiōes simul præstabūt, arg. ff. vsusf. queād. ca. l. j. ff. de iud. in omnibus. Quid si condemnatus modo prædicto non vult aliquid face
b re: vel vult facere primum, sed non secundum? Respon.[b] si nil facere vult, nec appellauit, iudex condemnabit eum, quāti actor in litem iurauerit, vt in præ. l. harum. in fi. In secundo verò casu compelleretur captis pignoribus ad cautionem iudicis officio interponendam, Inst. de satisdat. tut. §. sciendum. Qualiter autem concipiatur libellus in vniuersalibus, vel generalibus, vel specialib⁹, vel communibus iudiciis, dixi s. in tit. de iudic.

ADDITIONES.

a Respon. ¶ secundum Rof. vbi de negatoria, in vlt. col. versic. vlt. quæritur.

b Respon. ¶ secundum Rof. de negatoria in fine.

ADDITIONES NOVAE.

50 Per quæ verba possessoriū, & per quæ petitoriū intentari videtur Inn. in c. querelam. de elect. & c. constitutus. extr. de fil. presb.

Nemo ꝑt impetrare vnū iudicem in causa possessionis, & alium in causa proprietatis, Inn. in c. j. de cau. pos. & propri.

An possessorium & petitorium possint simul eodem libello intentari. gl. distinguit in l. si de vi. de iudi. & l. ordinarij. de rei vendica. gl. in l. clam. §. qui ad nundinas. & l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. pos. & c. pastoralis. & c. dilectus. de cau. pos. & prop.

Qua actione teneatur ille qui iurat & accipit possessionem hæredi vacantem, not. in l. j. de crim. expi. hære.

Pone, cōe alicuius ciuitatis est in quasi possessione iuris eligendi potestatem in aliqua ciuitate: an si illa ciuitas turbat illud commune in illa quasi possessione, habeat locum interdictum vti possidetis. Bar. in l. j. §. huius autem vti possid.

An agens interdicto retinendæ, repellatur per exceptionē dominij, gl. in l. si de eo §. fi. de acquir. poss. dicit quod non gl. contraria in c. qui ad agendum. de reg. iur. li. vj.

Pone aliquis vadit dicendo ꝙ ego nullum ius habeo in tali re q̄ possideo, & per hoc nō reperio laboratores in ipsa re metu talium verborum: an contra talem potero vti interdicto vti possidetis, quasi ipse turbet me in possessione, Bar. in l. j. vti poss. Inn. in c. 2. extr. de in integ. rest.

Pone, ꝯueniebar à Titio actione in rem: negaui posita & ꝯtēta in libello: Titius dicit ꝙ ego negaui me possidere, & vult probare me possidere, vt in eum possessio transferatur, per l. fi. ff. de rei vend. Bal. in l. si quis intentione. ff. de iudi.

In l. nec vtilem. ex quib. caus. ma. hæc l. solet allegari ꝙ rei vendicatio aliquo temporis spacio nō tollitur ēt per mille ann. vide licet donec res ab aliquo ꝓscribatur. vnde si tu possides rē meā, & præscriptione nōdū ꝯpleta alius interrumpit, & illā incipiat possidere, & postea antequā ille tertius impleat præscriptionē, quartus interrumpat, & incipiat possidere: isto modo rei vendicatio durabit etiam per mille annos. sed personalis tollitur spacio xxx. ann. vt l. sicut de præscrip. 30. anno.

An procedat libellus, dicendo rem ad me pertinere iure dominij, vel quasi, Bal. plenè in l. edita. C. de eden.

Nota quòd si tibi promisi seruitutem eūdi per fundum meum & ipsam tibi cōstitui, vt debui, ꝙ nisi tibi præstem patientiam eūdi non sum liberatus, vt l. pluribus. coniuncta l. penultim. dic. l. de verb. oblig.

Aliquis egit rei vēdicatione. & probauit de iure suo, venit reus in fi. causæ: & dicit se non possidere: & petit se absolui à necessitate restituendi, cum non possideat: nec fuit interrogat⁹ in iudicio an possideret: an debeat audiri gl. in l. si à te. de except. rei iudic. in prin. & quæ ibi habes per Iaco. de Are. licet contrariū videatur se obtulisse liti, & ideo condemnādus, l. is qui se. de rei vendi. & l. is qui. de peti. hære. & quod dixit Acc. verū est quando actor sciuit eū nō possidere. & ideo nō tenet reus, nō quia vr̄ dolo facere. sed quando fit interrogatio in contestatione, & reus respōdet ꝙ credit se bona instantia vti, & scit se non possidere, magis nocet dolus ipsius qui se offert. in l. nec vllam. & l. etiam. §. penul. de petit. hære. vide quod no. Guil. de Cu. in l. cogi. C. de petit. hæredit. sed quid si tempore sententię non possidebat, sed postea cœpit possidere, an poterit fieri executio contra eum. not. in d. gl. d. l. si à te.

¶ Baldus de causa possessionis & proprietatis.

Libellus in quolibet possessorio, & in quolibet interdicto ſm naturā interdicti formatur in hoc titulo: per G. & siue agatur ꝓ rebus corporalibus, siue incorporalibus, vt iurisdictione, homagio & similibus. G. Forma libelli pro mutuo. ¶ Forma libelli in rei vēdicatione Publiciana in hoc tit. & seq. per G. vide s. de libel. concept. §. in reali. ¶ Forma libelli ꝓ iurisdictione, ibidē simul cū istis docet formā ponēdi hincinde. G. ¶ Forma libelli in cōfessoria & negatoria ꝓ seruitute, vel quasi, tit. de cōfessoria & negatoria. G. Qui agit ex consuetudine. vr̄ intentare petitorium & possessoriū simul. nā consuetudo includit præscriptionē, ſm Host. tit. de confes. G. ¶ An possum prohibere alicui, ꝙ nūquā ædificauit in suo, nec ædificet, tit. de negat. ver. sed pone: habuisti. G. ¶ An liceat facere pontē super viā publicā ex permissione vicini: vel quia hinc inde domus ædificantis sit? Resp. non: quia solum publicū debet esse liberum vsque ad cælum, eo. ti. ver. item quia habeo.

a ¶ De restitutione spoliatorum[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Ad materiam vide Summistas Canonistas hīc, & legistas super interdicto. vnde vi. Tan. parte ij. vbi de interdicto recuperādæ. Ad rubricā facit venerealis 39. de monacho spoliato cappa, q̄ vide s. de actore, §. j. ver. sed qd si spoliatus. De spoliato beneficio suo q restitutionem petit, an habeat necesse iustificare possessionē per titulum, vide, qd̄ scripsi in Cle. de cā pos. c. vnē, in vlt. gl. Et ꝓ nūc breuiter dico, ꝙ aut constat petentē restitutionē beneficij ius nō habere: & tūc procedat, quod scripsi de filiis presbyt. constitutus. su per gl. ij. Et hoc intelligo, qñ id constat ex vno iure, vel accipe ad id sufficienti, vbi aliud non appareat. Declaro: constat illum confessione, vel alter illegitimū: sed si posset dispensationē habere, ꝓbet illam: aliàs nō restituetur. Ad idem decr. ad decimas. eo. ti. lib. vj. vbi per confessionem petentis restitutionem decimarū, constabat decimas illas esse in parochia reorum: & sic ius cōe contra agentes, non restituetur ēt, nisi probetur ius priuatū per præscriptionē, priuilegiū, rē iudicatā, vel his similia. Et omnino vide qd̄ ibi scripsi in fi. Sic in decr. significasti. de diuor. notoria fornicatio vxoris priuat eam beneficio restitutionis: & tñ ex cōpensatione delicti ipsius mariti obtinebit quod petit. Et licet prædicta fortiùs procedant, quando apparet prima facie petentem ius non habere, & reum in re ius habere, vt in prædicta decr. ad decimas. tamen & satis est ius facere contra agentem, licet non iustificet ius possidentis, vt in præ. decret. constitutus. Bene ergo dixit l. j. ff. de interdic. §. quædam. ꝙ quædam sunt interdicta, quæ proprietatis causam continēt, vt in sacris & religiosis verificatur: igitur hoc in matrimonio carnali & spirituali. Vbi autem non sic apparet iniustitia petentis restitutionē beneficij, non dico, ꝙ habeat probare proprietatē, vel titulum: sed dico, ꝙ habet iustificare possessionē In hoc aūt versatur dubium, in quo consistat ista iustificatio. Optima enim esset iustificatio, ꝓbatio tituli primo aspectu legitimi: nec in possessorio veniat oē, quod requirit petitorium. Vnde in carnali matrimonio satis est, ꝙ petens restitutionem probet matrimonium legitimū ex consensu, eo. tit. ex parte. qd̄ dic vt eo. ti. literas. Aliis vr̄ & mihi placet, ꝙ satis sit ei probare se auctoritate ordinarij in possessionē inductū. vt tali possessiōe priuatus priuilegio restitutorio potiatur: & hoc dicit Inn. necessarium, ita ꝙ aliter non restituetur. ad quod vide in c. in literis in gl. mag. in prin. cū suis remis. Plus dico, vt scripsi post ipsum Inn. eo. tit. ex parte. in gl. quasi dicat. in vlt. col. ver. secus autem. & ver. vel dic, & fortè meliùs, &c. ibi vide. in primo enim ver. dixit. ꝙ satis erat isti agenti restitutorio probare ad iustificandam possessionem & restitutionem habendam, quòd fuit in possessione canonicatus & beneficii, exercendo scilicet illos actus, qui solùm canonicis & talibus beneficiatis competunt. de canonicalibus exemplificat, sicut est eligere cōibus tractatibus interesse, præbēdam recipere, stallum in choro habere. & similia: quæ ibi videas: & maximè, secundum eum, talia exercuisse sufficit: quia malè fecit reus spoliando, etiā si iudex esset, eo. tit. conquerente. Et quid de actibus promiscuis:

vide


Ota, quòd spoliatur quis quandoque rebus corporalibus: quandoque incorporalibus: & quandoque simul vtraque: de quorum singulis per ordinem prosequamur.

ADDITIO.

vide quod ibi dixi. In secundo aūt ver. subdit. ꝙ etiā sine probatione actuū prędictorū, quod ad possessionē canonicatus, satis erit sibi probare, ꝙ aliquid fecit vt canonicus, intendens sibi querere canonicatus possessionē. Et dicit sibi hoc plus placere, q̄ quod notauit in dec. in literis. quod s̄. expressi versi. aliis vr̄. Media opinio, vt prædixi, mihi placet, in quātum ad affirmatiuam ponit, quo ad omne beneficium, quo ad canonicatus & actus collegiales, satis videtur iustificare possessionem patientia canonicorū admittentium istū ad tales actus: & sic quale suffragium, quod habeat possessor, sibi sufficiat in modū violenti: & sic procedat vltimū dictū Inn. An autē suffragetur possessioni probare illum sic habitū & reputatum, scripsi s̄. de teste, §. nunc videndum. in materia articulorū, quæ ibi scripsi in ver. multū ēt habent. quod facit ad propositū cum iuribus ibi alleg. Quod aliàs tacui, nunc propalo: quia dū scriberē in dec. in literis, eo. tit. gl. illam prolixam & insolutā Inn. & Host. concepi coniungere articulos, quicquid ibidē circa vnū articulum dicitur, in principio, medio & in fine, vniendo: & sic de secūdo, & d̄ tertio, & vlterioribus. Sed cū inchoassem, mutaui propositum pp tria. Primùm, quia longa glossa mihi fiebat longior clarificando. Secundò, quia verba ipsorum & Inn. præcipuè non poteram retinere mutando. Tertiò, quia timui causidicos offendere: quia multùm practicant illam gl. Feci autem nunc illius diuisionem per literas secundū capitula bibliothecę, s. in partes septem per literas totidem, & sic allegabo deinceps, vt s̄. feci. Secunda autem pars ibi, electio autem à violento. ibi litera B. & ibi, generaliter. & secundum Inn. litera E. vbi autem est. ver. si tamen talis litera S. & in versi. nec obst. ff. de vsufru. litera G. vtilis erit hæc diuisio, & satis æquæ sunt partes.

ADDE, ꝙ spoliatus de beneficio, petens restitui, debeat iustificare pos. parti tenet Old. consi. j. & habens possessionem clandestinam potest excipere de dominio, etiam secundum ipsum.

ADDE vlteriùs ꝙ sufficit aliqualis præsumptio pro restitutione beneficii obtinenda, Io. And. in c. ex parte. ext. eo. tit. & cap. alleg. xxx. in 3. col. ver. vlt. & vide Rot. in antiq. deci. lxx. vbi dicit, petentem restitutionem huiusmodi debere probare se obtinuisse ab eo, qui conferre poterat.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus rebus corporalibus, qualiter debeat libellum concipere.*
2 *Mulier petens sibi virum restitui, & econtrà, qualiter libellum concipiet.*
3 *Libellus qualiter sit contra non admittentem venientem ad possessionem propriam concipiendus.*
4 *Emptor non admissus ad possessionem emptam, qualiter agere debeat.*
5 *Colono ex hæreditate expulso, qualiter debeat dominus libellum formare.*
6 *Familia alicuius dominum ab hæreditate expellente, qualiter sit agendum.*
7 *Iurisdictionem recuperare volens, quo interdicto vti debeat.*
8 *Pretium rei & possessionis differunt.*
9 *Restitutionem possessionis petens quibus verbis vti debeat.*
10 *Positiones actoris & rei, vbi agitur de restituenda possessione.*
11 *Remedia spoliatis à iure concessa sunt octo.*
12 *Iudicis officium est remedium spoliatis à iure concessum.*
13 *Condictio ex canone, redintegranda, est remedium spoliatis à iure concessum.*
14 *Auxilium constitutionis C. vnde vi, si quis in tantam. & canonis, placuit. xvi, q. vi. quo casu locum habere dicatur. & nu. 15.*
16 *Edictum diui Marci est remedium spoliatis à iure concessum.*
17 *Agens edicto diui Marci in causa spoliationis, qualiter debeat libellum formare.*
18 *Constitutio, inuasor, quo casu, & contra quem locum habeat.*
19 *Constitutio C. vnde vi, potest esse remedium spoliatis à iure concessum.*
20 *Auxilia spoliatis à iure concessa prætermittens, an possit ad alia recursum habere.*
21 *Interdictum, quod vi, aut clam, cui, & quo casu competere dicatur: & qualis in eo possit libellus formari. & nu. 22.*
23 *Interdictum an habere possit locum pro eo, quod fit in re mobili.*
24 *Verba illa possideo à te vi, qualiter sint intelligenda.*

a
1 I. §. Spoliatus [a] rebus † corporalibus sic libellum concipiet:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui me possessione talis ecclesiæ, vel vineæ in tali loco sitæ, cuius confines, &c. quam tenebam & possidebam, violenter & temerè spoliauit, vel me de possessione eius deiecit, vel mè spoliari mādauit, vel spoliationem, seu deiectionem suo nomine factam ratam habuit, seu eiusdem possessio ad eum temerè & iniustè peruenit: quam ecclesiam, vel vineam dictus P. occupatā detinet in meū præiudiciū & grauamen: ꝑpter quod grauia damna pertuli, & expensas vsq; ad centū libras feci: quare peto possessionē dictæ ecclesiæ, vel vineæ, & iuriū, & pertinentiarū ipsius, vel quasi: fructus quoq; & prouentus & obuētiones à tali tpe pceptos, & q pcipi potuerūt, quos ęstimo 50. & percipiendos, vel eorum æstimationem mihi restitui, & mihi eam reddi: & eū ad prædicta omnia, & ad quantitatem præfatam nomine damnorū & expensarū mihi sentētialiter condemnari, & insuper legaliter, seu canonicè ipsum pro iuria puniri: peto ēt expensas factas, & protestor de faciendis, quas tēpore debito declarabo: saluo nihilo minus iure addendi, &c. extr. e. conquerente. & c. grauis. & c. cùm ad sedem. & c. sæpe. Si autem agatur cōtra prælatum, dicetur in libello:

Lib. Ago contra P. prælatū meū, qui me sine iudicio tali ecclesia spoliauit: vnde, &c. extr. eo. conquerente. 2. q. j. notum. ¶Mulier verò petens virum sibi restitui, & ecōtrà, sic libellum cōcipiet, vt
2 j̄. de sponsa. §. porrò. ¶† Porrò [b] si te possidente domū, vel fun-
b dum, vel aliam rē immobilē, aliquis te de possessione expulit, ad eam recuperandā datur tibi interdictum Vnde vi: per quod fit restitutio possessionis & omnis damni, ff. de vi & vi arm. l. j. in prin. & §. j. extr. de restit. spo. cùm ad sedem. & de prob. licet. ¶Sic ergo concipietur libellus:

Lib. Corā vobis, & c. cōqueror de P. q me expulit de possessione fundi talis, cuius fines, &c. quē fundū possidebā: vnde ago ꝯ eum, vt mihi restituat possessionem fundi prædicti: & omnē cām damni dati, & ad hoc propono interdictū vnde vi, vel actionem in factum subrogatam in locū eius, ff. eo. l. j. §. hoc interdictum. & §. si
6 *Iudex an possit bis super eadem causa pronunciare.*
7 *Iudex fungi non dicitur officio suo, ex quo illud non consummauit.*
8 *Condemnatio qualiter fieri debeat, vbi agitur petitione hæreditatis.*
9 *Iuramentorum formæ diuersæ quibus in locis reperiantur.*
10 *Imperator cui, & quando, & quale iuramentum præstare debeat.*
11 *Forma iurandi triplex in sacra scriptura reperitur.*
12 *Iuramentum Deo reddendum est.*
13 *Iuramentum potest aut per certa, aut incerta deferri: nec interest, qualiter iuretur.*
14 *Iuramentum & simplex fides an differant.*
15 *Subditus aliqua maiori suo iurante, si postmodum fiat inter eos conuentio, vt iuramentum ad alia extendatur, an poterit extendi.*

IN hac materia sic potest libellus concipi. Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui cùm corporali præstito iuramento ꝓmisisset in tali cã, q̃ inter me & eũ vertitur, non appellare, vel tale quid facere, vel cũ tali ꝯhere, vel ꝯ id nõ venire, ipse, iurisiurãdi religione neglecta, appellauit, vel id, quod promisit, non fecit, vel ꝯ id venit: vñ peto ipsum per vos cõpelli ad obseruationẽ pstiti iuramẽti: vel ꝓ violatiõe sacramẽti peto ipsum canonica pœna puniri, ext. e. breui. & c. quãto. C. de tem. ap. l. fi. §. fi. Quòd periurus debeat puniri, ꝓbatur ext. de spon. ad audientiam. in fi. Ar. contrà C. de rebus cre.
a l. 3.ᵃ ¶ † Porròᵇ si rem à te possessam dico ad me pertinere ex ali-
1 qua causa, quam adiicio, & te deferẽte iuro meam esse, datur mi-
b hi vtilis actio ex illa causa, ex qua iuraui, quæ prætoria est: vt si di-
c co, me à te rem emisse, vel te mihiᶜ donasse, vel legatam mihi esse à testatore tuo, vel ab alio: vel te mihi xx. mutuasse. Si n. te deferẽ te iuro, ꝙ mihi vẽdidisti, cõpetit mihi vtilis ex empto, ff. e. l. si duo §. si qs vẽdidisse. Si verò dico, ꝙ fuit mihi legata, cõpetit vtilis ex testamẽto. Si verò, ꝙ mutuasti xx. ꝯpetit vtilis certi condictio ex mutuo prætoria. Idem est, si alia causa proponatur, putà depositi vel alia: dabitur enim mihi vtilis ex illo contractu, ex quo agebã,
d ff. de iur. si post. §. si eumᵈ. ¶ Sic ergo libellus concipitur: Lib. Coram, & c. conqueror de P. à quo peto decẽ vtili actiõe ex empto: quia cum illa decem ab eo peterem actione ex empto, ipse mihi detulit sacramentum, quòd iurarem me sibi vendidisse equum pro illis decem: vnde quia eo deferente iuraui mihi debita esse, ideo illa decem ab eo peto: & ad hoc propono vtilem actionem ex empto. Hęc forma probatur ff. e. si duo. §. si quis vendidis-
2 se. ¶ Actor sic ponet:
Pos. actoris Pono, ꝙ petebam à te decem ex cã venditionis vniᵘ equi, ff. e. sed & si post. Item ꝙ voluntariè mihi detulisti iuramentum, ꝙ iurarem me tibi vendidisse equum pro decem prædictis, vt s̃. de iuram. delat. ext. de iurei. c. fi. Item ꝙ ego te deferente iuraui, ff. e. ait prætor. in fi. & hoc cum hac causa, s. quia tibi vendidi equum tuum, ff. e. qui iurasse. item quòd es homo sanæ mentis, ff. sol. ma. l. 2. ff. de iure cod. l. 2. ff. de op. leg. si tibi. §. furiosus. & maior 25. annis, ff. e. qui iurasse. 25. q. v. paruuli. & c. seq. & hoc ideo, ne possit petere restitutionem. ¶ Reus verò sic ponet:
Pos. rei. Pono, ꝙ illa decem, quæ te dicis à me petiisse, petebas à T. ergo non à reo, ff. de iud. cùm prætor. ff. de cond. & demon. cũ ita. C. de proc. maritus. ext. de pręsum. nõne. item quòd tu iurasti, quòd vendideras mihi tua voluntate, me contradicente, vel inuito, ff. e. ait prætor. in fi. item quòd tibi detuli iusiurandum, vt iurares per genium: & tu iurasti per animam tuam, vel per sanctum
e quenquamᵉ. sic enim debet iurari, vt deferẽ, ff. eodẽ, ait ꝑtor. in fi. cum legibus. seq. 22. q. v. quacunq;. Item quòd eo tempore, quo detuli, eram minor xxv. annis. hoc concesso, petat restitutionem. Si neget, dicas: pono, quòd eo tempore detuli iuramentum, quo sedes apostolica vacabat per mortem Clementis Papæ IIII. itẽ quòd ab illo tempore sunt tot anni elapsi, ita vt numero annorũ inuenias te minorem. Item quòd mihi fuit interdictum bonis vti tempore illo, quando tibi detuli iuramentum, ff. de ver. oblig. is
f cuiᶠ. ¶ † Ad hoc quandoque petit quis rem informiter, id est, sine
3 causæ adiectione quam dicit suam: possessor verò dicit eam ad se pertinere: & sic inter eos est contentio: vel est contentio de vsufructu, vel de hæreditate, vel de rebus aliis: & sic quandoque possessor defert iuramentum actori, quòd res sit eius, vel econuerso: vnde prætor inducit actionem in factum, quæ oritur informiter ex hoc iureiurando delato: per quam consuluit iuranti, quòd possit rem aduocare. Sic ergo libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. quia cùm ab eo talem rem peterem, quam meam esse dicebam, eo deferente iuraui rem illam esse meam: quam rem mihi tradere recusat: vnde ago contra eũ, vt eam mihi tradat & assignet: & ad hoc propono actionem in factum ex iureiurando informiter delato descendentem, ff. de iur.
4 nam postea, §. fi. & l. seq. & l. sed & si possessori. ¶ † Si verò possessor à possessione ceciderit, & res deuenerit ad petitorem, qui detulit, sic libellus concipietur:
Lib. Coram, & c. conqueror de P. qui cùm à me rem peteret, quã dicebat suam esse, eo deferente iuraui meam esse: vnde cũ à possessione illius rei ceciderim, & ad eum peruenerit, rem illam mihi præstari peto: & ad hoc propono actionem in factum ex iure-
g iurando informiter delato, vt in præ. l. sed & si possessori. in prin.
4 Pones autem hîc, vt s̃. in præ. actioneg. † Vt autem pleniùs informeris

ADDITIONES.

a l. 3. ¶ ibi soluitur.
b Porrò. ¶ Incipiunt verba Rof. in prima rub. prætoria, s. vtili actione ex ea causa, ex qua iuratur: & quatuor, quæ in ea requiruntur, patent ex positionibus: & vide, quod dicam in fine huius partis.
c Te mihi. ¶ Clariùs diceretur, me tibi: sed propter id, quod sequit dicamus reo fuisse delatum: & facit ad ĩ. dicenda.
d §. si eum. ¶ Sciendum est, quòd in hoc casu, quando expressa causa iurat, non solùm iuranti, sed etiam aduersario dabitur actio: vt si iuraui me à te Stichũ emisse pro decem, ago ego ex empto ad Stichum, & tu ex vendito ad decem. item si iuraui me tibi illũ pignorasse pro decem à te mutuatis, ago pignoratitia pro Sticho, & teneor certi cõdictione ad decem. item prosequi possum fundum, quem iuraui mihi datum in dotem: & matrimonio dissoluto teneor ex stipulatu, ff. e. si duo. §. is, q iurauit. & duobus §§. seq. ibi exprimuntur hęc exempla: & interponitur aliud de illo, qui iurauit se socium: quia tenetur pro socio.
e Quenquam. ¶ aliàs, denique.
f Is, cui. ¶ Hucusq; fuerunt verba Rof. in præ. rubr. quæ dicit in fi. ꝙ iusta ratio suadet hoc casu vtilem actionem dari: quia, licet verba deficiant, sententia concordat: & sic vtilis locum habet, ff. e. tit. si quis id. ff. si quadru. pau. fec. dic. l. pen. Ex quo enim causa venditionis fuit adiecta, & iuratum, perinde est ac si fuisset probatum, cùm sacramentum habeatur pro probatione, ff. e. ti. sed & si possessori. §. penul. Hoc dixit, respondens ad id, quod dicitur actionẽ ex iuramento non dari, nisi cùm operæ promittuntur à liberto, ff. de lib. causa, l. fi. de oper. liber. l. vt iurisiurandi: Sequitur ver. ad hoc. & nunc incipit prosequi secundam rubricam de actione in factum ex iureiu[illegible], tot sũt necessaria, quot in superiori: differunt tamen, quia ibi in sacramẽto delato exprimitur causa, hîc iuratur vniformiter.
g Act. ¶ Vidisti libellum pro actore & reo: sed hîc scias, quòd delato sacramẽto actori, & propter id re sibi tradita, ipse actor habet Publicianam ꝯ oẽs, præter dominum, secundum Azo. in summa de reb. cre. & iureiur. §. effectus. sicut si emisset à non domino, vel pro ipso iudicatum fuisset ff. de Pub. l. j. 2. 3. & 4. Nec obstat lex, e. ti. eum qui. §. si pententi. Nam, vt dicit ibi G. & Azo, vbi s̃. & Rof. hîc, illud aduersus deferentem duntaxat habetur etiam in l. nam & postea. §. si. ff. de iur. excludit proprietatis dominũ, nõ cæteros possessores: & ibi no. quędã similia hoc verum de Publiciana. Actio. n. in factũ, de qua hîc loquimur, non datur nisi ꝯ deferentẽ: & no. in l. sed & si possessori. in prin. ff. de iurei. Plus, vt dixit Azo, vbi s̃. quidam dixerunt actionem in factum non dari ex iuramento delato: quia statim illam habiturus est ex sententia: sed, vt dicit Azo, nihil impedit eiusdem rei plures cõpetere actiões, ff. de act. emp. non est nouum. Conuenit, quod de confessione dictum ẽ. s̃. de confess. si queratur. ratio, quare reus, qui delato sibi iuramento ab actore iurauit rem suam esse, non habet actionem, nisi ꝯ deferentem: & actor, cui sic delatum est, habet Publicianam ꝯ oẽs, nisi ꝯ dominum, vt s̃. respondent prædicti, ꝙ actor id nõ habet ex sola delatiõe, sed ex illa traditione sequuta, ff. de Public. traditionẽ. quæ ratio deficit in reo, cui nulla fit traditio, sed remanet quasi ex quadã transactione apud eum, quod priùs habebat: bene facit ad hoc C. de trãs. l. si pro fundo. Quod s̃. dixi, reum, qui iurauit rem suam esse, habere actionem ꝯ deferentem, nõ procedit ĩ eo, q iurauit rẽ actoris nõ esse: qa tũc licet ꝯ deferentẽ detur sibi exceptio, si cadat à possessione, nõ datur actio, vt ꝑ. l. sed & si possessori. in pri. Sequitur ver. vt aũt pleniùs. q fuit additio, vsq; ad ver. illud aũt. quem habeo post Mar. de Fano: & quia super rubrica de iuramẽto in litem Azo solũ tractauerat hæc membra, qd sit iurare in litem, vñ dicatur, quis deferat, & qualiter, & cui, & pp quæ, & in quibus actionibus, & quis sit effectᵘ, possunt ibi addi huc remittendo, hæc duo membra, s. de forma libelli, & de forma sniæ & sic ego feci: Et est sciendum, ꝙ Nic. Matha disputauit quæstionẽ de illo, q per stipulationem ad id tenebatur condẽnato ꝑ potestatẽ ad equum restituendum Titio intra 10. dies sub pœna decem librarũ soluendarũ communi: termino transacto. Potestas, ꝑ communi vult pœnã: actor petit illũ ꝯdemnari, q̃tũ in litem iurauerit: quæritur, an procedant ꝑdicta duo, an neutrũ, an alterum

meris, qualiter in iuramento in litem sit sententia formanda, & li
a bellus concipiendus: not. φ dicunt quidam [a] libellum taliter esse formandum:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. contra quē ago rei vendicatione: & si nolit mihi rem restituere, peto eũ mihi condẽnari, quanti in litem iurauero: dicens, φ statim probata intentione actoris iudex debet reũ admonere, vt rẽ restituat: quod si nõ fecerit, cõdẽnet eũ, quanti actor in litem iurauerit, C. de rei ven. à possidentibus. Et est simile hic, quod de monitione dixi, C. de fideic. auth. hoc amplius. Sed contrà: nam talis libellus est conditionalis, &
b ideo non valet, ff. de iud: non quẽadmodũ [b]. & de qua re iudex cognoscit, &c. ff. de iud. de qua re. ext. de cau. pos. & propric. cũ sup. Alij dicunt, præmissa forma libelli retenta, φ iudex super vtroq; pronunciabit: primò de restituenda, quæ est interlocutoria: 2ò, quanti fuerit in litem iuratum, quæ est diffinitiua: sed hoc nõ placet. nam ridiculum est dicere sententiam super principali latam interlocutoriam esse: vnde potest sic concipi libellus:

Lib. Corã, &c. ꝯqueror de P. & ago ꝯ eũ rei vẽdicatiõe pro re tali q̃ possidet, q̃ assero esse meã. Et iudex, q de causa cognoscit, condẽnabit reũ, si fuerit condemnandus. Lata aũt snĩa si reus noluerit rem restituere, postulabit actor à iudice, vt in litẽ iuret, & vt reus condẽnetur, quanti ipse in litẽ iurauerit, ff. de rei ven. qui resti
6 tuere. ¶ † Sed nunquid tunc erit aliud iudicium? Dicunt quidam φ sic, & nouo libello opus est: quod non placet. nã actor non intentat ad hoc actionem, sed debet adire iudicem, qui pronunciauit, & petere vt reus condemnetur, quanti in litem iuratum fuerit. Sed opponitur, φ iudex iam officio suo functus est: vnde nihil amplius facere põt, ff. de re iud. iudex. Præterea si nouus nõ debet super hoc formari libellus, quomodo iudex, qui iam functus est
7 officio suo, poterit pronunciare? ¶ † Sed non dicitur functus: qa non finaliter illud consummauit: vnde quæ desunt, supplere potest, ff. de re iud. Paulus. Et quòd in istis actionibus, præsertim in quibus iuratur in litem, officium iudicis consistat, patet. nam propter hoc dicuntur arbitrariæ: quia iudicis arbitrio fit in eis restitutio, vt Inst. de of. iud. §. præterea quasdam. C. commo. l. 3. §. j. & ista non erit per se sententia sed supplementum prioris sententiæ, sine executio. Sed secundum Io. hic, quantitas quanti in litem iurauerit, venit ex natura actionis, ff. de iud. solemus. ext. de causa possess. & propri. cùm ecclesia. nam ex natura actionis quandoq; crescit in duplum, [illegible] cõductores. & cùm agitur ad rem actione ex empto, fit condemnatio etiam ad interesse, secundum quosdam, vt no. ff. de act. emp. l. i. Et quandoque ad rem agitur, & ad cautionem solummodo fit condemnatio, vt ff. de rei vend. in bonę fidei. ff. de leg. j. seruo legato. in fi.
8 & l. cùm seruus. ¶ † Item quando petitione hereditatis agitur, ẽt ad ea, quæ postea possessa sunt, condemnatio fit, vt C. de pet. hæred. l. 4. ad idem ext. de re iud. abbate. lib. 6. Item quia hic dolus, q post litem contestatam admissus est, valde spectat ad officium iudicis, vt ff. de ædil. edi. ædiles. §. item sciẽdum. Sic ergo dicat iudex quia video reum dolosum in restituendo equum depositum, cõ
c demno eum, vt det tali centum, quia in tantum iurauit [c], ff. de ap. l. pen. §. iussus. At tamen contra præmissa: quia cùm res petitur, ñ debet fieri condemnatio ad quãtitatem, nisi illa petita fuerit, C.
d de fideic. lib. l. fi. & ff. com. diuid. vt fundus [d]. ¶ † Illud autem omit
e tendum non est, quòd diuersæ iuramẽtorum formę in iuris corpore continentur, quas breuitatis causa ad præsens omittimus: sed te ad loca, vbi inuenire poteris, remittimus. ¶ Iuramentum accusatoris, vel testis in causa matrimoniali, vel testium synodalium, vel etiam aliorum, habes 35. q. 6. c. si duo viri. §. ecce. & c. seq. ext. de testibus, fraternitatis. s. de testi. §. sequitur. ¶ De sacramento calumniæ s. de iur. cal. §. nunc dicamus. & §. restat. ver. sed pone. ¶ De sacramento, quod præstat, qui vxorem reconciliat, j. de sponsalib. §. fi. ¶ De iuramento separationis viri & vxoris, j. de diuor. versi. in summa. ¶ De sacramento redeuntis ab hæresi, vel à quolibet horrido crimine, j. q. 7, quoties. ext. de pur. can. inter. de cons. dist. 2. ego. xj. q. 3. cùm aliquis. xij. q. 2. de viro. ¶ De iuramẽ-
30 to, quod præstat Imperator domino Papæ, lxiij. distin. tibi. ¶ † Et nota. quòd cùm primò eligitur in regem, præstat illud iuramentum legato sedis apostolicæ: postmodum verò, quando coronatur,

non datur actio pro multa, nisi condemnatione facta. quod patet: quia cùm multa debeatur fisco, C. de modo multar. l. multarum. & per priuatam inobedientiam, ff. si quis ius dic. non obtẽper. l. j. in prin. & si quis in ius voc. non ier. l. 2. §. j. & inter fiscum & priuatum sit iudex procurator Cæsaris, C. vbi causæ fisc. l. ad fiscum. & ff. de of. proc. l. nec quicquam. §. j. & ille non potest mulctare, C. de modo mulct. l. ij. & 3. sequitur ex his, fisco pro mulcta non dari ciuilem actionem ante quàm per competentem iudicẽ fuerit super illa condemnatio facta. Et sic intelligatur l. j. §. fi. si qs ius dic. non obtem. s. quòd detur actio in factum fisco ad pœnam inobedientiæ, s. post condemnationem: alleg. C. vbi causæ fiscal. l. j. vltra priùs dicta inducens C. de modo mul. l. eos. de testibus, l. nullum. de cal. l. j. Ad secundum dicit, vide primò, quòd cùm ista non sit actio arbitraria, sed personalis ex stipulatu, non sit locus iuramento in litem, secundum not. in l. qui restituere. ff. de iu. sed remediis communibus, de quibus ibi, fiat restitutio. Sibi tamen videtur, quòd cùm appareat dolus condemnati non restituentis, ff. mandati, si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. & sic patet contẽptus iudicis, locus sit iuramento in litem: & sit hoc in omnibus ĩterdictis & actionibus in rem, vel in personam, quibus arbitratu iudicis quid venit restituendum: & omni actione post sententiã, cùm non restituitur, quod restitui potest: vel si tunc dolosè quid fit, ne restitui possit: inducit ff. de his, quæ in frau. cred. l. tenetur. §. j. & rerum amot. l. si cùm dos. §. fi. & de fur. l. ei qui. in fin. & finium regun. l. 4. §. si quis. vbi dolus, quo restitui non potest, interuenit ante sententiam, tunc ñ est tantus ꝯtemptus iudicis: propter quod distinguuntur arbitrariæ à non arbitrariis. In actionibus autem bonæ fidei. ex dolo commisso ante sententiam, iuratur in litem, ff. de in lit. iur. l. in actionibus. quod cessaret, vbi actio non esset realis, nec arbitraria, nec bonæ fidei. Id quod quæritur, an neutrum locum habeat, fundatur super termino quatuor mensium diminuto ad 30. dies: circa quod ipse improbat opin. Odo. distinguentis personalem actionem, quæ datur ad rem restituendam, ab illa, quæ datur ad acquirendam, vt tunc sit locus spacio quatuor mensium, in prima non: contra quam allegatur ff. quod metus causa, l. metum. §. volenti. & §. licet. & ff. de furt. à Titio. putat distinguendam solutionem fiendam in pecunia: & tunc sit locus spatio quatuor mensium, & vsuræ centesimæ, si intra id non fiat solutio: quæ pœna in aliis rebus non conuenit, ff. de verb. sig. vsura pecuniæ. & C. de vsur. rei iud. l. 2. & 3. Et in alio casu dicit tempꝰ lege non exprimi: sed dicitur tempus, quod condemnatis præstatur, vel tempus iudiciationis, ff. de vsur. si fideicommissi. & ff. qđ me. causa, si cum exceptione. §. quatenus. Primum dicit non posse diminui: sed sic ex causa augeri, ff. de re iud. l. 2. & 4. §. si quis. In aliis realibus, vel personalibus scriptis in rem, tempus datum à iudice est pars sententiæ: & ideo in præiudicium vnius partis non ꝯsentientis, à iudice minui, vel augeri nõ potest: sicut nec aliqua pars sententiæ, C. sent. rescin. non pos. l. j. & ff. de re iud. l. intra. & l. quod iussit. in fin. Si autem in sententia non fuit appositum, in executione ponetur prout iudici videbitur, & ff. de re iud. l. debitoribus. cum sua gl. concludit, quòd cùm condemnatio non fuerit in pecunia, valuit ordinatio temporis, post quod propter contumaciam condemnati potuit à iudice mulctari: alleg. etiam ff. de arbit. quid tamen. §. solutioni. de eden. l. j. §. diem. Circa quartum, quo quæritur de concursu, dicit, quòd si successiuè petantur, nihil obstat l. j. C. quan. ciuil. act. præiud. cri. li. ix. & quod ibi no. si simul, dicit, quòd gl. tenet vnam viã alteri prẹiudicare ita quòd interim quiescat altera, vna via electa, ff. de pub. iud. l. interdictum. vi bo. rap. l. 2. §. j. sed ipse tenet istud verum in publicis iudiciis, de quibus leges illę loquuntur. In priuatis, vt est istud s. stellionatus putat illas concurrere, & simul intentari posse, cùm non inueniatur prohibitum, & præ. l. j. C. quando ciuilis, generaliter loquitur & permittit concursum: ad quod facit ff. de concus. l. j. de furtis, l. fi. C. de condic. ob turp. causam, l. quod euitandi. & si aduer. lib. l. pen. Et hoc, quando pro vno facto duo sunt punitoria: vnum ciuile, aliud criminale priuatum, vt dixi. Si autem ambo essent criminalia & punitoria, tunc secus, ff. de acc. l. senatus. Et si ambo ciuilia & punitoria, præiudicat vnum alteri, nisi quantũ plus est in altero, ff. vi bo. rap. l. j. Vbi aũt sunt duæ viæ ꝯpulsoriæ, tũc ab vna incipitur: quæ si non sufficit, ad aliam proceditur, ext. vt lite non contest. quoniam frequenter. in fi. Excusetur prolixitas, cùm ad huc decurtationem timeam reprehendi.

ADDITIONES.

☞ solũm, & quòd? & incipit quæstio, quædam per Potestatem Paduæ. Primi articuli est prolixa responsio: cuius est conclusio, φ quia mandatum Potestatis fuit contemptum, si nulla excusatio allegatur, debet illum condemnare in id, quod est comminatus: & post condemnationem, & non priùs potest, exigere dictã mulctam: quod sic ostendit: Mulctæ impositio non habet fieri ciuili actione: quia fisco, vel communi (quod hodię tenẽt iura fiscalia)

a Quidam. ¶ Io. Cre. refert Mar. de Fano: sed vide, quod not. & dixi s. 2. parte, de rest. in integ. §. j. ver. sed nunquid in eodem.

b Nõ quẽadmodũ. ¶ Quo ad hanc legem, & ad hanc materiã, vide qđ dixi s. eadem parte, de rest. in integ. §. j. ver. sed nunqd in codẽ.

c Iurauit. ¶ Dixit de materia in litem, & finiunt eius verba, & ali. seq.

d Vt fundus. ¶ Illud regulare fallit ex natura actionis: vel fit noua petitio, vt est dictum.

a tur, iterum illud præstat domino Papæ [a]. ¶De iuramento, quod vasallus præstat domino, 22. q. vlt. de forma. & i. de feu. ¶De iuramento compurgatorio, & eorum qui se purgãt, extrà de pur. ca. quoties. & c. constitutus. 2. q. v. auditum. & c. omnibus. & s. de abol. & pur. c. fin. ¶De iuramento, quod patriarchæ, archiepiscopi & episcopi p̄stant domino Papæ, extr. de iureiu. ego. c. di. in ea. ext. d̄ priui. antiqua. ¶Qualiter, & quæ ep̄s iurat archiep̄o, ext. de iureiu. null⁹. & c intellecto. & de reb. eccl. non al. si quis. 23. di. q̄q̄. & extr. de ma. & obe. dilecti. ¶Qualiter abbas iurat episcopo, extr. de simo. ne Dei. ¶Qualiter, & quæ res iurat in coronatione, e.

b tit. veritatis. & c. intellecto [b]. Forma iuramenti, q̄d præstat, q̄bi instrumentum refici petit, § de edi. instru. §. postquam. vers. ibi aũt. ¶Qualiter, & quæ iurent aduocati hodie prius quàm admittan-

c tur ad postulandũ, in const. Gregor. X. de pustul. properandum [c]. vbi de hoc dicemus. ¶Qualiter clericus iuret episcopo, vel capitulo, extrà de verb. sig. cùm clerici. 23. dist. quanquam. ¶Quæ, & qualiter iuret electus, 23. dist. quãquam. & 8. q. 3. Artaldus. ¶De sacramento, q̄d præstant milites, 2. q. j. prohibetur. & meliùs s. de procur. ver. j. §. Item ꝙ est miles. & debet accusare, versi. item excipitur, quòd est miles. ¶Forma iuramenti minoris in venditione rei suæ præstiti, i. de emp. & vend. §. nunc dicendum. in prima forma, vers. illud. ¶Forma iuramenti, ꝙ præstat vxor existens in minori ætate, ne veniat contra alienationem rei dotalis, eo. tit. vers. 3. §. ꝙ si vxor. & ver. & no. generaliter. ¶Forma iuramenti, quod præstat frater. vel consors super habendo ratum, q̄d per fratrem,

d vel consortem factum est, eo. §. ver. porrò [d]. ¶Forma iuramenti, quod præstat Abbas, vel Prior positionibus respondens, extra de testi. præsentium. lib. vj. prope prin. ¶Forma sacramenti æstimantis iniuriam, i. de iniur. vers. & not. Item quid iuret iudex, extrà de iureiuran. venientes. ¶Forma iuramenti eius, qui ab excommu-

11 nicatione absoluitur, s. de sententia, §. vt aurẽ. versi. porrò. ¶†Et no. ꝙ triplex forma iurandi secundum tria tempora inuenitur. In Lege veteri iurabatur sic: Viuit Dominus: viuit anima mea. hæc, vel hæc addat mihi Deus, 22. q. j. iurabunt. extrà eo. & si episcop⁹. In primitiua verò ecclesia sic: Testis est mihi Deus, testis est mihi conscientia: hoc dico corã Deo, ea. q. si peccatum, Hodie sic: per Deũ patrẽ, & filiũ & spiritum sanctũ: sic me Deus adiuuet: p istas sacras reliquias: per istã sanctã crucem: & similia, 36. q. 6. de parẽ-

12 tela. 63. dist. tibi. ¶†Quid si is, qui aliquid tenetur mihi facere p iuramẽtum, obtinet à me dilationem, vel absolutionẽ, nunquid est ex toto à iuramento absolutus? Videtur, ꝙ non: quia Deo reddendum est iuramentum, vt ext. e. c. debitores. & c. & si Christus. versus finem, ibi, redde Deo, & c. xx. q. j. si peccatum. in princ. Dic, ꝙ si iuramentũ factum est in fauorem Dei, intendẽs per illud se Deo obligare, non potest ab homine absolui, nisi per commutationem in melius, extr. de vot. magnæ. Si verò in fauorem hominis, & ille sponte absoluit, postea non tenetur. Et idem est in dila-

e tione, secundum quod facta fuerit, extrà de sponsal. præterea [e]. j. extrà de vsur. consuluit. & vide s. de legat. §. nunc ostendendum,

f versiculo, hoc quoque [f]. ¶†In summa not. ꝙ nihil interest, siue

13 iuretur super Euangelia, siue super reliquias, siue dicat̃ promitto in fide mea: quia non solùm per increata, sed etiam per quælibet creata iuratur, arg. extr. quod met. causa, ad aures. & de arbit. cùm tempore. de fideius. c. 2. 22. q. vl. iuramenti. vel si dicatur, super periculo animæ meæ, extr. de fri. & malefi. fraternitatis. secundũ Pa-

g pam, vt not. in præ. c. & si Christus g. ¶†Licet autem inter simpli-

14 cem fidem & iuramentũ non faciat Deus differentiam, vt in pręc. iuramenti. & in præ. dec. de fide. maior tamen pœna imponitur pro periurio, q̃ pro fide violata, vt probatur extr. de iureiu. querelam. & c. debitores. & c. clericus. sicut aliàs dicitur, ꝙ votum solẽne impedit & dirimit matrimonium, vt ext. qui clerici, vel vo. me-

h minimus. simplex verò n̄ dirimit, vt ext. e. ti. ꝯsuluit. & c. rursus [h].

15 ¶†Quid si subditus iurat aliqua maiori suo, & postmodum cõuenit inter eos, vt illud instrumentum ad alia extendatur, nunqd poterit extendi? Videtur, quòd non, extr. de iureiur. clericus. Con-

i trà ff. de præscrip. verb. natura. §. sed si facio [i]. Quæ autem hìc de-

k sunt, vide s. de iur. dela. [k]

ADDITIONES.

a Papæ. ¶de his vide in cle. de iureiur. Romani.

b Intellecto. ¶Qualiter iuret rector ecclesiæ, vel curatus, scripsi post Host. s. eo. ti. tua. De iuramento regentium hospitalia, in clemen. de relig. do. quia contingit. versi. illi etiam. & de iuramento tutorum & curatorum ibi notatur. Qualiter iurent custodes carcerum hæreticalium, & ipsorum ministri, habetur in cle. de hæretic. c. j. §. porrò: vide, quod ibi not. in gl. 2. Qualiter doctorandi iurent, habetur de mag. c. 2. in cle.

c Properandum. ¶Hanc hodie non habemus.

d Ver. porrò. ¶Complura similia colligas ex concor. quas posui e. titu. super rubrica, & maximè in primo & secundo membro, per quas videbis multos casus per auctorem omissos.

e Præterea. ¶ibi scripsi super vltima gl.

f Ver. hoc quoq; ¶De statuto corporũ, collegiorum, vel vniuersitatum iurato præcisè, ita ꝙ absolutio fieri non possit: vide q̄d dixi extrà de his, quæ fiunt à ma. parte cap. c. j. ad fi. in gl. per hãc. Vltra ibi scripta sciendum, ꝙ aliqui distinxerũt, vt s. an statutũ habeat respectũ ad Deum, an ad iurantium commodum? Et est sciendum, ꝙ Mar. de Fa. ad quæstionem, an valeat clausula, quæ ponit̃ in statutis iuratis per ciues ad officiales, sic, ꝙ absolutio à cõcilio, vel regno haberi n̄ possit: ad negatiuã alleg. ff. de pact. l. pen. si ser. vend. sicut. §. apud Pomponium. ff. de leg. 3. si qs. in prin. depos. l. j. ff. cõi diui. in hoc iudicio. §. si conueniat. de off. præsi. l. pen. de acquir. hæred. l. is p̄t. de reg. iur. l. nemo potest glad. & l. eius est. & l. nihil tam. & ff. de pact. ius publicũ. ꝓ socio, si conuenerit. de don. inter vir. & vxor. l. quod aũt. §. vxori. Nec potest quis sibiipsi obligari, ff. de pact. si plures. Instit. de interdict. §. retinendæ. ff. de fideius. l. hæres. §. seruo. & est expressum ff. de euict. l. si ei Magis specificè ad partem contrariam allegando, certum est, cuique licere i⁹ sibi competens respuere, C. de tempor. ap. l. fin. in fi. ff. quibus appel. non licet, l. j. §. 2. ff. de pact. l. pactum. C. de pact. l. si quis in conscribendo. Item qui sibi per iuramentum necessitatem imposuit, illud seruet. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. j. de distr. pig. si creditor. §. fi. Itẽ si licet pacisci & iurare, via debet piuriis aperiri, ff. ad l. Iul. rep. l. fi. C. de ind. vid. l. ij. & aliàs inualidũ valet rõne iuramẽti, C. si aduer. ven. auth. sacramẽta. ff. de leg. 2. cùm pater. §. filius. matrẽ. Itẽ cũ absolutioni fuerit renũciatũ, absurdũ est ad illã redire, C. de cõdit. insertis, l. fin. C. de iureiur. l. si qs. Itẽ id q̄d elegit, ad q̄d non tenebatur, necesse habet seruare, C. de ac. & oblig. sicut. ff. de act. & oblig. sicut. ff. cõmo. l. in cõmodato. § sicut. Itẽ non est sibi obligatus, sed mero iure põtificis seruare coegit, quod honestũ est, ff. de pet. hæred. l. hæreditas. in fin. Item ex cã gerit quis quandoq; vicem duarum personarum, ff. de offi. præsi. l. ij. de adopt. l. si consul. Item obligatio non debet tolli arbitrio debitoris, ff. de eo quod certo loco l. 3. § j. Itẽ licet iura publica cuiq; in suum præiudicium refutare, ff. de pact. l. pacisci. Item vinculum indissolubile constitui licet, quod perpetuò obseruetur, C. si man. ita fuerit ali. vt ma. l. penult. & C. de rebus ali. non ali. l. vlt. non soluit: vide, vbi in princ. remisi. ADDE de muliere, quæ iurauit in alienatione rei dotalis n̄ petere absolui à iuramẽto, nec impetrata absolutione vti an valeat re[illegible]m. consi. cccxxxvj.

g Vt no. in præ. c. & si Chistus. ¶vt ibi scripsi in gl. dixi: hìc Inn. & adde: quod no. in clem. de hæret. c. j. §. porrò. in gl. vt not.

h Et c. rursus. ¶Supple, & tñ ibi dr̃, ꝙ apud Deum simplex votum sic obligat, vt solenne: sed vt scripsi in decr. debitores & eod. ti. c. pen. super 2. gl. comparatio in vtroque istorum casuum fit in genere, non in terminata quantitate reatus.

i §. sed si facio. ¶Ibi dicitur, quòd mandatum ex pacto potest suam naturam excedere: sed illud est regulare in contractibus, q informantur per pacta, etiam pòst sequuta, de regu. iur. contractus. lib. vj. secus in iuramento. Hinc est, quòd licet per pactum obligem successorem, per iuramentum non, vt scripsi eod. tit. veritatis. super gl. fi.

k Delatione. ¶Quia exceptiones non requirunt libellos admitti in hac rub. tamen requirunt formas: & de his s. de excep. §. dicto. in fin. & seq.

ADDITIONES NOVAE.

☞ De hoc vide s. de delatione iuramenti, Circa materiã istam vide quod no. Bar. in l. si quis pro eo. §. j. in prin. ff. de fideius. & s. de iura. dela.

Pone, quidam iurauit nõ fideiubere: an iuramentum sit illicitũ. Vr̃ ꝙ sic, cùm videatur ꝯ bonum ciuitatis xxij. q. 4. qui sacramento. & de iureiurando, l. cum quidam. si est clericus non videtur illicitum, quia ad hoc tenetur extr. de fideius. c. j. sed cum laicus teneatur pro proximo fideiubere vj. q. j. c. sicut. imò dicit ibi Archi. ꝙ peccat si non fideiubeat. vr̃ in laico esse illicitũ. sed ꝙ etiã in laico non sit illicitũ, vr̃. nã ad hoc ꝙ iuramẽtũ sit illicitũ, requirit̃ ꝙ per eius obseruatiã vtraq; salus sc. temporalis & sp̃ualis, vel saltẽ altera periclitet̃. 23. q. 4. §. §. q̄d non ē hic. & alio modo necessitatibus ꝓximi possumus subuenire, quod sufficit. vt in fine. d. §. credo tamenꝙ si tanta esset necessitas fideiussoris, ꝙ nisi iste iurans fideiuberet, ꝙ altera salus periclitaret̃, ꝙ non obstante iuramento posset fideiubere etiam clericus. arg. lxxxvj. dist. non satis. & quia hoc non videtur iurasse non fideiubere in tanta necessitate: vel si hoc sensit, iuramentum esset illicitum. ar. c. quanto de iureiur. & Arch. xx. q. j. non est Oldra.

Nota ꝙ quando lex vel statutũ dirigit prohibitionẽ in suscipiẽ-

tem, ibi non firmatur per iuramentum. no. per gl. in l. j. C. de fideiuss. dot. dent. & in l. inuitus. §. fi. de reg. iur. Bal.

Nota quòd de his quæ consistunt in animo statur iuramento nr̃o. Inst. de actio. §. alie. Bar. in l. pro hærede. de acq. hæred.

Nota quòd in omni iuramento semper intelligitur sententia superioris excepta. Item quòd imperator & rex possunt facere gratiā sacramenti, & remittere, vt l. imperatores. ad municipa.

Pone aliquis debet tibi dare sub iuramento totā quantitatē pecuniæ: vult cōpensare: an liberetur à periurio, no. in c. ad nostrā. de iur. Bar. in l. statuliberos. circa prin. de statulib.

Pone iudex detulit sacramentum reo, & absolutus fuit: postea actor reperit testes, & vult sacramentum retractare: an possit, no. in l. admonendi. de iureiur.

Modi secundū quos iuramētū dr̃ licitum, quis, cui, quid, cur, nō sit iurandum discerne notando. vide Host. in summa de iureiur. §. quomodo censeatur illicitum. & sub §§. sequentib.

Aliquis iurauit se soluisse Titio centum tali die, & reperitur quòd non soluit sed fuit per acceptilationem liberatus: vide do. Nic. de Neapo. in l. solutionis. de solut. ff.

Nota quòd licet extinguatur persona iurātis, nō tñ extinguitur effectus sacramēti. vnde licet hæres veniēdo contra sacramētum defuncti, non sit periurus, vt c. veritatis. de iureiur. tamen effectualiter potest conueniri. ita dicit Bal. in aut. sacramenta. C. si aduersus vēdi. idem consuluit Io. de lig. Bar. in l. si quis pro eo. de fideiuss. Gui. de cu. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & l. j. C. de iureiur. idem tenent. fac. quod no. s. de comp. iud. adi. ver. 3. l. j. C. de iureiur. & l. si quando. §. illud C. de inof. test. & j. e. in fi.

Quid si aliquis iurat conscientia læsa, licet verum iuret, tñ est periurus. 22. q. 2. homines. & c. is autem. quod facit ad quæstionem Io. Cal. si quis iurauit non exire ciuitatem, nisi soluto debito, & debitum sit solutum ipso ignorante, & ipse exiuerit, an sit periurus quia contra conscientiam facit hoc verum quantum ad deū. fac. c. plerunque. de dona. inter vir. & vxo.

An in causis criminalibus sit locus delationi iuramenti, Bar. in l. maritus. de quæstio.

Qua poena punitur periurus de iure ciuili, gl. in l. de periurio. de crimine stel. gl. in l. ij. ff. ad l. Iul. mai. no. in l. si duo patroni. §. fi. de iureiu. per. Guil. de cu.

Clericus licet non debeat iurare in manibus laici, tamē si iurat valet, c. j. de iura. calum.

Si ciuitas vel vniuersitas iurat in contractu quid iuris? Bal. in l. generaliter de iureiur.

Si aliquis sit carceratus ad poenam vel periculum mortis, & relaxetur sub iuramento suo de redeundo ad carcerem vel de non recedendo à ciuitate, an redire teneatur ratione sacramenti no. ī c. pastoralis. §. præfato. sup verbo violētiam. de sen. & re iu. in cle.

Si scholaris iurauit non recedere à ciuitate sine licentia creditoris: postea habuit licentiam à creditore, & recessit, & deinde reuersus est, an possit de nouo recedere sine licētia creditoris. Bal. in l. adultus. §. nupta. de adul. & l. j. ff. ad l. Iul. mai.

An creditor cui debitor iurauit soluere, & dedit fideiussores, possit remittere sacramentum principalē in præiudicium fideiussoris, Guido de suza. in l. stichum. §. pen. de sol.

Aliquis iurauit non ludere: deinde mutuauit alicui vt ludat pro eo: dic quòd est periurus. Bal. in aut. interdicimus. de epis. & cle.

Quid si iuret quis se periuraturum, vtrum verum vel falsum dicatur iurasse. Iac. de Are. in l. ita stipulatus. in fi. de verb. obl. super ver. spondes.

Si iuraui soluere hinc ad calēdas, & non solui, sum periurus: an verò debeat expectari dies calendarum. Bal. in l. calendarum Bar. in l. cum stipulatus sum mihi à proculo. de verb. obl.

Si promittam tibi me daturū Titio mille, & iuro quòd ego tenear, gl. ponit j. q. 7. c. quotiens. & hoc de iur. c. 3.

Si iuraui me soluere ad soluere ad certam diem pecuniam, & ñ soluo certa die, sed postea soluo, quòd non dicar deierare, quia ad veritatem redeo. ita no. 32. q. 1. apud misericordē. & hoc est verum si postea sponte soluo: secus si permitto me conueniri antequā soluam, vt c. querelam. de iureiur.

Aliquis iurauit non recedere de ciuitate sine licentia domini potestatis: nō aliqua iusta causa recessit, & stetit ext. per aliquod tēpus sine licentia, an incidat in periurium: & quid de clerico qui iurauit facere residentiam. fac. c. pen. in fi. de cle. non resid.

In l. Labeo. de iureiuran. Bal. dicit pone aliquis promisit mihi dare mille sub iuramento hinc ad pascha: ego videns ipsum absentem, & dare non posse, ne incidat in periurium facio sibi gratiā, vt nō teneatur: postea elapso termino, ipse sentiens de dicta gratia habuit ratam: an dicetur periurus. Bal. quòd non, quia à principio gratia fuit sibi concessa commutabiliter, sed cum habuit ratum, quæritur incommutabiliter.

An in criminali possit sacramentum referri per illum cui delatum est, Bar. in l. lex Cornelia. §. hac l. de iniuri.

An sacramentum habeat validare pomissionem factam nudo pacto, Cy. in l. j. C. de oper. lib. & dicit quòd sic per l. vt iureiur. ff. de oper. lib. vbi tex. in prin.

Pone reperitur in actis talis iuratus, nec dicit qualiter Respondeo licet non præsumatur factum & iuratum, tamen qualitatem & modum debitum præsumo, & quòd omnia fuerint solenniter acta no. in l. Theopompus de do. præleg. Bal. in const. fforum.

Iuramentum de obseruandis statutis restringitur ad licita, & canonica. Inn. in c. clericus. de iureiur. & l. eos. de vsur. in gl. & tex. in c. j. de iureiur. lib. 6.

Procurator constitutus, an possit iurare sine speciali mandato Bar. in l. qui bona §. si alieno. de dam. infec. & s. de iuramen. dela.

Nota quòd iurans debet iurare tactis sacrosanctis euangeliis. laco. But. in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & l. 2. de iur. calum. no. in cle. j. de hær. ver. porro. & ibi per doc. & dicit ibi glo. ij. in fine, quòd consuetudo admittit sufficere quemlibet librum, & quamlibet scripturam tangere. fac. Bal. in aut. sacramenta. C. si aduer. vend. & de pace iur. fir. §. item sacramenta. x. colla. & ibi gl.

Vidi terminari, quòd elapsis terminis probatoriis decreti domini ducis Mediolani, potest fieri requisitio delationis iuramenti necessarij, ar. eorū quæ no. Bal. in l. in bonæ fidei C. de iur. & auth. qui semel. C. de prob.

An à iuramento præstito per partem in contractu possit pars absolui, altera parte non citata Albr. in Rub. C. de vsur. tenet quòd sic ad hoc vt habilitetur persona.

Nota quòd parum differt quis iuret ad sancta dei euangelia, an dicat promitto sub fide mea. Ioā. An. in nouel. in c. animarum. de sepul. lib. 6. & ibi etiam Arch.

An perito in arte sit credendum sine sacramento gl. quòd sic in l. j. de ventre inspi. & l. iureiurandi de testi. In contra. videtur tex. in l. nemini. §. iurisperitos. de aduoc. diuer. iudi. l. comparationes. de fide instr. l. hac. edictali. §. his. de secun. nup. so. secundum Cyn. debet iurare quòd est verum si assumatur in testimonium, secus si in consilio. vnde dicimus quòd sapientes docti ad consulendū in causis nō iurant. Sed dubitatur de qualitate seu forma iuramēti & dic quòd si attestatur de eo de quo potest haberi infallibilis notitia veritatis, quòd debent iurare de veritate sed si non potest haberi certa, sed inopinata, non arctantur ad iurandum de veritate, sed de credulitate: quia non tenētur subire anceps periurium & sic intelliguntur glo. secundum Cyn. Bald. ponit in consti. fforum.

In l. Seius. ad l. Falcid. Bartol. quærit in quibus non licet nobis pacisci. not. in l. pactum. de pact. & l. si quis in conscribendo. eod. ti. si iuramentum opponatur, an per iuramentum validetur hæc l. videtur quòd nō, quia videtur factum in fraudem legis. Tu dic quòd quædam pacta sunt prohibita propter turpitudinnem, & illa non firmantur per iuramentum, ext. de reg. iur. l. non est obligatorium. & l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. quædam prohibentur fauore publicæ vtilitatis, vt l. iure gentium. §. si paciscar. & §. generaliter. de pac. & non confirmantur iuramento extr. de so. com. c. si diligenti. quædam prohibentur ratione priuatæ vtilitatis: sed secundario ratione publicæ vtilitatis, & firmantur iuramento ext. de iureiuran. c. cum contingat. quędam ratione imbecillitatis sensus, vt minor ætate, & confirmantur iuramento, vt in auth. sacramenta pu. C. si aduersus ven. quædam prohibentur odio creditorum, vt Macedonianum, & si. & tūc sacramenti appositio habet illud validare, vt ca. significanti. de pignor. sed quid de illo pacto, per quod renuntiantur vt instantia litis non finiatur triennio, an sacramento firmetur. Et non videtur adaptari ad aliquem casum prædictorum dic quòd non firmatur iuramento, qa præsumitur factum in fraudem, ar. huius. l. verumtamen iudex ex officio suo poterit opponere quòd statim finito triennio nō possit amplius procedi, vt l. filius §. vterani. de procu. Ego crederem contrarium in primo dicto suo, per cap. quamuis. de pac. lib. 6. & l. pactum de collat. An donatio inter virum & vxo. quæ est prohibita confirmetur iuramento dic quòd ex his quæ dixi in prima q. illa est prohibita secundaria ratione publicæ vtilitatis, vt patet ex l. j. de dona. inter virum & vxo. coniuncto §. fi. instit. de his qui sunt sui vel ali. iur. & Guil. hoc tangit in l. sed & si possessori. §. itē si iurauero. de iureiur. & tenet id quod in l. si sponsus. de dona. inter vir. & vxo. Vide Bar. in l. si quis pro eo. in prin. de fideiuss. Bal ī l. si quando C. de inof. testa. & l. non dubium. de leg. & dic. aut. sacramenta pube.

Statuto cauetur quòd credatur sacramento alicuius puta datierij: pone datierius dedit accusam de aliquo & in accusa ponit quòd iurat, & sic iurat à se, non sibi delato iuramento per iudicem: & videtur quòd sic, quia statutū dicit simpliciter, nec distinguit quòd debeat

debeat deferri per iudicem. In contrarium fac. quia istud sacramentum quod defertur vigore statuti: quod idem est sicut si deferretur vigore legis. no. Bart. in l. j. ff. de re iud. sed sacramentum qd defert à lege, non valet, nisi deferatur à iudice l. videamus. de iureiuran.

Pone aliquis iurauit in instrumento ari mota lite coram iudice seculari possit haberi recursus ad episcopum ratione iuramenti. Bal. quòd sic in l. causa. C. de re. cred. nec ob. exceptio litis pendentis, quia iste articulus est pars eiusdem litis & propter incidentiã quæstionis spũalis venitur ad episcopum vt c. tuam. extr. de ord. cog. vide s. de comp. iu. adi. fac. Ang. in l. 4. §. condemnatum. de re iud.

Nota quòd danda est copia formæ sacramenti parti iurare debenti vt no. in l. fin. C. de re. cre. & iureiurand. & C. vbi in rem actio. l. 1.

Nota quòd contra iuramentum non datur restitutio Inn. in c. peruenit de iureiur. sed bene datur absolutio vt ibi no.

Nota casus in quibus potest episcopus super iuramento dispẽsare Speç. in ti. de leg. §. nũc ostendendum. & no. in c. debitores. de iureiur. per doct.

An clerici possint iurare coram iudice seculari. Albri. in l. cum clerico. de epis. & cle.

An ille qui iurat in præiudicium sui priuilegij vel sui fauoris debeat certiorari Bal. in l. j. de iureiur.

Nota quòd ratione iuramenti efficitur quis de foro ecclesiastico Bal. in l. j. C. de iureiur. & an lite mota in iudicio seculari possit haberi recursus ad episcopum ratione iuramenti Bal. ibidem.

Quid operetur iuramentum minoris Bal. in Rub. C. res inter alios acta. & l. 2. de resc. ven. & operatur ad solennitatem, non ad maiorem damnositatem.

Nota quòd absolutio à iuramento debet peti ante terminum solutionis fiendæ Io. an. in c. debitores. de iureiur. super glo. pen. in fi. fac. c. si. de iureiur. lib. vj. & an quando petitur absolutio à iuramento debeat pars citari Albr. in rub. C. de vsur. dicit quòd nõ. & idem Old. in consiliis suis. Bal. cõtra. in l. fi. C. de non num. pec.

Nota quòd si mulier est læsa in contractu & in casu illius ca. cũ contingat. de iur. potest petere absolutionem à iuramẽto, vt no. Io. an. in dic. c. cum contingat.

Nota φ iuramentum in supplementum probationis potest per iudicem deferri vsq; ad conclusionem causæ. Bal. in l. in bonæfidei. & l. generaliter. C. de iureiur.

An iuramentum habeat paratam executionem. Bar. in l. si duo patroni. ff. de iureiur.

An habeat locum delatio iuramẽti cũ dubitatur de ætate, Spe. in ti. de actore. in prin. ver. si ergo excipi.

An delatio iuramenti dicatur donatio & indigeat insinuatiõe. Bal. in l. si vnus. in prin. ff. de pac.

Si statutum defert alicui iuramentum an possit quæri de periurio, Bal. in l. j. de iureiur. C.

Nota quòd difficultas & necessitas excusat quem à periurio. no. in c. breui. & c. querelam. de iureiur. Host. in summa e. tit. hoc not.

An iuramentum transeat ad hæredes Bal. in Rub. al. in l. generaliter. de iur. dicit quòd licet non transeat quantum ad robur eius tamen transit effectus eius nec hæres potest rescindere contractum sed quo ad forum ecclesiasticum non transit ca. veritatis. de iureiu. & c. 2. de pac. lib. 6. & c. fi. de fo. comp. c. li. Bal. optimè hoc dicit in §. illud. in l. si quando. C. de inof. test. fac. l. non dubium C. de leg. & quod ibi Bal. vide s. de comp. iu. adi. ver. iij. l. j. C. de iurei.

De quibusdam tacitis cõditionibus seu clausulis supplendis in iuramento no. Bal. in l. fi. C. de non nu. pec. & Host. in summa de iur. §. quot species.

An iuramentum sit species ꝓbationis Bal. quòd non veræ sed præsumptiuæ. no. in l. eũ qui. ad fi. de iur. & l. furti. §. qui iussu. de his qui no. infa. & l. generaliter. C. de iureiu. Bal. in Rub. C. de prob. & tex. in l. fi. §. licentia. ad fi. C. de iure delib. & gl. in l. in contractibus §. illo. de non nu. pec. tex. in c. mulieri. de iureiur. & ibi Io. an. tex. in l. fi. C. de fideic. & Bar. in const. ad reprimen. super vers. summariè.

De iuramento præstito in donatione inter virum & vxo. vide Io. de ligna. in clem. j. de iureiur.

Nota φ copia formæ sacramenti debet dari parti aliàs non est ĩ mora ad iurandum ita dicit Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. & l. fi. C. de re. cred. & iureiur.

Si debet stari iuramento alicuius vigore statuti, an possit cõtrarium probari no. in l. j. C. si aduer. lib. & l. j. de re iud.

In l. in bonæfidei d. Bar. de salic. multa bona dicit. primo quærit cui dẽt deferri iusiurandum per iudicem in dubio. Azo ibi tenet quòd reo. idem tenet do. Ricar. de salic. in ista. l. idem tenet Io. an. in c. fi. de iur. idem Iac. But. idem gl. hic sed φ potius deferatur actori tenet gl. in l. admonendi. & ibidem Bart. & fuit opinio Hu. & Ray. & etiam communis practica & eam sequitur. d. Barth. & põt peti per partes à iudice φ deferatur post conclusionem causæ. & hoc faciat iudex officio suo & p̃t nedum dicere quòd deferat illi cui est de iure deferendum sed φ deferat sibi soli in causis paruis. In causis vero magnis gl. dicit in l. admonendi. φ non tamen doctores communiter tenent quòd idem sit in causis paruis. aliqui φ non. nam causæ magnę habẽt instar causarũ criminaliũ. alij dicunt φ est timor suspicionis ideo non sic de facili debet deferri q̃ dicantur causæ magnæ hoc relinquitur arbitrio iudicis quæ sint magni præiudicij vel parui. & vide quod no. ĩ l. si societatem. §. arbitrorum pro socio. circa medium & quæ dicantur minimæ no. in c. de ap. quod velis videre quia melius dicit alijs.

Nota φ ille non possit iurare in supplementũ probationis qui non posset testificari vt pote vsurarius vt no. Bal. in l. qui accusare. de eden. fac. Cy. in l. si quis ad declinandam. de epis. & cle. & in l. in bonæ fidei. de iureiur.

¶ Baldus de iureiurando.

Libellus, quãdo agitur ex iuramento formi, vel informi. G. ¶ In actionibus arbitrariis secunda sententia est potiùs supplemẽtũ; & executio primę sñiæ, quàm prima, ver. sed oppon. G. ¶ An qui obtinet dilationem, videat absolutus à iuramẽto, vers. qd si is. G. ¶ Maior est transgressio iuramenti, q̃ nudæ ꝓmissionis, ver. licet aũt. G. ¶ An qui iurauit aliquẽ iuuare, debet expectare requisitionẽ, vide s. de aduoc. §. an q. Pro materia iuramenti vide Bart. in l. cũ lex. cum l. 2. ff. de fideius. ¶ Si per statutum probat accusatio ꝑ iuramentum, debet condemnari accusatus: tñ ipse poterit agere de periurio ad interesse, s. de iur. cal. §. si per statutũ. & §. seq. ¶ An per iuramentum probatio admittat probationem in contrariũ.

a ¶ De præscriptionibus[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Recurritur ad Sũmistas: quia practici autores de hac rubrica nõ tractauerunt, saluo, qd de rescissorio dixit Rofr. de qua tractauit auctor s. e. parte, de resti. in integ. Pabulum autem recepit auctor ab Alb. Gal. sui operis rubrica vltima: de hoc etiam Nepos de Mõtealb. tractauit sua rubrica vltima. Scias, φ Host. in summa huius ti. vbi de præscriptione rerum immobilium § ... colligit diuersa tempora præscriptionum: sed copiosius potuerat Azo in brocardis vbi de p̃scr. Nepos de Mõreal. enumerauit aliquas, vbi s. Gui. de Suza. post auth. & ꝯsequenter. C. de sen. & interlo. & videas, φ vnam numeratam dedit nobis auctor de practica: quod fuit, quia non habuit conductores suos practicos, vt dixi in princ. Cùm tamẽ materia sit valde canonica, quod patet e. ti. per totum, & libellos episcoporum vẽdicãtiũ iura episcopalia in ecclesiis diœcesis suæ, siue petant ab illis, siue ab ipsorum possessoribus, collige eo. ti. auditis. & c. seq. & c. cùm olim. de archiepiscopo, quo ad i⁹ metropoliticum, eodem titulo, cùm ex officij. de censi. sopitæ. in ca. autem, cùm non liceat. eodem titulo, archiepiscopus agebat, vt episcopus, vt ibi patet. Contra istos autem solet allegari præscriptio, vt in ipsis iuribus apparet: per quam dicunt ipsi subditi, se exẽptos & liberos à potestate illorum, & quomodo veniat probanda ipsa exceptio, vel libertas coram ipso. patet hodie in c. cùm ꝑsonæ. de priuil. lib. vj. Si verò iudex datus esset ad causam, ad petitionẽ episcopi, vel subditi, si in diœcesi, ipse subditus reus, vel actor habet probare. Forma igitur articulum super præscriptione exceptiõis & libertatis & iurisdictione illius: sed epi solẽt articulũ ĩprobare, dicẽtes libertatem non posse præscribi, nec obedientiã: nec quẽ posse possidere seipsũ: & sic nec præscribere, p c. cũ ñ liceat. itẽ addũt, illud posse p̃scribi ꝯ episcopum, quod per eum posset remitti: sed episcopus non posset remittere, de donat. apostolicæ. C. de bonis lib. l. fi. præscriptio, q̃ est ꝑ taciturnitatẽ remissio. Sed clerici rñdent, & fatẽtur, φ suo ꝓprio noĩe libertatẽ præscribere non possunt, vt no. in c. auditis in 4. gl. Sed præscribũtur à Papa, vel alio, cui⁹ noĩe illam allegant. Et si opponatur de ignorantia Papæ: vide, quod dixi s. de teste, §. nunc videndũ. in princi. ver. adhuc opponunt. Negant etiam, quod dicitur, libertatẽ præscribi non posse, inducentes ff. de acq. pos. possideri. §. si seruus & de lib. causa, liberis. §. fi. & l. igitur. §. j. & apertiùs C. de longi temporis præscr. quæ pro lib. in rubro & nigro. Ad id, quod de obedientia dicitur, respondetur, verum esse ꝯ obedientiam non præscribi, vt per illam quis nemini sit subiectus, & sic acephalos, ꝯ id xciii. dist. nulla. de censi. omnis. & locusta, vt in lib. Prouer. 30. Regem locustæ non habent. Sed obedientia certæ personæ, vel certæ dignitatis bene præscribitur. sufficit de priuil. cũ personæ. Qđ dicitur, neminem se possidere: & sic nec præscribere, respondet, quòd præscriptio quandoque inducitur ad quærendum rem, vt

Libel. Coram, &c. vt s. vsque, talis episcopi, iunge, & capituli nomine ipsorum, ꝗ cùm talis Papa eis suis dederit literis in mandatis, vt me reciperent in canonicum, & in fratrem, & prębendam, si qua tunc vacabat, vel quamprimùm vacare contingeret, mihi conferrent & assignarent. eis hoc facere nō curantibus alias monitorias ad eos duxi super hoc impetrandas: verùm eis huiusmodi literis minimè parentibus, ad vos duxi executorias obtinendas quare peto secundum mandati tenorem apostolici ad vos directi, dictos episcopum & capitulum per vos compelli, vt me recipiant in canonicum & in fratrem: & præbendam, si qua vacat, alioquin quamprimùm vacare ꝯtigerit, mihi conferant & assignent. Hoc probatur in prædicto §. super actionibus. vers. sed qualiter. dic, vt ibi. Vel non petat capitulum ad hoc condemnari: sed se recipiendum, & sibi prouidendum esse pronunciari. Idem tamē est effectus: quod dic, vt in præ. ver. sed qualiter. In his autem sufficeret litera apostolica pro libello, vt diceret, peto mihi ꝓuideri secundum tenorem apostolici mandati: quod dic, vt s. de libel. concep. §. nunc dicendum. ver. vj. Vtile tamen est libellum offerri.
3 ¶ † Quòd si beneficium, de quo mandatum erat tibi prouideri, alij sit collatum sic concipies:

Libel. Coram, &c. suprà prox. vsque, & assignarent. iunge, decernentes irritum & inane, quicquid de præbenda vacante, seu vacatura, quam suæ collationi reseruabat, ducerent faciendum, ipsi talem præbendam post huiusmodi mandatum receptum vacantem alij de facto in elusionem mandati apostolici contulerunt: quare peto eos per vos cogi, ꝗ me recipiant in canonicum, & in fratrem, & dictam præbendam cum iuribus & pertinentiis suis & fructib. inde perceptis mihi conferri & assignari, ext. de præb. dilectus filius. ext. de iure pat. cùm dilectus.

ADDITIO.

a In beneficio. ¶ De hoc in §. præalleg. s. de act. vel pet. in princ. vbi dixi iura noua ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra inquietantem receptum in præbendam auctoritate apostolica, formandus.*
2 *Libellus qualiter sit formandus contra eum, qui per literas surreptitias dicit sibi præbendam deberi: & sic inquietat ecclesiam.*
3 *Conclusio duplex contra prælatum, vel ecclesiam nolentem recipere illum, pro quo Papa scribit, vbi deficit numerus canonicorum.*
4 *Conclusio triplex contra eum, qui præbendam non sibi, sed alteri debitam contra decretum occupat.*
5 *Libellus qualiter formetur contra prælatum, vel capitulum nolens ad mandatum Papæ, vel legati, recipere in canonicum impetrantem.*
6 *Conclusio contra illum, qui contra statutum legati est pluralis in ipsius diœcesi.*
7 *Imperator priuilegium habere dicitur in qualibet ecclesia Alemaniæ facere vnum recipi.*
8 *Libellus bualiter sit contra ordinantem ad sacros ordines sine titulo.*

2. §. Rest

2. §. Restat videre de libello, qui coram superiore formatur: putà coram auditorib[9] palatij domini Papæ: vel coram iudicibus delegatis, postquam causæ per appellationem, vel alio modo ad superiorem deuolutæ sunt quamuis de hoc dictum sit s. de appellat. §. fin. ¶Sic ergo potest libellus con-
a cipi [a]:
1 †Libel. Coram, &c. dico & propono cõtrà P. cùm à priore & capitulo talis ecclesiæ auctoritate apostolica receptus fuerim in canonicum eiusdem ecclesiæ & ĩ fratrẽ, & post receptionem huiusmodi talis præbenda ꝑ mortem, vel ꝑ resignationem talis ibi vacauerit, eadem mihi extitit per talem meum executorem collata, & in eius iuriumque suorum fui corporalem possessionem inductus: verùm idem P. collationi mihi factæ indebitè & ꝯ iustitiam se opponens, super præbendæ & pertinentiarum eius possessiõe me de facto, cùm de iure non possit, molestat, nec permittit me illius pacifica possessione gaudere: quare peto per vos declarari & decerni, dictam præbedam ad me ptinere de iure, & dictum P. compesci à mea turbatione & inquietatione, sibi super præbenda & molestatione perpetuum silentium imponendo, cùm nullum ius habeat in eadem: eumque mihi condemnari ad restitutionem fructuum de ipsa præbenda perceptorum, & qui percipi potuerunt: peto etiam damna & expensas, extrà de constitut. cũ M. extrà de rest. spol. grauis. extrà de iure pat. cùm dilect[9]. de præben. relatum. ¶Vel sic:
Libel. Coram vobis, &c. propono ꝯ P. quòd cùm talis, ad quem de antiqua & approbata consuetudine spectat collatio præbendarum in tali ecclesia, præbendam nuper per mortem talis vacantem mihi pietatis intuitu liberaliter contulisset. & etiam assignasset, idemque mihi vellet stallum in choro, & locum in capitulo, ac alia ad canonicatum spectantia assignare, & inuestituram conferre, dictus P. præfatum locum in choro & stallum in capitulo de facto solùm occupans & inuadens, & mihi indebitè se opponens, me non permisit corporalem possessionem nancisci, vel eam obtinere: quare peto eum à prædictis, loco & præbenda, ac aliis in præiudicium mei occupatis, sententialiter amoueri, & amouendum fore decerni, & super prædictis præbenda, oppositione, & aliis & eorum quolibet sibi ꝑpetuum silentium imponi, & sibi inhiberi, ne se mihi opponat, neque impediat, quò minus valeam prædictæ præbendæ & pertinentiarum eius possessionẽ nancisci & tenere pacificè & quietè: cùm nullum ius habeat in eisdem: peto etiam in possessionem dictæ præbendæ & aliorum ad canoniam pertinentium me induci, & inductum defendi: ipsamque præbendam, & quę circa eam pro me legitimè acta sunt, per vos auctoritate apostolica confirmari: & eam de iure ad me pertinere, sententialiter decerni, & declarari: peto etiam fructus, &c.
b ¶Vel sic [b]:
2 Libel. †Coram, &c. ꝓponit capitulum talis ecclesiæ ꝯ P. qui se dicit ad nos literas apostolicas impetrasse sup sua receptione in canonicum nostræ ecclesiæ, & in fratrem: qđ, cùm de fide ipsarum literarum ꝓ ꝑstili & formę qualitatem verisimiliter dubitetur, ac tempore datæ ipsarum super receptione plurium vltra numerũ præbendas ibidem expectantium nostra ecclesia foret grauata, đ quib. in dictis literis mentio non fiebat, ideo nec facto, nec verbo receptus à nobis extitit: idem tñ ambitionẽ rõi & iustitiæ præferens, ꝓ canonico dictæ se gerit ecclesiæ, in canonicatu ipso indebitè se ius habere ptẽdẽs in aĩæ suæ periculũ & scãdalũ plurimorum, ac in nostram & nostræ ecclesiæ pręiudicium & grauamen: quare petimus eundem per vos compesci, & compescendum fore decerni, ne deinceps pro canonico dictæ ecclesiæ se gerat, sup iure canonicatus dictæ ecclesiæ sibi perpetuum silentium imponendo, cùm nullum sibi ius competat in eadem: petat etiam ex-
c pensas, &c. ¶Vel sic [c], vbi non est in ecclesia certus numerus canonicornm.
3 Lib. †Coram, &c. propono contra talem epm & capitulum talis ecclesiæ, & ꝯ singulos de capitulo, qui se opponunt, vel sua crediderint interesse, vel contra legitimam personam pro eis interuenientem, ꝙ talis Papa mihi canonicatum dictæ ecclesię contulit, & de eo me per suum annulum inuestiuit mandans me recipi in canonicum & in fratrem, de communibus ꝓuẽtibus ipsius ecclesiæ portionem mihi, sicut vni ex aliis canonicis dictæ ecclesię, & stallum in choro, & locum in capitulo assignari, certis sup hoc executoribus deputatis: verùm dictis executoribus stallum & locum mihi assignantibus, & monentibus dictos episcopum & capitulum, & tales canonicos, vt me in canonicum reciperent, & ĩ fratrem, portionemque congruam mihi, sicut vni ex aliis canonicis. de communibus prouentibus assignarent, ipsi id indebitè facere recusarunt: quare executores eos nominatim excommunicationis vinculo innodarũt: quam sententiam damnabiliter cõtemnentes, sic ligati diuina celebrare, vel veriùs prophanare vsu sacrilego præsumpserunt, & adhuc præsumunt in animarum suarum periculum, & scandalum populi, ac mei præiudicium & grauamen: quare peto processum dictorũ executorũ per vestrã sententiam confirmari, & prædictos canonica pœna puniri: peto etiam dictum canonicatum cum plenitudine iuris canonici ad me spectare per vestram sententiam declarari: & portionem, quæ de omnibus prouentibus debetur, mihi, sicut vni ex aliis canonicis, adiudicari: eisque sentẽtialiter iniungi, vt me recipiant in canonicum, & in fratrem, & sicut vnum ex aliis canonicis fraterna & spirituali charitate ptractent: peto etiam expensas, &c. extrà eod. dilectus filius. & de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, ex orc.
d ¶Vel sic [d]:
4 Lib. †Coram, &c. ꝓpono contra P. ꝙ cùm sanctissimus pater Papa talis R. suis dedisset literis in mandatis, vt me in tali ecclesia ꝑ se vel ꝑ alium in canonicum faceret recipi, & in fratrem, mihique de præbenda, si qua tunc ibi vacaret, vel quam primò vacare contingeret, ꝓuidere. idem R. eos monuit, vt me reciperent in canonicum, & in fratrem: insuper inhibens eisdem, ne præbendam, si qua tunc in dicta ecclesia vacaret, vel quamprimò ibi vacare contingeret, quam collationi suæ auctoritate apostolica reseruabat, alicui conferrent: cùm de ipsa mihi iuxta mandatum apostolicũ intenderet ꝓuidere, & decernens irritum, &c. verùm me in canonicum & in fratrem prædicta auctoritate recepto, talis ꝑbenda in ipsa vacauit taliter ecclesia, quę mihi de iure debetur: sed idem P. super ea mihi indebitè se opponit, & me cõtra iustitiam impedit & molestat, quò minus dictam præbendam, eiusque possessionẽ pacificam assequi valeam liberè, & habere, quamuis nullum ius habeat in eadem ipsam illicitè occupando, & occupatam in animæ suæ periculum & meum præiudicium detinendo: quare peto dictam præbendam cum iuribus & pertinentiis suis, & omni causa mihi adiudicari, & eam ad me de iure ptinere ꝑ vestram sententiam declarari & decerni, dictumque P. à dicta oppositiõe, impedimento, & molestatione compesci, & ei super prędenda & iuribus suis perpetuum silentium imponi, cùm nullum ius habeat in eadem: peto ẽt eum à possessione dictæ præbendæ ꝑ vos sententialiter amoueri, & me in eius possessionem induci, & induc-
e tum defendi: item peto fructus & expensas, &c. ¶Vel sic [e]:
5 Lib. †Coram, &c. propono ꝯ epm & capitulum talis ecclesiæ, ꝙ cùm talis Papa, vel legatus, tali dedisset suis literis in mandatis, vt me in canonicum & in fratrem dictæ ecclesiæ recipi faceret, & đ præbenda, quam citò ad id se facultas offerret, mihi ꝓuideret: idẽ executor eos iuxta formã mãdati sibi traditi monuit, vt me. &c. vt suprà proximè vsque, irritum, &c. iunge, verùm eis contumaciter eius monitis parere recusantibus, tanquam filiis inobedientię, & in hoc rebellibus & contradictoribus existentibus idem in eorum singulos excommunicationis ac in capitulum interdicti sententias exigente iustitia promulgauit: quare peto per vos eisdem sententialiter præcipi & iniungi, vt me recipiant in canonicum &

ADDITIONES.

a Libellus concipi. ¶Libellos, qui sequuntur, non ex scriptis libellariorum, sed à practica Curiæ, scil. coram se vel aliis exhibitos recepit auctor: quia non pręmisit, vt communiter consueuit, super quo libelli formentur in singulis: ideo supplebo: & est primus ꝯ eum, qui inquietat receptum auctoritate apostolica, cui per suũ executorem collata fuerit pręben da vacans. Et fit duplex conclusio: prima pro actore, secunda contra eum: & hæc est duplex, prima in vlt. pos. secunda in fructibus, & damnis & expensis: vel sic, contra eum, qui impedit in apprehendendo possessionem canonicatus & pręben dę prouisæ per ordinarium, ad quem spectat: & est quadruplex cõclusio. secunda ibi, peto etiam. tertia ibi, ipsam quoque. quarta ibi patet.
b Vel sic. ¶Contra eum, qui per literas surreptitias dicens sibi canonicatum & pręben dam deberi, inquietat ecclesiam: conclusio plana.
c Vel sic. ¶Contra prælatum & capitulum ecclesiæ non habentis numerum qui non recipiunt eum, pro quo Papa scripsit: nec timent vel seruant processus executorum: & fit duplex cõclusio, & quælibet bimembris.
d Ver sic. ¶Contra eum, qui præbendam mihi debitam contra executorum meorum inhibitionem & reseruationem & decretum occupat, fit triplex conclusio, Prima in petitorio ꝓ me, & contra eum: secunda in possessorio contra eum, & pro me: tertia in fructibus & expensis.
e Vel sic. ¶Contra prælatum & capitulum, qui mandatum executorum Papæ, vel legati, non recipiũt ĩ canonicum impetrantem: & fit prima conclusio super canonicatu: secunda super præbẽda: tertia super processu: vltima patet.

a cum & in fratrem a:& per sententiam vestram declarari & decerni mihi ꝓuideri debere de pꝛębeda, si qua vacat, vel quam primùm ad id obtulerit se facultas, & eos ad id sententialiter cõdemnari: peto etiam decerni pręfatas excommunicatiõis & interdicti sententias vsque ad satisfactionem cõdignam debere inuiolabiliter obseruari, & super conditione sua perpetuum silentium imponi:

b peto etiam expensas, &c. ¶ Vel sic b:

6 Lib. † Corã, &c. ago ꝯ P. & dico, ꝙ olim talis legatus publicè statuit, ꝙ nullus in tali diœcesi simul duo beneficia obtineret: qđ si faceret, excommunicationis vinculo sit adstrictus: verùm idẽ P. post dictum statutum, illud non ignorans, existens canonicus & præpositus ecclesiæ sancti Petri, eiusdem diœcesis canonicatũ & præbendam ac archidiaconatum talis ecclesiæ sibi conferri ꝓcurauit, & vnà cum prioribus beneficiis de facto retinere pꝛ̃sumpsit quare peto eum à canonicatu & præbenda & archidiaconatu sententialiter amoueri, & eidem super ipsis ꝑpetuum silentium imponi: cùm nullum ius habeat in eisdem, ext. de ꝯcess. pꝛ̃b. literas. & c. nulla. ext. de ætat. & quali. cùm bonæ. ext. de cler. excommu. postulasti. Sed videtur esse in eius optione, qđ malit retinere, vt ext. de pꝛ̃bẽ. referente. Tamen si vtrunque retinere contendit, & litem contestetur, vtroque carebit, eo. ti. de multa. ¶ †

7 Item no. ꝙ Imperator habet priuilegium, quod ego vidi bullatum. ꝙ in quabet ecclesia Alemanię possit facere vnum recipi: vnde in hoc articulo coram me sic libellus, conceptus fuit c:

c Lib. Coram, &c. ꝓpono ꝯtra P. ꝙ cùm ad primitias precum serenissimi principis domini R. regis Romanorum receptus fuerim ĩ canonicum & in fratrem in tali ecclesia, post hanc meam receptionem in eadem ecclesia talis pꝛ̃benda taliter vacauit, quæ mihi de iure debetur: verùm dictus P. mihi super ea de facto quęstionẽ mouet, falsò asserens eam ad se spectare: vnde peto per vos, dñe auditor, dictam pꝛ̃bẽdam mihi assignari, & eam ad me iure spectare sententialiter declarari, & me in possessionem ipsius mitti, & mittendum fore decerni, ac missum defendi, & super ea eidem P. perpetuum silentium imponi, cùm nullum ius habeat in eadem ecclesia, ext. de test. dilecto. de pręb. dilectus filius G. 2. de conces.

d præb. c. fi. ¶ Vel sic, d.

8 Lib. ¶ † Coram vobis, &c. ꝓpono ꝯtra talem epm̃, qui sine titulo ad sacros ordines me ꝓmouit, ꝙ ipse sæpe à me requisitus mihi prouidere recusat in competenti beneficio, đ quo ꝯgruè valeam sustentari, ne cogar in vituperium ecclesiastici ministerii men

e dicare e. quare peto eum ad hoc per vos cogi, & cogendum ꝑ vestram sententiam declarari, ext. đ ætate & qualit. cùm ꝯtingat. extra. de pꝛ̃ben. eps. & c. cùm secundum. &c. tuis. ¶ Alios ẽt libellos ĩ hac materia formare poteris, ꝓut iura sub hoc titulo posita te docebunt, & iunge hoc, quod no. s̃. de electione, §. j. ver. si autem electus, Circa præsentem materiam vide, quod no. s̃. de act. seu petit. §. super ac.

ADDITIONES.

a Et in fratrem. ¶ Hoc non videtur bene dictum: nam per superiùs narrata videtur, ꝙ executor istius fuerit datus ad compellendum, quo ad canonicatum: sed hîc, quo ad præbendam, fuerit ꝓuisor: hoc posito non procederet libellus, petens receptionem, quę ꝓpriè est collatio, fieri per excommunicatos. super quo vide, qđ scripsi e. tit. pro illorum. super finem pe. gl. Hoc ergo casu executor solùm haberet aggrauare processus, donec illi absoluerentur præstita priùs cautione de parendo: & postea conferrent. Talis etiam fuit forma in dec. tibi, qui. in prin. de rescr. lib. vj. vt ibi scripsi in prin. Si autem mandatum ad executorem intelligereť de receptione facti, quia Papa contulerat, tunc procedit libellus, vt dixi super gl. prædicta: vbi omnino videas.

b Vel sic. ¶ Contra eum, qui contra statutum legati est pluralis in ipsius diœcesi: & vnica est conclusio.

c Fuit. ¶ Sic ꝑ receptum. qui petit pꝛ̃bendã vacantem ꝓ se, concludens in petitorio & possessorio adipiscendæ. Et aduerte, ꝙ istud priuilegium, de quo ẽt scripsi in decr. is cui. e. tit. lib. vj. Imperatori non dat collationem, sed potestatẽ faciendi recipi. vnde solent dici tales recepti ad primarias preceps Imperatoris. super his vide s̃. de legato, §. nunc tractemus. vers. sed nunquid legatus. & quod ibi dixi: vbi ẽt de regibus Franciæ & Angliæ, qui vendicant sibi in quibusdam ecclesiis vacantibus collationem beneficiorũ ad illas. spectantium. Et illo tẽpore ẽt temporalia illarũ ecclesiarũ recipiunt ad manus suas. Et circa hoc ꝓuidit Gregorius x. in ꝯcilio generali ꝯ hoc đ nouo vsurpantes & ꝯ abutentes, quibus hoc ꝯpetit ab antiquo, de elect. generali. lib. 6. De hoc aũt iure ꝯferẽdi nil ibi ꝓuidit. Quò d autem ipsi reges in hoc antiquo iure sint defendendi, scripsi post Io. Mo. vltra scripta ꝑ eum hoc eodem tit. c. j li. vj. sup gl. nil dixit. vbi tractatur, an ipsa decret. 2. locum habeat in talibus beneficiis, si vacant in curia.

d Vel sic. ¶ Contra ordinantẽ ad sacros sine titulo, decretales, quas hic finis allegat, probant, ꝙ libellus facit ad titulum istum. An autem iste libellus ꝓcedat contra proprium epm̃, qui ordinationẽ commisit, distingue, vt eodem tit. si episcopus. libr. vj. Et an hoc petere possit ordinatus, qui renunciauit huic iuri, fuit quęstio venerealis 77. quam ibi vide in vlt. gl.

e Mendicare. ¶ Putauit auctor per hoc includi. quod dicit finis dec. episcopus. j. allegatæ: sed ego id exprimerem in libello.

ADDITIONES NOVAE.

50 An Papa possit concedere alicui beneficium cuius linguam ignorat Ray. in l. 1. §. eadem lingua. de verb. oblig.

Pone. Papa scripsit vt ni ꝓuideretur in aliqua ecclesiarũ cũctis mĩ mõ executor scripsit ꝓ me ĩ aliqua eccľia. an possit iterato ꝓ me in alia ecclesia scribere. Inn. quod sic si nũdum sum ecclesiam adeptus ꝓ qua scripsit & ponit in c. in literis ext. de off. & po. iud.

Quid si duobus concessę sunt literæ de pꝛ̃benda vacatura, quã j. mensem duxit acceptandam, à quo tempore incipiat currere mẽsis Bar. in l. si maritus. in prin. de adult.

Pone aliquis impetrauit pꝛ̃bendam sacerdotalẽ in aliqua ecclesia, & postea contigit in dicta ecclesia vacare præbendam non sacerdotalem: an possit habere illam. Cy. in l. quod fauore. de le.

Pone quod fecit Papa alicui gratiam seu collationem alicuius beneficij, & mãdauit de hoc fieri literas: sed anteq̃ fierent vel bullarentur, mortuus est Papa, an expiret gratia archidi. de hoc in ꝓœmio sexti.

Quæ sit differentia inter beneficium & præbendam Archid. in c. gratia de resc. in vi.

An abbatia sit dignitas, Archid. in ca. j. de præb. in vj. Inuestitura per baculum vel buretum non dat veram possessionem sed licẽtiam ingrediendi impunè. Inn. & Host. in c. j. de consue.

Si alicui moueatur q̃stio de pꝛ̃benda, vel de canonicatu, an interim debet ali de præbenda Bar. in l. si neget. de lib. agn.

Pone quidam impetrauit à Papa, vt in canonicũ reciperet, executore sibi ꝯcesso ad ꝓuidendum, & Papa secundo confert canonicatum, & ei mandat de beneficio prouideri. post hoc vacat prębenda quis istorum erit potior, Archid. in c. duobus de resc. in vj. & ibi videtur tenere quod debeatur primo.

In l. non solùm, ver. annus tamen. de excus. tut.

Vltra montani allegant hũc tex. quod si papa aliquẽ religiosũ transferat ad dignitatem, vt puta ad episcopatum quod ipso iure liberetur à religione sua, quod puto verum ab omnibus hominibus religionis, ab hominibus autem non arg. l. municeps. ad municipa.

In l. si domino, de leg. i. per hoc fuit reprobata opinio domini Ray. quod si Papa concessit pꝛ̃bendã primo vacaturã in tali ecclesia, & antea concesserat literas generales ꝓ prima vacatura: Vacauit præbenda, quis eorum in illa collatione pꝛ̃fertur: dicunt quod secundus, sed male per hanc literam hic per Bar.

In l. ab omnibus. §. si titio đ le. j. facit ad quæstionem Dicit statũ ecclesiæ, qđ null9 habeat pꝛ̃bendã, ni primò det canonicis x. certe de nouo vitians habebit suam partem. Bar. in d. §. si Titio.

In l. si qs. C. de petit. bo. subla. li. x. Not. qđ ille cui est concessa pꝛ̃benda non pt̃ alij concedere, quia debet renunciare ĩ manibus superioris, vt l. legatis. de offi. præs. & de renunciatione C. quod in dubiis. Res autẽ pt̃ concedi similiter in vsufructu, non pt̃ concedere vsumfructum, sed vtilitatem fruendi, vt §. finitur. inst. de vsufruc. & l. arboribus.

In c. sicut. de accus. no. qđ si in ꝓuincia subiecta metropolitano vacet aliqua ecclesia, cui9 collatio ad metropolitanũ est deuoluta, si eã non cõferat ꝯgruo tpe, quia, ex tũc est priuatus potestate ꝯferẽdi, & ex eo quia in qualibet diœcesi teneť cõstituere in anno testes synodales, qui solicitè inuestigent qua correctione vel reformatione sunt digna, Paulus de Leazaris.

Pone qđ canonici alicuius ecclesiæ cõcesserũt & deputauerũt petro sibi ꝓuideretur de vna pꝛ̃benda in ecclesia postea dicti canonici remiserunt dicto petro dictam ꝯditionẽ eo abnuẽte. đinde ẽ sibi collata vna pꝛ̃bẽda in ecclesia. Dicit dominus Petrus se habere debere illa cc. vna cum dicta pꝛ̃bẽda sibi collata canonici verò recusant sibi dare dicta cc. Cy. ponit in l. illud. C. de sacr. eccl,

Pone Papa scripsit pro T. eunte vltra mare. qđ ei ꝓuideať in ecclesia sancti Ambrosij subsequẽter falso rumore ꝓlato qđ dominus T. sit mortu9, deinde scripsit ꝓ. v. & mãdat ei ꝯferri pꝛ̃bendã q̃ T. habuerat, quẽ intellexit mortuum: an literæ dicti T. postea redeuntis sunt reuocatæ. Archidi. in c. quod sæpe. de præb. in vj. tenet quod non, & allegat l. fi. ff. de hæred. inst,

Pone qđ Papa mãdat alicui vt ꝓuideat tali đ tali bñficio si eũ idoneũ esse ꝯpererit Ille aũt sibi ꝓuidit nulla facta ĩq̃sitiõe idoneitate an valeat ꝑmissio, ponit Bar. in l. cũ q. §. filiusf. đ acq. hæ. & l. cum semel. §. sub ꝯ ditiõe. de tut. Io. And. ĩ ca. j. de off. del. in clem.

Pone qđ rectores parochiales eccľę q̃dã aliã parochialẽ ecclã cũ suis iu

suis iuribus, & fructibus tenuerunt vt vnitam & annexam, nullo ibi instituto rectore, & hoc tāto tēpore qđ de eo non est memoria, an hoc possint legitimè retinere, & licitè, Io. An. in nouella in c. qui contra. de reg. iur. lib. vj.

Pone qđ vacante pbenda in aliqua ecclesia intellexit L. quod episcopus vel capitulum conferre valebat dominicā præbendam B. dictus L. comparuit, coram epo, dicens iste quē vultis facere canonicum, est illegitimus & homicida, & hoc incontinēti volo pbare coram vobis, & si ꝯ feceritis, appello. eps tamen dedit ei B. præbendam, & stallum in choro, & locum in capitulo in signum possessionis, An teneat talis promissio, & an canonici alij eum debent habere pro tali canonico Inn. in c. constitutus. de re iudi.

¶ Baldus de Præbendis.

Litera Apostolica sufficit p libello: vt verbi gratia, si dico: peto mihi puideri sm tenorem rescripti apostolici. Cautius tñ est formare libellum explicitè, in §. si quis ergo. vide s̄. de lib. concep. §. litera. & s̄. de act. seu pet. §. si. G. ¶ Imperator habet priuilegium, ꝙ in qualibet ecclesia Alemaniæ potest facere recipi vnum canonicum, ver. item no. quòd Imperator. G.

a ¶ De Clerico ægrotante, vel debilitato ministrante[a]. Rubrica.



Ic forma libellum:
Lib. Coram, &c. propono contra P. rectorem talis ecclesiæ, ꝙ ipse diuino iudicio est lepræ morbo respersus: vnde tantus error in populo ipsius ecclesiæ orit, quòd nō pt vlteriùs sine graui scādalo tollerari: quare peto eum
b ab administrationis officio remoueri, extr. e. c. tua nos[b]. & c. seq. Alios forma, vt s̄. de corpore vitiatis. Prælatus autem non remouetur propter lepram, sed ei datur coadiutor: & sic intelligunt qdam e. tit. de rectoribus. ad quod facit 8. q. j. pontifices. & c. j.

ADDITIONES.

a Vide Summistas, & vide, qñ rub. habet duas partes de clerico ægrotante & debilitato. vnicus libellus hîc positus respicit primā partem. De secunda ponit alium libellum s̄. de corpore viti. vt infrà dicitur. In quo aūt hæc rubrica differat ab illa, ibi scripsi in decret. j. super vlti. gl. Conqueruntur autem clerici, ꝙ hi duo libelli sunt ꝯ eos, & nullus pro eis: pro quibus, vt satisfiat primæ & vltimæ decretali, libellos formemus: & est primus:

Lib. Coram vobis, &c. pponit A. procurator B. canonici talis pb. ꝙ ipse B. à calendis Maij, & abinde citrà fuit tali infirmitate grauatus, propter quàm seruire nō potuit, nec adhuc pt in diuinis officiis & horis canonicis suæ ecclesiæ prelibatę: qua de causa C. plebanus, vel prælatus ipsius subtraxit eidem prouentus & reditus, quos de pbenda, vel portiōe sibi debita, ac de victualib⁹: vł quotidianis distributionib⁹ debebat recipere: nec soluebat, nec soluere voluit hucusq; requisitus: quare peto p vos pronunciari & declarari debere singula prædicta eidem B. deberi tam p tempore præterito, q̄ futuro infirmitate durante & ipsum C. cōpelli ad retenta & subtracta soluēda: & ad ea, quæ in futurū obuenerint, casu durante, sibi integraliter persoluenda. Licet autem in personā procuratoris libellum formauerim, si tamen infirmitas, quæ seruitium ecclesię impedit, non impediret ipsum iudici præsentiari, in sui posset persona formare. Hæc omnia patent in decre. prima & decret. fi. facilis est libellus. is enim, cuius interest, dicet sic:

Lib. Coram, &c. propono B. archidiaconum Bononien. morbū paralyticum incurrisse, & eum perdidisse, loquelam. Quare cùm in præceptis, dispositionibus, correctionibus, sententiis & similibus illi officio necessaria sit loquela, peto, sibi per vos coadiutorem dari per quem, qđ in ipso deficit, suppleatur. Summam autē de coadiutoribus & ipsorum officio ibi vide. Hic quæro propter ius nouum tractans de coadiutore epi impediti ppetuò, an quando eps coadiutorem assumit de consilio & assensu capituli, de necessitate debeat esse eps & capitulum simul, & de hoc tractatum habere? audiui casum de facto dubitatum fuisse, cùm epo cęcato deberet coadiutor sibi p ipsum assumi de prædicto consilio & assensu: & cùm textus requirat hęc duo, videtur necessariò requiri ipsorum simul presentiam: aliàs mutua & congrua deliberatio ñ occurrit inter absentes, vt patet extrà de arbit. cùm olim. & ff. eodem titulo, de arbit. si in res. in fi. Honestum esset, ꝙ in tali casu capitulum adesset epo. Sed si sit epi specialis procurator, & ad id cū capitulo videretur sufficere: plus, quia & si neuter adesset, satis esset, ꝙ appareret de consilio & consensu capit. Vtile ēt esset sic instrumentum dictari, scilicet ꝙ consulunt & assentiunt talem, vel tales assumi: facit cle. de conces. præb. c. vno, §. pe. & quod ibi no. gl. summè vtilis, & ff. de fideiuss. nomina, & de hær. tut. l. 2. vbi postulare, & nominare tutorem dicitur, qui per alium nominat, & ff. qñ app. sit, l. j. §. solent. ibi magis enim consilium pses dedisse videtur, &c. &. facit l. diues. ff. de tut. & cur. datis ab his, Item in secūdo casu, qñ eps est demens, non exprimitur, ꝙ aliquem tractatū teneatur facere capitulū, ad qđ solūm spectat datio: multo min⁹ cùm ad vtrunque suo modo requiritur tractat⁹: ergo cùm necessarius non sit in electione epi, dummodo seruētur formæ ꝯcilij: quapropter multo minùs requiritur in coadiutore dādo cuius ēt officium est tēporale: honestum tñ esset in his & similibus solennem tractatum pmittere: necessarius tamen non est, nisi in casib⁹ expressis de rebus eccle. non alie. lib. vj. dudum. & c. lib. de offi. ordi. quamuis. sed quid si primo casu capitulum non vult episcopo consentire, nunquid episcopus coadiutorem post debitam requisitionē sibi assumere poterit? Dic, ꝙ non. datio eñ ista est de maioribus reseruatis Papæ, vt ibi in princi. quam Papa permittit episcopo & capitulo certo modo: qui si seruari non potest, requiratur à Papa: sicut in casu conuerso, quando episcopus contradicit capitulo. Quid ergo tunc fiet? eps senex, vel cæcus, vel similis, per se & suum vicarium reget ecclesiam: sic etiā regit quando est demens, donec Papa prouideat. Vtilitas ergo constitutionis fuit grandis valde, maximè quo ad ecclesias remotas, vt in textu, ꝙ ea seruata posset sine Papę requisitione cum ipsius auctoritate haberi coadiutor: si se & ecclesiam impediunt, malè agunt.

ADDE de episcopo senio, vel morbo impedito, qui assumit coadiutorem, Old. consilio 44.

b Tua nos. ¶ Vide, qđ ibi no. in gl. 2. & quod super ea dixi ibi, & c. j.

a ¶ De institutionibus[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super iure instituendi ab alio interuerso ac occupato, qualiter sit concipiendus.*
2 *Fructum suæ militiæ, in qua ætatem contriuerit, quisque habere debet.*
3 *Si hæreditas nostra versa est ad alienos quid cani possit.*
4 *Libellus aduersus intrusum qualiter sit concipiendus, remissiuè.*



Ta potest hîc libellus concipi:
1 Lib. † Coram, &c. propono ego T. archidiaconus Ferioleti in ecclesia Narbon. nomine dicti archidiaconatus contra venerabilem patrem dominum M. Dei gratia archiepiscopum Narboñ. ꝙ cùm institutio personarum in ecclesiis dicti archidiaconatus vac. ad me de antiqua consuetudine & approbata, de cuius contrario memoria non existit. ratiōe dicti archidiaconatus pertineat, dictus dominus archiepiscopus mihi super illo iure instituendi controuersiam [illegible] licèt indebitè: asserens ad se talia pertinere, quamuis nullum ius habeat in eisdem: vnde peto ius instituendi ad me spectare per vestram sententiam decerni & declarari, & illud mihi adiudicari, & sibi super hoc perp

ADDITIO.

a AD summistas recurre: Roffre. loco. de quo s̄. dixi, s̄. rub. 3. in prīcipio, aliquid de hoc tractat. Habemus duo noua iura in Sexto. q̄ non vidit auctor. Nouiter dubium est, si inductio in possessionē beneficij vacantis facta per ordinatium, vel delegatum, ad quem spectat collatio, habeat vim institutionis, vel collationis: & facit ad qōnem, quam scripsi s̄. de act. seu petit. §. super actionib. super vers. pe. Ad affirmatiuam facit, ꝙ facto appellatur, de appellat. dilecti. 2. & vt ibi not. & facto renunciatur collationi, de his, quæ fiunt à maiori part. ca. ex ore. sic & facto fieri potuit, vt sic in faciēdo dissoluendo sit paritas. extrà de reg. iuris, c. j. Item ponderanda est in his voluntas dantis & recipientis, de verb. sig. in his. ver. cōsiderantes. Item possessionis apprehensio est finis, ad quē fit collatio, cùm sine illa non competat ius administrādi, secundum Innocent. vbi scripsi, de conces. præb. poposuit. in princi. item bene facit clemen. de conces. præben. c. vno. ver. quod etiam. Ad negatiuam collationi fiēdæ, nō possessioni tradēdę pfixum est tēpus à iure, de conces. præben. c. 2. Item fortiter obstant decret. ecclesia. j. de elec. item dec. ab eo. de appel. li. 6. Item hæc, vt diuersæ, ad diuersos spectare possunt, vt no. e. ti. autoritate. Ex quo infertur, ꝙ vnum non est reliquum. item Compost. in decr. transmissum. de elect. vbi scripsi in gl. postquam. vers. no. ex prædictis. Compost. dicit, quòd vno modo sumitur inuestitura, quando nulla electiōne confirmatione, vel collatione præcedēte fit inuestitura, quæ habet vim collationis, dummodo inuestiens conferendi habeat potestatem: & sic, secundum eum, nostra quęstio est soluta: nil tamē allegat: iuuari tamē potest hoc dictum, quia ista sunt eiusdem generis: & sic facilè functionem recipiunt, & facilè fungitur vnum pro reliquo. ff. si cer. pet. l. 2. in princ. ibi, sed idem genus. nam si aliud genus, &c. bene facit de offi. leg. c. j. in fin. lib. vi. ad materiam facit, quod no. de elec. cùm nobis olim. in glo. pen. & quod super ea dixi.

ADDE Old. cons. 143. latiùs Rom. consil. 317.

hoc perpetuum silentium imponi,extrà.eo.c.pe.extrà de offi.ar-
a chid.vt nostrum.extr.de præb.referente,lxiij.dist.si in plebibus[a].
¶Vel sic:
Libel.Coram vobis tali delegato propono ego H.syndicus & procurator cleri ciuitatis & diœcesis Biteren.nomine ipsorum,ꝯ venerabilem patrem M.episcopum Biteren.ꝙ licet tam in ciuitate, quàm in diœcesi Biteren.sint complures viri probi, literati, honesti,& in sacris ordinibus constituti,ipse tamē illis spretis in ecclesiis præfatæ ciuitatis & diœcesis,aliarū diœcesium clericos ignotos,pueros si quidem,& scientiæ liberalis expertes, qbus nec morū honestas suffragatur, quinimò dissoluta infamia refragat̄, instituere non formidat,quamuis pluries super his extiterit requisi-
2 tus:non attendens,† ꝙ habere debet quisque fructum suæ militiæ in ecclesia,in qua suam transegit ętatē,vt lxj.dist.null⁹.sicque fit vt nonnulli ex eis cogant̄ se negotiationibus immiscere,ac in
3 cleri opprobrium mendicare,& verè possint psallere:† Hæredi-
b tas nostra versa est ad alienos[b]: quare peto nomine prædictorū per vos dictum epm super his canonicè castigari: peto etiam ipsum cogi,& cogendum fore decerni,vt deinceps clericos præfatæ diœcesis in eisdem ecclesiis,cùm eas vacare contingerit, instituere non postponat: cum digni & idonei reperti fuerint ī eadē, & eum ad id sententialiter condemnari,lxx.dist.c.j.ext.e.ad decorē.lxxj.dist.hortamur.xciij.dist.diaconi.ver.indicat.extrà.de cler. pereg.c.vl.C.de episco.& cle.in ecclesiis.extrà de cle.coniug.Ioannes,& c.pen.de vita & honest.cle.c.fi.Vel potest agi coram cōcilio prouinciali:& tunc concludetur sic:quare peto eū iuxta statutum Lateranensis ꝯcilij à collatione beneficiorum suspēdi, & per vos eidem personam idoneam, quæ ipsius defectum in beneficiorum collationibus supplere valeat,subrogari, ext.de præbē.
4 grauc.¶† Contra intrusum autem libellus concipitur,vt s̄.de electione,§.j.ver,contra intrusum.

ADDITIONES.

a Si in plebibus.¶De hoc capitulo vide quod ibi not. & quod dixi in præ.dec.pe.super vlt.gl.

b Ad alienos.¶Hierem.in Thren.vbi in prin.

a ¶De Concessione præbendæ[a],vel ecclesiæ non vacantis. Rubrica.

ADDITIO.

a Vide quod dixi [illegible] rubri. de clerico non residen.& iura Sexti & Clementinarum huius tituli summè expediētia fuerūt ad multorum dubiorum decisionem. Et sciendum est,ꝙ libellus tertius & sequentes n̄ videntur conuenire rubricæ,sed locandi erāt sub titulo de præbēdis : defendēdo tamē auctorem pp dec.2.2.resp. e.ti.item prima quæstio in regula,is qui tacet.conuenit huic titulo.item conuenit quæstio Io.de Deo 24.lib.j.de clausula,amoto illicito possessore.q̄ vide hîc e.ti.cū nostris.sup gl.pe.Est sciendū ꝙ olim Romani pontifices rarò faciebant gratias bn̄ficiales: vnde in volumine Decretorum n̄ fatigamur ī his: incœperūt demū illas dare,tn̄ curialiter,primo rogando,demum præcipiendo, & executores dando:nec facilè grauabat vnus Papa vnā ecclesiā,nisi de vno : vn̄ ponebat clausulā,si pro alio n̄ scripsimus,vel æquipollentem. patent ista de rescriptis,ꝯstitutus.&c.capitulū.& c.ex insinuatiōe.cū tribus sequētibus.Procedente tēpore à principio factę sunt gratię,datis executorib⁹: patet de p̄ben.pro illorum.& c.dilectus.2, & 3.& hoc e.ti.proposuit.Demum tempore Innoc. IIII.dabatur impetranti beneficium acceptādi,e.ti.quia cūctis. li.vj.ad q̄d fortificandum addita est & postea clausula mēsis, cum īhibitione & decreto.vt ibi no.in prima gl.& terminatum est clemen.e.ti.c.vno,de ipsius clausulæ effectu:& quando incipiat mēsis ille currere, Et ibi extra gl.q̄hq; recitaui succinctè quæstionē de pluribus expectantibus in ecclesia cum beneficio acceptandi intra mensem, an omnes simul,an diuisim quisque habeat illum mensam quem nunc,qa huic titulo ipsius clausulę inuētori optimè congruit pleniùs prosequendo ad partem,ꝙ omnes habeāt vnum solum mensem,induci† damnosa & periculosa diuina bn̄ficiorum vacatio,ext.e,ti.c.2.§.j.de appel.oblatæ,ad fi.& concurrunt multa similia.Secundò videtur casus dec.vlt.in fi.de consue. lib.vj.cum ibi notatis in gl.pen.vbi quantumcunque sit,canonici optare valentes gradatim, oēs habent solos xx.dies, quos haberet etiam vnus solus,si solus acceptare posset. Tertiò etiam videt̄ casus prædictæ cle.Vincen.e.ti.in fi.Cùm enim ibi dicatur,mensē currere à tempore,quo vacatio publicè est nota:tu, qui dicis, ꝙ quilibet habeat mensem,erit dare,quo secūdo ī gradu curret mēsis,nec à tempore notitię vacationis,sed primo mense finito,vel priùs scito de repudiatione primi:sic in tertio impetranti currere incipit post duos menses,vel,vt s̄.& sic de reliqs.& hoc esset manifestè ꝯ verba & mentem clem.prædictæ.Quartò inducitur ff.d̄ adulteriis,l.2.§.fi.cum l.4.e.tit.in prin.nam licet maritus in accusatione adulterij præferatur patri,quia propensiori iure & maiori dolore executurus creditur,tamē tempus simul currit sibi & patri.ad idem inducitur C.de legit.hęre.l.sciāt.vbi omnibus,qui vocantur ad successionem pupilli,simul currere videtur ann⁹, quo perdunt ius successionis pupilli, si mortuo patre intra illum non petiuerunt sibi dari tutorem, & ille in pupillari ætate moriatur. In contrarium inducūtur verba literarum papalium,quibus scribit pro beneficio alteri non debito. Secundò autem impetranti non est debitum,nisi labatur mensis datus primo, vel aliàs appareat primum repudiasse:quod sufficit,licet tempus non sit lapsū, C.qui admit.ad bonor.possess.l.fi.Institu.de bon. pos.§.pe.ext.de locato,potuit.de appell.ab eo.li.vj.vel illum mortuum esse,ff.de suc.edic.l.j.§.intra. Quo iure ergo puniretur ex lapsu mēsis,qui n̄ facit quod facere non potest, contra regulam, imputari. de reg. iur.lib.vj. cum concor. Huic conuenit,quod dicitur de clausula, quòd si non omnes, quòd duo procedere nō possunt,nisi priùs appareat de impotentia collegæ,de offi.del.prudentiam.in prin. Non currat ergo tēpus pro actu non facto ei qui facere non potest,ff.de iud.l.2.in omnibus.C.de an.exce.l.j.§.vl.bene facit ff.de bo.lib.cùm filius.§.cùm filius.Item videmus,ꝙ æquitas iudicialis dat terminos successiuè.patet in decre.licet.de probat. ver.quia tamen.& ver.indulto.ex tunc altero mense,&c.vbi vnus mensis datus fuit vni parti, & alius mensis alteri. Cui ēt ꝯuenit de testib. præsentium.lib.vj. vers. seq.In eligentibus & conferentibus beneficia videmus , ꝙ idem terminus secundi gradus non confunditur in primo,e.tit.c.2.de elect.ne pro defectu.Item in præeligētibus,qui & Acceptantes dici possunt:patet hoc in decret.si pluribus.de præb.lib.vj.& in extrauag.Ioannis,suscepti. circa medium.Ex prædictis potest formari hæc regula,ꝙ quoties aliqui nō eiusdem ordinis & gradus vocantur ad aliquid cum temporis limitatione,intelligūtur successiuè vocati,ita ꝙ tempora non currunt,sed quisque gradus suum habet terminum,vt hîc:siue à lege,siue ab homine præfixus sit terminus.Primum patet ex superioribus,ff.de bon.poss.si plures gradus.& C.qui admitti.ad bon. possess.l.quandiu.& instit.de bon.possess.§.fi.Secundum patet ff. de iure delib.l.pe.meliùs ff.de acquiren. hær. quandiu institutus. & facit ad prędicta e.ti.quia diuersitatem.Nec iuuat,si dicas,ꝙ poterit ius suum saluare secundus acceptando primo mense: quia aut acceptabit purè,aut sub conditione.Primo casu non valet:dictum est,quia non est sibi debitum,nec liberum,de præben. si tibi absenti.lib.vj.Inspiciendus est.n.in his primus gradus.bene facit ff.de ven.inspic.l.j.§.pen.& facit de leg 2.si quis seruum.§.certū.& C.de edicto diui Adr.toll.l.j.Secundo casu etiam non valet acceptatio,quæ non recipit cōditionem,quæ id suspendat, sicut nec optio,sed certus legitimus actus:de quibus ff.de reg.iur.act⁹. & in regula.actus.lib.vj.& e.lib.de elect.c.2.& facit,quod post Innocen.scripsi de rescript.in nostra.post prin.Nec valet dicere,ꝙ ī casu.quo primus primo mense non accepta,conualescet acceptatio facta in mense primo quod est fallum,cùm acceptatio propter ineptitudinem suæ formæ nulla & in totum vitiata , vt dicit præd l.actus.conualescere non posset, vt in regula,non firmant. lib.vj.Item dato,quòd id verum esset,non ꝯcludit hîc.quòd mēsis primus propterea currat secundo ad faciendum acceptationē quæ ex alieno penderet arbitrio:bene facit ff.quis or.in bon.possess.serue.l.fi.Concluditur ergo mensem secundi impetrantis nō currere cum mense primi, ne sequatur absurdum,quòd priùs sit sibi præscripūt,quàm debitum. bene fa.ff.de vsuc.l.iusto errore. §.si cùm apud hostes.& apertè patet C.de præscrip.xxx.vel xl.annorum,cùm notissimi.§.illud.& §.in his etiam.Item constat,ꝙ ꝯ debitū in diem, vel sub conditione,non præscribitur ante quàm per aduentum diei,vel conditionis peti possit. Vnde non p̄scribitur coniugi durante matrimonio,nisi īterim eueniret casus,quo peti posset,vt viri inopia,vt ibi,& C.de iure do.in rebus.§.fi.Item licet annus.qui datur filio per Vnde liberi,lapsus sit habet secundum p Vnde agnati:qui sibi nō currit, nisi quo ad agnatos fuerit delata possessio,ff.de succes.edic.l.j.§,sed videndū.& dicit lex,absurdum fore diem p̄currere,ante quàm existat is,qui d̄bet accipere.ff.d̄ cond.& demonst.si in diem.ad idem ff.qb.mod.vsufruct.amit.& l.j.§.j.& quema.ser.amit.l.si partem,de stipul.seruor.l.si set uus hęreditarius.Recitaui,vbi suprà,ꝙ dominus Stephanus dicēs pronunciatum in curia per coadiutores suos prò & ꝯtrà, relinq̄bat hoc disputationi,si secunda pars,quæ minus habet dubitationis,siue iniquitatis,præeligatur:quam & ego,licet vt dubiam . p̄eligo,addito quod infrà dicam. Nihil restat respondere ad ꝯtraria. Et ad primum respondeo,ꝙ eam inchoauit hæc clausula,nō erat periculum diutinæ vacationis: quia abstinebāt Romani pōtifices à grauandis ecclesiis,vt dixi in princi. Et dato,ꝙ hodie scribant

g Arrhas. ¶ De emptore loquitur, qui illas dedit, vt suprà: vēditor autem, qui illas recepit, debet illas restituere duplicatas, C. de fid. instr. l. contractus. in fi. Institut. eo. tit. de emp. & ven. vltra prin. & vtrobique no. an vltra perditionem arrharum debeatur interesse? Martin. & Azo tenent, q̄ non. But. & Ioan. contrà: & vide Cy. in pr̄e. l. contractus. in 7. q. quia in voluntate habetur omissio. Scire debes, q̄ Mar. de Fano quærit extra volumina, de illo, qui non vult recipere arrhas, sed agit exēpto ad rem, vel ad interesse, per l. j. ff. eod. an hoc possit? Allegat, q̄ sic: quia lex prædicta generaliter loquitur: ergo sic intelligenda, ff. de Public. de pretio. & ibi cōcordantię, & xix. distin. j. fortificat id per l. si traditio. C. de act. emp. & vend. & per præd. l. contractus. Item quod in fauorem emptoris conceditur, vt sibi arrhæ duplicatæ debeantur, in eius læsionem conuerti non debet, C. de legi. quod fauore. & ff. eo. ti. nulla. & de re iud. quod ob gratiam. lib. vj. Item beneficium non debet inuito conferri, ff. de reg. iu. inuito, de leg. commis. l. 2. & 3. Item cùm emptor emit. & arrhas dedit duplici vinculo sibi venditorem adstrinxit: ergo fortiùs ad alterum duorum agere poterit, j. auth. de consang. & vterinis frat. circa fi. Item sicut inutilis contractus inutili robur præbet, longè fortiùs vtilis vtili, argu. C. de rei vx. act. l. vna, in princ. & si seruus ex se emi. man. l. vna. Item dando arrhas non recedit à beneficio, quod prius habebat, C. de pig. l. 2. & C. ēt ob chiro. pec. l. j. Item à contractu emptionis non receditur per contractum arrharum, sed illi additur, ff. de re iudic. l. 4. §. si ex conuentione. Item si priùs pactus stipulatur pœnā, non id perdit exceptionem sibi quæsitam per pactum, ff. de pact. rescrip. in fin. sic nec per arrhas à primo beneficio. ff. de Public. l. 1. §. vnde quæritur & C. de reb. cred. l. penul. in fin. Item arrhę non sunt de substantia contractus emptionis, ff. de contrahen. emp. quod sæpe. in princ. In contrarium inducit, quòd leges, quas in princ. allegaui. dicunt arrham duplicandam, nec vltrà procedunt: ergo aliud peti nō poterit, ff. sol. matr. si verò § de viro. Et lex hanc pœnam statuendo videtur aliam remisisse, ff. de iud. cùm prętor. cū similibus. Item vltimus contractus fuit de arrhis: id ergo prosequēdum, C. de pac. l. pacta nouissima. Item eligendo vnum beneficium, à communi recedit, quasi vires contractus & pœnam pœnitentis voluerit in arrhis consistere, C. de iure do. l. 3. & vnum de duobus eligendo renunciauit alteri, C. de codicil. l. si. Sic in compromisso pœna vallato, quo casu datur sola pœnæ petitio: aliàs ex sententia daretur actio & exceptio, C. de arbit. l. j. & pen. ff. e. in compromisso. Item cùm possit arrhas petere, alia via nō debet agere, ff. de damno infect. si arbitrator. de noui ope. nun. in prouinciali. de suspec. tu tutor quoq;. §. quæri. Dicit demum, quòd ad hoc optimè facit l. fin. C. de pact. conuen. aliter non soluit in hac l. vltra allegata in glo. quando scilicet multa iura inducuntur, quibus ei, qui sibi cauit, lex non cauit. Pro prima parte facit opin. Butr. & Ioan. de qua suprà. quia si potest vtrunque petere, fortiùs alterum tantùm. Nec obstat opin. Mart. & Azo. quæ loquitur in illo, qui exegit arrhas. Et modò vides vtilitatem, & quare hîc institi. Item quod hîc sequitur, videtur facere, sed illud ex speciali prouisione.

quantacunq; sit illa. Praeterea poena refertur ad singula pacta inter contrahentes in hoc contractu apposita: & hoc ex vi illorum verborum, quae omnia & singula, &c. De dānis verò, & expensis, & interesse vide s. de expen. & de fruct. & interesse. Super forma huius instrumenti concipitur libellus, vt infrà de solut. §. fi. in fin.

18 ¶ † Nunc formam instrumenti venditionis in genere quędā pacta valde vtilia continentis, quę semper inter partes agi solent, in medium proponamus, quae talis est:

a FORMA [a]. In nomine domini, amē: anno eiusdem Mccclxxij. [b] in
b dictione xv. die nono intrante Nouembris, A. dedit, vendidit &
c tradidit [c] iure proprio in perpetuum B. pro se, suisq; hęredibus recipienti & ementi domum talem sitā in tali loco, cuius confines tales esse dicuntur, &c. Item petiam vnam terrae vineatę positam in tali loco infra tales ꝯfines, &c. Item talē petiam terrae aratoriae sitā in tali loco, &c. iure emphyteuticę ꝯdōnis, pēsiōis, & renouationis debēdae ecclesiae sancti Iusti Narb. quam esse dixit & ꝯuenit decem iugerū, ad habēdum, tenendū & possidēdum: & quicquid ei, suisq; haeredibus, deinceps placuerit, perpetuò faciēdum cum omnib. & singulis, quae infra praedictos continentur cōfines, vel alios, si qui forent: accessibus, quoq; & egressibus suis vsq; in viā publicam: & cum omnib. & singulis, quae habent suprà, vel infra, seu intra se, in integrum, omniq; iure & actione, vsu, seu requisitione sibi ex eis, vel pro eis rebus, aut ipsis rebus, aut ex qualibet earum modo aliquo pertinēte: pro pretio decem librarū Tur. ꝓ quolibet iugere: quod in summa capit centum lib. Tur. quod pretium dictus A. confessus & cōtentus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, ac sibi integrè datum, solutum & numeratum fuisse, exceptioni sibi non dati, non soluti & non numerati pretij, & omni alij auxilio omnino renuncians. Renunciant etiam auxilio competenti circumuenientis vltra dimidium iusti pretij: donans ei ex certa scientia irreuocabiliter inter viuos, quod res nūc valet plus
d pretij, aut in futurum valebit [d]: & promittit dictam rem venditā habere licere, dolum malum abesse, absuturumq; esse: quas siquidem res idem A. se dicti B. emptoris nomine constituit possidere donec ipsarum rerum possessionem acceperit corporalem: q̄ accipiendi sua auctoritate & deinceps retinendi ei licentiam omnimodā dedit: promittens per se suosq; haeredes dicto B. pro se suisque haeredibus stipulanti & recipienti litem, vel controuersiam ei, aut eius haeredibus de dictis rebus, vel aliqua earum, vel aliquibus earum ex parte nullo tempore inferre, nec inferenti consentire, sed ipsas res, & quamlibet earum ei suisq; haeredibus tam in proprietate quàm in possessione ab omni persona & vniuersitate legitimè defendere, aut auctorizare & expedire, vacuamq; possessionem sibi tradere: & ipsum B. in possessione facere potiorē. Quòd si quo tempore lis, vel quaestio, aut controuersia per libelli oblationē, vel alio quocūq; modo eidem emptori, aut eius haeredib. de dictis rebus, aut aliqua earum, vel parte, seu ipsarum occasione moueretur, ipsam litem, quaestionem, vel cōtrouersiam, vel libellum, & omnem causam, & quandocunq; & quotiescūq; ei denūciatum fuerit in se recipere, & in eadem causa ipsius rei, & dicti emptoris, vel suorum haeredum legitimae defensioni se offerre, & in causa, vel in causis, tam principalibus, quàm appellationum, sistere vsque in finem omnib. suis expensis: quod si nō fecerit, promisit eidem soluere atq; dare duplum dicti pretij poenę nomine: & ea soluta praedicta seruare: & nihilò minus si ꝓpterea aut pro ipsa re, vel pro rebus defendendis, idem B. vel eius haeredes damnum aliquod patientur, vel expensas aliquas fecerint in iudicio, siue extra, promisit ipsum damnum & expēsas in integrū eis reficere: siue res fuerit euicta, siue nō: quia sic actum inter eos extitit, & conuentum, remissa exnunc & per pactum dicto B. appellandi necessitate, si super euictione pronunciari contigerit cōtra eum: acto etiam inter eos expresse, vt non possit dicere dict9 A. ꝙ eidem B. facta fuerit iniuria, vel iniustitia, si res ipsae, aut aliqua earum euinceretur ab eo, aut quòd eius culpa, vel negligentia sit euicta, aut ꝙ ei denunciatum non fuerit, quòd defenderet, intra legitimū tempus: ꝙ si contra eum super euictione fuerit lata sentētia, intra tertium diem, postquam eidem A. denūciatum fuerit, praedictum pretium cum poena dupli, & omne interesse ipsi B. in integrum restituet & persoluet: & propterea si aliquo tēpore apparuerit ex ipsa re condititia, id est quae habetur sub conditione pensionis & renouationis contractus, vt j. de loc. §. j. ver. caeterùm. per ipsum venditorem eius actoris debitam pensionē & renouationem datam & factam debitis temporibus nō fuisse: & propterea cōtingere ipsum B. vel eius hęredes damnū aliquod sustinere: eum penitus seruabit indemnem: quam siquidem venditionem, & omnia & singula suprà scripta prom: sit dictus A. ipsi B. pro se suisq; haeredibus stipulanti perpetua, firma, rata & grata habere, tenere, obseruare & adimplere, nec cōtrafacere, vel venire, per se, vel aliū aliqua ratione, vel cā, vel ingenio, de iure, vel de facto, & sub poena dupli ęstimationis dictae rei, vel rerū habita ratione meliorationis, quae pro tempore fuerit stipulatiōe in singulis & pro singulis capitulis huiusmodi contractus in solidum promissa: quae toties cōmittatur, & exigi possit in singulis capitulis, quoties contrà factum fuerit: qua etiam soluta, vel non, rata remaneant omnia & singula suprà scripta. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis, & extra. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruādis obligauit eidē omnia bona sua tam praesentia, quā futura. Actū Narboñ. in domo praedicti A. praesentibus H. L. F. & I. testibus ad hoc vocatis & rogatis: ego talis, tali auctoritate notarius, praemissis interfui, & rogatus hoc scripsi, & ī publicā formā redegi, & signo meo signaui. ¶ Ad euidentiā huius formae aliqua suprà proxima forma facta sunt, quae hîc non repetimus, sed alia ad intellectum huius & formarū sequentiū hîc tangamus. Cōfines: de hoc dixi suprà proxima forma super verbo isto Sitam in tali loco, &c. ¶ Iure
19 emphyteuticę conditionis. † Nota, ꝙ res emphyteutica, siue emphyteuticae conditioni subiecta, est illa, quā quis dominus dominio & proprietate sibi retenta concedit emphyteutae, quantum ad solam possessionem & vtile dominiū, vt ff. si ag. vec. vel emph. pet. l. j. Vnde si hic emphyteuta in aliā personā velit transponere nō potest transferre dominiū: quod no. vt dixi super praecedenti instrumēto super verbo, dare: quia nō potest plus dare, quàm habet, de cōsec. dist. 4. quomodo. in prin. ext. de don. īter virū & vx. nuper.

ADDITIONES.

a FORMA. ¶ Rol. 4. charta.

b Mccclxxij. ¶ Nota ad id, quod habetur s. de inst. edi. §. 2. ver. caeterum. additum vnum annum.

c Tradidit. ¶ Quaerit Old. super l. seruū. C. de rei ven. an ꝑ hęc verba ꝓbetur facta traditio? allegat, ꝙ sic, Inst. de fideiuss. §. fi. & de inuti. stipul. §. si scriptū. & ff. de verb. oblig. sciēdū. Ipse distinguit, an fuerit res in ꝓsentia: & tūc dicatur tradita: alleg. no. ff. de acq. pos. q̄d meo. §. si venditorē. & eo. tit. l. j. §. fi. & arg. ff. de ꝯh. empt. clauibus. & ꝙ non dicatur ꝑ illa verba tradita, specialiter inducit l. prędia. ff. de ꝯhē. emp. Sed quid si re non tradita decedat venditor sine hęrede: & sic non est, ꝯ quem agatur, vt fiat traditio, vel cessio actionū, quo iure aget emptor? Iac. Bal. respondet, ꝙ vtili rei vendicatione, ꝑ l. j. C. de act. & ob. Primę quęstioni similis est quęstio de inuestitura, s. cū instrumento, ꝙ talis talem collationis, vel donationis titulo inuestiuit, non expresso, vt fieri solet, modo inuestiturae, an prouisus, vel donatarius intelligantur fuisse praesentes. Ad negatiuā inducitur, ꝙ probatio praesentiae debet esse liquida, quoties praesentia est de substantia rei, ff. de Publi. quaecunq;. §. fi. bene facit l. 2. C. de stat. & imag. & no. C. de fide inst. & iure ha. fis. l. j. lib. x. Contrarium videtur: quia inuestitura designat actum à ꝓsente ī pręsentem factum: quod fieri solet baculo, bireto, annulo vel his similibus: de quo in vsibus feudorū, tit. quid sit inuestitura in prin. &, vt scripsi post Dyn. super j. glo. primae regulae, lib. 6. ipse dicebat inuestituram esse confirmationem, vel declarationem ꝓcedentis collationis: ergo aliquid addit ad collationem: & sic pręsentiam. Quicquid sit, omnes concordant, quòd per illam nō fit quis possessor: de hoc xvj. q. 2. si quis deinceps. de consue. ca. 2. de praeb. pro illorum. de inst. auctoritate. de his, quae fi. à maiori parte ca. ex ore. de dona. per tuas. & vide, quod scripsi de conces. pręp. proposuit. in prin. & fi. mag. gl. Tamen istud medium, quod est inter collationem & possessionem, potiùs trahi videtur ad secundū vt aliquid addat primo: de quo non est dubium, ꝙ potest fieri in absentē. Ne igitur illud sit superuacuum, dicetur factū in pręsentem: facit ff. de lega. j. si quando. de vsuris, si stipulatus. vt sic res in dubio potiùs valeat, &c. extr. de verb. sig. abbatem. ver. hîc autem sensus. ff. de ver. oblig. quoties. de reb. dub. quoties. Itē in hoc prę eligendum, quod sic fieri consueuit, de reg. iur. inspicimus. lib. vj. Sic & stipulatio supponit praesentiam stipulantis & promittentis, ff. de ver. ob. l. j. & hoc praesumitur, C. de contrah. & commit. stip. l. optimam. & not. eod. tit. l. tibi.

ADDE, an si in instrumento dicatur Inuestiuit, probetur praesentia? Old. cons. 216. Rom. cons. 460.

ADDITIO. Adde tu, ꝙ est consilium Rom. 509. quod incipit, circa propositam consultationem. col. fin. versi. hoc tamen. & adde Panor. in c. tenor. col. pen. vers. quid autem, si in instrumento. de re iudic. Henri. Fer.

d Valebit. ¶ Huic obstat. C. man. l. vlt. vbi ex tali mista forma cōtractus praesumitur simulatus: habet sol. illud in cessionibus, istud in contractibus rerum corporalium.

ADDE, quid operentur illa verba, quae ponuntur in instrumentis, quòd si plus valet, donat, Bald. consil. 3. in 4. volum. & consil. xl. v. libro.

nuper. ¶Ad habedū:supple de iure:quia is non habet, cui de iure habere nō licet,& à quo res de iure auocari potest,ff.de acq. pos. l.non videtur.extr.de verb.sig.ius dictū est. 14.q.j.quod debetur.
20 8.dist.quo iure. ¶†Vnde hic dicitur In præiudicium venditoris: quia postquā dedit actor,vt habeat,sic dare debuit,quod ei habere liceat ad tenendū & possidendum.dic Tenēdum,s.naturaliter, & de facto:Possidendū verò,s.ciuiliter & de iure:quia ciuilis possessio cā est dominij acquirendi: licet quandoq; possessio sit tantùm naturalis & nō ciuilis,vt illa,quā habet emphyteuta,fructuarius,vel vasallus,vt ff.de acq.pos.l.naturaliter. ¶Perpetuò faciē dum. hoc videtur locum habere in rebus immobilibus, quarum dominiū trāsit in accipientem, vt perpetuò & sine præfinitione temporis emptori & eius successoribus,sicut vero domino,liceat facere de re empta quicquid velit,Instit.de inoffi.test.& de exhær.lib.vt s̄.proxima forma super verbo,iure proprio. ¶Quæ infra prædictos cōfines.hoc intellige de his, quæ rei venditæ accedunt:multa enim infra confines cōtinentur, quæ non transeunt in emptorem, j.qu.7.Daybertum.extr.de deci.dudum.Vel alios: hoc ideo dicitur,ne fortè in cōfinibus sit erratum,potest enim es
21 se,ꝙ heri in cōfinio possidebat vnus,hodie alter. ¶†Accessibus & egressibus suis. hoc ideo dicit,quia si res habet speciales & priuatos accessus,& egressus,siue per prædium vicini,siue per priuatum callem,seu semitā,illi cedent emptori:sed prædiales seruitutes,vt putà iter,actus,sequuntur ipso iure prædia,quę illas debēt, & quibus debent.res enim trāsit cū onere suo,ff.de cōtrah.emp. alienatio.extr.de decimis,cùm non sit. Item nisi diceretur de accessibus,siue egressibus, nō teneretur vēditor dare viam emptori,vt ff.de leg.j.si fundum. ¶Supra se,vel infra,seu intra se integra
22 †No.Plantata,sata & ædificata solo cedunt,& pertinent ad emptorem, ff.de acq.re.do.adeo.§.cùm in suo.& §.ex diuerso. & §.si alienum.Instit.de rer.diuis.§.si Titius.& §.adeo. & §.qua ratione. Distingue tamen domū à rustico prædio. nam ædibus vēditis ea, quasi pars ędium sunt,& cum ipsis trāseunt,quæ intra ędificium, vel extra habentur perpetui & non temporalis vsus causa,vt putens,& putealia,& similia:secus autem in his, quæ aliunde deducta parata sunt:& secus in piscibus,qui sunt in piscina,& in pullis, & huiusmodi:quæ dic, vt ff.de act.emp.Iulianus.§.Iulianus. & l.j. & l.limes. & l.non magis.& l.fundi.& l.granaria. & l. si venditor.
23 ¶†Rustico autem prædio vendito nihil est eius,nisi quod intra se continet.quæ dic,vt ff.eo.fundi.§.fundo vendito.& §.si rura.& §.si in fin. ¶Omniq; iure & act.clausulam generalem opponit,vt nō tantùm ipsa res cum his, quæ dicta sunt,sed etiam cum omni iure ad ipsam,siue ad ipsum emptorem pro ipsa re spectante perueniat in emptorem.Potest enim esse,ꝙ per hec verba actiones, quæ ipsius rei nomine cœperant ante venditionem competere,vt l.Aquil.de dam.infec.& aquæ pluuiæ arcendæ,& similes,acquirantur emptori : quia has omnes tenetur venditor cedere &
24 dare emptori,ff.de act.emp.Iulianus.§.sed & si quid. ¶†Sed pone:P.cauit vicino suo sub certa pœna non habere, vel facere per se,vel per alium fenestram in muro domus suę:post hoc P.vendidit domum illam:nunc quæritur,vtrùm emptor poterit ibi facere,vel habere fenestram [a]? Et videtur,quòd non: quia res ad eum
a transit cum onere suo, vt extr.de decimis, cùm non sit. Sed Alb. Pap.notat se in contrarium obtinuisse.nam illud non fuit seruit' sed obligatio personalis : quare emptor non tenetur, sed agatur cōtra P.qui pactum fecit,qui remanet obligatus. Aliud enim est seruitus,& aliud personalis obligatio.Seruitus, quæ est rei annexa,sic affixa est,quòd ab ea non separatur, etiam si per plures manus ambulauerit : sed personalis actio, siue obligatio personam non excedit,vt C.de ser.& aqua,l.& in prouinciali. Quòd autem non sit seruitus,sed personalis obligatio,apparet ex forma obligationis.in qua non continetur causa,quare P.cauerit. ¶†Si autem causa aliqua exprimeretur,putà ne aliquid vsus domus vicini impediret,& huiusmodi,tunc seruitus præsumeretur.Item nota, quòd quando aliqua res venditur cum aliquo speciali iure ipsi rei competēti, debet illud ius exprimi in instrumento, vt patet j̄.ver.hoc quoque notandum est.ibi,cum omni iure & act.seruitutis.&c.& cessio illius iuris fieri,vt ibi patet.venditor enī præstare debet omnia,quæ in venditione dixit adesse:vnde si illud ius ñ debebitur rei venditæ, tenetur venditor emptori ad interesse, si scienter decepit:si verò ignoranter,tenet ei quanto minoris em pturus esset.ff.de ac.emp.l.j.§.j.& l.Iulianus.in prin.& §.j.& l.quicquid.C.eo.si minor.ff.de contrahen.empt. qui fundum.§.3.& ff. de ædil.edic.l.j.§.causa.& l.sciendum.§.ea.& l.si quid.& l.quot.&
26 hoc,si emptor ignorabat,ff.de actio.emp.l.j.in fi. ¶†Hoc etiam scias ad intelligentiam multarum formarum, quòd quinque modis ius,siue conditio rei venditæ ponitur in instrumentis.Primò, cùm venditor rem suam asserit esse, tunc dicitur Iure proprio in perpetuum, vt hic in princip. & si res sit alicui seruituti subiecta, exprimatur, vt dixi. ¶Secundò, quando pro certo scit & asserit rē esse emphyteuticam,vel alteri conditioni subiectam: & tunc dicitur Iure conditionis emphyteuticę debendę tali ecclesię,vt hîc prope prin.nec esset malum illam cōditionem exprimere. ¶Tertiò,cùm dubitatur,an res sit propria,an alterius dominio, siue alicui conditioni subiecta:& tunc se liberat sic alternatiuè dicendo: si proprium,in perpetuum:si condititium,vnde pertinuerit:id est si res propria est,habeat,vt propriam,in perpetuum,si condititia, habeat cum illa conditione,ad quam pertinet, j̄.versi. sed & si.& versic.hoc quoque notandum. Sed quia verbum illud Si condititium,vnde pertinuerit. valde latum est, referens se ad omnem conditionem,quidam tabelliones illud restringunt ad solam cōditionem pensionis & renouationis. ¶Quartò, quando certum est,quæ,& quanta pars rei venditæ sit propria, & quæ,& quanta condititia:& tunc dicitur,quod proprium,in perpetuum quod ꝯditium,vnde pertinuerit,vt j̄.ver.quod si res,cuius.in fi. ¶Quintò,quando certum est, quæ,& quanta sit pars propria:& quæ, & quanta condititia:& hæc volunt contrahentes exprimi in cōtractu,vt in præ. versi.quòd si res.Item nota,quòd iuxta quamlibet rem ius illud debet poni.quod dic,vt in præal.ver.sed & si plures Item quare dicatur Iure proprio, no.suprà in prima forma, super verbo, iure proprio. ¶Pro pretio decem lib. hoc ideo dicit,quia nulla emptio sine pretio esse potest. vnde ibi numerata pecunia
27 esse debet,Institut.de contrahend.emptio.§.2. ¶†Et not.quòd pretium quandoque soluitur in præsenti, & quandoque non: si soluitur in præsenti,aut numeratur pecunia coram tabellione& testibus,& tunc dicitur in instrumento,pro pretio centum libra. quod dictus emptor coram me notario & testib. infrà scriptis dedit,soluit,& numerauit ibidem & in præsenti venditori præfato. nec est hic opus renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ. Aut datur sibi in sacculo,siue in aceruo non numerata:& tūc dicetur pro pretio centum librarum, quod dictus emptor dedit & soluit dicto venditori coram me notario& testibus infrà scriptis,prout ipse venditor confessus fuit tantam esse quantitatem, exceptioni sibi non datæ,non solutæ,& non numeratę pecunię, siue pretij omnino renūcians. Si verò pretium non soluitur,nec aliqua pecunia apparet, nec ostenditur venditor,tamen ꝯfitetur pretium recepisse,siue cōfessio fiat,quia iam recepit,siue fiat sub spe futuræ numerationis,semper sequi debet non numeratæ pecuniæ renunciatio,vt patet in hoc instrumēto,de hoc j̄.de oblig.
28 & solut.§.i.in prima forma,super verbo, & numerata. ¶†Et no. quòd expressè exprimit venditionis speciem, quæ prius recepit pretium, quàm rem offerat pretiosam,vt extrà de simo.c.in tantum. ¶Pro quolibet iugere.nota,quòd quando prædia vrbana venduntur, tunc pretiū in summa ponitur in instrumēto, vt pro pretio centum librarum:idemq; est in rusticis, quorum mensura particulariter non exprimitur,in his verò,quæ secundum numerum iugerum,vel tornaturarum venduntur,vt vendo tibi vnum prædium,quod esse conuenio decem iugera,tunc pretium solet describi pro quolibet iugere:& postea collige hoc modo ꝓ pretio decē librarum pro quolibet iugere,quod capit in summa cētum libras dimidium iusti pretij : quia si non renunciatum esset, posset venditio rescindi,extrà de emp.& vend.cùm dilecti C.de rescind.ven.l.2.& l.si voluntate. ¶Habere licere optima est hæc promissio.ff.de verb.oblig.stipulatio ista.ff.de euict. habere licere. Dolum malum. Etiam sine promissione hoc facere tenetur, ff.de contrahen.emp.in vendendo.ff.de act.emp.ex empto.§.fin. Quid iuris sit, si volens committere aliquod maleficium simulatè,vendit bona sua,not.infrà de donat.ver. item pone,constituit
29 possidere. ¶†Not.quòd si res vendita non est in præsentia.tunc ponuntur in instrumento verba hîc posita.per illam enim actor acquirit possessionē:qa ille possidet,cuius nomine possidet.ff.de
b ac.pos.l.q̄d meo.ff.d rei vē. q̄dā mulier.ext.d rest.spo.cū venissēt [b]. Sed &

ADDITIONES.

a Fenestram. ¶Vide, quod dixi s̄. de iud.§.generalia.super versi.sed si duo communiter.

b Cùm venissent. ¶Hic dubitatur,si iste primo vēdat.& ꝯstituat se possidere nomine emptoris,& secundo tradat.qs sit potior? Gui. de Suz.formans qōnē super l.quoties.C.de rei ven.arguit.quòd primus sit potior,per l.quod meo.ff.de acquir.pos. In ꝯtrium qa veritas plus debet operari,quā fictio,ff.de lib.& posthu.l.fi.facit. extrà de big.nuper.Item quia vēditor potuit primo emptori possessionē interuertere,ff.de vi & vi ar.l.cùm fundus.tenuit priorē emptorem etiam potiorem,per præ.l.quod meo.qa prius fuit acquisitum ei vtile dominium : & sic vtilis rei vēdicatio ꝯpetēda est directę,posito,ꝙ dicamus in secundum emptorem directū dominium fuisse translatum,ff.de ꝓcu.l.in causæ.in fi.secundum cum. Plus dicunt quidā,ꝙ prius poterit petere illius rei restitutionē ꝑ condictionem l.ex liberis. C.de acqui.pos. ꝑ quam l.secundo vēdendo primo ꝑiudicare nō potuit,cùm ꝑ talē traditionē dominium transferatur,l.nō solùm,cùm est vera, C.de pact.traditionib'.

& per

¶Sed & si ipse emptor nihilo minus ex abundãti velit corporalẽ apprehensionem habere, & de hoc fieri publicum instrumẽtum, sic in eo dicetur:

a Forma [a]. cùm A. vendiderit B. petiam vnam terræ positam in tali loco infra tales confines, & ipsam rem constituerit se eius nomine possidere, donec ipsi⁹ rei corporalem acceperit possessionem, dans ei licentiam, vt ex tunc sua auctoritate eam accipere posset, vt patet in instrumento scripto manu mea, vel talis notarii: idem B. tam auctoritate propria, quàm ex licẽtia & potestate sibi à venditore tradita: & si venditor fuerit præsens, addes, ex volũtate venditoris ibidem præsentis ingressus est corporalem, possessionem eiusdem rei, in ipsam terram corporaliter intrando, & de terra & de frondibus accipiendo, & asserendo & protestando se non tan

30 tùm corpore, sed etiam animo possidere. ¶† Si verò res vendita est in præsentia, tunc in instrumento venditionis sic dicetur: Cuius rei possessionem idem venditor coram me notario & testib. infrà scriptis tradidit ipsi emptori ibidem etiam præsenti ostium ipsius dom⁹ in manibus eius ponẽdo, & ipsum in dictam domum corporaliter introducendo: & emptor ipsam possessionem corporaliter apprehendens, asseruit & protestatus fuit se exnũc non tantùm corpore, sed etiam animo possidere, ff. de cõtrahen. emp.

31 clauib. Quam accipiendi. † Quid ergo si in instrumento continetur, vendo & do tibi licentiam intrandi tua auctoritate, quando tibi placuerit, in possessionem: nũquid poterit emptor intrare venditore ignorante? videtur, quòd non, ff. si seruitus ven. si à te. vnde intrando amitteret ius suum, ff. quod met. cau. extat. Arg. contrà, C. de pig. creditores. nisi expressè appareat cõtraria voluntas venditoris, ff. de depos. quòd seruus. & vide ĩ. de pig. §. j. ver. illud. & s.

32 de rest. spol. §. j. ver. cæterùm. ¶† Sed quid si in instrumento continetur, vendo & trado tibi, nunquid præsumetur traditionem factam esse? Videtur, quòd sic: quia standum est instrumẽto, nisi contrà probetur, C. de prob. cùm precibus. ff. de vsufr. si quis vuas. Ar.

b contrà, ff. de acq. poss. prædia. cum suis concor. Quidam [b] distinguunt, an res, quæ venditur, sit in præsentia, id est, in eadem ciuitate, vel territorio: vel in absentia, id est, in alia ciuitate: vt primo casu videatur possessio tradita & acquisita, in alio nõ, vt in præ. l. quod meo. §. plus. ff. de cond. fur. parui. ff. de solu. qui decem. §. ij. Vel dic: aut res, quæ venditur, est mobilis: & tunc tradita præsumatur. aut immobilis: & tunc non, nisi appareat de venditoris voluntate, vt in præ. l. prædia. dic, vt ibi scrip. Fatuè igitur dicitur instrumento, vendidit & tradidit: sed saluari potest, si res sit in præsentia: qui est modus querendi possessionem, vel etiam si postea sequitur in instrumento, ꝙ venditor ꝯstituit se possidere nomine emptoris, vt s. dixi. Consulendum est ergo emptori, vt vel venditor dicat, constituo me tuo nomine possidere: vel quòd ipse vẽditor roget precariò ab emptore: vel etiam retineat vsumfructum: quia tunc videtur translatum dominium in emptorẽ, & possess. vt C. de dona. quisquis. ff. de acq. pos. quod meo. ff. de act. emp. & vend. Iulianus.

33 §. si vẽditor. ¶† Item etiam acquiritur possessio per traditionem instrumentorum emptionis ipsius rei, vt C. de do. l. j. vel clauium, vt ff. de contrah. emp. clauibus. ¶Promittens per se suosq;. ecce

34 primũ pactum. † Et no. quòd in quolibet ferè instrumento emptionali tres promissiones continentur: prima, de lite super re vendita vlterius non mouenda: secunda, de legitima defensione, seu euictione rei vẽditæ: tertia de ratihabitione. Sed secũda magnam emptori securitatem inducit. Sed nõ videtur hîc venditor expressè de euictione promittere, sed solùm rem legitimè defendere, auctorizare, & disbrigare, seu expedire. Dic, ꝙ hæc verba sonant, quòd si de re ipsa lis mota sit emptori, tenetur venditor rem in ipsa lite legitimè, id est secundum leges & iura, defendere & autorizare, seu autorizari, id est auctor litis fieri, ꝙ videlicet per se litem

c aget: & disbrigare, id est ab omni lite expeditam reddere: & sic sonant, vt de euictione teneatur. Quòd si lite mota & denunciatione venditori facta, vt defendat & auctorizetur, id facere nolit, habet emptor in iudicio stare & defendere, alioquin de euictione ñ aget, C. de peric. & com. rei ven. l. j. in fi. & C. de euic. l. j. Ex quo enim non defendit, videtur magis propter absentiam, quàm propter malam causam condemnari, ff. de euic. si ideo. ext. de emp. & ven. c. fi. Et si obtinet, in nullo ei venditor tenetur, quia non tenetur eum defendere, nisi contra mouentem sibi litem iustè & verisimiliter, vt iam dicam. Si verò defendit & succumbit, ita quòd res sit ab eo euicta, tunc venditor de euictione tenetur, vt in prę. dec.

35 & de hoc ĩ. §. vlt. ¶Litem vel controuersiam. † Not. quòd promittens sub pœna de certa re non facere controuersiam, si facit etiam extra ius, pœnam incurrit, ff. de pet. hær. diuus. in princip. & arg. extra. de simo. c. pe. Si verò fecit pactum, ne peteret, hoc ad iudicium refertur, ff. rem rat. hab. hoc amplius. ¶In se recipere: nisi hoc pactum apponeret, emptor teneretur litem suscipere, & suis expensis prosequi, vt iam dixi. ¶Quod si non fecerit. secundum pactum, quo trahit causam ex præcedenti, & prodest hoc pactum emptori, quia nisi fieret, non teneretur venditor de iure ei reficere expensas litis, nisi succubuerit, ff. de lib. leg. l. petitor. C. de euict. si status. in fine: quia emptor suam rem videtur egisse, ex quo ob-

36 tinuit, ff. ad Treb. deducta. §. qui post tempus. Et est ratio: † quia cùm lis iniusta fuerit, quod patet eo, quòd emptor obtinuit, non tenetur ei venditor ad aliquid pro iniusta lite, quantumcunque promiserit ei cũ defendere ab omni persona & vniuersitate: quia intelligitur contra mouentem sibi litem legitimè & iustè: at postquam pactus est expensas reficere, tenebitur ex pacto, quicquid

d de lite contingat, ff. de verb. oblig. venditores [d] vnde vtile est pœnam adiicere, prout sequitur in hac forma. ¶ Remissa exnunc. tertium pactum ex primo dependens, vbi venditor promisit causam tam principalem, quàm prouocatoriam suis sumptibus agere: hic verò paciscitur, quod si non fecerit, emptor non teneatur appellare, postquam primam causam egerit, quod habebat necesse emptor facere, vt ff. de euic. Herennius. §. Caio. ff. man. si procuratorem. §. si ignorantes. extr. de procur. non iniustè. & etiam causam appellationis exercere, vt s. de appellat. in princip. versic. sed nunquid. nisi pacto remissa fuerit necessitas appellandi. quod fie-

37 ri potest, C. de temp. appel. l. fin. in fi. ¶† Remittentibus enim ius suum non est regressus ad illud, ff. de ædil. edic. quæritur. §. si venditor. vii. q. i. quàm periculosum. Actum est inter eos: hic quartò paciscitur, ne venditor possit ei opponere sententiam emptoris culpa, vel negligentia, vel iudicis iniuria, aut partis alterius iniuria vel potentia latam fore: aut quòd sibi denunciatum nõ fuit, quòd defenderet intra tempus iuris: quod aliàs opponi posset, ff. de euictio. si per imprudentiã. in prin. extrà de emp. & vend. c. fin. Quòd si contra eum. quintum pactum. Et præterea si aliquo. sextum pactum, quod locũ habet, quando venditur res emphyteuticæ conditioni subiecta. Quam si quidem vẽditionem. hic subiicitur clausula generalis: quia non est nouum, &c. ff. ad leg. Aquil. si seruus

38 seruum. §. inquit lex. ¶† Et singula. hoc verbum Singula opera-

e tur [e], vt pœna ad vnum quodque ipsorum pactorum & capitulorum, quo contrauentum fuerit, in solidum committatur, licet postea nihilò minus in stipulationem deducatur in solidum in quolibet capitulo, cùm dicitur In singulis & ꝑ singulis capitulis, &c. Sub pœna dupli nota, quòd hæc pœna nõ committitur, nec damnorum & expẽsarum locum habet refectio, nisi euictio subsequatur. Nam nec bonorum obligatio, vel hypothecaria actio habet effectum,

ADDITIONES.

☞ & per l. quoties. & l. si ager. ff. de rei ven. sed etiam, cùm est interpretatiua. ff. pro soci. l. ij. ff. de contrahen. emp. clauibus. in quibus patet, per talem traditionem possessionem & dominiũ trãsferri: & quòd verba illa Cõstituo me, &c. sint ad id apta, inducitur lex ff. de rei ven. l. quædam mulier. ad idem C. de prob. cùm res. Procedunt tamen prædicta, cùm primus pretium soluerat, vel de illo fidem facerat: aliàs etiam ex vera traditione non transiret dominium in emptorem. Instit. de rerum diuis. §. venditæ.

ADDE Bal. cons. ccccxciiii. inci. venditor constituit. iiij. lib. vbi dicit, quòd etiam si venditor possederit per xxv. annos, sciente & patiente emptore, quòd si alteri & secundo vendat & tradat, quòd primus præfertur: & vide Bal. cons. lxxiiii.

a Forma. ¶iii. & fuit Rol. no. in summa, scilicet in Aurora super sua ii. forma.

b Quidam. ¶Iac. Bal. in l. seruum. C. de rei ven. non tamen exponit præsentiam & absentiam, sicut autor.

c Aget. ¶& sic fit dubia quæstio de venditore, qui emptorẽ absentem defendere vult suscipiendo in se litem. sed de præsente, an illo inuito iudiciũ in se recipere possit, est opi. Accurs. placet, quòd non. Odof. & Ia. Bald. dicitur placuisse contrarium gloss. Accur. vide C. vbi in rem ac. l. i. in princi. & vide dist. quam ibi no. Cyn. Pro secunda opi. facit ff. de ali. iud. mu. causa fa. l. iij. §. fi. & ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. hoc autem. §. fi.

ADDE, vt per Bar. consi. ccxviij.

d Venditores. ¶Circa has expensas est sciẽdum, ex stipulatione de euictione non deberi expensas, quas faceret emptor in lite, qua venditor, vel eius hęres contra ipsum ageret ad pretium, licet succumberet agens, quia probata fuit solutio. Ista enim lis non fuit super euictiõe, sed super pretio: sed de iure communi, quo victus victori condemnatur, possent deberi. Item si debitor cõfessus fuerit pretium, & promisisset etiam super illo quæstionem non mouere, ex illo capite possent sumptus ex stipulatione deberi: sed ex eo, quòd de dominio rei, vel ipsius obligatione non agitur, cessat euictio.

e ADDITIO. Verbum Singula, operatur. ¶Adde tu Bald. consilio lxxxviij. incip. quæritur, vtrùm. in ii. vol. vbi dicit, quòd dictio Singuli. est nota ne speciei, sed etiã indiuidui, ac si singuli quique nominatim exprimerẽtur: & an denotet separationem, vide aliquid per do. Ias. in l. si duobus. § si Titio. ff. de leg. j. Henri. Fer.

effectum, nisi dies, vel cōditio eius debiti, pro quo facta est, venerit, vel cesserit, vt ff. de pig. grege. §.j. sub conditione, & ext. de plus pet.c.vnico. Satis ergo cōgruè hæc omnia in vltima parte instru

39 menti ordinantur. ¶† Nota igitur, quòd si in instrumento dicitur simpliciter, Sub pœna dupli, non adiecto, cuius dupli, refertur de iure illud duplum ad pretium conuentum, non ad rei bonitatem, quæ pluris est, quàm pretium, vt ff. de euict. si fundo tradito. & l. cùm fundus. sed quia hîc dicit, sub pœna dupli æstimationis dictæ rei, vel rei, habita ratione meliorationis, quæ pro tempore fuit, etiam refertur ex virtute cōuentionis ad id, quod actum est. Idem ad bonitatem rei: vt si res fuerit euicta, & pœna commissa, soluat venditor, & restituat emptori pretium, quod dedit & nomine pœnæ duplum æstimationis rei, quanti pro tempore plus valuit, à tempore venditionis citrà, id est, tantum, quantum est ipsa æstimatio, vel bonita rei. nam Duplum tātum valet, quantum Tantundem, vt C. de spon. l. mulier. licet enim hîc duplex stipulatio sit prætoria, tamen lex hîc addi & detrahi permittit vtraque parte volente: vnde & de voluntate partium posset dici, sub pœna tripli, vel quadrupli. ff. de euict. si dictum. & l. si plus. xviij. distin.

40 quoniam quidem. in fin. ¶† Illud enim moderamen est competens, quod inter partes conuenit: & in quacunque re, vel vbicunque contractus tenere potest, & stipulatio pœnæ interposita valebit, Inst. de diuisione stip. §. conuentionales. non autem vltrà potest procedi, per hæc omnia dicendo, sub pœna quintupli, vel sex

41 tupli. † Licet enim pœna conuentionalis peti possit quantacunque, vt Instit. de inuti. stip. §. alter. ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. alteri. tamen hoc verum est, si pœna apponitur in certa summa: secus tamen per nomina respectiua, vt duplum, triplum, &c. quia tunc quadruplum nō excedit, Instit. de actio. §. omnes, & sic loquitur præ. l. si dictum. Arg. tamen contrà, xvij. q. iiij. qui domum. aliàs in c. si quis inuentus. in fi. Sol. ibi [a]. ¶† Sed quid: ecce promisisti

a

42 mihi dare decem sub pœna dupli certa die: adueniente die non soluis, & pœna committitur: nunquid illud simplum computabitur in duplum? videtur, quòd sic, vt de public. & vectig. hoc edictum. respon. j ff. de iure fisci, facultas. & in præ. l. mulier. Ar. contrà, ff. de con. fur. si pro iure. §. j Potes distinguere, vtrùm pœna succedat loco rei, vel nō, vt ff. de arbit. si quis rem. ff. pro soc. si quis à socio. ¶ Toties committitur, & exigi possit: quasi dicat, non tantùm in quolibet capitulo pœna committatur, sed etiam pro qualibet vice: quæ etiam si in vno & eodem capitulo contra fieret, in solidum cōmittatur, & ff. de arb. si duo. in fi. pœna. n. conuentionalis, quantacunque sit, exigi potest, vt prædixi. Ar. contra, extrà de pœnis, cap. suam [b]. ¶ Omnia bona sua: dic super hoc, vt j. de oblig. & sol. §. j. vers. j. super verbo, omnia eorum bona. ibi etiam vide alia ad intellectum huius formæ.

b

43 ¶† Si verò vendatur equus, vel similis res, sic instrumentum conficietur:

c Forma [c] A. dedit & vendidit B. vnum equum baium balzanum in fronte, & in crure anteriori sinistro & in posteriori dextro: ipsum sibi ibidem per frænum tradens, nominatim cum his vitiis & magagnis specificatis, & dictis ab eo ipsi B. ibidem præsenti, videlicet cum vno superosso in tali crure. Item quod est lunaticus. Item quòd in plenilunio amittit visum. Itē quòd est retrograd[d]. Item quòd mordet, nec se ferrari permittit: & generaliter pro tali, qualis est, cum omnibus vitiis & magagnis latentib. & apparentibus, & quæ habet intrinsecus, siue extrà asserens & protestans prædicta vitia specificata in ipso equo esse, ipsorumq; vitiorum, vel morborum siue quorumcunque aliorum latentium, vel apparentium ratione, vel occasione ipsi B. in aliquo dē cætero nolle teneri: & hoc pretio xv. lib. Tur. quod pretium dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, exceptioni sibi ñ dati & non soluti pretii omnino renuncians, & promittens ipsi B. pro se suisque hæred. stipulanti dictum equum sibi ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, auctorizare, & expedire sub pœna dupli dicti pretii stipulatione promissa, & refectione damnorū & expensarum litis & extrà, sub obligatione omnium bonorū suorum: qua pœna soluta, vel nō prædicta omnia & singula firma perdurent. Qui B. dictum equum recepit ibidem cum dictis specificatis vitiis & magagnis, & in dicto equo se bene cognoscere, & ea sibi expressa & ostensa esse dixit, & cōfessus est [e], & generaliter pro tali, qualis est, vt s. in eodē instrumento, vsque & protestans. iunge, nolle ipsum B. vēditorē teneri occasione dictorum vitiorum, vel morborum ipsius equi expressorum, aut quoruncunque aliorum apparentium & latentium, quæ habet intus, & extrà, & faciens eidem finem, refutationem & pactum de vlterius non petendo de omni iure & actione, quod, vel quam habebat, vel in futurum habere poterat & sperabat cōtra ipsum occasione dictorum vitiorum, vel morborū, aut quorumcunque aliorum ipsius equi nec non promittens ipsi A. solenni stipulatione interueniente ñ opponere legem redhibitoriam, volens rem reddere, & pretium sibi reddi: nec quanto minoris, petens aliquam partem pretii sibi reddi, quam non dedisset, si sciuisset rem esse vitiosam: nec in factum actionem: quibus legibus, & alii auxilio omnino renunciauit, & nullam aliam contrariam exceptionē, vel defensionem iuris, vel facti specialem, vel generalē in aliquo facere, vel opponere, & litem, vel controuersiam ei occasione prædictorum vllo tempore de iure, vel de facto non mouere: sed prædicta omnia & singula firma, grata & rata habere & retinere, nec contrà facere, venire de iure, vel de facto sub pœna xxx. lib. Tur. stipulatione in singulis capitulis. &c. vt s. in prima forma, vsq; in fi. hæc forma

d

e

44 probatur in his, quæ not. j. §. nunc dicendum. per totum. ¶† Et nota, quòd in venditionibus boum, asinorum, ouium & similium non est tanta solennitas in instrumento necessaria, cùm non sint ita, vt equi vitiosa: nam licet tunc breuiter dicere:

f Forma [f]. A. dedit & vēdidit B. vnum bouem talis pili, & cū tali cornatura, ipsum sibi tradēs ibidem cū omnibus vitiis, vel magagnis occultis, vel apparentibus in eo, p tanto pretio: & promittat legitimam defensionē bouis, vt suprà proxi. in instrumento equi. Idē etiam de ouibus dicas, exprimens earum numerum: licet non vniuscuiusque, signa propter euitandam confusionem, nisi quia ge-

g neraliter pones, quot ex eis sint albæ, quot nigræ, quot variæ [g].

45 ¶† Porrò si liber emitur, sic instrumentum conficietur:

h Forma [h]. A. dedit & vendidit B. digestum nouum scriptum in chartis hœdinis, contentum in tot quinternis: cuius secundus quinternus incipit: quia vitium. tertius incipit, id hoc. per totū: de glossis domini Accursii apparatum, pretio xx. lib. Tur. ipsum librum in manib. sibi tradens. quod pretium dictus A. &c. vt s. ver. siverò. vsque, stipulanti. pòst iunge, de vitio & de euictione ipsius libri secundum iuris ordinem & consuetudinē ciuitatis Parisieñ. & prædictam venditionem & omnia singula suprà scripta firma, grata, &c. vt s. vers. nunc formam, vsque, quàm futura. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, æstimationis dictæ rei habita ratione meliorationis, quę pro tempore fuerit, dicas, dicti pretii aliis omissis: pòst iunge, & insuper C. ipsius A. precib. se constituens principalem, promisit principaliter & insolidum se obligando dicto B. pro se suisque hæredib. stip. dictum librum ei ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, autorizare ac expedire & se facturum & curaturum, quòd prædictus A. dictam venditionem, & omnia, & gula suprà scripta, firma, grata & rata habebit, & tenebit, nec contrà faciet, vel veniet aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto sub pœna xxx. lib. Tur. stipulatione promissa, &c. vt s. in præ. vers. nunc formam. vt iam præmissum est, renuncians beneficio nouæ

46 constitutionis de fideiussoribus, & omni alii auxilio. ¶† Et not. quòd si liber adeò mēdosus est, vt eum potiùs non habere, quàm habere expediat, agi potest redhibitoria vtili. ar. ff. de ædil. edic. ob

47 quæ. §. idem Pomponius rectè. & l. j. §. sed sciēdum. ¶† Cæterùm si fœnum, vel alius fructus in futurum percipiendus venditur, instrumentum hoc modo conficietur:

i Forma [i]. A. dedit & vēdidit B. totam herbam, seu futurum fœnum, quantumcunque & qualecunque fuerit, & quod erit, & percipi & haberi poterit anno in præsenti, de prato sito in tali loco, cuius confines sunt hi, &c. percipiendum & colligendum & habendum auctoritate sua omnib. ipsius B. sumptibus & expensis, & ad oēm suam exnūc custodiā, & omne periculū atq; casum rapinæ, incēdii, inundationis aquarum & cuiuscūq; alteri' fortuiti euētus, semel videlicet tantūmodò secādi & colligēdi tēpore cōpetenti, illo videlicet quo prata secantur, pro pretio l. lib. Tur. qđ pretium dictus

ADDITIONES.

a Ibi. ¶ in glos. quid est ergo.

b Suam. ¶ Solue, vt ibi, & de arbit. dilecti, in vlti. glos.

c Forma. ¶ iiij. Rolan. xlix.

d Retrogradus. ¶ Vbi emptor talem emisset, non certificatus à venditore, & bellum cum illo intrās, quia fugere non potuit, captum se redemit, tenet Pil. q. lij. quòd venditor id sciens tenetur, per l. Iulianus. ff. de act. empt. in princ. §. j.

e Confessus est. ¶ Licet Rol. posuerit hic patens mendacium, decebat autorem id omittere.

f Forma. ¶ quinta Rolan. sub præcedenti.

g Variæ. ¶ De illo, qui simpliciter vendidit bouem, qui intra triduum decessit, & repertus est habere iecur marcidum: Gallic. extra volumen tenet, quòd locus sit redhibitoriæ, per l. ff. de ædil. edi. quòd si nolit. §. si mancipium. & l. si hominem. vbi competit redhibitoria post mortem mancipii venditi: & ex breuitate termini satis apparet, eum sic habuisse tempore contractus: facit l. distin. si qua fœmina facit ff. ad municip. l. vlt. de aqua quo. & æst. l. j

h Forma. ¶ vi. Rolan. j.

i Forma. ¶ vii. Rolan. ij.

dictus venditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non soluti pretii, doli, & in factum actioni, & omni alii auxilio omnino renūcians: & promittens ipsi B. pro se suisque hæredib. stipulanti dictum fœnum sibi ab omni persona & vniuersitate legitimè defendere & expedire: & prædictam venditionem & omnia & singula, &c. vt in præced. forma vsque stipulatione promissa. ad hoc faciunt iura j.

48 prox. ver. inducta. ¶ † Quòd si fructus futuri venduntur, & certo termino dari promittuntur, sic instrumentum conficietur:

a Forma[a]. A. dedit & vendidit B. omnia vellera futura, siue futuram lanam, quantacunque & qualiscunque fuerit, & quam tonderi, percipi & haberi contigerit in anno præsenti ex trecentis ouibus suis, quas habet in Corbaria apud Porcellum, & ipsam lanam intra xxv. dies dictis ouib. tonsis eidem B. dare & consignare Narbonæ in domo tali omnib. suis expensis, solenni stipulatiōe promittens pro pretio duorum solidorum Turo. pro quolibet vellere, siue tot libras pro quolibet centenario ponderis dictæ lanæ: de quo pretio dictus A. contentus & confessus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse decem libras Turoñ. exceptioni sibi non datæ & non solutæ quantitatis omnino renuncians: residuum verò dicti pretii, prout in summa fuerit, & ascendet, idem B. dare & soluere ipsi A. solenni stipulatione promisit, postquam dicta lana ponderata & consignata erit, eidemque omnia & singula, &c. eodem §. versi. sequitur. Veruntamen si aliæ obligationes & promissiones interuenerint, vt putà de donationibus & solutionibus prædictis faciendis vbicunque locorum, & fori, de præceptis recipiendis, vide infrà ver. proxi. facit ad hoc ff. de contrahen. emp. l. nec emptio. ff. de peric. & commo. rei vend. quòd si pendente. ff. de act. emp. si ste

49 rilis. Inst. de vsu & hab. §. sed si pecoris. ¶ † Si autem vsusfructus ad plures annos venditur, sic instrumentum conficietur:

b Forma[b]. A. dedit & vendidit B. vsusfructus, reditus & obuentus talis vineæ sitæ in tali loco: cuius cōfines sunt hi, &c. hinc ad quinque annos proximos dans & concedens eidē vsque tunc dictam vineā, & arbores, & omnia, quæ in ea sunt, & quæ intra prædictos continentur confines, habenda, vtenda & fruenda liberè per se & alium, quem voluerit, pro pretio xx. lib. Tur. quod pretium contentus & confessus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non soluti pretii omnino renuncians, & promittens eidem pro se suisque hæredibus stipulanti vineam ipsam, & omnia, quæ in ea sunt, liberè vtenda, fruenda, vt dictum est, ei, & suis hæredibus ab omni persona & vniuersitate legitimè defendere hinc ad terminum suprà dictum, & dictos vsusfructus, quos in dictis quinque annis percipit, tam intra terminum, quàm postea, perpetuò legitimè defendere, auctorizare & expedire, ac prædictam venditionem, & omnia & singula suprà scripta, &c. vt s. versi. nunc formā. vsque act. Narbonæ. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, dupli æstimationis, &c. dic, lx. lib. Tur. Econtrà quoque dictus B. promisit ipsi A. pro se suisq; hæredibus stipulanti prędictam vineam & omnia, quæ in ea sunt, sine fraude vti & frui, & ipsa fossata & sepes eius manutenere, & conseruare, & eam quolibet anno debitis temporibus bene putare & releuare & ligonizare, binare & remanere: & in omnibus bene & sine fraude colere, arbores siccas & virides non incidere sine domini mandato, & finito termino ipso prædictam vineam in ita bono statu, vt nunc est, ipsi A. liberè relaxare & consignare sub pœna xl. librarum Tur. &c. vt s. in

50 eodem instrumēto. ¶ † Sed & si vsusfructus donetur, ita dicetur: Forma. Ego A. do & dono irreuocabiliter inter viuos tibi H. vsumfructum talis vineæ meæ positæ in tali loco, ad habendum, tenendum & fruendum arbitrio boni viri, dans tibi licentiam tua auctoritate dicti vsusfructus quasi possessionem ingredi sine omni actione, iure & violentia: & interim in ea quasi possessione me tuo nomine esse confiteor, promittens dolum malum abesse, absuturumque esse: & dictum vsumfructum habere licere: quæ omnia suprà dicta promitto attendere & obseruare pro me meisque hæredibus, &c. C. ff. & Instit. de vsuf. per totum. De vsufructu vide j.

51 de pig. §. sequitur. ver. porrò. ¶ † Sed & si actus & iter vendatur, instrumentum sic concipietur:

c Forma[c]. A. dedit & vendidit B. iter & actum in perpetuum in campo & per campum suum situm in tali loco à mane, cuius confines possidet talis, &c. à latere dicti campi viam latitudinis vij. pedum tenus fossatum dicti campi, quantum protēditur ipse campus ad vineam, vel ad fundum ipsius B. situm iuxta prædictum campum, ita quòd ipse, et eius hæredes, et qsqs alter eius nomine deinceps in perpetuum per campum prædictū possit liberè dicta via quandocunque et quotiescunque ad vineam prædictam ire, transire cum personis, plaustris, hastis, et equis: dans, cedens & concedens eidem plenum ius dicti itineris, actus & viæ: & huiusmodi conditioni & seruituti perpetuò subiiciens rem eādem: & hoc pro pretio v. lib. Tur. ipsi B. quod pretium dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati & non soluti pretii omnino renuncians: & dans ei licentiam & liberam potestatem ipsius itineris, actus, viæ, iuris, cōditionis, & seruitutis quasi possessionem ex nunc sua auctoritate intrandi, & de cætero retinendi: & constituens se interim quasi possidere nomine suo: necnon promittēs dicto B. pro se suisq; hæredib. stipulanti litem, vel controuersiam ei, vel eius hæredibus de prędictis, vel prædictorum occasione nunquam inferre, nec ei inferenti cōsentire: sed ei ipsum iter, actum viam, ius, conditionem & seruitutem perpetuò ab omni persona & vniuersitate, &c. vt s. ver. cæterùm Hæc forma probatur in cōcor. quæ sunt s. de causa pos. & propri.

52 §. priuata. ver. est & aliud. ¶ † Ad hoc, si cōditio, seu ius tignorum in pariete immittendorum vēditur, sic instrumentū conficietur:

d Forma[d]. A. dedit & vendidit & concessit B. ius trabium & quorumcunque lignorum immittendorum in parietem, siue murum talis domus ipsius A. contiguum domui ipsius B. & quandocunque, & quotiescunque opus habuerit & voluerit. possit sua auctoritate immittere, seu impingere trabes, & quæcunque alia media ligna vsque ad medium, siue ad interiorem tunicam dicti muri, dummō murus ipse ruinę, vel præcipitii, siue grauis deteriorationis periculum non incurrat, murum ipsum huic perpetuò subiiciens seruituti: & hoc pro pretio x. lib. Turo. quod pretium dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse: exceptioni sibi non dati & non soluti pretii, & doli omnino renuncians, & promittens dictam seruitutem habere licere, dolum malum abesse absuturumque esse: & dans ei licentiam & liberam potestatem ipsius iuris & seruitutis quasi possessionem exnunc sua auctoritate intrandi, & de cætero retinendi: cōstituens se interim quasi possidere nomine suo. necnon promittēs dicto B. &c. vt in prox. præst. vsque, consentire. post iunge, sed dictum ius & seruitutem perpetuò ab omni persona, &c. vt ibidem. ad hoc faciunt iu-

53 ra iuncta j. de ec. ædi. ¶ † Et nota hic, quòd in huiusmodi seruitutibus locum nō habet vera traditio, sed quasi, vt no. s. super j. forma, super verbo, tradere. & ideo dicit hic, & dans ei licentiam, &c.

54 ¶ † Si verò sola rei proprietas, seu dominium vendatur, sic instrumentum conficietur:

e Forma[e]. A. dedit, vendidit & tradidit B. pro se suisque hæredibus recipienti dominium & proprietatem talis domus sitæ in tali loco intra tales confines, &c. quam domum dictus B. habebat à dicto A. in feudum, ad habēdum, tenendum, &c. per omnia. vt s. ver. nunc formam. mutato solùmodo capitulo de possessione in quo ita dices: cuius rei possessionem, quam idem B. habebat, ipse A. ei confirmauit, vt deinceps suo nomine possideat, sicut verus pro-

f prietarius, dominus & possessor[f]. ¶ † Quòd si pars alicuius rei pro

55 indiuiso vendatur, sic instrumentum conficietur:

g Forma[g]. A. dedit, vendidit & tradidit iure proprio & in perpetuum B. pro se suisq; hęredibus recipienti & ementi medietatē pro indiuiso

ADDITIONES.

a Forma. ¶ viij. Rolan. lij.

b Forma. ¶ ix. Rolan. liij.

c Forma. ¶ x. Rolan. liiij.

d Forma. ¶ xij. Rolan. lv. et lvj.

e Forma. ¶ xiij. Rolan. xvij.

f Possessor. ¶ Si conuertatur casus, quòd vendatur vtile ei, quem venditor credebat habere directum, cùm ipse venditor haberet vtrunque, extat consilium Dyn. in ordine xxv. & iste error facilè posset euenire in terminis instrumenti, quando patri meo habenti vtile, venditum fuisset directum, quod ego ignorabam: & tenuit ipse Dy. venditionem non valere: nam substantia venditionis consistit in consensu: quo deficiente nō tenet venditio, ff. de contrah. emp. l. j. in fi. de rescin. ven. l. empt. Deficit autem consensus, vbi est error, ff. de iud. l. ij. de iurisd. om. iud. si per errorem. C. de iur. & fac. igno. l. cùm testamentum. & l. sequen. ergo, &c. Item si errans vendo rem propriā, vt alienam, nō tenet venditio, ff. de contrahen. emp. & si consensu. §. fi. & de acquir. re. do. si procurator. Sed hic æstimabatur proprium alienum, & intentio contrahentium erat solùm circa vtile dominium. Nihil ergo operatur circa directum: & eorum propositum non erat circa directum: ergo circa illud nil operat͛ plus: quia nec circa vtile, vt locū habeat, quod potuit, noluit: quod voluit, nō potuit, ff. de reb⁹ dub. in ambiguo. de supel. leg. l. Labeo. C. si quis alteri, vel sibi, l. multum. Constat etiam rerū species esse diuersas: vnde aliud vtile, aliud directum, ff. si ager vectig. l. j. de superficiebus. l. ij. & vlt. sicut aliud corporale, aliud incorporale: item aliud bos, quàm capra, ff. de rer. diuis. l. j. Instit. de reb. incor. in princ. Sed si contrahentes errant in corpore, vel specie rei, de qua contrahitur, non tenet ipso iure contractus, ff. de contrahen. emp. l. in venditionibus. ff. de leg. i. si quis in fundi. & de sup. leg. l. Labeo. §. verum. Ergo si errant in specie dominii, dicendum est ipso iure non valere contractum.

g Forma. ¶ xiiij. Rol. xviii. ista enim & sequens ibi char. ii.

indiuiso talis petiæ terræ pratiuæ sitæ in tali loco, cuius integræ petię tales sunt confines, &c q̃ petiā possidebat pro indiuiso cum C. ad habendum, tenendum, &c. vt s. versi. nunc formam. vsque, viam publicam. iunge, quantum ad ipsam medietatem pro indiuiso spectat. & cū omnibus, & singulis quæ pro ipsa mediatate pro indiuiso habet suprà, vel infra, seu intra se in integrum, omniq́ue iure & actione, vsu, seu requisitione, sibi ex ea, vel pro ea vendita modo aliquo pertinente, pro pretio xx. lib. Turoñ. quod pretium dictus, &c. ibidē vsque in fin, hoc saluo, quod vbi dicitur ibi, quàm siquidem rem. iunge hîc, pro prædicta parte sibi vendita. Item vbi sequitur ibi, donec ipsius rei. iunge, pro eadem parte. Item vbi dicitur ibi, de dictis rebus, vel aliqua earum parte dic, de dicta re vendita: & sic de aliis verbis competenter mutatis. hæc forma probatur C. de com. rerum alie. l. falso. & de iure dot. l. ante diuisionem,

56 † Sed si pars alicuius rei pro diuiso venditur, sic instrumentū conficietur:

a Forma.[a] A. dedit & vendidit, vt in præced. forma vsque, ad confines. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, medietatem pro indiuiso, dic, tertiam partem iunge, à mane possidet C. à meridie D. à sero E. à septentrione est via publica secundum dictam tertiam partem ipsius domus: à latere mane iuxta prædictum C. prout termini in anteriori & posteriori muro positi diffiniunt & signant, quæ tertia est in anteriori facie latitudinis quinque pedum, & in posteriori totidem, siue trium pedum, & quatuor vnciarum, ad habendum, tenendum, &c. vt s. ver. nūc forma. hoc saluo, quòd post verbum, continentur confines. iunge, terminos dictæ partis venditæ. item post verbum, & singulis, quæ. iunge, ipsa pars vēdita habet. ad hoc facit ff. de leg. i. quod in rerum. §. si quis. ff. de verb. signifi. rectè §. fi. ff. communia præd. si quis duos.

57 ¶ † Sed & si plures res diuerso iure pluribus, & à pluribus venduntur, sic instrumentum conficietur:

b Forma[b]. A. & B. fratres filii quondam C dederunt, vendiderunt & tradiderunt D. & C. fratribus filiis, quōdam F. pro se eorumq́ue hæredibus recipientibus, & ementibus domum talem. positam in loco tali, iure proprio in perpetuum: cuius domus tales dixerunt esse confines, &c. item petiam vnam terræ talis positam in tali loco, si proprium, in perpetuum: si condititiū, id est, si sub conditione habetur, vnde pertinuerit, saluo iure dominii in pensione & renouatione contractus, vt j. de locar. §. i. ver. cæterùm. & hæc verba expone, vt s. in secunda forma super verbo, omniq; iure. quam petiam esse dixerunt, & conuenerunt xx. iugerum, & eiusdem tales esse confines, &c. Item & dederunt, & vendiderunt prædictis emptoribus recipiētibus, vt dictum est, aliam petiam terræ vineatæ positam in tali loco iure emphyteuticæ conditionis, pēsionis & renouationis debendæ suis temporibus ecclesiæ tali: quam petiam esse dixerunt & conuenerunt quatuor iugerum. et eiusdem tales esse confines, &c. ad habēdum, tenendum, & possidendū: & quicquid eis, eorumq́ue hæredibus deinceps placuerit faciēdum cum omnibus & singulis, quæ intra prædictos & cuiuslibet prædictarum rerum venditarum confines continent, vel alios. si qui forent, accessibus quoque & cuiuslibet eorū, vsq; in vias publicas: et cū omnibus & singulis, quæ quælibet ipsarum rerū habet suprà, vel infra, seu intra se, in integrum, omniq́ue iure & actione, vsu, seu requisitione eis nomine dictarum rerum, aut dictis rebus modo aliquo pertinente, pro pretio centum librarum Turoñ. pro ipsa domo & pro pretio quinque lib. Tur. pro. quolibet iugere dictæ petiæ terrę et pro pretio xx. lib. Turo, pro quolibet iugere dictæ petiæ terræ vineatæ: quæ pretia sunt in summa cclxxx. libræ: quàm pecuniæ summam dicti venditores cōfessi & contenti fuerunt se ab ipsis emptorib9 habuisse ac recepisse sibi integrè datam solutam & numeratam esse exceptioni sibi non datæ, non solutæ & non numeratæ pecuniæ, siue pretii in summa omnino renunciantes: quas prædictas rēs venditas dicti venditores se ipsorum emptorum nomine possidere constituerunt, vsquequo ipsi emptores dictarum rerum possessionem acceperint corporalē, quam siquidem accipiendi sua auctoritate, & retinendi deinceps eis licentiam omnimodam concederet, promittēs per stipulationem vnusquisque eorum principaliter & in solidum, et sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligatos dictis emptoribus pro se et eorum hæredibus stipulantibus litem, vel controuersiam eis, vel eorū hæredibus de dictis rebus, aut aliqua parte ipsarum vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire: sed ipsas res et quamlibet earum tam in proprietate, quàm in possessiōe eis et eorum hæredibus ab omni persona et vniuersitate legitimè defendere, auctorizare et expedire: et prædictam venditionem, et omnia et singula suprà dicta perpetuò firma, grata et rata habere, tenere, nec contrà facere, vel venire per se, vel alium, aliqua causa, vel ingenio, de iure, vel de facto, sub pœna dupli dictæ æstimationis dictarum rerum, quæ pro tempore plus valuerint, stipulatione promissa: qua soluta, vel non, rata maneant omnia et singula suprà et infrà scripta: item reficere et restituere eis omnia et singula damna, expensas ac interesse litis & extrà: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruādis obligauerūt eis omnia bona sua, renunciantes nouarum constitutionum & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni & omni alii auxilio.

58 ¶ † Hoc tamen not.[c] quòd in tertia re vendita

c iure emphyteuticæ conditionis omitti debet istud verbum Trado: quia cùm Tradere, sit proprietatem rei in alterum transferre, huiusmodi rei proprietas in alterum transferri non potest, nisi à

d vero domino, vt dixi suprà in secunda forma super verbo Dare[d]. Item not. quòd hæc forma non facit prædictos duos venditores in solidum vendere. nam dominus rei per venditionem & traditionem transfert dominium, vt ff. de acquiren. rerum domin. traditio: & certum est dominium apud duos in solidum esse non posse, vt ff. de pet. hæredit. §. pater. & ff. commo. si, vt certo. §. fin. vnde in solidum duo vendere non possunt. Hęc autē dictio In solidum, propriè ponitur in promissionibus stipulatione vallatis: quæ stipulatio concipitur per verba de futuro, vt ꝓmiserunt in solidum se daturos, vel facturos, sicut suprà in ea. for. versus fin.

59 ¶ † Item no. quòd cùm diuersæ res diuersis iuribus venduntur, scilicet vna iure proprio, altera iure condititio, alia sub iure incerto, conueniens est, vt iuxta quamlibet rem illud ius ponatur, vt suprà patet: vbi autem vno iure res venduntur, potest hoc poni in principio instrumenti dicendo: A. dedit & vendidit iure proprio, &c. Sed si nullum ius, quod vendat, apponatur, intelligitur res iure proprio vendita. Item pluribus rebus & vno iure expressis omnes illo iure venditæ intelliguntur. Item verbum illud, Si condititium, intellige, prout not. suprà super secunda forma super verbo omniq́ue

60 iure. ¶ † Nonnunquam & quis vendit alicui suo & aliorum nomine ementi rem, ex cuius fructibus decimę debentur: super quo

e instrumentum sic conficietur[e]:

f Forma[f]. A. dedit, vendidit, & tradidit iure proprio B. ementi & recipiēti, ꝓ se suisq́ue hæredib. ac vice & nomine C. vel D. fratrum eius, eorumq́ue hæredum, talem petiam terræ aratoriæ & vineatæ positam in tali loco, quam esse dicit & conuenit x. iugerum, & dimidium, & xx. tabularum, eiusdemq́ue tales esse confines, &c. ad habendū, tenēdū, &c. vt s. ver. nūc forma. vsq;, ꝑtinēte. pòst iūge, salua tñ cōditiōe, cui subiecta ē dicta res, s. q ex fructib. ei9 singulis annis

ADDITIONES.

a Forma. ¶ xv. Rolan. xix.

b Forma. ¶ xvi. quæ est iii. in summa Rolan. & quæ sequitur, est iiij.

c Hoc tamen no. ¶ Secundum Rol. contiguum in instrumento.

d Dare. ¶ Et super verbo Tradere: sed vide, quod ibi dixi.

e Conficietur. ¶ Si procurator meus ad hoc meo nomine emit dimidium prædii, & suo nomine aliam dimidiam, per xxx. annos possidet totum: Rofr. sua q. xxxv. tractat, an præscriptione se contra me agentem mandati defendere possit. Item cùm procurator, si præscriptio sibi non prosit, petat pretium, quod soluit, an procedat defensio mea, qua dico sibi satisfactum ex perceptione fructuum per illos annos xxx? Tenuit soluendo, quòd actioni mandati præscriptum sit, cùm sit actio personalis: & sic tollitur longissimi temporis spatio, C. de const. pec. l. ii. erat enim nata. ff. man. l. j. & illa agere poteram: quia non impediebat patria potestas, vel aliud simile, C. de annali excep. l. j. in fi. & C. de pscript. xxx. annor. cùm notissimi. §. illud. & lege, sicut. Si verò intentarem rei vendicationem, vel Publicianam, dicit me obtinere debere. fuit enim mihi res illa quæsita per emptionem procuratoris, præcipuè malignantis, ff. de dona. qui mihi donatum. in fin. Fui ergo dominus, et mihi non currebat pręscriptio: quia per procuratorem possidebam, cùm dominium & possessio mihi per ipsum quæsita fuissent, C. de acquir. pos. l. j. & l. per procuratorē. et tam confestim, quia nec vnico momento penes procuratorem prædicta manserunt, ff. de acquir. hær. l. placet. Item constat, quòd mihi proficit detentatio, quam ipse habet, etiam quo ad præscriptionem, C. de præscr. xxx. an. l. malè agitur. et l. cùm notissimi. per quod patet, ꝓcuratorem dicere non posse se præscripsisse. Item nec potuit causam possessionis sibi mutare, C. de acquiren. possess. cùm nemo. ff. de vsucap. l. non solum. ff. si pars hæred. pet. l. fi. Licitè igitur vendico medietatem illius fundi. Ad secundum dicit, pretium non reddi, cùm procurator sibi in illo fructus debeat imputare ad instar creditoris: erat enim, quo ad pretium, creditor, C. de pig. act. l. j. et ij. et patet ff. de verb. sig. creditores et l. seq. Venit ergo fienda compensatio fructuum, C. de compens. si propter fructus. Item et mihi alia defensio competit, scilicet præscriptio contra suam personalem actionem, scilicet contraria mandati: sicut s. dictum est de directa. C. de prescript. 30. ann. l. sicut. et qui præscripsit, similis est soluenti, ff. de admi. tut. l. si pupillus.

f Forma. ¶ xvii. Rolan, iiii.

annis debentur decimæ tali ecclesiæ pro pretio tali, quod tantùm capit in summa: quod pretium dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. dante & soluente pro se & vice & nomine dictorum fratrũ eius habuisse & recepisse, &c. vt ibidẽ, hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, B. emptoris. iunge, vice & nomine dictorũ fratrum eius & suorum hæredum. item vbi dicitur ibi, quemlibet eorum. dic, dicto emptori, & dictis eius fratribus, eorumque hæredibus. verbis etiam aliis decẽter mutatis. Hæc forma probatur ff. de procur. licet. §. ea. ff. de neg. gest. l. ii. Item hæc forma procedit secundum consuetudinem locorum, in quibus decimæ non soluuntur communiter, vt extra. de deci. in aliquibus. & de paroch. c. fi. nam in aliis & de iure communi non est necessaria clausula illa, salua tamen, &c. quia ipso iure intelligitur. nam res tũc temporis transit cum onere suo, vt extra. de deci. cùm non sit. ff. de contrahen.
61 emp. alienatio. ¶† Cæterùm si res aliqua, vel aliquæ venduntur cum suis pertinentiis, sic instrumentum conficietur:
a Forma [a]. A. dedit, vendidit & tradidit iure proprio B. ementi & recipienti domum talem positam in tali loco: cuius tales confines dicuntur esse: ab vno latere possidet C. ab alio D. ab aliis duobus lateribus sunt viæ cum medietate andronæ, siue muri, positæ, vel positi inter ipsam domum venditam & domum d. C. & ipsam medietatem eiusdem andronæ, siue muri. Item vnam aliam domum positam in tali loco, cum horto, & viridario, & quadam domuncula: quorum omnium tales esse dixerunt cõfines, &c. ponendo confines, qui circumstant non solùm ipsi domui. sed etiam omnibus, quæ postea posita sunt: quibus confinibus positis subsequenter dices, ad habendum, tenendum, &c. vt in formis præmissis ap-
62 paret. ¶† Hoc quoque notandum est, quòd quandoque venditur res, cui conditio, vel seruitus debetur, & ius ad eam spectans ceditur: in quo sic instrumentum conficietur:
b Forma [b]. A. dedit, vendidit & tradidit, &c. si proprium, in perpetuum: si condititium, siue conditionale. vnde pertinuerit, saluo iure dominii in pensione & renouatione, B. pro se suisque hæred. recipienti & ementi domum talem positam in tali loco, cuius tales sunt confines: ab vno latere possidet C. ab alio D. tertio & quarto est via publica: cum omni iure, & actiõe, & seruitute, q̃ ipsi domui debentur in domo, & aduersus domum dicti C. posita iuxta hanc domum venditam: quam seruitutem & ius tale dixi, & conuenit esse, videlicet quòd ipsa domus dicti C. extolli, vel eleuari non potest, ne dictæ domus venditæ luminibus officiatur, ad habendum, tenendũ, &c. vt s. ver. nunc forma. vsque, modo aliquo pertinente. pòst iunge, insuper idem A. dedit, vendidit, cessit & concessit eidem B. dictam seruiturẽ, et ius, omneque aliud ius, et actionem realem et personalem, vtilẽ & directam: quod, et quam habebat, vel habere poterat in dicta, et aduersus dictam domum ipsius C. siue ipsum C. et quemlibet possessorem eiusdem domus, ac aduersus quamlibet aliam personam nomine et occasione dictę seruitutis et conditionis: constituens eum, tanquam procuratorem in rem suam, et ponens ipsum in locum suum, ita quòd amodò suo nomine actionib. vtilibus et directis possit prædictorum occasione aduersus quoscũque agere, experiri, excipere, et replicare, consequi, et se tueri, et omnia et singula facere, quemadmodum ipse facere potest: et hoc pro pretio quinquaginta librarum Turoñ. quod pretium dictus B. præsentialiter dedit, et soluit ipsi A. prout idem A. confessus fuit tantam esse quantitatem, exceptioni sibi non datæ, etc. vt s. eod. §. ver. nũc formam vsque, et expedire. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, sed ipsas res, et quamlibet ipsarum. dic, sed ipsam rem, seruitutem et ius. nec etiam ponas verba illa, tam in proprietate, quàm in possessione. post iunge, et prędictam venditionem, cessionem et omnia et singula suprà scripta perpetuò rata, grata & firma habere, &c. vt ibidem, verbis decenter mutatis: & vide j. §. nunc dicendum. in prima forma. ¶ Item nota, quòd sicut in translatione dominii rei corporalis necessaria est traditio, vt C. de pactis, traditionibus. & C. de rei vend. seruum. sic quandoque in corporalibus necessaria est cessio loco traditionis, vt s. de cessio. act. Hoc tamen ex superabũdãti cautela fit: quia seruitutes prædiales ipso iure & tacite transeunt cum ipsa re, ff. de seruit. l. j. extrà de decimis, cùm non sit. in fine. Item illa verba, Si condititium, vnde pertinuerit, intellige, prout no. s. super secunda forma,
63 super verbo, omniq; iure. ¶† Quòd si res, cuius pars est propria, & pars condititia, quod partes volunt in contractu exprimi, à pro
c curatore venditur, instrumentum sic conficietur [c]:
Forma. A. procurator B. constitutus ab episcopo specialiter ad infrà scriptæ rei venditionem, & ad omnia & singula infrà scripta facienda, vt patet in instrumento scripto manu talis notarii, procuratorio noĩe ipsius B. dedit, vẽdidit & tradidit C. ꝓ se suisq; hæred. recipienti & ementi talem petiam terræ vineatæ positam in tali loco, quam esse dixit & conuenit decem iugerum: salua ratione pluris minorisue, & eiusdem tales esse confines: à mane possidet D. à meridie E. à sero & à septentrione sunt viæ publicæ, s. tria iugera ex dicta vinea versus mane iuxta dictum D. iure emphyteuticæ conditionis, pensionis, & renouationis debendæ tali ecclesiæ: residuum verò dictæ vineæ iure proprio in perpetuum ad habendum, tenẽdum, &c. vt s. ver. nunc formam. vsque, quod pretium. iunge, ꝯfessus & ꝯtentus fuit dictus ꝓcurator procuratorio noĩe dicti B. ab ipso C. habuisse & recepisse: exceptioni sibi non dati, & non soluti pretii omnino renuncians: quam siquidem rem idem A. procuratorio nomine dicti B. se pro ipso C. & ei⁹ nomine constituit possidere, donec ipse C. ipsius rei possessionem acceperit &c. vt ibi vsque, promittens. pòst iunge, procuratorio nomine dicti B. dicto C. pro se suisque hæredibus stipulanti litem, vel cõtrouersiam, &c. vt ibidem vsque, firmiter obseruandis, verbis decenter mutatis & subtractis: pòst iunge, idem procurator procuratorio nomine ipsi⁹ B. obligauit dicto C. omnia bona ipsius B. Et nota, quòd si partes non dixerint expressè in contractu, quæ pars sit propria, & quæ condititia, tunc causa breuitatis dices: dedit, vendidit & tradidit: quod proprium, in perpetuũ: & quod condititium, vnde pertinuerit: saluo iure dominii in pensione & renouatione,
64 vt suprà. ¶† Nota ergo procuratorem vendere posse: quod verum est de generali liberam administrationem habente, Instit. de rer. diui. §. nihil autem. secus, si non haberet liberã, ff. de ꝓc. l. procurator, cui. & l. procurator totorum. Et ex eius contractu domini actione tenetur, ff. de inst. l. j. & ij. ff. de act. emp. & vend. in §. procurator. & ipse procurator de euictione tenetur, ff. de procur. procurator. C. de euict. nõ dubitatur. Item procurator emere potest, vt j. versi. proximo. Item verba illa, quod condititium, vnde pertinuerit. expone, vt suprà in forma secunda, super verbo, omnique
65 iure. ¶† Interdum etiam res à commissariis venditur de licentia testatoris: super quo sic instrumentum conficietur:
d Forma [d]. A. in suo testamento c. libras Turoñ. pro anima sua reliquit distribuendas, prout disposuit & legauit per B. & C. quos ad hoc exequendum suos statuit commissarios, & reliquit: dans eis plenam & liberam licẽtiam, potestatem & auctoritatem vendendi, alienandi & obligãdi de bonis ipsius testatoris, & de quibus voluerint, sine conditione heredis alteriúsue personæ pro ipsis legatis soluendis: & hæc patent per idem eius testamentum manu talis notarii confectum: idem verò B. & C. commissarii eiusdem testatoris voluntatem fideliter adimplere, ipsiusque animam, & seipsos de huiusmodi fideicommisso citò exonerare volentes, cùm per aliam commodiorem, vel expeditiorem viam de bonis ipsius testatoris, pecuniam pro ipsis legatis soluendis percipere nequeant, vel habere, ex potestate, licentia et auctoritate eis ab eodẽ A. tradita, vt superiùs continetur, commissario nomine, et vt commissarii olim dicti A. vendiderunt et tradiderũt C. domum vnam ex bonis, seu hæreditate dicti A. positã in tali loco intra tales confines, etc. vt s. versi. nunc formam. vsque, modo aliquo pertinente. iunge, pro pretio centum librarum Turoñ. quod pretium dicti commissarii confessi et contenti fuerunt se ab ipso emptore habuisse et recepisse dandum et soluendum in satisfactionem et solutionem legatorum A. prædicti, etc. vt in præcedenti forma, solo nomine procuratoris in nomẽ cõmissarii mutato. Hæc forma probatur

ADDITIONES.

a Forma. ¶ xviij Rolan. v.
b Forma. ¶ xix. Rolan. vii.
c Conficietur. ¶ Quid si dominus mortuus erat tempore contractus procuratore hoc ignorãte? inuenio Vber. de Bo. alle. sed non diffinisse in procuratore generaliter dato à peregrinante, cum tali potestate, quòd vendere poterat, quòd venditio teneat, alle. ff. de solu. si quis seruo. & l. qui hominem. §. si Titio. ff. de leg. ij. cùm pater. §. Mæuio. Ad contrarium ff. de do. l. j. §. sed si quis. ff. de man. vind. l. si pater. & ff. si cer. pe. l. pe. Distinguunt aliqui inter emptorem & tunc ignorantem: & eo casu procedit dubiũ. Est sciendum tamen, quòd præsumitur ignorans, nisi probetur sciens: de regu. iur. lib. vj. in quo sciente videtur de rigore valere contractum in præiudicium hæredis, ita quòd illo agente emptor habebit exceptionem rei venditæ & traditæ tamen hæres exceptionem repellet per replicationem doli, ne ex suo dolo lucretur, & hæres rei hæreditariæ fraudaretur. Fortiùs autem sibi agenti ex empto, vt res traderetur, obstaret prædicta exceptio, cũ fauorabiliores sint rei, quã actores. Si verò emptor ignorat, eo fortiùs valet emptio, cùm non sit quid imputetur emptori. ff. de solut. vero procuratori. §. ij. vide. quod no. C. de act. & oblig. si quidem. in cle. de renun. c. vno, in gl. vide, quod scripsi de rescrip. ex parte. iij. super gl. sic etiam pleniùs Iac. de Bel. super l. eius qui. ff. de reb. credit. in solutione contrariorum, vbi multa membra distinguit.
d Forma. ¶ xx. Rolan. x.

probatur in his, quæ no. s. de instru. edit. §. nunc verò. ver. & nota,
66 quòd. & sequen. ¶ † Plerunque etiam aliquis suo & aliorum absentium nomine vendit domum, vel ædificium: procurator alicuius nomine illius emit: & tunc sic instrumentum conficietur:

a Forma [a]. A. pro se, & vice ac nomine B. & C. eius fratrum, dedit, vendidit & tradidit E. procuratori D. ad hanc emptionem, & pretii solutionem, & omnia & singula infrà scripta facienda & recipienda specialiter constituto, vt patet in instrumẽto scripto manu talis notarii procuratorio nomine pro ipso ementi & recipienti ædificium vnius domus, positum super solo talis ecclesiæ in tali loco eius ædificii & soli, super quo situm est idem ædificium, cuius tales dicuntur esse confines, & c. ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid dicto D. suisque hæredib. deinceps placuerit faciendum, cum omnib. & singulis ad ipsum ædificium spectantibus, & cum omni iure et actione sibi pro ipso ædificio pertinente: saluo tamen iure dictæ ecclesiæ in ipso ædificio et solo et pensione ex ipso solo debenda: q̃ est et esse debet singulis annis quinque solid. Tur. pro pretio decem lib. Tur. quod pretium dictus A. venditor confessus et contentus fuit se ab ipso E. procuratorio nomine dicti D. soluẽte habuisse et recepisse: exceptioni sibi non dati, et non soluti pretii omnino renuncians: quod ædificiũ idem A. se nomine ipsius E. procurator dicti D. constituit possidere, vel quasi possidere, donec ipsius rei idem E. pro ipso D. aut idem D. possessionem acceperit corporalem: quam accipiendi sua auctoritate, & retinendi deinceps, omnimodam licẽtiam dedit: promittens per se, suosque hæredes dicto C. procuratorio nomine ipsius D. stipulanti litem, vel controuersiam dicto D. aut eius hæred. de dicta re vllo tempore non inferre, nec inferenti cõsentire: sed ipsam rem dicto D. eiusque hæredib. ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, auctorizare & expedire: & prædictam venditionem & omnia & singula s. dicta, & c. vt s. versic. nunc for-
67 mam. ¶ † Nota ergo, quòd quis potest vẽdere rem alienam, non tamen alienare, ff. de verb. sig. alienatum. ff. de cõtrahen. emp. rem
b alienam [b]. extr. de testa. filius. Res verò communis pro parte alie-
c nari potest [c]: super quo vide ff. pro socio, nemo. ff. si cer. pet. l. si socius. C. de commun. rer. alien. l. ij. C. communi di. l. ij. de hoc ȷ̃. de
68 pig. §. j. vers. cæterùm. ¶ † Item nota, quòd dominium rei venditæ & traditæ procuratori meo, mihi quæritur, si tradens dominus erat, ff. de donat. qui mihi. C. de acq. pos. per procur. & etiam possessio. ff. de acq. pos. l. j. §. p procuratorẽ. & §. fi. C. e. l. j. quod dic, vt s. de proc. §. vbi autem. ver. & nota, quòd. Item procurator vendere potest, vt s. versi. prox. Item nota, quòd iste emptor vocatur superficiarius: super quo dic, vt s. de caus. possess. & propri. §. priuata.
69 ver. est & interdictum. ¶ † Aliquando etiam venditor se obligat in casib. ad defensionẽ rei venditæ, & in casibus non. Item quãdo quis cedit ius contra auctorem: & tunc instrumẽtum sic conficitur:

d Forma [d]. A. dedit, vendidit & tradidit iure proprio in perpetuum B. pro se suisque hæredibus recipienti domum talem sitam in tali contrata, cuius hi dicuntur confines, & c. quam dictus A. emit à C. vt patet in instrumẽto scripto manu talis notarii, ad habendũ, tenendũ, & c. per oĩa, vt s. ver. nũc formã. vsq; personã etiã & vniuersitatẽ. postea iunge, cui, vel quib. ipsas res obligari foret ex aliquo contractu, vel obligatione inita & facta ab ipso A. aut aliquo alio ei9 noĩe: siue cui, vel quib. esset, vel diceretur esse ius aliquod acquisitũ in ea ex persona ipsius A. vel eius occasione: & quia actũ est inter ipsos A. & B. ne teneatur ipse A. de euictione ipsi9 rei, nec ẽt ad pretii restitutionẽ in aliis casib9. quàm in prædictis: ideo dictus A. dedit, cessit & concessit, transtulit & mandauit ipsi B. pro se suisque hęredib. recipienti omnia iura, & actiones reales & personales, vtiles & directas, quæ, vel quas habebat, vel habere poterat contra dictum C. auctorem suum. eiusdem hæredes, & in ipsius nomine, & occasione venditionis & promissionis, de legitima defensione ipsius rei, & omnium singularum promissionum & obligationum sibi ab ipso C. factarum in prædicto instrumento scripto manu prędicti notarii. Item aduersus omnem aliam personam, quæ ei aliquam renunciationem, promissionem, vel obligationem fecisset in dicto instrumento, constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum, ita quòd amodò nomine suo actionib. vtilib9 & directis possit aduersus dictum C. eiusque hæredes, & in ipsius bonis, & contra quamlibet aliam personam prædictorum occasione agere, experiri, excipere, & replicare, & consequi, & se tueri, & omnia et singula facere, quemadmodũ ipse poterat. et promittens ipsi B. pro se suisque hæredib. stipulanti prædictam venditionem, cessionẽ, et concessionem, et omnia et singula suprà scripta perpetuò firma, grata, etc. vt s. ver. nunc formam, vsque in fi. Si verò fiat solummodò promissio de defensione rei in casibus prædictis non sit necessarium cessionem prædictam fieri, sicut est venditor, quando reuendit ex pacto emptori rem, quam ab eo emerat, tũc cessionem prædictam nõ faciet: sed omnia alia scribes: sicut suprà, vsque, et quia actum est, etc. in quo loco sic dices: hîc expressim ĩter eos actum, et ipsi A. ab eodem B. per pactum remisso, quòd idem A. vel eius hæredes non teneantur de euictione sibi ipsius rei, vel pretii restitutione in aliis casibus prędictis: quam venditionem, et omnia, et singula suprà scripta promisit, etc. C. de pact. inter emp. et ven. l. ij.
70 ff. ad Velle. tutor. in princ. ¶ † Sæpe quoque contingit, vt emptor faciat pactum venditori de reuendẽda illi re empta, ff. de contrahen. emp. et ven. qui fundum. ff. de act. emp. et ven. si sterilis. §. sed et si ita. extra. de emp. et ven. ad nostram. in quo sic instrumentum conficitur:

e Forma [e]. Cùm A. vendiderit B. talem domum sitam in tali loco, cuius hi sunt cõfines, etc. pro pretio centũ lib. Tur. vt patet in instrumẽto scripto manu talis notarij inde confecto, hoc tamen inter ipsos extitit actum et conuentum, quòd videlicet prædictus B. pacto promisit et conuenit A. pro se suisque hæredibus stipulanti, quòd si dictus A. hinc ad vnum mensem dicto B. pretium restituerit s. dictum, eandem domum idem B. sibi pro ipso pretio restituet atque vendet, & chartam venditionis faciet de re ipsa, ac in ipsius rei possessionem corporalem eum restituet & reponet: ita tamen, quòd in dicta venditione tunc temporis facienda promittet eidem B. de legitima ipsius defensione rei solummodò ab illis personis, quibus ex cõtractibus, vel obligationibus ab eodem B. initis esset res eadem obligata, vel quibus ex persona eiusdem B. foret in ea ius aliquod acquisitũ. Quòd si hinc ad vnum mensem idem A. dicto B. pretium non restituerit ante dictum, ex tunc dictus B. ad eandem rem restituendam & vendendam eidem A. nullatenus teneatur: sed antedicta venditio ab ipso A. dicto B. facta firma & incommutabilis & perseueret conditione prædicta, & pacto nullatenus non obstante, quod ex tũc inefficax sit, & idem B. ab eo penitus absolutus: quia sic actum extitit inter eos: quæ omnia & singula s. scripta promiserunt vicissim, scilicet vnus, alteri,
71 & c. vt s. in primo instrumento huius tit. ¶ † Si verò res vendita reuendatur, sic instrumentum conficietur:

Forma

ADDITIONES.

a Forma. ¶ xxi. Rolan. xiiij.

b Rem alienam.)
ADDITIO. Etiam domino ignorante, & hoc in præiudicium sui, non autem in præiudicium domini, secundum Bal. in l. mater tua. C. de rei vend. & ibi in ij. col. ver. sed contrà. An res aliena possit pignori obligari? & quis possit vendere rem alienam mobilem, & tradere scienter sine vitio furti? vide eundem Bal. in l. alienum. C. de fur. & Alex. cons. lxvj. incip. super eo. in princ. in iiij. vol. vbi an contractus rei alienæ celebratus inter scientes, valeat? & ibi, quid de venditore rei alienæ, qui non habet facultatem rei tradendæ, an debeat cogi ad rem tradendam? Henri. Fer.

c Pro parte alienari potest.)
ADDITIO. Et quid si quis vendat rem communem simpliciter, an videatur solùm vendere ius partis, quod habet in ea? vide Lud. Rom. cons. cccxcvj. inci. in casu. & Bal. in l. j. vers. quæro, nunquid. C. qui test. fac. poss. Hen. Fer.

d Forma. ¶ xxij. Rolan. xj.

e Forma. ¶ Hæc remissio non suffragatur ad duo, quæ deficere hic videntur, s. quòd iste non promittit se facturum, quòd fratres habebunt ratum: item non fit mentio de requisitione & expectatione domini, secundum dicta in c. potuit. de locato. Prima est vera, fortè vendens se noluit ad id obligare, & erat soluendo: propter quæ contentus fuit emptor, cui tamen tutum esset, quòd fieret ratificatio, cuius formam vide vlt. in §. tertio loco. Ad secundũ dic, quòd honestum fuisset exprimere: tamen satis est, quòd de illis posset constare. nullo enim iure imponit necessitas id exprimendi in venditione. Circa primum Rof. q. xliiij. format nouũ casum, s. de illo, qui pro se & fratre vendidit domum promittens emptori sub pœna c. lib. fratrem ratificaturum: fecit tamen emptor pactum venditori de concedenda sibi, & fratri domo contra omnem hominem: rediit frater: petiit sibi domum concedi, vt promiserat fratri: quod ille facere noluit: propter quod frater vendicat dimidiam domus: emptor à venditore petit pœnam c. librarum: satis intricata est quæstio, & obscura, quo ad concessionis causam propter quod in illa non insto: quia videri potest. Soluit, fratrẽ venditorem absoluendum: quia ratificat frater petendo secundum pacta venditionis sibi concedi, vel commodari domũ. ff. de euict. quidam ex parte. & de reb. eorum, qui sub tut. vel cur. sunt. illicitè & debuit in ea parte absolui à petitione fratris, qui sic ratificauerat: p tacita ratificatiõe alle. ff. d inoff. testam. l. fi. & l. Papinianus, §. si cõditione. parere in his nõ insto: q̃re concord. de re iud. quod ad cõsultationẽ. in iii. gl. & de his, q̃ fiũt à ma. par. c. ex ore. in gl. pe. ADDE, quid si iste frater, qui vendidit rem communem cum fratre, non potest tradere, nisi partem, an emptor aget de euictione, vel aliter? vide Rom. consil. cccxcvj.

a Forma[a]. Cùm A. vendiderit B. talem domum sitam in tali loco infra tales confines, &c. pro tali pretio, vt patet in instrumento scripto manu talis notarii: ac postmodum ex pacto inter eos facto dictus B. promiserit & conuenerit ipsi A. dictam domum ei restituere & vendere, si de hinc ad vnum mensem proximum ipse A. pretium restituerit ante dictum, vt hoc patet in alio instrumēto scripto manu eiusdem notarii, dictus A. oblato dicto pretio denunciauerit ipsi B. intra dictum terminum, quòd ei ex forma dicti pacti dictam domum restituat atque vendat, volens ipse B. promissionem à se factam fideliter adimplere, dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum dicto A. pro se suisque hæredibus recipienti dictam domū ad habendum, tenendum, &c. vt s. ver. nunc formam. mutato solo capitulo de legitima defensiōe: quod capi-
72 tulum ita pones, sicut dixi s. versi. prox. ¶† Plerunque contingit, vt plus, vel minus inueniatur in terra vendita, quàm cōuentū, vel expressum fuerit inter contrahentes: si plus, sic instrumentum conficietur:

b Forma[b]. cùm A. vendiderit B. quandam petiam terræ aratoriæ sitam in tali loco, cuius tales dicuntur confines, &c. pro pretio x. li. Tur. pro quolibet iugere, & eandem esse cōuenerit & dixerit xx. iugerum, salua ratione pluris minorísue: vel sic, & eandē esse conuenerit, & dixerit xx. ita tamen, quòd si plus fuerit, cederet in ipsam venditionem, emptore pretium addente pro rata: si minus, pretium diminuetur pro rata, vt hæc patent in instrumento scripto manu talis notarii inde cōfecto. Si in ipsa re de communi concordia mensurata repertum sit vnum iugerum plus quantitate conuenta, & expressa in instrumento venditionis eiusdem, prout vtraque pars asserit, & confessa est, idem B. coram me notario & testibus j. scriptis dedit & soluit ipsi A. x. lib. Turon. prout ipse A. confessus fuit tantam esse quantitatem pro pretio dicti iugeri reperti vltra quantitatem conuentam in instrumento venditionis, vt dictum est: quam solutiōem, & omnia, & singula suprà scripta promisit idem A. dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti perpetuò firma & rata habere & tenere, nec contra facere, vel venire per se, vel per alium aliqua causa, vel ingenio, de iure, vel de facto sub pœna xxx. lib. Turo. &c. Si verò minus repertum fuerit quantitate conuenta, debebit venditor restituere pretium emptori pro rata: & de ipsa restitutione fiet instrumētum hoc modo: incipies enim, vt præcedenti instrumento, & continuabis totum vsque, infrà scriptis dedit. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, plus, dic, minus: & vbi idem B. dic idem A. pòst iunge, & restituit ipsi B. x. lib. Tur. secundum quod capiebatur, & erat pro rata dicti iugeri reperti minus quantitate conuenta in instrumento venditionis, vt dictum est: quam restitutionem & solutionem, omnia, & singula suprà scripta promisit dictus B. ipsi A. &c. vt s. hæc forma probatur extra. de dona. per tuas. ff. de contrahen. emp. si fundus. j. de pa-
73 roch. versi. & quia. ¶† Super quo no.[c] quòd cùm venditio fiat ad
c mensuram, putà expressa quantitate & mensura rei venditæ, diminuitur pretium pro numero iugerum, quæ desunt, ff. de act. emp. & vend. serum. §. j. quod verum est, vbi pretium pro singulis iu-
74 geribus est statutum, vt s. vers. primò igitur. ¶† Si verò tota possessio vendita sit generaliter pro eodem pretio: putà vendo tibi hunc fundum, qui est x. iugerum, pro centum lib. tunc si non inueniantur tot iugera, habetur ratio bonitatis. Idem est, si minus in qualitate inuenitur: vt si dixi, vendo tibi hanc petiam terræ x. iugerum, inter quę sunt quatuor iugera vineata: si enim non sunt quatuor vineata, habetur ratio bonitatis, ff. e. si in qualitate. & l. si fundo vendito. & l. si duorum. & ff. de euict. si fundo vendito. & l. si duorum. & l. si fundo tradito. & sic minuitur pretium, vt s. dictum est: & econtrà, si plura reperiantur, quàm sit dictum, addetur pretium pro rata: quia eadem debet esse ratio contrariorum, ar. ff. de leg. iij. l. fi. in fi. & ar. ad hoc extrà de dona. per tuas. Cautela tamen est, quòd hoc in instrumēto exprimatur, vt patet s. in forma, licet
d ita sit de iure communi[d]. Hoc tamen nota, quòd si fundo vendito cohærent littora; aut viæ publicæ, aut nemus publicum, non cedunt in mensuram, licet ad commodum pertineant emptoris, ff. de contrahen. emp. l. littora. nisi cùm specialiter actum sit, ff. de peric. & commo. rei ven. id quod. §. j. De pretio autem venditarum
75 rerum dic, vt j. de oblig. versi. si verò debitum. & seq. ¶† Vltimò nota. quòd si emi à te x. corbes tritici, nec fuit actum, vbi illos præstare debes, non teneris portare ad domum meam, nec præstare, nisi vbi tua interest, ff. deposi. si in Asia. §. j. ad idem ff. de rei ven. si res mobilis. ff. de eo, quod cer. loc. l. ii. §. non itaque. C. vbi in rem
e act. l. fin. ij. q. i. si peccauerit. in fi. Arg. contrà xvj. q. j. reuertimini[e].

ADDITIONES.

a Forma. ¶ xxiiii. Rol. xxiii. & sup. quando fiunt duo instrumenta: sed quandoque pactum apponitur in instrumento venditionis: & disputauit Alb. Gal. quæstionem de venditore fundi, qui promisit emptori de euictione dupli, & erat pactum de recuperando rem restituto pretio intra annum, intra quem fundus emptori euictus est & restitutus petitori, facta priùs denunciatione venditori: agit emptor ex stipulatione ad pœnam dupli: vēditor offert pretium, vt euitet dupli pœnā: quæritur, an possit? & tenet, quòd sic, soluendo pretium, vt conuenit: cùm extet casus, quo pactum potuit vires habere: imò & si soluisset, repetere posset, per l. quoties. ff. de iur. dot. & l. cùm autem. ff. de ædil. edic. §. penultimo.

b Forma. ¶ xxv. Rolan. xxiiii.
Forma. xxvj. Rolan. xxv. & sequentes.

c Nota. ¶ secundum Rolan. in Aureola super primo instrumento.

d De iure communi. ¶ Hic quæritur, si venditor, donator, vel testator sic dixit, Vendo, dono, vel lego tale prædium intra tales confines, quod est l. iugerum: reperiūtur lv. quæritur. quid de illis v? Et aduerte, q facilius in donatiōe & legato procedit quæstio, quàm in emptione: quia in illis nō exprimitur pretium: in emptione sic: & si taxatur, vel non taxatur per iugera, expeditum est s. in his. n. habetur ratio pretii. Occurrit ergo plus dubii in aliis casibus, vbi non est pretium: & videtur, quòd sola iugera numerata veniant ad emptorem, donatarium, vel legatarium, per l. pen. §. vlt. ff. de ac. emp. & vend. & de contrahen. emp. & l. comprehensum. Audiui dom. meum tenere contrarium per l. ff. de leg. j. si fundum sub conditione. §. si libertus. in fi. & de leg. ij. cùm pater. §. pater, qui filio. Dicebat ergo, multum differre, an prædicti conceptum suum exprimentes incipiant à numero, vel mensura: & tunc nil plus veniet. ff. de leg. j. si quis testamento. in prin. an explicet per nomina designantia certam speciem, vel corpus determinatum, licet id postea mensuret. tunc. n. mēsura est loco demonstrationis, quę falsa est, nec vitiat, nec minuit, cui adiicitur, ff. de legat. i. si seruus legatus, qui quinque. de leg. iij. his verbis. §. pater. de condit. & demonst. l. demonstratio. C. de fal. cau. adiec. l. j. & per totum. ad prædicta bene facit l. si venditor. ff. de act. emp. & vend. & quod no. e. tit. l. pen. §. fi. ADDE, si legatur, vel donatur fundus x. iugerum, & plus, vel minus reperiatur, quid sit, Oldra. con. cxcv. in j. vol. Quid autem, cùm sit venditio, vide Paul. de Cast. cons. cccj. & vii.

e Reuertimini. ¶ & v. q. ij. c. j. de decima loquuntur: quam debitor portare debet ad horreum sacerdotis: & vtrobique de hoc vide j. de deci. in fi.

SVMMARIVM.

¶ De securitatibus, quæ super venditionibus interponuntur.

1 *Dubitans, an res, quæ venditur, alteri data, vel obligata sit, qualiter instrumentum faciet.*

2 *Re alicuius hæreditatis, in qua Falcidia spectat ad venditorem, vendita, quam rem venditor pro Falcidia eligit, qualiter formabitur instrumentum.*

2. §. Præmisimus. quibus modis & titulis res transferantur: nunc videndum restat de securitatibus, quæ præter formas præmissas in ipsis traditionibus & venditionibus apponuntur. Scias igitur, quòd quandoque venditor fideiussores præstat: quandoque etiam dubitatur, an res quæ venditur, sit alteri data, vel obligata: quandoque etiam dubitatur, an res, quæ venditur, est legi Falcidiæ obligata. Si igitur venditor maior xxv. an. fideiussorē præstet, scribes in fine instrumēti
1 hoc, quod habes j. de fideius. §. i. ver. quod si venditor. ¶† Vbi verò dubitatur, an res, quę venditur, sit alteri data, vel obligata, tunc ante clausulam illam, quam vēditionem, & omnia, & singula, &c. sic in instrumento dicetur:

a Forma[a]. Insuper dictus A. promisit dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti, quòd de ipsa re, vel parte ipsius, aut aliquo eius iure, alii hactenus dationem & obligationem, vel contractum aliquem in fraudem alienationis per se, vel per alium non fecit: cuius prætexto, vel occasione ipsi B. vel prædictæ traditioni ei factę præiudicium aliquod generetur, vel generari possit: quòd si eum contra hæc fecisse apparuerit, conseruabit ipsum B. & eius hæredes indemnes, & nihilominus dabit & persoluet eidem xxv. libr. Tur. pœnæ nomine stipulatione promissæ: qua pœna soluta, vel ñ, prædicta omnia & singula firma perdurent: super hoc vide s. de
2 reb. eccl. non alie. ver. porrò. & j. de pig. §. j. versi. sed quæritur. ¶† Si verò aliqua res alicuius hæreditatis, in qua Falcidia spectat ad venditorem, venditur, quam rem venditor pro Falcidia eligit, sic in instrumēto dicetur ante clausulam illam, quam venditionem, & omnia, &c.

b Forma[b]. Præterea dictus venditor cùm domum prædictam dixerit esse de bonis hæreditatis patris sui, in quib. Falcidia & debitum bonorum subsidium sibi iure naturæ debetur, eandem rem pro parte & in parte ex Falcidia sibi in bonis paternis debitam elegit & accepit, nihilominus sibi in reliqs bonis residuo Falcidiæ, si quod ad eum

ADDITIONES.

a Forma. ¶ Rolan. in vj. charta, & est xxvij. & continuantur omnes formæ positæ in §. seq.

b Forma. ¶ Rolan. xxviij.

ad eum vltrà pertinet, reseruato: quod residuum, si quod est, pro prædictis omnibus & singulis à se in hoc instrumento promissis firmiter obseruādis ipsi emptori speciali iure pignoris obligauit, dans & cedens ei ex causa venditionis prædii suprà dicti omnia iura, & actiones, quæ, vel quas habebat, vel habere poterat in bonis paternis ex causa Falcidiæ suprà dictæ vsque in summam æstimationis & pretii dictæ rei quāti pro tempore plus valuerit, necnon cōstituens eum procuratorē in rem suam, & ponēs eum in locum suum, ita quòd nulla alicuius restitutionis, substitutionis, seu gratuaminis, vel alterius rationis conditione obstante possit suo nomine actionibus vtilibus & directis iure Falcidiæ supradictæ tenere, possidere, ac defendere rem eandem, & super ipso residuo Falcidiæ sibi iure pignoris obligando se de prædictis omnibus & singulis indemnem ad integrum conseruare, renuncians legibus C. communia de leg. si duob. §. emptor. & de euic. si fundum. & omni alii auxilio: ad hoc C. de transact. de fideicommisso. & de pac. l. j. & quod no. extrà de testa. c. Raynutius. Et nota, quòd ideo hæc pœna non apponitur, quia hæc securitas est inserenda in instrumento venditionis ante illam generalem clausulam: quam venditionem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Personarum, quę venditionibus, seu traditionibus consentire habent, diuersitas est attendenda.*
Vxore venditoris præsente & consentiente, quomodo sit formandum instrumentum. & n. 5.
2 *Vxor consentiens venditioni, an patri noceat.*
3 *Vxore venditoris patrem habente, qui dotem stipulatus fuerit, si ambo præsentes venditioni consentiant, qualiter sit scribendum.*
4 *Vxore venditoris in ætate minore existente, an teneat rei dotalis venditio.*
6 *Consensus vxoris de rei dotalis alienatione, aut donatione propter nuptias, constante matrimonio, an eam liget.*
7 *Vxori si vir consentiat dotale prædium alienante, an non obstante consensu, seu iuramento, possit vir illud vendicare.*
8 *Alienatio rei dotalis an possit confirmari.*
9 *Vir alienans prædium dotale, & pro eo aliud vxori dans in cambium, an possit postea pœnitere, & illud vendicare.*
10 *Vir & vxor an possint adinuicem permutare.*
11 *Vir an rei dotalis dominus sit.*
12 *Fundus dotalis certis casibus potest alienari.*
13 *Circa rei dotalis alienationem qualiter sit mulieribus parentibusque generaliter consulendum.*
14 *Emens aliquid aliena pecunia, an res empta pertinere debeat ad emptorem, an ad illum, cuius erat pecunia.*
15 *Vir nomine proprio ex pecunia dotali emens, an sibi, vel mulieri acquirit.*
16 *Emptio ex communi pecunia facta, ad omnes communiter spectare dicitur.*
17 *Res, de qua nescitur, vnde processerit, cuius esse præsumatur.*
18 *Clerico de pecunia ecclesiæ in patrimoniali solo ædificante, an ædificium solo cedet.*
19 *Instrumenti forma, vbi filius & hæres quondam vxoris venditoris consenserit & renunciauerit iuri hypothecæ.*
20 *Instrumentum qualiter sit formandum, vbi mater venditoris ex dote, vel legato, vel vsufructu ius in re habens consentit venditioni.*
21 *Instrumentum venditionis factæ à filio de re aduentitia consensu patris, qualiter sit formandum.*
22 *Sorore venditoris ius ex hæreditate, vel testamento patris in re habente, & venditioni consentiente, qualiter sit instrumentum formandum.*
23 *Instrumentum quale esse debeat, vbi habens ius in re ex substitutione, vel fideicommisso, consentit venditioni.*
24 *Persona absens qualiter consentire dicatur*
25 *Venditore promittente pro absente, qualiter formabitur instrumentum.*
26 *Tenor instrumenti alienationis iam factæ, debet personæ consentienti legi & narrari.*
27 *Fratre, vel consorte venditionem à fratre, vel consorte factam ratificante, & approbante, qualiter sit dicendum, aut scribendum,*

3. §. Tertio loco notandum est, quòd personarum, quæ huiusmodi venditionib' & traditionib' consentire habent: quædam sunt, quæ habēt ius in re ex obligatione, vel hypotheca, vt putà vxores & creditores, & huiusmodi. Quædam, quæ habent ex speciali causa speciale & priuatum ius: sicut legatarii & fideicommissarii, & vsufructuarii. Quædam, quæ habent ius dominii & proprietatis: siue idem ius, quod habent venditores, sicut fratres & consortes. Item quandoque venditor promittit pro aliquo absente, qui habet consentire: quandoque etiam pro eo, qui habet ratificare: item quandoque, qui absens fuit, consentit & renunciat: quandoque, etiam ratificat & approbat: item præmissæ personæ aliquando sunt præsentes contractui traditionis, aliquando absentes: & ideo de omnibus per ordinem videamus.
1 ¶† Primò igitur dicamus de præsentibus tempore contractus traditionis rei. Si ergo vxor venditoris, venditioni præsens consentiat, sic in fine scribatur:

a Forma a. Ad hæc domina M. vxor dicti A. venditoris, & filia quondam dicti B. prædictis omnibus præsens dictæ venditioni consensit, & certificata per me notarium infrà scriptum dictam rem venditam pro suis fore sibi dotibus obligatam renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alii, quod habebat, vel habere poterat in dicta re vendita b, occasione dotium suarum, vel alia quacunque, idem ius totum ipsi emptori pacto remittens, & promittens eidem pro se & suis hæredibus stipulanti omnia & singula perpetuò firma, grata, & rata habere, & tenere, nec contrà facere, vel venire per se, vel aliū aliqua ratione, causa, vel ingenio, de iure, vel de facto sub pœna cētum lib. Tur. stipulatione promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, et extrà, et obligatione omnium suorum bonorum: qua pœna soluta, vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent, extrà de empt. & ven. peruenit. C. ad Velle. auth. siue à me. & in concor. quæ sunt j. vers. sed &
2 si. ¶† Sed nunquid consensus vxoris nocet patri eius? dic, prout
3 no. j. de do. inter vir. & vx. §. formatis. ver. quid si filia. ¶† Si igitur vxor venditoris patrem habeat, qui dotem filiæ stipulatus fuerit, & ambo præsentes sint, & consentiant, ita scribes:

Forma. Ad hæc dominus B. socer dicti A. venditoris, & eius consensu atque licentia domina M. eius filia, & ipsius A. vxor prædictis omnibus præsentes, dictæ venditioni consenserunt, & certificati, per me talem notarium infrà scriptum dictam rē ab ipso A. venditam sibi pro dotibus eiusdem dominæ M. obligatam fore, renunciauerunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alii, quod habebant, vel habere poterant in dicta re occasione dictarum dotium suarum, vel alia quacūque, idem ius ipsi emptori pacto remittens, & promittens eidem pro se suisque hæredibus sti-
4 pulāti prædicta omnia & singula perpetuò, & c. vt s. prox. ¶† Sed & si alia persona, quàm pater, putà frater, vel aliquis alius, mulieris dotem fuerit stipulatus, sic vnà cum ipsa consentit:

Forma. Ad hæc domina M. ipsius vēditoris vxor, & C. eius frater, qui pro ipsa domina M. dotem dedit, & eandem in oēm euentum restituendæ dotis extitit stipulatus, vt patet in instrumento ipsius dotis scripto manu talis notarii, prædictis omnibus præsentes dictæ venditioni consenserunt: & certificati, & c. vt in prox. præced. forma. Quòd si vxor venditionis tempore sit minor, sic iurabit:

Forma. Insup dicta domina M. quia minor erat xxv. annis, maior tamen xij. iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, prædicta omnia & singula firma, grata, & rata habere ac tenere. & non contrà facere, vel venire, nec restitutionem aliquam impetrare contra prædicta, vel aliquod prædictorum prætextu minoris ætatis, vel occasione alterius cuiuscunque, extr. de iureiur. cùm contingat. C. si aduersus ven. auth. sacramenta. xxij. q. v. paruuli. & c. seq.
5 ¶† Sed & si venditoris vxor præsens venditioni rei consentiat & obligationi bonorum, renuncietque iuri, quod habet in re vendi-
c ta, & in bonis obligatis, & cedit emptori i' hypothecæ, sic dices c:

Forma. Præterea domina M. vxor dicti A. vēditoris prædictis omnibus præsens dictæ venditioni ipsius domus, de qua habes s. §. j. ver. nunc formam. & obligationi bonorum à dicto viro suo ipsi B. factis consensit, & certificata per me talem notarium infrà scriptum dictam rem venditam, & ipsa bona obligata sibi pro dotib. suis & hypothecata fore, renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alii, quod habebat, vel habere poterat in dicta re vendita: & prædictis bonis obligatis occasione dotium suarum, vel alia quacunque, & insuper pro pretio & nomine pretii xxv. libr. Turonen. quas confessa fuit se ab ipso B. habuisse & recepisse,

ADDITIONES.

a Forma. ¶Rolan. à xix. & continuantur xiii. sequentes eo ordine, quo hîc sunt.
b Re vendita. ¶Et vide, quod statim dicam super ver. sed & si.
c Sic dices. ¶Homob. Cremon. super l. Sempronium. aliàs, Paulus respondit. vt alleg. §. sub l. Lucius. ff. qui. mod. pig. vel hyp. sol. refert super j. forma huius §. se vidisse data contraria consilia Iuristarum, aliquibus dicentibus illam extendi etiam ad obligationem pignoris, quā facit venditor pro euictione: quasi id fuerit de mente, quæ præponitur, C. quæ res pig. l. fi. ad fi. & sic consensus & renunciatio totum contractum respicit, & ad accessoria extenditur ar. ff. de pac. do. inter socerum. §. cùm inter. & de leg. iij. l. nomen. quasi sequela prioris, ff. de institutio. cuicunque. §. item si tristior. & §. seq. Alii dixerunt contrarium, scilicet id ad solam rem venditam pertinere, & non ad obligationem euictionis, per l. iubemus. C. ad Velle. consulebat ergo breuiter sic: Dicitur in instrumento, quòd vxor venditioni pignoris, vel hypothecæ obligationi consensit, & suo iuri renunciauit: sed amplior ponitur hæc forma: sed ver. & insuper. ponēdus non est, nisi sic rei veritas se haberet: nec est in vsu.

pisse, dedit & concessit eidē omnia iura & actiões, quæ, vel quas habebat, vel habere poterat in dicta re vendita, & dictis bonis obligatis nomine & occasione hypothecæ ad se spectantis in eis ex iure dotium suarum constituens eum procuratorem in rem suam, & ponens eum in locum suum, ita quodam modo suo nomine actionibus vtilibus & directis loco ipsius dominæ M. & sicut ipsa poterat ex causa hypothecæ in dicta re vendita & ipsius bonis obligatis ipsius A. omnibus creditoribus præferatur, & possit, sicut ipsa poterat, rem ipsam defendere, & in ipsius bonis obligatis agere, & quoscunque alios creditores excludere, & nomine ipsius hypothecæ contra quācunque personam agere, experiri, excipere, & replicari, consequi, & se tueri, & omnia & singula facere, quemadmodum ipsa poterat. ipsi tamen dominæ M. post dictum B. in dictis bonis obligatis omni iure suo hypothecarum ī integrum reseruato: veruntamen nō obstante, φ ipsa sit prior tēpore, vel potior iure, idem B. & prædicta obligatione sibi facta ipsi dominæ M. & hypothecæ suæ per omnia præferatur: quæ omnia & singula suprà scripta promisit ipsa M. B. dicto pro se, suisq; hæredibus stipulanti perpetuò firma, grata, &c. vt suprà vers. primò igitur. vsque in fi. iunge renuncians exceptioni sibi non dati & non soluti pretij, doli, condictioni sine causa, & in factū actioni, & omni alij auxilio iuris, vel facti. hæc probantur C. ad Velle. etiam constante. & l. iubemus. ff. de his, quæ in frau. cre. si pignus. ff. de transac. cū Aquiliana. ff. qui po. in pig. hab. l. 2. in fi. & l. si fundum. & C. e. cùm tibi: & C. de his, qui in loc. pri. cred. suc. leg. j. extrà de emp. & ven. peruenit. C. ad Velle. auth. siue à me. & infrà đ oblig. & sol. §. primo, in j. forma, versus finem. Vtrùm autem vxor possit vnà cum viro, vel pro eo obligari, no. infrà de oblig. & sol.
6 in forma super verbo, renunciantes. ¶† Verùm si res dotalis, vel etiam donatio propter nuptias constante matrimonio alienet, & vxor consentiat, talis consensus secundum leges eam non obligat, nec etiam iuramentum ab ea præstitum super hoc, quin possit contrauenire, vt ff. de fundo dot. l. Iulianus. & C. de legibus, nō dubium. x. dist. vides. Secus secundum canones, vt extrà de iureiuran. cùm contingat. & iudices seculares cogendi sunt per censurā ecclesiasticam in hoc ius canonicum obseruare, vt in cōst. Alex.
a IIII. e. tit. quia nonnulli[a]. ¶† Sed pone: vxor viro consentien-
7 te alienauit prædium dotale, & se de euictiōe obligauit, & vir sub pœna promisit non ɔuenire: nunc vir ipse vendicat illud: primò quæritur, an hoc facere possit non obstante cōsensu? secundò, an in pœnam incidat vēdicando? tertiò, si euincatur, an possit mulier ipsa de euictione conueniri? In prima quæstiōe videtur, quòd non possit, argu. C. de iure dot. si prædium. à contrario sensu. Sed dic contrà, quòd non obstat ei consensus. nam etiam si ipse idem alienasset, posset contrauenire, C. de rei vxo. act. l. vnica, §. & cùm lex. infrà ver. item pone. Item in secunda quæstiōe videtur, quòd non incidit in pœnam vendicando. nam cùm sit alienatio prohibita, nec facta teneat: vt in præ. §. & cùm lex. ergo nec pœna, nec quicquid ex eo, vel ob id sequatur, C. de legib. non dubium. x. distinct. vides. Nec obstat C. de prædiis min. & si is. prout ibi no. Et idem iuris est, si vxor venditrix promiserit pœnam: & vide in præ. §. & cùm lex. & ff. de fideiu. cùm lex. Vel distingue, an emptor sciuit fundum dotalem esse, vt tunc vir agens non incidat in pœnā an ignorauit, & tunc incidat: arg. in præ. l. si prædium. & ff. de contrahen. empt. si in emptione. §. 2. Et hoc etiam modo respōde tertiæ quæstioni distinguendo inter scientiam & ignorantiam, j. ver.
8 sed in casu. ¶† Sed nunquid potest cōfirmari alienatio talis rei? Responde. sic, vt C. de donat. constante. & ff. de vsuca. cùm vir. &
9 iuramentum confirmat huiusmodi alienationes. vt s. ¶† Itē pone: vir alienauit prædium dotale, pro quo dedit aliud in cambiū vxori: nunc vir pœnitens vult prædium vendicare: quæritur, an possit? Et videtur, quòd sic, arg. Inst, quibus alie. non licet, in prin. & in præ. §. & cum lex. C. de fun. dot. l. j. & 2. ff. eo. l. 3. & quòd etiam dominium non transeat, C. de legib. non dubium. x, di. vides. C. de suffrag. l. vnica: & sic vir vendicare potest, ff. de iur. dot. quāuis. ff. ad mun. Lucius. §. idem respondit. ff. de col. do. l. fi. Ar. tamē contrà: quia non potest contrà factum suum venire, ff. de adopt. post mortem. ext. de cler. coniug. diuersis. in fi. & facit ff. de ser. rustic. præ. per fundum. ff. communia præd. receptum. ff. de pig. act. rem alienam. C. de lib. cau. si ab eo. Ipse enim de euictione tenet, & quem de euictione tenet actio, &c. ff. de euict. vendicantem, & fundus dotalis bene alienatur in hoc casu, vt ff. de fun. dot. l. j. & cùm sit permutatus, videtur permissa alienatio, ff. de iure dot. j. si ei nuptura. & l. itaque. & l. fi. ff. de pact. do. si mulier dotis. & l. cùm maritus. Sol. Si permutatio tenuit, putà quia conditio dotis melior facta est, emptor est absoluendus: si autem non tenuit vel si nulla facta fuit, condemnandus est possessor ad rei restitutionem
b ff. de leg. 2. l. Mæuius. §. fundo legato. in fi.[b] ff. de iure pat. adigere. §. quamuis. ff. de precar. certè. §. fi. C. de contrahen. emp. cùm res. in fi. ff. de pact. dot. cùm maritus. respon. j. Et hoc vltimo casu potest vir contra factum suum venire, C. de agri. & censi. l. quemadmodum. C. de lib. causa, l. j. 12. q. j. certè. Nec obstat, quòd vir videtur dominus vtriusque, & quòd sic permutare potuit, sicut est in
c venditione, vt ff. de contrahen. emp. l. suæ rei[c]. quia valuit ratione iuris, quod mulier in fundo habebat, ff. eod. qui tabernas. ff. de leg. j. si domus. §. si fundus. Ipsa enim dicitur naturaliter possidere ff. qui satisd. cog. sciendum. & eius est patrimonium, ff. de minor.
d l. denique[d]. Et fundus permutatus succedit in locum dotalis, ff. đ leg. 2. Imperator. §. fin. & l. seq. & sic efficitur dotalis, ff. de iur. dot. quòd si fuerit. Bene possunt enim vir & vxor adinuicem permutare, vt no. j. de do. īter vir. & vx. §. formatis. ver. sed an cum viro.
10 ¶† Sed in casu præmisso, in quo permutatio non tenet, & condemnatur possessor ad rei restitutionem, nunquid vir de euictione tenetur? & videtur, quòd nō, cùm emptor contra legum īterdicta mercatus sit: & sic est pretio afficiendus, C. libr. x. de agri. & censi. quemadmodum. C. de præscr. xxx. ann. l. j. C. de fundis patri. l. nemo. C. de litig. censemus. Si enim principale nō tenet, nec accessorium, ff. de reg. iur. cùm principalis. C. de legib. non dubium. C. de inut. stipul. leg. secunda, & l. ex eo. Argum. contrà: nam licet venditio non teneat in præiudicium dotis, debet tamen tenere in præiudicium viri se obligātis, C. de præ. min. & si is. ff. de pig. ac. tutor. §. contraria. ff. de contrahenda emptione, liberi. & hoc tenent Azo, & Iacob. in auth. de n̄ alie. §. si quis igitur vidēs. Vel dic, quòd aut emptor sciuit fundum esse dotalem, aut ignorauit: si sciuit, aut fuit stipulatus de euictione, aut n̄: si fuit stipulatus, agit ad pretium non ad interesse, id est ad meliorationem, vel ad duplū, C. communia de leg. l. fi. §. emptor. aliquando ad nihilum agit: & sic intelliguntur præfata iura dicentia, emptorem pretio mulctādum. Si autem ignorauit, tunc aget emptor ad duplam, si promissa fuerat, vel ad interesse, si promissa n̄ sit, quia emptor ī illo deli-
11 quit, C. ad leg. Fal. l. fi. §. bonæ fidei. ¶† Quid ergo si vir de cōsensu vxoris fundum dotalem dedit in dotem pro filia, nunquid vxor viro ad inopiam vergente poterit petere fundum? secūdum ea, quæ no. j. de do. inter vir. & vxor. §. formatis. ver. sed cùm mulier. vel etiam ipse vir dicendo, quòd contrà iura factum est? vt s. Et videtur, quòd sic: quia vir dominus est rei dotalis, C. de rei ven. doce. & aget, no vt ipse, sed vt alter, C. de sac. san. eccl. s. iubemus, §. sanè. Vxor etiam hoc poterit viro ad inopiam vergente, de ipsius voluntate, ff. de re iu. sæpe. §. j. Cùm. n. prohibita sit alienatio, per consequens & in dotem datio, C. de re. ali. non al. l. fi. quia sic vir & vxor indotati remanerent: quod esse non debet argum. ff. de condic. cau. dat. l. si donaturus. §. fi. Argum. contrà, quia communi voluntate ad piam causam datus est, C. de neg. gest. l. j. ff. de cond. indeb. cùm his. §. mulier. & facit ff. si in fraud. pa. l. j. §. libert°, Item causa doris est perpetua, ff. sol. mat. l. j. ad idem ff. de iure dot. profectitia. §. si quis. ff. de admi. tuto. lex. Potest dici, quòd fundus
12 poterit vendicari. ¶† Certi enim sunt casus, in quibus fundus dotalis alienari potest: putà si permutatur, & non aliter, vt s. vers. item pone. ff. de his, qui sui, vel al. iur. sunt. patre. Vir tn̄ & vxor de euictione tenentur, si promiserunt, alioquin de dolo, si dolo versati sunt, vel actiōe ī factum, C. de iure do. l. j. ff. de adop. post mortem. Consueuit autem no. Instit. quibus ali. nō licet. in prin. quòd vir vendicat constante matrimonio, vxor verò eo soluto. Quæ autem hîc desunt, vide j. de donat. inter vir. & vxor. §. formatis.
13 ¶† Et

ADDITIONES.

a Quia nonnulli. ¶ Quam hodie non habemus: sed ex illa formata fuit decr. licet. de iureiur. lib. vj. & quod hîc sequitur, fuit additio vsque ad ver. hoc autem scias.

b §. fundo leg. in fi. ¶ aliàs, Mæuio fundi.

c Suæ rei. ¶ De permutatione etiam patet ff. de rer. perm. l. j. in princip. & in fi.

d Denique. ¶ Dixit Mar. de Fan. de quo dicam in ver. hîc alle. in fi. quòd licet maritus dominium & possessionem habeat rei dotalis, C. de rei vend. doce. & sol. mat. l. dotis. tamen vxor spe saltem est domina mobilium & immobilium, argum. C. de iure dot. l. in rebus. & ratione spei perficitur contractus etiam emptionis, ff. de hæred. vel act. ven. l. nomina. Nec est mirandum, si maritus suum proprium in permutatione recipiat: quia quod habebat ex causa dotis, nunc vt proprium possidet, extrinseca permutationis causa accedente, quasi vir dotem vxori reddiderit, & postea eam ab illa receperit: inducit simili ff. si cert. pet. l. singularia. & de do. inter vir. & vx. l. 3. §. fi. & seq. & l. ea, quæ. in fi. & de do. l. vt mihi. est secundum quod scripsi de vsur. in ciuitate. in fi.

13 ¶† Et nota ᵃ generale consilium mulierum & parentum suorũ, vt quando mulier tradetur nuptui, pater faciat eam iurare, ꝙ nũquam consentiat alienationi rei dotalis, nisi corã iudice causa cognita & ꝓbata, scilicet necessitatis instantis, ñ fictè, sed verè, sic enim, si aliter consentiat & iuret, non valebit, cùm tale iuramentũ sit contrarium priori licito & honesto, vt extr. de iureiur. eam te. & iungat, ꝙ si vnquam contrauenerit, non valeat, extrà de præb. dilecto. §. j. versi. quanquam ᵇ. ¶† Hoc autem scias, ꝙ si ex aliena
14 pecunia emo aliquid nomine meo, res empta regulariter efficit̃ mea: non eius, cuius fuit pecunia. C. de rei vend. si ex ea. C. communia vtriusque iud. si patruus. C. đ do. inter vi. & vx. & si de tua. Hoc tamen fallit in ecclesia, ex cuius pecunia res nomine alieno empta est, 12. q. 3. c. j. extrà de pecul. cler. c. 2. & fi. ᶜ & in milite, C. de rei vend. si, vt ꝓponis. & in pupillo, C. arbit. tut. l. 3. & in re empta de pecunia data liberto facto postea ingrato, C. de reuocan. donat. l. j. & in re ex fœnebri pecunia empta, extrà de vsur. cũ tu. §. fi. ᵈ Et in re empta à viro de pecunia non dotali sibi ab vxore data, licet enim donatio non teneret, & dominum pecuniæ penes eam permanserit, tamen ipsi vxori cmpetit vtilis actio ꝓ re empta, viro non existente soluendo, ff. de dona. inter vir. & vxor l. v-
15 xor marito. ¶† Sed & si ex pecunia dotali vir nomine ꝓprio emit, non vxori, sed sibi acquirit, C. de iur. dot. ex pecunia & econ-
16 uerso, vt C. si quis alteri, vel sibi, l. j. ¶† Si autem à viro & vxore, vel ecclesia & prælato de communi vtriusque pecunia res emit̃, communiter spectat ad eos, extrà de in integ. rest. constitutus. ex trà de do. inter vir. & vxo. c. 2. & pro rata pretij est inter eos diuidẽ
17 da, xij. q. 4. c. j. ¶† Sed si non constat, vnde res processerit, præsumitur esse ecclesiæ, 12. q. j. sicut manifestè. & q. 3. c. j. extrà de pec. cler. c. j. & 2. ᵉ vel viri, C. đ donat. inter vir. & vx. etiam si vxoris. ff. e. Quintus ᶠ. ¶† Quid si clericus de pecunia ecclesiæ ædificat, in
18 patrimoniali solo? Et videtur, ꝙ ædificium solo cedat, vt ff. de rerum diuis. in tantum. Sed dic eꝯ fauore ecclesiæ solũ ædificio cedere, arg. 12. q. 2. apostolicos ᵍ. & in præ. dec. de pec. cler. ¶† Si ve
19 rò filius & hæres quondam vxoris venditoris consenserit, & renunciauerit iuri hypothecæ, sic dicet:

FORMA. Præterea P. filius d. A. filius & hęres quondam dominę M. vxoris ipsius A. prædictis omnibus pręsens, dictę venditioni ꝯsensit, & renunciauit omni suo iuri hypothecarum, quod habebat, vel hab☞ poterat in dicta re vendita occasione dotiũ hęreditatis quondam matris suæ, vel alia quacunque: idem ius, &c. vt s. versi. primò igitur. ad hoc accedit C. qui pot. in pig. hab. l. fin. §. exceptis. in auth. Col. vij. C. vt exact. instan. dotis, in j. col. C. đ bo. quæ lib. l. ãntepen. §. non autem hypotheca. & §. sed cùm tacitas.

20 ¶† Si autem mater venditoris ex dote, vel legato, vel vsufructu ius in re habens consentiat, sic dices:

FORMA. Ad hæc dña E. ipsius venditoris mater & vxor quondam domini F. patris eiusdem venditoris, prædictis omnibus pręsens, dictæ venditioni consensit: & certificata per me talem notarium infrà scriptum ipsam rem venditam sibi pro dotibus suis & pro legato & vsufructu ei à dicto F. viro suo in eius testamẽto relictis, obligatam esse, renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habebat, vel habere poterat in eadem re vẽdita ex iure dotium suarum legati, vel vsufructu prædictorum, vł ipsius testamenti, siue alia quacunque ratione, vel causa, idem iᵒ, &c. vt præ. ver. primò igitur. & facit ad hæc C. communia de leg.
21 l. j. ¶† Patre autem consentiente venditioni factę à filio de re aduentitia, sic scribes:

FORMA. Ad hoc dominᵒ F. pater ipsius A. vẽditoris, pdictis omnibus præsens. prædictę venditioni consensit, & renunciauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere poterat. seu in futurum habere sperabat in dicta re vendita occasione vsufructus sibi debiti, vel debendi in ipsa re, ratione patriæ potestatis, vel alia quacunq̃ ratione, vel causa idem ius, &c. vt in prædicto ver. primò igit̃. hoc probatur Instituti. per quas person. nobis acqui. §. igitur. & C. de bon. quæ lib. cùm oportet. C. de emanc. l. fi. C. de bon. mat. l. si vi-
22 ua. ¶† Sorore autem venditoris ius ex hæreditate, vel testamento patris in re habente & consentiente, sic dices:

FORMA. Ad hæc domina E. soror ipsius venditoris, & filia dicti D. per Deum viuum verbo tenus adiurans & asserens se maiorẽ esse, prædictis omnibus præsens, dictæ venditioni cõsensit: & certificata per me talem notarium infrà scriptum dictam rem venditam sibi ex hæreditate paterna, seu ex institutione de se facta ab eodem patre suo in eius testamento obligatam esse, renunciauit omni suo iuri, quod habebat, vel habere poterat in ipsa re vendita occasione dictæ hæreditatis & institutionis, seu ipsius testamẽti, aut alicuius relicti in ea contenti, vel aliàs quacunque ratione, vel causa; idem ius, &c. vt in præced. versi. primò igitur. hæc forma probatur C. de hære. instit. quoties. C. de inoffi. test. quoniam.
23 & vide suprà de pactis, §. instrumentum. ¶† Si autem habens iᵒ in re ex substitutione, vel fideicommisso, consentit, sic dices:

FORMA. Insuper P. frater dicti venditoris prædictis omnibus p̃sens, dictæ venditioni consensit, omni suo iuri, quod habebat, vł habere poterat, seu in futurum habere sperabat in dicta re vendita, ratione, vel occasione substitutionis, vel fideicommissi, seu in certæ conditionis contentorum in testamento quondã F. patris eius scripto manu talis notarij omnino renunciauit, illud per se, suosq; hæredes dictis venditori, & emptori, ac cuilibet eorum & ipsorũ hęredib. pacto remittens nec non ꝓmittens eisdẽ solenni stipulatione interueniente, nihil in re ipsa de cætero petere, & de ipsa eis, vel eorum hæredibus litem, vel controuersiam vlteriùs nen inferre, seu inferenti opem ferre, aut consentire, ratione fideicommissi, substitutionis, conditionis, aut testamenti prędictorũ, siue aliis quibuscunque occasionibus, seu exceptionibus de iure, vel de facto: sed prædicta omnia, & singula perpetuò firma, &c. vt in præceden. versiculo, primò igitur. extrà de testa. Raynutius. vbi de hoc, C. de pac. l. j. & l. cũ ꝓponas, C. cõmunia de leg. si duobus. §. sed qa nostra. & §. sin aũt sub ꝯditiõe. & in auth. ibi posita. ʰ ¶Dicto

ADDITIONES.

a No. ¶Hoc est sumptum ex no. per Host. de iureiur. cũ cõtingat. & in Summa e. tit. §. quomodo censeatur. ver. consilium generale, quod no. e. ti. licet. in vlt. gl. lib. vj. super qua remisi ad hũc ver. ADDE, quòd Bald. cons. 118. intelligit dictum Spec. procedere, quando iuramentum deuenisset ad notitiam contrahentis: aliter non: est in 3. lib.

b Ver. q̃quam ¶ibi, decreuit superior, non ipse iurans & parũ valet hoc iungere, & de testa. c. Raynaldus. ver. non obstante. ff. de pac. l. pe. Item scias, ꝙ Host. in Sum. ver. superius alleg. posito ad literã hoc ver. sic subdebat, sub prætextu tamen talis iuramenti videtur quòd quilibet possit petere rem alienatam. Quid Host. per hoc ĩtellexit, dubitatur.

c C. 2. & fi. ¶De his casibus e. tit. inquirendum. in gl. 2. & super ea. vbi vide hîc hunc casum iure non probari: vnde Iac. Bal. non recipiebat hunc casum, quem dicebat lege non cautum.

d §. fi. ¶Non probatur, vt ibi scripsi.

e C. j. & 2. ¶Vide, quod scripsi eo. tit. c. 3. & post Inno. de test. cùm in officiis.

f Quintus. ¶ An marito mortuo ab hærede vendicare possit fundum emptum per maritũ de pecunia vxoris, quæ dixit, eius vxoris nomine. Ad negatiuam inducitur, ꝙ confessio facta fuit extra iudicium: secundò, absente coniuge: tertiò, in fraudem legis prohibentis donationem inter coniuges. Ad primum & secundum sufficiat l. fi. ff. de inter. act. Ad tertium prohibitio est: no. ff. & C. đ do. inter vir. & vx. per totum: ꝯ quam præsumitur facta hæc machinatio, quæ facilè inter eos confringitur, in auth. de æqual. do. circa prin. & ver. quod enim quó casu veritas præferenda est fictioni, ff. de lib. & posth. l. filio. de leg. 2. si ita quis. §. si pro vxore. facit l. filiæ. C. famil. ercisc. Item dato. ꝙ fuisset expressa donatio, ex quo reuocata non fuit, confirmata est per mortem, extrà de do. inter vir. & vxo. c. vlt. & e. tit. donationes. Videtur quibusdam, ꝙ si viuente viro vxor vsa est fundo prædicto, & maximè sibi traditus fuerat à venditore, tuta est vxor, & fundum vendicat, C. si qs alteri, vel sibi, l. multum. de probat. l. siue. & de inoff. do. l. 2. Tutissima autem hoc casu esset vxor, si appareret sibi de hæreditate legata, vel aliàs obuenisse, quod impensum fuit in fundo, per qđ illa donationis & fraudis suspicio tolleretur, ff. de don. inter vir. & vx. Quintus Mutius.
ADDE ad materiam d. l. Quintus. plenè Ang. cons. cxlj.

g Apostolicos. ¶Hoc ibi no. Io. tamen hoc dictum ñ bene probat̃ hîc, vel ibi: & potiùs videtur, ꝙ pro rata esset res communis, vt s. prox. dictum est, ne locupletetur ecclesia cum alteriᵒ iactura, de re. iur. locupletari. cũ ꝯcor. & ne fauor ecclesię iniustitiam pariat de do. inter vir. & vx. in fi. facit 54. dis. generalis. 12. q. 2. fraternitatis. Sufficiat ergo ecclesiæ, ꝙ ob eius fauorẽ ædificiũ solo nõ cedit: & sic vitat damnum, quod priuatus incurreret, vt s. procedãt hæc maximè, quia nec apertè ius probat res acquisitas, vel factas de pecunia ecclesiæ suas esse, vt scripsi de pec. cler. inquirendum. super 2. gl licet stemus interpretationi, vt ibi dixi.
ADDE, quòd Abb. cons. xciiij. 2. lib. tenet simpliciter solum ædificio cedere, per d. c. apostolicos.

h Posita. ¶Si substitutus per fideicommissum pp cõditionis dubiũ euentum emeret à rogato, ꝯsulo ex prædictis id exprimi in contractu qđ extante conditione agere non possit ad pretium. Ponitur exemplum in rogato, si decederet sine liberis: hoc dixi, quia multi tenent per l. Imperator. ff. de leg. 2. in fi. cũ duabᵒ ll. sequẽt. pretium in cõditionis euentum deberi, sicut deberet̃, si venditũ fuisset extraneo, vt ibi. Sed cõtra eum inducitur, ꝙ hęreditatẽ petere ñ potest: ñ qa illud habet pretiũ: quia ñ de illo fuit hæres rogatus

¶Dicto de personis præsentibus tempore contractus venditionis, quę consentiunt & renunciant iuri suo, restat videre de his, q̃
24 tunc absunt. ¶† Et nota, ꝙ quandoque aliqua ꝑsona absens est, quam si velit emptor consentire & renunciare, siue ratificare, & approbare, debet ꝓcurare, ꝙ venditor promittat de faciēdo & curando, ꝙ dicta persona ad certum tempus hoc faciat: quæ venditoris promissio ita scribetur, vt in sequentibus apparebit. Quòd si venditor promittat pro aliquo absente, qui habet consentire, & renunciare, in fine instrumenti sic scribes:
FORMA. Insuper promisit dictus venditor ipsi emptori ꝓ se suisque hæredibus stipulanti se facturū & curaturum omni exceptione remota, ꝙ B. frater eius, & domina eius vxor, & filia eiusdē H. hinc ad xv. dies dictæ venditioni consentient & renunciabunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habēt, vel habere possent in dicta re vendita occasione dotium ipsius dominæ M. vel alia quacunque cā: & de his solēnem promissionem & obligationem ei facient ad sensum, seu cognitionem sui sapientis, & sub pœna lx. librarum Turonen. & refectionem damnorū,
25 &c. vt s. versi. primò igitur. & suprà §. j. ver. primò igitur. ¶† Sed si promittit venditor pro absente, qui habet ratificare & approbare venditionem, putà pro fratre, vel consorte, sic scribes:
FORMA. Insuper promisit dictus vēditor ipsi emptori ꝓ se suisque hæredibus stipulanti se facturum & curaturum omni exceptiōe remota, ꝙ B. frater eius, cùm fuerit legitimæ ætatis, intra xv. dies, postquam denunciatum sibi fuerit, dictę venditioni consentiet, ac eandem venditionem, pretij solutionem, possessionis traditionem, & omnia & singula suprà scripta ratificabit & approbabit: & ꝙ ad legitimam ipsius rei defensionem in omnib. & per omnia, vt fecit idem venditor, se obligabit, & de his omnibus solennem promissionem, obligationem & contractum cum pœnę adiectione & corporali iuramento præstando more minorum ei faciet ad sensum sapientis eiusdem emptoris, sub pœna lx. librarū Turonen. &c. vt suprà in præced. §. versi. primò igitur. Si verò absens postea consentiat & renunciet, ita scribes: Domina M. vxor A. lecto sibi, & in eius præsentia dicto instrumento venditionis factæ B. ab ipso A. eius viro, eidem venditioni consensit: & certificata per me talem notarium infrà scriptum, dictam rem venditam sibi ꝓ dotibus suis obligatam esse, renunciauit, &c. vt suprà ver. primò igitur. Et nota, idem esse seruandum in omnibus prædictis personis, quæ præsentes consenserunt, si tempore contrac
26 tus absentes postea consenserint. ¶† Item nota, ꝙ personæ cōsentienti iam factæ alienationi, legi, vel saltē narrari debet tenor instrumenti alienationis, & de hoc plenè certificari, ff. de transac.
a l. cùm Aquiliana [a]. ¶† Porrò si frater, vel consors venditionem à fratre vel consorte factam ratificauerit, & approbauerit, ita dices:
FORMA. Filius quondam F. & frater A. lecto sibi & in eius præsentia seriatim instrumento venditionis factæ B. filiæ quondam C. ab ipso A. eius fratre de quadam domo sita in tali loco infra tales confines, &c. pro pretio centum librarum Turoñ. quod īstrumētum scriptum est manu mei notarij subscripti, ipsi venditioni consensit, & eandem venditionem, pretij solutionem, possessionis traditionem, & omnia & singula in ipso instrumento ꝯtenta ratificauit & approbauit, ipsum B. in data & habita possessione ꝯfirmans, & confitens etiam, & asseuerans prædictum pretium totum cum dicto fratre suo participasse, & illud in cōmunem ipsorum vtilitatem & commodum versum esse, & renuncians exceptioni non habiti & non participati cum fratre suo pretij suprà dicti, & in communem eorum vtilitatem non versi, exceptioni doli, & condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio: necnon promittens dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti litem, vel controuersiam, &c. vt s. §. j. ver. nunc formam, vsque, q̃ quidem venditionem iunge, ab ipso fratre, suo factam, & omnia & singula in prædicto instrumento ipsius venditionis contenta, necnon omnia & singula suprà scripta perpetuò firma, grata, & rata habere & tenere, & non contrà facere, vel venire per se, vel per alium aliqua causa, vel ingenio de iure, vel d̄ facto, sub pœna centum libr. Turonen. stipulatione in singulis capitulis huius ꝯtractus in solidum promissa, & refectione damnorum, & expensarū litis & extrà & obligatione omnium suorum bonorū: qua pœna soluta, vel non, rata maneant oīa & singula suprà scripta. Insuper dictus M. quia minor erat xxv. annis, maior tamen 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia, prædicta omnia & singula perpetuò firma, rata, & grata habere & tenere. nec contrà facere, vel venire occasione minoris ætatis, vel minoris pretij siue ptetij nō participati, aut in vtilitatem suam non conuersi, vel non durātis, siue alia quacunque ratione, vel causa, vt in præ. l. sacramenta. & facit ff. de neg. gest. Pomponius C. si ma. fa. ra. hab. l. fi. in prin. & §. est autem. C. de in integ. rest. mi. si curatorem. C. ad Mace. l. fi. & d̄ don. inter vir. et vx. donationes. in fi. Quibus autem iuribus sit in instrumentis renunciandum, dixi s. de renun. et conclus. versic. et quoniam. et seq.

ADDITIO.

☞gatus: pro hoc facit C. de fideic. l. quoties. et ff. de lega. 2. codicil. §. j. Item tempore contractus incertum erat, an existeret ꝯditio Illud ergo incertum vendidisse videtur, et sic tenet venditio, C. de cōtr. emp. cū res. ff. de leg. j. si domus. §. fi. ff. d̄ ꝯh. em. qui tabernas. Sed respondet ad primum, ꝙ hæreditatē habet ex causa onerosa: et sic illam habere non videtur, ff. de ver. sig. Labeo. Instit. de leg. §. si res aliena. ff. de leg. j. planè. §. ꝙ si rem emissem. Poterit ergo illam petere ex causa lucratiua: licet duæ lucratiuę non concurrāt, vt in prædictis legib. et ff. de act. et obli. l. omnes. et duabus ll. ꝓxi. Nec obstat secundum, scil. eum de ꝑtio non rogatum, quia pretium succedit loco rei, ff. de pet. hære. si rem et pretium. ff. q̄d met. causa, si ipsa. de tribu. l. procuratoris. ff. de pac. dot. l. pen. et vlt. Sed primi defendunt se ꝯ. l. ff. de leg. 2. et codicill. §. si res. qui loquitur quando quis emit rem sibi legatam ab extraneo. secus, si ab hærede: quo casu distinguit scientia ab ignorantia: vt si ignorabat, agat ad pretium ex testamento, ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. qui seruum. arg. ff. de contr. emp. l. suę rei. et de condi. ind. l. seruum. Nec videtur errans donasse, ff. de reg. iur. cuius per errorem. ex his pateat vtile fore consilium, quod priùs dedi.
ADDE, si fideicommissum alienatur præsente eo, cui debetur, an fiat ei præiudicium. Bal. consi. 166. 2. lib.
a Cùm Aquiliana. ¶facit de elec. causam. in fin.

¶De venditionibus à minoribus et ab ecclesia celebratis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter formandum sit, vbi minor vendit rem seruitutem debentem, & fideiussorem præstat cum iuramento.*
2 *Sacramento corporali à minore super venditione præstito, qualiter sit protestādum.*
3 *Adulto contrahenti curatore ignorante, quare, & quo casu non sit subueniendum.*
4 *Venditio rei pupillaris fieri non debet sine licentia tutoris, vel curatoris.*
5 *Venditioni rerum pupillarium quo casu standum sit.*
6 *Instrumentum tutoris vendentis rem pupilli, qualiter sit faciendum.*
7 *Res surdorum, mutorum, mente captorum, & huiusmodi personarum, an, & qualiter vendi possunt.*
8 *Instrumentum venditionis rerum ecclesiæ ad proprium, qualiter sit formandū.*
9 *Episcopo fundum alicui vendente, qui meliorauit, an contra illum ecclesia sit restituenda.*

1 Vnc † dicendum restat de venditionibus rerum et iuramento minorum et ecclesiarū. Si igitur minor vēdit rem seruitutem debētem, et fideiussorem pręstet, et iuret, instrumentum sic conficietur:
a FORMA [a]. A. dedit, vendidit, et tradidit, iure proprio in perpetuum B. pro se, suisque hæredibus recipienti et ementi domum talem positam in tali loco, cuius tales dicunt esse confines, etc. itē petiam vnam terræ aratorię positam in tali loco, quā esse dixit et conuenit quinque iugerum, et eiusdem tales esse cōfines, etc. ad habendum et tenendum, etc. vt s. §. j. versi. sed et si plures. vsque, modo aliquo pertinente. postea iunge, saluis tamen conditionibus et seruitutibus, quibus subiectæ sunt dictę res, quę tales sunt, videlicet quòd dicta domus altiùs, quàm modò sit, extolli non potest, ne domus talis, iuxta quam posita est, luminibus officiat, s. §. j. ver. hoc quoque. cuius prædictæ domus vēditæ altitudo est et potest esse. xxx. pedum et non vltrà: dictæ verò petiæ terræ ꝯditio et seruitus est, ꝙ per ipsam petiam terrę debet esse liber aditus: item et reditus cum ꝑsonis, plaustris, hastis et equis ad talem terram, iuxta quam hæc petia terræ posita est, pro pretio centum librarum Tur. in summa: quod pretium dictus, etc. vt s. §. j. ver. nūc formam. vsque, et expedire. et iūge, et nullam restitutionem impetrare ꝯ ptædicta, vel aliquod prædictorum, vel infrà scriptorū occasione minoris ætatis, vel minoris pretij, aut ꝑtij non soluit sibi, vel in vtilitatem suam non conuersi, vel non durantis, aut alia quacunque ratione vel causa: et prædictam venditionem, et omnia et singula suprà scripta perpetuò grata, etc. vt ibidem. Insuper dictus A. quia minor erat xxv. annis, maior tamen xiiij. iurauit corporaliter ad sancta Dei Euangelia, prædicta omnia et singula firma et rata habere et tenere et non contrà facere, vel venire aliqua ratione, vel causa. Præterea P. dicti A. precibus et mandato se principalem constituens principaliter et in solidum

ADDITIO.

a FORMA. ¶v. vt est in summa Rolan.

solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando promisit dicto B. pro se suisque heredibus stipulanti prædictas res ab ipso A. venditas ipsi B. suisque hæredibus ab omni persona & vniuersitate legitimè defendere, autorizare, & expedire, ac se facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd dictus A prædictam venditionem, pretij solutionem, & omnia & singula suprà scripta perpetuò firma, grata, rataq́; habebit, tenebit, & obseruabit & adimplebit, nec contraueniet aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto. Item quòd ipse P. non dicet, vel opponet, quòd pro minori fuerit obligatus, certificatus, & sciens ipsum A. minorem esse: & quòd nullam contrariam exceptionem, vel defesionem, seu negationem iuris, vel facti specialem, vel generalem, contra prædicta, vel aliquod prædictorũ in aliquo faciet, vel opponet sub pœna centum librarum Tur. stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarum litis, & extrà, & obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta, vel non, prędicta omnia & singula firma perdurent, renuncians beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus, exceptioni doli, condictioni sine causa, in fac-
2 tum actioni, & omni alij iuris auxilio, atque facti. † Illud autem nota, quòd in sacramento corporali à minore super venditione
a præstito, verba talia solent poni[a]:

FORMA. Tu iuras formaliter & corporaliter ad sancta Dei Euangelia nullam restitutionem impetrare contra prædicta, vel aliquid prædictorum occasione minoris ætatis, aut minoris prætij, vel pretij tibi non soluti, vel in tuam vtilitatem non conuersi, vel non durãtis, siue alia quacunque. Sed licet hæc verba in sacramentis soleant opponi, tamẽ in textu instrumenti in stipulationem deducũtur & ponuntur ante pœnam, vt s. patet, vt non tantùm per virtutem sacramenti, sed etiam conuentionis & stipulationis seruẽtur: & ad ea etiam pœna, sicut & ad cætera, referatur & committatur. Puberem ergo, s. maiorem 14. annis sic iurantem sacramentum repræsentat maiorem 25. annis, vnde non restituitur, C. si aduersus ven. l. j. & l. sacramenta. & C. si min. se ma. dixerit, si alterius.

3 ¶† Hoc etiam scias, quòd si adultus contrahit mecum sine curatore, & iurat non venire contrà ratione minoris ętatis, & ignorabã ipsum curatorem habere, ipse verò sciebat, sed me non certificauit, vel fuit interrogatus, vtrùm haberet curatorem, & cùm haberet, dixit se nõ habere, no subuenitur ei propter dolum commissum arg. ff. de minor. si ex causa. §. si in commissum. & C. si min. se ma. dix. l. j. per totum: & ideo cautum est sic adiici in contractu:

FORMA. Talis minor xxv. annis asserens se nullum curatorẽ habere, promisit tali decem, vel vendidit tale prædium, & iurauit non venire contrà ratione minoris ætatis, vel quacunque alia ratiõe: & est aliàs simile: quia si filiusfamiliàs asserit se sui iuris esse, postea non potest. dum conuenitur, vt beneficio Macedoniani, ff. ad Maced. l. 3. Sed si sciui eum curatorem habere, non valet contractu, licet ipse iuret non contrauenire: & mihi debet imputari, qui cum tali contraxi, ff. de reg. iur. quod quis. & vide suprà de acto-
4 re, vers. sed nunquid iudex. ¶† Hoc quoque circa venditionem rei pupillaris notandũ est, quòd vendi debet de licentia tutoris, vel curatoris. Item quòd ob æs alienum, aut ob euidentem vtilitatem pupilli iam cognitam, quòd ita sit: & quòd non sint res mobiles in hæreditate commodè vendendę, & quòd subhastẽtur legitimè res, id est publicè præconizentur in loco publico, aut in contrata, vbi sitæ sunt res, siue vbi habitat pupillus, vt plus offerenti dentur: & quòd præsens sit creditor, qui recepturus est pecuniam pretij, vbi venditur ob æs alienum: aut quòd causa, quare vẽditur, assignetur: & quòd ipsa venditio fiat coram prętore, vel iudice decretum & auctoritatem interponente. hoc probatur C. de auctor. præst. l. j. 2. 3. & 4. C. de præd. vel aliis rebus minorum, l. ob æs. & l. j. & 2. & de
5 admit. tut. lex, quæ tutores. ¶† Et breuiter scias, quòd vbi decretum iudicis interpositum inuenitur, præsumuntur omnes solennitates fuisse adhibitæ in tantum. quòd statur venditioni, nisi pupillus ostendat iudicem falsis allegationibus circumuentum fui-
b se, vt C. de præd. vel ali. reb. min. l. & si præses [b]. & l. si quidem. §. j. ne decreta prætorum illusoria sint, ff. de iud. si prætor. Debet enim decretum aliquid operari, ff. ad munic. l. j. ff. de leg. j. si quando. ff. de vsur. si ita stipulatus. xix. dist. si Romanorum. 76. distin. huius. Vnde præsumitur ex iusta causa interpositum, & omnia solenniter acta fore, Inst. de fideius. in fi. ff. de verb. obli. sciendum. extrà de renunc. in præsentia. Multum ergo operatur in talibus iudicis decretum, ff. de minor. ait prætor. & facit ff. de reb. eor. l. j. in fi. primo respon. & l. magis. §. manet. Argu. tamen contrà C. e. ob æs. Sed dic, quòd satis probat emptor iustam causam subfuisse, eo ipso quòd decretum ostendit. Item contrà e. titu. verè. & l. si prædium. Sed in illis non fuit interpositum decretum. Sed quid si iudex interposuit decretum sine causæ cognitione: de hoc s. de procurat. §. fin.
6 ver. sed quid si solum. ¶† Si igitur tutor vẽdit rem pupilli, super hoc sic instrumentum conficietur:

c FORMA [c]. Cùm A. pupillus, filius & hęres quodam B. teneretur hæreditario debito in centum libras Tur. dñę C. matri suę pro dotibus suis ex instrumento scripto manu talis notarij: item xl. lib. Turonen. ipsi matri suę à dicto eius patre iure legati eius testamẽto relictis scripto manu talis notarij, & vrgẽte ipsa creedtrice creditum sibi solui, oporteret pro ipso debito soluendo aliquam ex dicti pupilli possessionibus vendi, eo quòd in ipsius hæreditate aliquæ res mobiles commodè vendendæ ad ipsius debiti satisfactionem non essent, & infrà scriptam rem vendere potiùs, quàm alteram ex possessionibus dicti pupilli tam ratiõe pretij, quàm ratione vsusfructus vtilius sit eidem, atque infrà scripta re legitimè subhastata, non apparuerit quisquam alius, præter infrà scriptũ emptorem, qui plus infrà scripto pretio offerret, vel dare vellet, prout de ipsa subhastatione patet per publicam scripturam scriptam manu talis notarij: de his omnibus & singulis ea ita vera esse tali iudici tam per inuentarij ostensionem, quàm aliàs plenissimè fide facta: idcirco d. tutor dicti pupilli, vt patet eum tutorem esse tam ex dicto testamento, quàm ex instrumento super decreto eiusdem tutelæ scripto manu talis notarij ante ipsius iudicis præsẽtiam constitutus tutorio nomine ipsius pupilli dedit, vendidit & tradidit iure proprio & in perpetuum E. pro se suisque hæredib' recipienti & ementi talem petiam terræ vineatæ, positam in tali loco, quam idem tutor esse dixit & conuenit decem iugerum ita tamen quòd si plus fuerit, cedat in hanc venditionem, emptore pretium addente pro rata: si verò minus, pro rata pretium adimatur, vel restituatur, si fuerit solutum: & eiusdem tales esse confines, &c. ad habendum & tenendum, &c. vt suprà §. j. versic. nunc formam. vsque, requisitione. pòst iunge, ipsi pupillo, ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente pro pretio decem libr. Tur. pro quolibet iugere, quod in summa capit centum lib. Tur. de quo pretio dictus emptor mandato prædicti tutoris ibidem in præsenti dedit & soluit dictæ dominæ C. decem lib. Tur. in satisfactionem eius, quod ex dote & legato prædictis à dicto pupillo habere debebat, prout ipsa domina C. confessa & contenta fuit tantam esse quantitatem, dicto instrumento dotium ab ea dicto tutori restituto ibidem: quòd ex nunc esse voluit inefficax & cancellatum: residuum verò dicti prætij idem emptor dicto tutori pro soluit in vtilitatem dicti pupilli specialiter conuertendum, prout idem tutor confessus fuit tantam esse quantitatem: quam rem idem tutor tutorio nomine ipsius pupilli se pro ipso emptore & nomine eius constituit possidere, donec ipsius rei, &c. vt ibidem vsque, promittẽs. iunge, tutorio nomine ipsius pupilli dicto emptori pro se suisque hæredibus stipulanti, &c. vt ibidem, vsque, & singulis firmiter obseruandis. iunge, idem tutor obligauit dicto emptori omnia bona dicti pupilli. Cæterùm ad robur omnium prædictorum dictus iudex prædictæ venditioni, solutioni, & omnibus & singulis suprà dictis suam & talis curiæ auctoritatem interposuit, & decretum ad hanc formam accedit, C. de admi. tut. l. lex, quæ: & l. fi. ff. de fur. interdum. §. qui tutelam. C. de pręd. minor. si quidem & l. ob æs. & l. prædia. & ff. de admi. tut. qui repertorium. §. si tutor. C. si propter pub. pensi. l. fi. §. si autem minoris.
7 ff. de auctoritate pręstand. etiam ¶† Et nota[d], quòd si contigerit
d curatorem surdi, muti, furiosi, vel mente capti rem huiusmodi personarum vendere, cùm talis curator habeat facere inuentarium, & rõem administratiõis suę reddere, ad boni prętoris solertiã, & cautelam spectabit, quòd eædem solennitates in ipsa venditione seruentur, vt in præcedenti venditiõe rei pupillaris diximus: & hoc etiam emptor habet pro maiori sui securitate fieri procurare. Sed quia huiusmodi venditiones rarò contingunt, huius instrumenti per ordinem series omittitur: quia si contigerit, poteris illud e-
8 licere, mutatis personis satis leuiter ex præmisso. ¶† Cæterùm si res ecclesiæ ad proprium venditur, sic instrumentum conficietur:

FORMA

ADDITIONES.

a Poni. ¶Roland. notat in Summa sua aureola super præ. ver.

b l. et si præses. ¶Et, vt ibi dicitur, si hoc ostenderit, dabitur minori actio in rem, vel in personam, hoc patet ff. de rebus eorũ, qui sub tut. vel cura. l. magis. §. penultim. Hoc scias, quòd si in personam egerit contra tutorem, vel curatorem, et consecutus est interesse contra emptorem agere non poterit, ff. de rebus eorum, qui l. illicitè.

c FORMA. ¶xij. in char. 3.

d Et no. ¶secundum Roland. continuè ad prædictam formam.

a FORMA[a]. Quoniam talis ecclesia tales domos habebat iuxta se positas, quæ ruinam & præcipitium minabantur, quas domos ꝑpter hoc, & quia eis meliùs constructis & ædificatis percipientur ex ipsis vberiores reditus pensionum, & fiet locupletior ecclesia suprà dicta, oportebat ex necessitate & magna vtilitate construi & adaptari: & quoniam non existentibus in ipsa ecclesia aliquib⁹ rebus mobilibus ad habendam pro ipsa causa pecuniam commodam de distrahendis, alienatio & venditio infrà scriptę rei minus erat ipsius ecclesiæ damnosa, imò magis vtilis & necessaria, quã alterius possessionis eiusdem, vt hæc omnia vera esse A. capellanus rector ecclesiæ ipsius in verbo veritatis & fidi affirmauit quique patronorum ipsius ecclesiæ & vicinorum ibidem præsentium testimonio, etiam hoc habetur: idcirco licentia & auctoritate obtenta à patre venerabili episcopo tali, de infrà scripta venditione & alienatione facienda P. emptori, vt patet in publica scriptura inde facta manu talis notarij atque infrà scriptis patronis ipsius ecclesiæ, scilicet B. & C. & etiam infrà scriptis vicinis, videli-
b cet D. & C. & S. propter hoc congregatis ibidem specialiter[b], B. capellanus & rector ipsius ecclesiæ pro seipso suisq; successorib. vice & noĩe eiusdẽ ecclesiæ ꝑsentib. et ꝯsentientib. patronis & vicinis prędictis, dedit, vendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum G. pro se suisque hæredibus recipienti vnam petiam terræ vineatę positam in tali loco, quam esse dixit & conuenit decem iugerum, & eiusdem tales esse confines &c. ad habendum, tenẽdũ, &c. vt in præcedenti forma vsque, centem libras Tur. postea iunge, quam pecuniæ quantitatem dictus emptor de mandato dicti domini cappellani & prædictorum patronorum & vicinorum dedit & soluit ibidem in præsentia tali magistro, cui dictus capellanus antè dictum opus ipsarum domorum reficiendarum & ædificandarum locauit ad summam pro centum lib. Tur. soluendis, eidem ab ecclesia suprà dicta: vt patet in instrumento scripto manu talis notarij: quam rem venditam idem capellanus se dicti emptoris vice & nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem: quam accipiendi sua auctoritate, & retinẽdi deinceps ei licentiam omnimodam dedit, promittens pro se, suisque successoribus, & nomine dictæ ecclesiæ ipsi emptori pro se, suisque hæredibus stipulanti, litem & controuersiam ei, vel eius hæredibus, &c. vt in eodem instrumento: excepto, ꝙ facias ipsum capellanum obligare omnia bona ipsius ecclesiæ. Bene dixi De consensu episcopi: aliter enim non valet venditio facta per rectorem ecclesiæ, vel etiam per abbatem, vt 12. q. 2. placuit. & c. abbatib. 17. q. 4. in venditionibus. Accedit ad hanc formam C. de sac. san. eccl. iubemus nulli. & x. q. 2. hoc ius porrec-
9 tum. & iura inducta ĵ. de locat. ver. sequitur. §. porrò. ¶† Pone, ꝙ episcopus vendidit fundum Titio: ille meliorauit fundum, quęritur, an ecclesia possit restitui contra ipsum, cùm eps habeat bona
c patrimonialia? Dixit Vinc.[c] quòd non, nisi ecclesia velit emptori omnes impensas reficere. habet enim auxilium contra episcopum, vel tutorem, qui soluendo est, ff. de minor. intra vtile. §. vendentibus.

In Anterioribus instrumentorũ formas tradidimus: consequens est igitur, vt in hac materia libellos cõcipiamus. Primò igitur formabimus libellos super actionibus empti & venditi: secundò super rescissionibus emptionum & venditionum: tertiò de actione præscriptis verbis subiiciem⁹: quartò verò de euictionib. dicem⁹.

ADDITIONES.

a FORMA. ¶Rol. 47. char. pe. parte prima.
b Specialiter. ¶Honestum est hoc, & satis expedit emptori: non tamen est necessarium. Et nota, ꝙ hîc loquitur de capella: vel ecclesia collegiata: aliàs debet fieri solennis contractus per collegium: cuius formam vide ĵ. tit. prox. §. 2. ver. & scias.
c Vin. ¶de re. ecc. non alie. c. 2.

¶De actionibus empti & venditi. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex empto ciuilis est, & emptori contra venditorem competit, si illam rẽ emptori tradat, vel interesse, & libellus in ea qualiter sit formandus.*
2 *Positiones actoris & rei, vbi agitur actione ex empto, qualiter sint formandæ.*
3 *Emptori per præcedentem actionem ex empto sicut succurrendum est, ita & venditori per actionem ex vendito.*
4 *Libellus qualiter sit formandus, vbi etiam tenetur, ad fructus seu vsuras.*
5 *Libellus qualis esse debeat, vbi venditori fuit fundus adiudicatus.*


Rius igitur videndum occurrit de actione ex empto, quæ ciuilis est, & competit emptori contra venditorẽ, vt rem emptam tradat, vel interesse præstet, ff. de actio.
a empti & ven. l. j.[a] & l. ex empto. in prin. in qua sic libellus concipi-
1 tur: Lib. †Coram, &c. conqueror de P. à quo peto, vt tradat mihi Digestum, vel talem rem, quam ab eo emi pro decem, faciatque me in possessione potiorem: & ad hoc propono actionẽ ex empto: & hoc, secundum M. & illos, qui dicũt emptorem teneri ad rei traditionem, ff. de cur. fur. l. si filio. Inst. de dona. §. venditæ. extrà de
b fid. instrum. cùm Ioannes. prope prin.[b] ff. de rei ven. qui restitue-
c re. Alij, vt Azo[c], dicunt ad interesse tantùm agi, secundum quos sic libellus concipitur.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. à quo emi Digestum, vel talem rem pro decem: vnde ago contra eum, ꝙ rem illam mihi tradat, quam si mihi nolit tradere, peto interesse meum ab eo, quod æstimo viginti, & ad hoc, &c. ff. eo. l. j. & l. si traditio. Alij, ꝙ ad vtrunque: & secundum eos sic concipitur libellus: Lib. Coram, &c. cõqueror de B. qui talem rem mihi vendidit pro x. vnde ago cõtra eum, vt rem mihi tradat, & potiorem me in possessione faciat, &
2 interesse meum, quod est xx. pręstet: & ad hoc, &c. † Actor ergo sic ponet: POS. act. Pono, ꝙ talẽ rem mihi vendidisti. Item ꝙ pro certo pretio, putà pro decem lib. probantur hæc ff. de rerum per-
d mut. l. 2. ff. de contrah. emp. l. j.[d] & l. pacta conuenta. §. pe. C. eo. ti. empti. Item ꝙ hoc pretium, seu quantitas interuenit, ff. de condi. causa da. l. fin. ff. de leg. j. si certos. Item ꝙ res vendita fuit certa ff.
e eo.[e] nec emptio, & l. si debitor. §. fi. Item ꝙ de ea potest haberi cõmercium, ff. de contrah. empt. sed Celsus. §. j. & l. si emptorem. §. oĩm rerũ. & §. liberorũ. Itẽ ꝙ fuit tua, ff. de ꝯh. emp. sue. et ĩ l. si ĩ em-
f ptione. §. rei suæ. itẽ ꝙ es talis[f], qui potes ꝯhere, ff. de ꝯh. emp. l. 2. in prin. & l. non licet. & l. qui officij. Item ꝙ vendidisti purè, extrà de fi. inst. cùm Ioannes. Item & sine scriptis, Inst. de emp. & ven. in prin. Item ꝙ sine conditione, ff. de fid. inst. l. contractus. ff. de peri. & commo. rei ven. ꝙ si pendente. Item ꝙ sæpe requisitus rem vẽditam tradere recusasti. Item ꝙ T. fuit missus in possessionem rei, quam mihi vendidisti cã legatorũ, de act. empt. l. 2. & l. ex empto. §. j. ff. de rer. permut. l. 2. Item ꝙ ꝑtium tibi solui, vel soluere sum paratus, ff. eo. Iulianus. §. offerri. & argu. in præ. l. & qui pendente. ¶Reus verò sic: POS. rei. Pono, ꝙ rem illam vendidi M. & tradidi ergo videtur, ꝙ non actori, extrà de præsump. nonne. ff. de iudic. cùm prætor. C. de procur. maritus. Item ꝙ tu & ego in hac venditione dissentimus: ego autem sentiebam de Codice, tu de Digesto, Inst. de oblig. quæ ex consensu na. ff. si cer. pet. si ego. xxix. q. j. c. j. Item quòd speciem debebas mihi pro illa re dare: & sic non e-
g rat emptio, ff. de pos. l. j. §. si quis seruum. in prin. Item quòd illius rei tibi denegatur commercium. Item quòd sum pupillus. Item quòd vendidi sub conditione, quæ nondum extitit. Item quòd ꝯtus fuit in scriptis celebratus, & scriptura nõ est facta. Itẽm ꝙ sæ-
3 pe requisiui pretium, sed soluere negasti. ¶† Verùm[h] sicut empto-
h ri per præcedentem actionẽ ex empto succurritur, sic & venditori per actionem ex vendito ciuilem, ff. de act. emp. & ven. Iulianus. §. ex vendito. in qua sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. cui vendidi equum, vel domũ, vel librum pro decem: vnde ago ꝯ eum, vt soluat mihi illa decẽ:
i & ad hoc propono actionem ex vendito. vt in præ. §.[i] ¶† Si ve-
4 rò tenetur ad fructus, vel vsuras, concipitur sic libellus:

Lib.

ADDITIONES.

a L. j. ¶Vbi plenè de hoc no. & etiam forma libelli: & quare interesse veniat in hoc casu.
b Prope prin. ¶Et vide, quod ibi scripsi super gloss. 2. & Pileus sua q. cix. concor. Mar. de Bos. ibi dixi: item Iac. de Ra. & Petr. vt not. Cyn. in l. j. si traditio. C. de actio. empti. vbi plenè per Odoffred. in vlt. q.
c Vt Azo. ¶But. Io. & Hug. Iac. Bal. Gui. de Suz. quod etiam tenet Accur. vbi s. sed Inst. de contrahen. emp. in gl. cautè. dicit, accedit opinioni Mar. quando facultatem habet tradendæ rei: & sic ipse Mar. intellexit, si non habet ex dolo, vel culpa, vel in fraudẽ emptoris, procedat opinio contraria: his cessantibus nec ad interesse tenetur, vt e. tit. §. cùm autem.
d l. j. ¶super C. e. tit.
e ff. e. ¶super C. e. tit.
f Talis. ¶Supp. ipse venditor: vel de emptore intelligit: vnde non debuisset mutare verba Roffre. qui dixit: Item quòd personæ cõtrahẽtes sunt tales, &c. sed fortè id fecit propter quartam positionem rei.
g Commercium. ¶Dat Rof. exemplum dec. vlt. de Iudæis, in prin.
h Verùm. ¶Aggreditur secundam vtriusque rubricam de actio. ex vendito. & Roff. fuerunt omnes libelli.
i Vt in prædicto §. ¶si emptor. iste condemnatus post rem indicatam opponat ad impediendam executionem, rem non traditam vide s. de sen. excom. in vlt. col. ver. item pone.

Lib. Coram, &c. cõqueror de P. cui vendidi seruum Titium ꝓ x. vnde ago contra eum, vt illa x. mihi soluat, & vsuras, s. tres libras, q̃ cucurrerũt ex mora post diẽ vẽditiõis. Itẽ iiii. libr. quas expendi pro refectione domus, vel in infirmitate serui: & ad hoc, &c. vt in ꝓ. §. et e. l. possessionẽ. & §. ꝓterea. & ff. de vsu. liberalitatis. Sed cùm vsuræ sint hodie indebitæ, vt ext. de vsuc. c. j. 2. & 3. ideo quidam petunt loco earum interesse, vt ext. de for. com. dilecti. de hoc š. & de fruct. & interesse, §. sequitur. ¶ † Si verò venditori fuit fun
5 dus adiudicatus, sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. cui vendidi partem fundi pro x. lib. Tur. quam cum T. cõmunem habebam pro indiuiso, & T. ille me prouocauit ad iudicium communi diuidundo, in quo pars illius fundi mihi fuit adiudicata pro x. li. vnde ago contra eum, vt soluat mihi xx. lib. videlicet x. pro parte mea, quam vendidi, & alias decem libras pro parte T. mihi adiudicata: & ad hoc propono,
a &c. vt in præ. l. Iulianus. §. fundi. aliàs in §. Celsus [a]. Hìc autem po-
nes, vt in præ. actione dixi.

ADDITIO.

a Celsus. ¶ Et ff. communi diui. l. communi diuidundo. §. si debitor dixit Roff ꝙ est mirabile, ꝙ hoc casu per actionem ex vendito ꝯpellaris totum emere contra regulam C. de iur. delib. nec emere. & de contrahen. emp. l. inuitum. Sed dic hoc in multis casibus ex causa contingere, qui no. in prę. §. Celsus. in gl. Huius aũt ratio est quia vendens gessit negotium emptoris, q habuisset id facere necesse, si res tradita fuisset ad cõmuni diuidundo iudiciũ ꝓuocato.

¶ De rescindendis venditionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria prætoria est, & competit emptori fraudato, &c.*
2 *Pensiones qualiter sint in actione redhibitoria formandæ.*
3 *Venditor quo casu teneatur emptori pretium restituere.*
4 *Actio quantò minoris, prætoria est: & quo casu locum habere dicatur.*
5 *Venditor quibus casibus de vitio animi teneatur.*
6 *Ementi rem vitiosam qualis actio competere dicatur.*
7 *Venditore vitia rei venditæ exprimente, an emptori competat aliqua actio.*
8 *Dolus eum dolo compensatur.*
9 *Venditor insidiosè vitia rei venditæ emptori exprimens: an teneatur redhibitoria.*
10 *Deceptus in venditione vltra dimidiam iusti pretij, qualiter agere debeat.*
11 *Emptori rei pluris, quàm valeat, ementi, qua actione succurrendum sit.*
12 *Ementi scienter rem vltra dimidiam iusti pretij, an sit succurrendum.*
13 *Lex ij. C. de rescin. ven. an locum habeat in contractu locationis, aut permutationis.*
14 *Lex ij. C. de resc. ven. an in transactionibus locum habeat, aut in feudi concessione. aut in concessione in emphyteusim.*
15 *Venditore iurante non venire contra venditionem, an vti possit beneficio l. ij. C. de rescin. ven.*
16 *Lex 2. C. de rescin. vẽ. an locum habeat, vbi emptor rem alij iam vendiderat.*
17 *Dolo in contractu venditionis intercedente, qualiter sit agendum.*
18 *Actio in factum ædilitia prætoria quibus casibus competere dicatur.*
19 *Actio in factum ædilitia cui, & quo casu cõpetere dicatur in causa venditionis. & nu. 22.*
20 *Datio in solutum comparatur emptioni.*
21 *Emptio pretij interuentionem requirit.*
22 *Actio in factum ædilitia competit pro ornamentis ab emptore restituendis.*
23 *Venditionem pronunciari nullam, an per beneficium restitutionis in integrum possit in libello peti.*
24 *Denuncians alicui, ne talem fundum emat ab alio, quia suus non est, an si vendatur, possit recuperare.*
25 *Prædictiones in causa venditionis quid operentur.*
26 *Ius alicuius vacillare dicitur eo ipso, quòd aliquid sibi nunciatur, seu prohibetur.*
27 *Denunciatio quo casu venditionem non dicatur impedire.*
28 *Iudex an possit alicui inhibere, ne rem suam vendat.*
29 *Res litigiosa an possit alienari.*
30 *Prohibente aliquo aliquid emere, quia non est vendentis, an emens possit accusari de vi, vel inuasione.*

Nunc dicendum est de rescindendis venditionibus.
1 † Sciendum est igitur, ꝙ emptor equi vitiosi, vel retrogradi, vel qui est in causa redhibitionis, potest age-
a redhibitoria actione prætoria [a], & sic concipitur libellus Lib. Coram, &c. cõqueror de P. qui mihi vendidit equum talis coloris. putà nigri, vel albi, qui quidem equus est retrogradus, vel alio modo morbosus: vel seruum morbosum: vnde quia prędictus equus, vel seruus est in causa redhibitionis, ideo ago ad ipsum redhibendum, ꝙ omnia retrò agantur cum accessionibus suis: vel ꝙ decem, quæ nomine pretij sibi dedi, mihi cum omni accessione, & causa, & damno, & interesse restituantur: & ad hoc actionem redhibitoriam propono, & super his mihi peto iustitiam exhiberi: hæc forma probatur ff. de ædil. edic. redhibere. & l. cùm autem. §. Iulianus. & l. bouem. & in aliis legibus illius tit. ¶ Actor ergo sic ponet:

2 Pos. actor. † Pono, ꝙ posita in libello iure petere possum sed hęc positio iuris est. Item ꝙ vendidisti mihi equum talem, vel permutasti, ff. e. l. j. in princ. & l. sciendum. §. deinde. Item ꝙ equus ille est retrograd⁹, vel habet superossa, vel gallas, vel alium morbum, ff. e. ob quæ. §. idem Pomponius. Item ꝙ morbus ille erat latẽs, nec apparebat tempore venditionis, ff. e. l. j. §. sed si intelligitur. ff. de ꝯtrah. emp. ea, quę commendandi. Item ꝙ morbus ille fuerat ante venditionem, ff. c. quæro. §. fin. ¶ Reus verò sic: Posi. rei. Pono, ꝙ hunc equum non vendidi tibi, sed dedi, ff. e. ad res donatas. Itẽ ꝙ hoc vitium patens erat tempore venditionis. Item ꝙ noscebas, quod habebat aliquod vitium, vel magagnam, ff. e. l. j. §. eã. si hoc confiteatur actor, vel qa cognouit, vel qa dicit se magistrum in cognitione tali, non aget redhibitoria. itẽ ꝙ trãsiuit iã annus vtilis à tempore venditionis & cogniti morbi, ff. e. sciendum. & l. cũ
b sex [b]. item ꝙ morbus ille accidit post venditionem. Et no. [c] quòd
c si venditor non restituit ꝓtium emptori, & omnia, q̃ no. in Sum.
3 Azo. C. de ædil. act. tenetur ad duplum, ff. e. redhibitoria. ¶ † Sed nunquid in hoc dabitur alius libellus, & alia sententia? Respõ. sic: & iterum iurabitur, & libellus sic concipietur: Lib Coram, &c. ꝯqueror de P. qui equum mihi vendidit vitiosum, seu retrogradũ, vel alio modo vitiosum: propter quod fuit mihi condemnatus ĩ redhibitoria, vt restitueret pretium & accessiões, & restituere noluit: & ideo duplum pretium & duplum accessionum peto: & ad ista propono redhibitoriam: & hoc, si tenes, quod sit propriũ nomẽ actiõis alioquin dic, ꝓpono in factum redhibitoriã, ĩ. ver. est
d & actio. & hæc diuersitas no. in sum. Azon. C. de ædi. ac. in prin. [d] hæc forma ꝓbatur in præ. l. redhibitoria. Alij dicunt, hîc non esse necessarium libellum, sicut nec in alis, vbi duę dãtur sñiæ, sed sufficit primus processus pro vtraque sententia, vt no. quidam ff. đ
e rei vẽ. qui restituere [e]. ¶ † Est & alia actio, & est prætoria [f], s. quan
4 to minoris res est, quæ tũc locum habet, cùm quis emit animal, vel seruum morbosum, vel vitiosum: propter quem morbũ, vel vitiũ res minus valet: putà si nõ est morbosa, vel vitiosa. valet xx. nunc verò non valet nisi xv. & aliquando istud minus ꝑt esse totum, si fortè propter morbũ, vel vitium res omnino sit inutilis, ff. de ædil. edic. bouem. §. aliqñ. Est & ẽt alia quanto minoris, s. emptus esset: quæ ciuilis est, vt infrà dicam, ff. de ędil. edic. quòd si no
g lit. §. si quis egit. ff. de act. emp. & ven. Iulianus. §. j. g [g] ¶ Super prætoria igitur sic concipitur libellus: Lib.

ADDITIONES.

a Prætoria. ¶ In qua, secundum Roff. sex sunt necessaria, quæ colligas ex positionibus.

b Cùm sex. ¶ Lex ista & pręal. in fi. nõ dant nisi sex mẽses vtiles redhibitoriæ, sed quanto minoris, dat annum. Roff. tamen posuit, vt dicit auctor. Est sciẽdum, quòd meo tẽpore Fran. Accur. disputauit quæstionem, an perpetuetur redhibitoria, si contra vẽditorẽ agentem ex vendito ad pretium, emptor excepit de vitio rei, ꝓpter quod redhibitoria reuocaret pretium, si soluisset: & quia breuissimè dedit illam, hîc eam quasi ad literã inseram. Ad affirmatiuam allegat l. fi. C. de annal. excep. & l. j. ff. de exce. & de probat. l. in exceptionibus. vbi agit, qui excipit. item reus facit controuersiam, ff. de procurat. non solum §. si status. C. de testi. l. j. Item excipiendo videtur contestari, C. de excep. si quidem. & ff. si pars hær. pet. l. permittendum. & no. C. de lit. contest. l. vna. Item vbi ponis excipientem, ponis actorem, qui reo cõtradicente probat: ergo est lis contestata, in authen. de his, qui ingre. §. fi. In contrarium: iste non est modus enumeratus ad perpetuandũ, vt l. sicut. & l. cũ notissimi. C. de ꝓscrip. xxx. vel xl. ann. Item aliud est actio, & aliud exceptio, ff. de ver. sig. verbum Oportebit. §. actionis verbo. Item diuersi tituli diuersis personis conueniunt, Instit. de excep. & ff. e. l. j. & 2. Ergo sunt diuersæ naturæ, ar. C. de codi. si idẽ. Præterea frustra fuissent termini actionis statuti ad agẽdum, si p viã exceptionis posset iuuari: & sic lex statuta esset verbis, ñ reb. C. cõia de le. l. 2. Irẽ actus iudicialis requirit in ꝑpetuãdo, vt no. in præ. l. sicut. & l. cũ notissimi. q in ꝓdicto casu ñ est: soluit ꝑ tres leges eã ꝑpetuatã, ꝑ regulã, oẽs actiões. ff. de regul. iur. & đ ꝯpensat. qđ ĩ diẽ. §. j. dũ dicit, salua manet petitio: ergo perpetuata. & de neg. gesf. si autem §. si quocunque modo.

c Et no. ¶ secundum Roff. ad literam e. tit. ver. illud.

d In prín. ¶ & plus accedit, quòd non scit proprium nomẽ actiõis.

e Qui restituere. ¶ Rof. vbi de redhibitoria, in fi. dicit, se hoc ibi notasse post Azonem.

f Et est prætoria. ¶ aliàs peremptoria, in qua requiruntur, quæ in prox. secundum Rof. cuius fuerunt libelli sequentes.

g §. j. ¶ Dicit Roff. vbi de actione Quanto minoris, in fi. quòd hæc verba, quanto minoris est. notent prætoriam: & q̃to minoris emptus est, notent ciuilem: sunt verba doctorum, & nõ legum, ac si dic

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi seruum vēdidit vitio-
sum: sed quia est erro, vel fugitiuus: vel seruum morbosum, putà
hydropycum: vel equum morbosum, quia habet gallas, vel su-
perossa, vel est retrogradatus: vel librum, qui est corruptus ī tex-
tu, vel codicillatus: vel fundum, qui producit herbam pestiferam
a vel carnem, quę non fuit sincera [a]: vnde quia propter prædictum
morbum, vel vitium res prædicta x. minus valet, quàm valeret a-
liàs, si illo morbo, vel vitio careret, iō illa x. peto: quia illa res tan-
to minoris est: & ad prædicta ꝓpono actionem quanto minoris
est res: & hoc, si dicis, quod sit nomen proprium actionis: alioquī
dic, ꝓpono actionem in factum quanto minoris res est, & super
his peto mihi iustitiam exhiberi: hæc forma ꝓbatur in prę. §. si qs
egerit. & 29. q. j. §. 2. ad fi. Quòd morbus debet exprimi, dicūt le-
5 ges, e. ti. ob quæ vitia. §. cùm. & l. itē Offidius. ¶† Hoc autem sci-
as, ꝙ de vitio animi nunquam tenetur venditor, nisi in tribus casi
bus. ¶ Primus, quando nominatim promisit: & tunc agetur ex sti
pulatu, ff. eo. ob quæ. §. animi. & tunc concipitur libellus sic: LIB.
Coram, &c. conqueror de P. qui mihi vendidit seruum, & promi
sit, ꝙ non haberet animi vitium: vnde cū habebat tale vitium, ꝓ
pter quod est ₫terior in x. quam valeret, si hoc vitium ñ haberet,
ideo illa x. peto certi cōdictione ex stipulatu. Noli dicere Actiōe
ex stipulatu: quia illud licet interesse fuerit incertum, modò hoc
est certum factum, ff. si cer. pet. certi condictio. §. j. ¶ Secundus ca
sus, in quo tenetur venditor de vitio animi, est scilicet, quādo sci
ebat seruum habere vitium, & emptorem non admonuit: & tūc
tenetur ex empto, vel ꝙ redhibeatur, vel quòd ad interesse tene-
atur, vt ff. e. l. j. §. exempli. & tunc concipitur libellus sic:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi sciens seruum vendi-
dit vitiosum: vnde quia me non certiorauit, peto seruum redhi-
beri actione ex empto redhibitoria: vel ago actiōe exēpto ad me
um interesse. Redhibitio enim ₰tinetur empti iudicio, argu. ff. de
act. emp. ex empto. §. j. ¶ Tertius est, si vitium animi sit admistum
corporis vitio, ff. e. ob quæ. §. in summa.
¶ Dicto de actione Quanto minoris prætoria, dicēdum restat d̄
b ciuili [b]. † Si igitur librum, vel equum, vel aliam rē emas vitiosam,
6 vel morbosam, pp quod res minus valet, agitur Quanto mino-
ris emptur⁹ essem, vt dictum est s̄. versic. est & alia, q̄ ciuilis est. de
qua in arbore actionum n hi' dicitur: sed de pretoria sic, de qua s̄.
diximus. ¶ In hac ergo ciuili sic concipitur libellus.
Lib Coram, &c. conqueror de P. qui mihi vendidit equum talis
coloris, quem equum inueni retrogradum: propter quod vitiū
si ego sciuissem, dedissem duo minus: vnde ago ₰eum, vt illa duo
mihi præstet: & ad hoc propono actionem Quanto minoris em
c pturus essem. ff. de act. emp. Iulianus. §. j. [c] ¶† Quid si venditor e-
7 qui dicit emptori, sicut mihi contingit de facto, vendo tibi equū
cum omni vitio & magagna, nec de aliquo vitio, vel morbo tibi
teneri volo. est enim retrograd⁹, calcitrosus: & sic nominat vitia
infinita, vt patet s̄. §. j. & versiculo, si verò vendatur. nū quid valet
hoc pactum, vt emptor videatur his actionibus renunciasse? Di-
cunt quidam, quòd sic, arg. ff. de ædil. edic. quæritur. §. si venditor.
7. quæstione i. quàm periculosum. palàm enim pronunciauit, vt
d eodem tit. l. j. §. j. & l. quæro [d]. videtur in se casus ipsos suscepisse,
ar. ff. man. & Aristoni. de neg. gest. negotium. ff. si quis cau. sed & si
quis. §. quæsitum. Si dicatur, quando habebit ergo locum edictū
de ædi. edict. in locis, vbi semper ita pronunciant? Respondent, ꝙ
tunc, quando ita pactum non fuit. Alii dicunt, quòd aut venditor
dixit prædicta ante contractam venditionem: & tunc valet pactū
& prodest ei: & sic intelligunt principium illius §. si venditor, aut
in contractu venditionis, sed tamen antea multùm commenda-
uerat, & sanum asseruerat: & tunc si emptor potest probare illum
sciuisse morbum aliquem, vel vitium in equo, non proderit ei pa
cti exceptio aduersus emptorem contra illum redhibitoria, vel
Quanto minoris agētem: quia replicabit de dolo: & sic loquiť fi-
nis præd. §. secundum Odoffre. Et est ratio, quia cùm ante vendi-
tionem dixit, nō est verisimile, quòd ille emisset, nisi crederet, ꝙ
curari posset: vel quia apparebat, quòd illa vitia in eo non erant:
cùm verò postea, siue in ipso contractu dixit, non videtur dicere
ideo quod illa vitia in equo sint, quem pri⁹ sanum asseruerat, sed
fortè timore litigij, cùm sciret emptorem potērem, & cum quo
litigare nollet. Si verò conductor equi recipit in se omne pericu
lum, dic, vt infrà de locat. § iam dicendum. versiculo, ad euidenti
8 am. ¶† Quid si vendo tibi, vel promitto equum meum [e] eccum
e de vno oculo: & tu mihi tuum, qui ex quo posuit se ad iacēdum,
f nunquam surgit. ego verò sciebam vitium tui, & tu mei [f]? Dicunt
quidam, quòd non potero agere contra te nec tu contra me.
compensatur enim dolus cum dolo, ff. de dolo, si duo. & ff. de tu-
9 telis, & rat. distra, l. i. §. nunc tractemus. ¶† Quid si vendens equ-
um in spatula patientem, non tamen vitium apparebat, nisi post
fatigationē, interrogatus ab emptore, an esset morbosus, vel vi-
tiosus respondit, equus iste effusa habet lumina, est lunaticus &
recalcitrosus, & sic inter multa expressit vitiū spatulę: emptor ve
rò credens, quòd sicut de luminibus effossis & aliis, quæ vera nō
erant, sic esset & de vitio spatulæ, & de omnibus aliis, equū emit:
pòst hoc comperto, agit redhibitoria contra venditorem: vendi
tor verò dicit se non teneri, cùm omnia expresserit: dic, quòd te-
netur, quia talia insidiosè expressit, vt ff. de contrahen. emp. ea q̄.
10 §. fi. ¶† Vbi autem quis in venditione vltra dimidiam iusti pretij
decipitur, sic concipitur libellus:
g Lib. [g] Coram, &c. conqueror de P. cui vendidi Digestum meum
pro quatuor, quod valebat decem tempore venditionis: vnde qa
in illa venditione fui deceptus vltra dimidiam iusti pretii, peto ₰
ctum rescindi, & Digestum illud mihi restitui: & ad hoc ꝓpono a
ctionem ex vendito, C. de const. pecu. l. 2. C. quibus nō obst. lōg.
tempo. præscriptio. vel, secundum alios, propono officium iudi-
cis, C. ex quibus causis ma. in contractibus. vel, secundum alios, ₰
dictionem ex illa l. rem maioris. quę est C. de resc. ven. Alij sic cō-
cipiunt libellum:
Libel. Coram, &c. conqueror de P. cui vendidi Digestum meum
pro quatuor, quod valebat decem: vnde ago contra eum, vt con
tractus rescindatur, & Digestum mihi restituatur, vel iustum pre-
tium, scilicet sex mihi suppleat: & ad hoc, &c. extrà de emp. & vē.
cùm dilecti. & c. cū causa. C. de rescin. ven. l. 2. Et hoc, secundum
eos, qui

ADDITIONES.

☞ Si dicat, ꝙ harum distinctio est de aliàs empturo, vel non emptu-
ro. sed ipse, vbi tractat de quāto minoris ciuili, ī principio, dat dif-
ferentias, ꝙ vna prætoria, alia ciuilis secūda, vt s̄. distinctum est. In-
terest enim, quanto minoris est, & quanto maioris empturus est.
Item prætoria est annalis, ciuilis perpetua, sicut aliæ ciuiles, Instit.
de perpet. & temp. act. in prin.
a Sincera. ¶ Dixit Rof. hoc ti. post prin. ꝙ in his rebus, in quas pro-
priè non cadit vitium, vel morbus, quibus verbis vsi fuerunt ædi
les, non datur directa, sed redhibitoria, sed vtilis tantùm: & dicit
Azo. hoc notasse ff. e. l. j. in prin.
b De ciuili. ¶ In qua multum instat Rof. ad finem ciuilium, & eius
est libellus, qui sequitur.
c §. j. ¶ Opponitur libellum non procedere: quia licet sit res mino-
ris pretij, non tamen propter id subueniret emēti, nisi illud exce-
dat dimidiam, C. de rescin. ven. l. 2. Dicit Rof. super vtrāque preto
ria & ciuili, ꝙ prædictæ legis auxilium locum habet, cū quis re
ipsa decipitur in pretio, sed si deceptio causatur à vitio, vel mor-
bo, per edictū ædilium subuenietur in lesione minori: ñ distincto
sciat, vel ignoret venditor, ff. e. l. j. §. causa. Sic etiā respondetur ad
l. in causę. §. pe. ff. de minor. vbi dicitur, quòd naturaliter licet con
trahentibus se circumuenire in pretio.
d L. quæro. ¶ Per hāc l. & per l. q̄ritur. & l. hoc autem. ff. de hær. vel
ac. vē. Alb. Gal. extra volumen, quòd in generali clausula simpli-
citer, vel post certos casus apposita, non veniat morbus, quē scie
bat venditor: hoc etiam scripsi post Dy. in regula, eum qui cert⁹.
de reg. iur. lib. vj. super gl.
e Equum meum. ¶ Si dicas La. enter. meliùs procedit quæstio.
f Mei. ¶ vt solutio ₰ueniat, meli⁹ diceretur Ego mei, & tu tui: hoc
dico propter regulam, scienti. de reg. iur. lib. vj.
g Lib. ¶ Libellus iste cum duobus sequentibus fuerunt Roffr. vbi
de actione Quanto minoris ciuili, ibi in versi. quid si sine dolo. &
tribus columnis sequentibus prosequitur materiam l. 2. C. de re-
scin. ven. vbi circa 18. quęstiones ponit de materia, inter quas po
nit libellos prędictos. Cyn. etiam super l. præ. format 17. q. non ꝓ
omnia easdem: & an talis petitio causæ competat bannito sic eo
tempore decepto, postquam de banno exemptus est? fuit hoc di
sputatum per Lamber. de Ramp. qui in q̄onis themate tria pone-
bat caueri statuto. Primum, ꝙ petitiones bannitorum pro debi-
to non audiantur. Secundum, ꝙ damna, vel iniuriæ in rebus eis il
lata non emendentur. Tertium, ꝙ banniti pro debito, vel malefi
cio, ad ipsorum vtilitatem contrahere non possint: & incipit quę
stio, continetur in statuto. Dicit autem, ex primo capite ipsum ñ
impediri, quo iubentur petitiones bannitorum non audiri: quia
isto tempore, quo petit, bannitus non est. Item non obstat secū-
dum de damnis & iniuriis non emendandis. licet enim appellati
one damni intelligatur omnis diminutio patrimonij, ff. d̄ damn.
infecto, l. 2. tamen appellatione damni dati, vel illati, continetur
damnum, & interueniente culpa & facto hominis delinquentis
in his: patet hoc in damno l. Aquil. quod non competit in dam-
no procedente ex contractu. Damnum enim dicitur in rebus da
tum, cùm rumpitur ius alterius, vel fit deteris. vt titu. præ. l. si ser-
uus seruum. §. inquit. & §. rupisse. Tertium verò capitulum ab ip-
so principio non obstat: quia ad damnum hic contraxit, non ad
vtilitatem: ibi vide.

eos,qui dicunt,vtrunque esse in obligatione: secundum verò e-
a os,qui dicunt pretij supplementum esse in obligatione [a],sic con
cipitur libellus:
Lib.Coram,&c.vt in præceden.vsq;,valet decē.iunge,vn̄ ago ꝯ
eum,vt iustū pretium,quod est quinq;,mihi suppleat:& ad hoc,
11 &c.¶† Eodem ēt modo,si quis emit rē pluris,quàm valeat,suc
curritur emptori per actionem exempto Quanto pluris,ff.de ac.
emp.& ven.Iulianus.§.si venditor.& §.per contrarium.de qua in
b arbore non tractatur,in qua sic libellus concipitur [b]:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui domum talem mihi vendi-
dit pro 21.cū domus illa valeat decem:& iō peto mihi reddi pre
c tium,cū rem illam paratus sim restituere:& ad hoc ꝓpono [c] acti
onem ex empto Quanto pluris.ff.si qd in frau.pat.l.j.§.si quis in
fraudem.& hoc,secundum eos,qui dicunt,ꝙ solum pretium est
in obligatione:secundum eos,qui dicunt vtrunque esse in obli-
gatione,sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c. vsque,valeat decem.iunge,vn̄ peto,vt pretium
superfluum,scilicet xj.mihi reddat,vel rem accipiat,vel totam pe
12 cuniam,hoc est,xxj.mihi restituat:& ad hoc,&c.¶† Quid si ali-
quis scienter emerit rem vltra dimidiam iusti pretij,nunquid ei
succurritur per præ.l.C.de rescin.ven.l.2.& per præ.dec.cùm di-
lecti.&cùm causa?Videtur,ꝙ non.non enim videtur decipi, qui
sciuit:nec dolus ei infertur,C.de transa.cùm donationis.Item em
ptor non potest conqueri de eo,quod tempore cōtractus sciuit,
C.de rescin.ven.venditor.ad idem ff.de contrahen.emp.ea quæ.
Nec videtur celatus,qui sciuit,vt ibi:& hoc puto argu.ff.si quis à
pa.ma.fue.non vsque.ff.loca.l.item si pretio.§.quemadmodum.
licet quidam dixerint cōt à.per præmissa iura,quæ non distingu-
unt,sciuerit,vel ignorauerit.Sed nónne venditor semper scire ꝓ-
sumitur valorem rei suæ?vt C.de rescin.vend.quisquis.& sic vid-
tur,ꝙ nullo tempore aget,nisi ostendat iustam ignorantiæ cām:
sed certè licet scire præsumatur,non ideo agendi facultas tollit,
d vt ibi [d].¶† Sed nunquid præ.l.2.C.de rescind.ven.locum habet
13 in contractu locationis? Respon.sic,ff.si quid in frau.pat.aliàs sic
l.i.§.si quis.Et nunquid in contractu permutationis?Respondeo,
sic,ff.de redhibitoria,l.sciēdum.§.pe.& generaliter locum habet
in omnibus,qui sunt loco emptorum,ff.qui.ex caus.in posses.ea.
e l.fi.[e]¶† Quid de transactione? Respon.in ea locum non habet:
14 quia in ea receptum est,vt pro modico magnum amittamus,ff.
f de transact.[illegible],in prin.[f]¶Sed nunquid locum habet in feu-
di concessione?Dixit Vber.de Bo.ꝙ non.Quid de concessione ī
emphyteusim?Respondeo,nec ibi locū habere:quia contractus
iste,nec locatio,nec venditio est dicendus,vt ĩ.de loc.§.nunc ali
g qua.vers.2.& ver.4.[g]¶† Quid si venditor iurauit non venire ꝯ
15 venditionem,nunquid ad hoc vti possit beneficio prealle.l.dixit
P.ꝙ sic:sed Accur.contrà:licet aliud sit in minore iurante.prout
h ibi no.[h] ¶†Item quid si emptor rem iam alij vendiderat?dicit,ad
16 huc præ.l.locum habere [i]:secus tamen,si res penes eum casu pe
i rierit,prout ibi no.[k] ¶† Si autem dolus intercesserit,sic concipi-
k tur libellus:
17 Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui me dolo induxit ad emen-
dum rem,vel hæreditatem pro decē,quæ res valet octo. quia de
artificio fuit mentitus,vel multa subtraxit,quæ propter fidem ad
hibitam non credebam subtracta:& sic emi rem illam pluris,quia
pro decem:vnde illa duo superflua peto:& ad hoc propono acti
onem ex empto,vt in prædicto §.si venditor. & §. per contrariū.
Vel dic pleniùs,vt suprà in ti.de dolo & contu.in principio.Posi-
tiones autem fiant hic,vt suprà in actione redhibitoria,quāto mi
18 noris.¶† Est & actio in factum [l] ædilitia prætoria:& competit ī
l multis casibus& diuersis.Et primò,si res vendita sit redhibita pro
pter vitium,siue morbum:nec à vēditore restituit pretium emp-
tori cum actionibus,& aliis,quæ ædiles iubent:vel si venditori ñ
restituuntur ab emptore, quæ sunt quæsita per seruum, & alia,q̄
iubent ædiles.Nec hic quæritur,an vtraque res sit in causa redhi
bitionis,vel nō:vel an fuerit intra legitima tempora redhibita,
vel nō?sed solū, an redhibitio facta sit?ff.e.ꝙ si nolit.§.in factū.&
hoc casu est ꝑpetua,cū sit rei persecutoria,ff.d̄ act.& ob.in hono
rariis ¶Sic ergo ꝯcipit libellus:Lib.Corā,&c.ꝯqueror de P. qui
mihi vendidit equum morbosum,vel seruum:cuius equi cùm fa
cta sit redhibitio,& pretium mihi nō sit restitutū, nec accessiōes,
putà decem:ideo ꝓtium ipsum peto:& ad hoc ꝓpono actionem
in factū ædilitiā,s̄.ver.sed nunquid.& sic formāt in persona emp
toris. ¶In persona verò venditoris sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.ꝯqueror de P.cui vēdidi equum morbosum,vel
seruum nomine cuius equi vel serui egit ꝯ me redhibitoria,&re
dhibitio facta est:sed quia mihi non restituit quęsita per seruum,
& accessiones,putà talia:iō contra eum ago,vt prædicta mihi re-
stituat:& ad hoc propono actionem in factum ædilitiā.Prædictæ
19 formæ probantur in præal.§.in factum.¶† Secundò competit,
quando venditio sic fit:vt si res vendita nō placet,vel si displicet,
quòd reddatur:& tunc est temporalis vsq; ad sexaginta dies,non
perpetua,vt ff.de ædil.edict.ꝙ si nolit.§.sed quid.in fi.& tūc libel-
lus sic concipitur:Libel.Coram,&c.ꝯqueror d̄ P.qui vēdidit mi-
hi talem rem taliter,vt nisi mihi placeret,redhiberetur: vn̄ q̄a mi
hi non placet,peto fieri redhibitionem:& ad hoc propono acti-
m onem in factum ædilitiam.hęc forma ꝓbāt in præ.l.[m]¶†Sed po
29 ne:statutum est in aliquo loco, vt si quis domum extraneo à pa
rentela vendiderit,liceat eius agnatis intra certum tempus eodē
pretio,vel equali eam recuperare:quid ergo,si non fuit vendita,
sed insolutum data?Et videtur,ꝙ idem: quia datio in solutum si-
milis est emptioni,ff.ꝓ emptore,l.litis.ff.ex qbus causis in posses.
eatur,l.fi.Itē is,cui datur in solutū,fit vtiliter dn̄s,ff.de pig.elegan
ter.in principio,&vtilis ꝓfertur directę,ff.si ager vect.vel emphy.
petatur,l.j.ff.de ꝓcurat.in eāæ.ff.de iure dot.l.j.Item ita fit ꝯ men
tem statuti per hoc,sicut per venditionem.C.de leg.&consti.nō
n dubium.extrà de verbor.signifi.præterea [n].Fuit tamen in ꝯrium
iudicatum propter vocabulorum diuersitatē, C. e. si idem. extrà
de deci. ad audientiam.Item pretium debet interuenire,vt sit em
o ptio [o],arg.de condict.ob causam,l.fi.ff.de præscrip.ver.naturalis.
Item res in emphyteusim data donari potest,sed non vendi,C.li.
x.de fundis pat.l.j.Item necessitate ductus, videtur in solutum de
disse

ADDITIONES.

a In obligatione.¶De his opinionibus vide,quod scripsi e.ti.cùm dilecti,in gl.iudex iste.

b Lib.concip.¶Rof.fuit iste libellus & sequens,vbi de actione ex empto Quanti pluris.

c Propno.¶Iste libellus & præcedens voluit sequi opi. reprobatam e.tit.c.pe.in fi.j.gl.& vide,quod super ea dixi:sequens ver.fu it Roff.vbi s̄.ponebat tamen in venditore,& meliùs, vt patet in versiculo sequenti.

d Vt ibi.¶Non videntur per hęc verba sufficere ad solutionem:vn̄ Rof.pleniùs prosequens dicit,ꝙ lex illa non dicit, quem debere scire æstimationem rei suæ,in qua sæpe quis errat,Insti.qui man. non poss.§.præualuisse. sed ꝙ debet scire,vires,merita & emolumenta Vires prędij sui:putà,si potest ibi seminari linum,canabis, an frumentum,an spelta solùm,vel similia.Merita etiam & emolumenta in quantitate & qualitate fructuum cōsistunt,& an sint pestiferi maximè,C.de ædil.edict. si prædium.Item licet reprehēsibile dicatur eum hoc ignorare,non ob id damnari debet in beneficio illius legis:hoc intendit auctor. facit ff.sol.mat.l.etiam.§. licet.& quod hîc dicit ignorantia,pone exemplum ī eo, qui nouiter fuerat hæres extranei,& incumbebat ei necessitas soluendi legata,æs alienū, vel similia:vide ēt de hoc Cy.in præ.l. quisquis.

e L.fi.¶Hæc duo scripsi post Vin.e. titu.cùm dilecti.& idem Roff. & vide,quod de diuisione hæredum,vel sociorum dixi s̄. de iud. §.sequitur videre,super ver.item heredes.vbi etiam dixi de datione in solutum.

f In prin.¶Hoc intellige,vt not.e.tit.c.pen.in gl.2.dicit Simon super l.2.in fi.quòd si arbiter talem iniquitatem dixerit,emendabitur per arbitrium boni viri,ff.pro soc.si soc.quasi dicat,non per illam l.2.

g Et vers.3.¶Contrarium dixit ibi ver.&c.

h Not.¶idem Pileus xx.omnino vide,quod scripsi e.ti.c.fin.super gl.2.ad fin.

i Locum habere.¶Idem Accur. in l.2.in 3.q.& Roff.qui plenè de hoc tractat,vbi s̄.in 12.q.quo ad legem.

k No.¶de hoc in fi.dedi remis.super rubrica.

l Actio in factum.¶Aggreditur verba Roff.rub.de ædil.act. inter prætorias.& quasi ad literam ponit eius verba vsque ad vers.si autem locus.de prætor.vers.sed pone.Positiones autem Roff. non posuit,dicens,illas non necessarias:& idem dicit auctor in fin.huius partis & puto,quòd hoc dixit propter id,quod not.s̄.eodē.§. post prin.ver.sed nunquid in hoc.in fi.& propter id,quod statim sequitur.

m In præ.l.¶Non obst.C.de contrahen.empt.l.in vendentis.quia hîc substantia contractus non ponitur in alterius arbitrio, q̄ perfectus est,sed solui potest,ff.de contrahen.empt. l.3.sic extrà de pig.illa vos.de hoc hîc Roff.& no.Instit.e.tit.§.penultimo.& pleniùs in præalleg.l.in vendentis.

n Præterea.¶Pro hac parte bene facit ff.de leg.j.l.senatus.coniunctaeum l.senatus.ff.de contrahen.emp.
ADDE,vt per Ro.cons.cvij.

o Emptio.¶In hoc instabat Alb.Gal.in quæstione,de qua infrà di cam.nam lex,statuliberi,ff.de statulib.in fin.dicit,emptionis verbo omnem alienationem comprehendi: & sic ibi sumitur largissimè,quod hîc esse non potest:quia forma statuti,vel ꝯsuetudinis loquens de pretio docet verbum emptionis hîc recipi strictè.

diffe,ff.de adimen.leg.l.rem legatam.&vide C.de agri.& cen.quē
a admodumª.¶†Tertiò competit pro ornamentis ab emptore re
21 stituendis: vel etiam pro mancipiis redhibendis propter ornamenta:& hoc,si tēpore vēditionis erant ornata:non aliàs. Quòd si venditor tradere non vult seruum,vel mācipium ornatum,put ostenderat,fiet redhibitio etiam ornamētorum:& sic fiet redhibitio principalis propter accessoria:& his casibus competit vsque ad xl.dies:ff.e.ædiles aiunt.in prin.& tunc sic concipitur libellus:
b Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui mihi vendiditᵇ seruum, vel equum ornatum talibus ornamentis:& facta redhibitione serui, vel equi,ornamenta mihi reddere, vel restituere recusat: vñ ipsa mihi peto restitui per actionem in factum ædilitiam.hoc probat in prę.l.ædiles.in prin.¶Si verò emptor propter ornamenta vult agere ad equum redhibendum,concipitur libellus sic:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui mihi vendidit equum ornatum tempore venditionis cum sella & fræno deauratis: quæ ornamenta quia mihi non præstat,ideo equum sibi restituere volo & peto,vt mihi restituat pretium:& ad hoc propono actionem
22 in factum.Hæc probantur in præal.l.¶†Quartò competit&hęc actio,quando eo loco,quo iter vulgò fit,habeat quis canem,verrem,aprum, vrsum,pantheram,leonem,vel aliud animal, quod possit nocere,siue ligatum:siue solutum,ff.e.hi enim. & l.seq. & tunc concipitur sic libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui in loco prohibito,quo s.iter est publicum,habeat canem, vel verrē,aliúdue animal,quod nocere potest,& nocuit iam,quia homo talis occisus est: & quia contra vtilitatem totius reipublicę,vel totius populi est,peto eū in cc.sol.condemnari:& ad hoc propono actionem in factum:& sic agit,ñ tāq̃ is sit,q agit priuatᵘ, sed tāq̃ qlibet de populo. est.n. hæc actio popularis. Positiones autē hic necessariæ ñ sunt.si aūt locus sacer,vel religiosus pro puro venditus sit,dic,vt j.de relig. dom.ver.item sæpe.¶Cæterùm si tibi ancillam vendam, vel tradā eo pacto,ne prostituas,dic,vt j.in ti.de adul.ver.porrò.& seq. ¶Item si quis emit seruum de peculio ipsius serui, nec eum manumittit,dic,vt s.de seruis non ord.ver.& quia. ¶Si autem petit rescindi venditio,ideo quia contractus venditionis simulatus est
23 propter vsuras,dic,vt j.de vsuris,ver.si autem.†Vtrùm in libello possim petere venditionem pronunciari nullam,vel retractari p beneficium restitutionis in integrum,no.Papa ext.de in integ.resti.constitutus.¶Quid si quis propter metum rem suā vendidit? dic,vt s.de his,q̃ vi,metusúe causa fiunt,ver.sed prædictis.&seq. Item si mensor falsò renūciauerit fines rei venditæ, vel plus,vel minus,quàm sciuerit ibi esse,vel actor fines occupat, concipitur
24 libellus,vt j.de paro.ver.& quia.& seq.¶†Vltimò no.quòd si tibi denunciaui,ne talem fundum à tali emeres,quia suus non est, probante me,quia meus sit,eum cum fructibus recuperabo, vt
25 C.de rei ven.si fundus.ad idem ff.de eden. quædam. §. nihil.¶† Quid autem operentur huiusmodi prædictiones,vide ff.qui satis dar.cog.si fideiussor.ff.ex quib.cau.maio.l.antepen.ff.de rei ven.
26 l.aut.& vide ff.si cer.pet.nam & si fur.resp.3.¶†Sed nunquid idē erit,si denunciaui alicui, ne vendat rem aliquam: putà, equum, vel bouem,vt postea vendens dicatur dolo desiisse possidere? Dicunt quidam,quòd non. Alij contrà,vt ff.de pe.hær.item veniūt §.petitam,& in præ.l.quædam.§ j.nam & aliàs punitur denunciationem spernens,ff.de adul.nuptam.& l.qui vxori.Eo enim ipso q sibi nunciaui,videtur ius suum vacillare,vt C.de acq.pos.l.ne-
27 mo.& per consequens dolo malo desiisse possidere. ¶†Qualiter ergo sibi consuletur? Respondeo,iudex statuat mihi tempus, intra quod rem vendicem:intra quod veniens audiat,postea nō ar.ff.de adop.mancipiorum.& l.si emptio. §.fi. Et est aliàs simile extrà de resti.spol.frequens.§.solet.lib.vj.C.de remis.pig.si eo tē
c pore.ff.qui.ex cau.ma.sed & si per prætorem.§. sed & si dumᶜ. C. de inge.ma.diffamari.¶Potest & aliter consuli ei.nam si post nūciationem vendiderit,&statim dicit mihi,paratus sum defendere causam,vt cognoscatur,si sit res mea,vel tua,denunciatio non īpedit venditionem,si nolim agere causam,ar.ff.vt in pos.leg.l.3. resp.j. ¶Item si propter denunciationem meam damnificatus ē, quia nullus emere,de dolo teneor ei:vel saltem aget contra me actione in factum si propter rem,vel personam meam non pos-
28 sit contra me agi de dolo,ff.de do.l.rem,quam venalem.¶†Sed nunquid iudex potest alicui inhibere,ne rem suam vendat? Et videtur,quòd sic,C.de Iudęis,nemo.C.de pac.l.fin.Quidam tamen contrà,vbi per hoc non fit deterius ius & conditio domini circa possessionem,vel proprietatem, ff.de pollicit.l.de pollicitationibus.vnde se habet intromittere de tenutæ datione,C. de priuile.
29 fis.l.j.& ff.de ap.Imperatores.§.fi.& ff.de rei ven.non solùm.¶† Sed nunquid ei,cum quo lis est contestata,potest inhiberi,ne alienet? Resp.sic,siue ius aduersarii sit futurum deterius,siue non,cū sit res litigiosa,vt C.de litig.l.fi.& facit ff.de of.præ.illicitas.§.ne-
30 que.¶†Quid si me prohibente vineam meam emisti,quam venditoris esse credebas,& meam ingrederis,nunquid potero te accusare de vi,vel de possessione inuasa? Videtur,quòd sic:quia rē alienam inuasisti,C.vnde vi,non ab re.& potiùs est veritas attendenda,quàm tua simplex opinio,vt e.ti.si quis in tātam.ff.de manu.vin.

ADDITIONES.

a Quemadmodum.¶Circa medium magnæ gl.in cuius principio de permutatione & de emphyteusi tractatur:& vide j.prox.§. vl. ver.cxxj.& seq.Est sciendum,quòd quæstionem, quam hîc format auctor de statuto,disputauit Alb.Odof.de consuetudine, & incipit,in aliqua prouincia,& tenuit, quod s.per l.in quorum.ff. de pig.hac etiam ratione,quia tendit ad rescindendum contractum:& hæc est res odiosa,quæ sine voluntate ꝯtrahentium etiā ex imperiali rescripto non permittitur,C.de trās.si diuersa.Odia verò sunt restringenda,de reg.iur.odia.lib.6.cum conc. Licet contrahere sit volūtatis,ꝑsistere est necessitatis,C.de act.& ob.sicut. item cùm lex dicat permutationem similem emptioni, ff.de rer. permu.l.2.ergo non est emptio:quia nihil est sui simile,ff.de act. & obli.l.actionis verbo. Dicebat etiam, quod præmisi,& de hoc scripsi de rest.in integ.constitutus.Eisdem rationibus dixit Guido de Suz.in quæstione statuti,sub litera C.quòd statutum de soluendo solido pro libra rerum venditarum, non habebat locum in permutatis,per ll.præallegatas,& C.de præd.curi.l.vlt.lib.x.C. de litig.l.fi.C.de fideic.l.voluntas.C.man.per diuersas.Hoc autē ītelligit cessante fraude.Coniungam de statuto aliam quæstionē Roffredi xliiij.& Lamb.de Ramp.in v.quam sic propono: Per statutum cauetur,quòd habens prædium trium tornaturarum, vel minus,non tributarium,vel censuale,vendere tenetur habenti p̄dium contiguum trium totnaturarum: quærit,an habens contiguum trium tornaturarum,ex quarum vna census soluitur, vel tributū,teneatur vendere? Lamb. formauit de habente duas terras liberas,& emit terram contiguam tributariam,ex quibus vnū fecit prædium.item ipse Rof.in solutione vr idem intellexisse,in themate tamen non expressit.item quærebat etiam,statuto cauetur,quòd retentis terminis arctabat habentem xxx.ad emendum tenuerunt ambo,ex quo à principio fuerunt duo fundi,reus,vel possessor teneatur illum fundum vendere,ex quo non præstabatur pensio,licet censualem adiunxerit,aliàs vterque,ff.famil.erciscun.fundus.in fi.Item facit, quòd commistio fundorum cū sua causa & onere facta censetur,ff.de acq.rerum do.l.traditio.ff. de acq.pos.pomponius.§ fi.Item licet fiat vnio bonorum testatoris & hæredis,fit tamen cum sua causa,C.de bon.auctor.iud. possid. l.j.Item præiudicare vicino non potuit prædium tributarium adiungendo,C.de stat.& imag. l.finali,ff.de trans.l. 3.Pars ergo tributaria,cùm sit diuisibilis,ex vi statuti fit exempta:reliqua pars īclusa:sic in damno infecto,ff.de damno infecto,si finita.§.ex hoc edicto.bene facit ff.de seruit.ad certam.C.de seruit.lege,ñ modᵒ. Sed quid dicemus? Est quæstio de pretio:ille, cui ex statuto vēdidebet,vult dare decem:alius vnus:vel duo volunt dare quindecī Mar.de Fano vr ꝑrius Ac.qui no.C.de resc.ven.l.2.ad finē magnę gl.oblationem illorum duorum non curandam:ibi vide.nam dicit,q lex illa nominauit iustum pretium,quod in fine determinat simile C.de iur. do.imp.l.vltima,§.penultimo,& C.si propter pub.pen.l.2.& 3. vbi iustum pretium ex subhastatione colligitur ad idem C.de sacros.eccl.auth.hoc ius porrectum.ad idem C.cōmuni diuid.ad officiū.vbi ad iustam æstimationem habendam admittitur licitatio:ad idē ff.de rei ven.in fundo.vbi iustum pretiū dicitur id,quod habiturus erat possessor, & ff.de bon.auctor.iud. possiden.l.pretor.§.in eum.ff.de in diem addic.l.vbi. §.vltimo, & l.licet.& seq.ff.quod metus causa,sed & partus.j.responso,ff.loc. l.nos videamus.de condi.furt.si seruus fugitiuus.de fur.si vendidero.§.j.& l. si quis vxori.§.finali,ff.de donat.causa mortis,l.mortis causa capimus.l.finali,ad leg.Falc.l.j.§.si hæres.
ADDE Ang.&Im.huic vltimæ parti in l.q Romæ.§.cohæredes. ff.de verborum obl.& meliùs Paulum de Castro,cum quo transit Alexander,ibi dicentes,quòd si opinio Io.An.esset vera,esset aperta via fraudibus:quia faciliter posset submitti persona,q̃ multo plus offerret,quàm res valeret.Vnde dicunt ipsi,q aut statutū loquitur simpliciter q consors teneatur vendere consorti:&tūc ipso offerente iustū pretiū,sic possit venditor petere,quod ab aliis plus offertur:aut statutum dicit,q consors præferatur cuicūq; volenti emere:& tunc ipso non offerente,quod ab aliis reperitur,ei vēdere non tenetur:& ita etiam dicunt tenere Bal.in d.l. 2.de resc.ven.
b Vendidit.¶Debet enim dicere,vendidi:quod etiam patet s.ver. prox.in prin.
c §.sed & si dum.¶Facit,quod ibi no.in j.gl.

nu.vin.l.iij.§.quoties.ext.de biga.nuper.debuisti enim credere d nunciationi,ff.de eo,per quem fact.est,l.j.C.de rei ven.l.si fundũ & videris ignorantiam affectasse,dum credere noluisti, C.de incest.nup.qui contra.&in dubio debuisti potiùs abstinere,ff.de ri.nu.adoptiuus.§.j.& ext.de app.dilectus.in fi.nec debuisti ingredi possessionem,nisi rem & possessionem sciuisses fuisse venditoris C.lib.x.de agri.& cen.seruos.C.de bo.mat.l.j.Arg.contrà,ꝙ non sis culpabilis,quia non credidisti alienam:quia plus est opinio, ꝗ veritas,ff.de fur.inter omnes: §. rectè. nec tenebaris credere denunciationi meæ,vt ff.de admin.tu.quidam.in fi. & s. & de citat. §.sequitur.prope prin.Nam si cuilibet,ne emeret,vetaretur,C.d bit.ven.pig.imp.non posl.2.Nec potest dici prædo,qui pretium numerauit,ff.de reg.iur.nemo.nec tibi imputatur,si plus venditori credidisti,quàm mihi:nam alteri credere debuisti,ff.loca.in nane.Super hoc dixit Matt.de Fa.absoluendum,si aliqua indicia nō appareant cōtra malam fidem tuam.Si enim ita eras vicinus meus,quòd non sit verisimile te facta mea ignorasse,condemnand9 es,ar.vnde cog.l.octaui.ff.de in integ.rest.de tutela.ff.de lib.cā,si filium.ext.de præsump.quosdam.& c.quanto.

¶De actione præscriptis verbis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio præscriptis verbis,quando locum habeat,& qualiter in ea formetur libellus.*
2 *Positiones in actione præscriptis verbis,qualiter sint formandæ.*
3 *In actione præscriptis verbis æstimatoria,quæ sint necessaria.*

a TErtio videndum est[a] de actione præscriptis verbis, ꝗ tunc locum habet,cùm in contractu talia verba præcesserunt, quòd ex illis bene oriretur actio inter me & te,si speciale nomen haberemus actionis: vnde qa non habeo,proponam actionem in factum præscriptis verbis,in qua sic libellus concipitur:

b Lib.[b]†Coram,&c.conqueror de P. cui cùm vendidissem Codi-
1 cem meum pro decem , in ipso contractu incontinenti conuenit mihi,quòd commodarem ipsum pro exemplo: quem Codicem sibi tradidi : vnde peto , vt illum Codicem meum mihi pro exemplo tradere debeat:&ad hoc propono actionem in factum præscriptis verbis,ff.de præscript.l.naturalis.C.de rer.permut.rebus.& l.ex placito.¶Actor ergo sic ponet:
2 †Pos.act.Pono,ꝙ vendidit tibi Codicē meũ.Item ꝙ incōtinenti ꝯuenisti mihi pacto nudo,ꝙ illum mihi commodares ꝑ exēplo, C.de rer.permu.ex placito.& l.rebus.Itē ꝙ illũ Codicē tibi tradidi.Itē in ꝯtibus stricti iuris vteꝛ eisdē positiōib9.¶Reus verò sic: Pos.rei. Pono, quòd vendidisti mihi Codicem purè sine aliquo pacto.ext.de fi.inst.cùm Ioannes.item ꝙ pactum fuit appositum ex interuallo,ext.de elect.cùm post.Item ꝙmihi vēdidisti tali die Item ꝙ post tres dies fecimus pactum.Item ꝙ Codex,quen vēdi
3 disti mihi,est adhuc penes te.¶†Sed & si dat is Titio[c] rem pro x.
c vendendam:sed neq; res,neq; pretium tibi redditur,datur tibi actio in factum præscriptis verbis æstimatoria,vt res, aut decē reddantur,ff.de excercit.act.l.vnica:in qua sic libellus concipitur: Lib.Coram,&c.conqueror de P.cui dedi Codicem meum pro d cem vendendum:vnde ago ꝯ eum,vt illa decem mihi præstet, vl ipsum Codicem incorruptũ:& ad hoc ꝑpono actionem in factũ ꝑscriptis verbis æstimatoriā,vt in præ.l.¶Actor ergo sic ponet: Pos.act.Pono,ꝙ tibi rem dedi vendendam.item ꝙ pro decem eā æstimaui,vt vel decem,vel eam mihi dares.Item quòd hoc recusas facere.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,quòd rem illam dedisti vendendam T. Item ꝙ eā habes.Item quòd pretium tibi dedi. De petitione æstimationis dic,vt j.de obl.& sol.§.sequitur.ad fi.

ADDITIONES.

a Tertio vidēdũ est.¶auctor hîc breuiter trāsglutiuit duos lōgos tractatus,quos copiosè ponit Rof.inter ciuiles.vbi de actione in factũ præscriptis verbis,quam ēt diuidit per rubricas:sed hîc prosequitur solùm primam rubricam,& iam æstimatoriā, & de qua libet parum:libelli aũt & positiones fuerunt eius.Præmittit ēt,ꝙ est vtile scire de his nominibus:Actio in factũ:itē Præscriptis verbis.Et dr̃ actio in factũ,id est,ex tali facto.cũ eñ plura sint negotia,ꝗ vocabula,vbi deficiũt vulgares actiōes,& nomen ꝓprium inuenire nō possumus,recurrimus ad actionem in factum, ff.eodē titulo,de præscriptis verbis.per totũ:& est nomen actionis sumptũ ex facto. Alij dicũt In factũ,id est,infectũ,quasi in defectũ:qd sibi nō placet.De fa.s.præscriptis verbis,no.ꝙ omnis actio ꝑscriptis verbis est in factũ:sed nō ꝯuertitur.Itē habet locũ hæc actio qñ verba præcesserunt,s.in aliquo ꝯctu.est enim hoc necessariũ, hac actione,s.ꝙ præcesserit ꝯctus nominatus,vel innominatus:licet hæc differant.quod satis prosequitur.Est aũt necessarium, ꝙ in ipso ꝯctu,vel parũ antè,vel parũ post fiat pactũ.patet exēplũ i libello hîc posito. Et ꝙ in ꝯctibus innominatis non interueniat stipulatio , & ꝙ ex parte actoris ꝯctus sit vestitus interuentu rei, hoc patet ex positiōibus.Ad libellũ aũt opponit de l.neq; pign9 neq; depositũ,neq; precatium,neq; emptio,neq; locatio rei suę ꝯsistere pt̃,ergo ex pacto,ꝙ rem meam mihi commodes,agere ñ possum.Solu.Cessat obiectio,si ante traditionem id fiat:& dato, ꝙ sit tunc tradita,nō tñ sit pactum de re mea mihi commodanda sed re,quæ desinit esse mea:ad quod tempus referri posset etiam stipulatio:& sic intelligitur ff.de verb.obl.l.nemo.

b Lib.¶in quo quatuor requiruntur,quę per positiones colligas.

c Titio.¶Hic aggreditur secundam rubricam de actione præscriptis verbis æstimatoria:& quatuor,quæ requiruntur,ex positionib9 collige.Contra libellum opponendo quærit Roffredus,quid sit in obligatione in hac actiōe,an res,an pretium,an vtrumq;?Si dicis alterum tantùm,ergo malè petis,vel rem,vel pretium:si dicis quòd vtrunq;,instat:si æstimatio fuit vera,accipiens fit dominus, C.de iure dotium,l.quoties.ff.pro emptore,leg.litis.Aut fuit facta,vt sciretur,si tantum posset haberi:& tunc non transit,ff.d iure dotium,si inter.& ff.eodem titulo,plerunq;.§.penultimo,& ꝯmod.si,vt certo.§.commodatum.& sic primo casu solum pretiũ secūdò res ipsa peti potest.Respondet,non esse simpliciter vtrũque in obligatione,sed successiuè.nam si res non est vendita,ipsa res est in obligatione:si est vendita,tunc pretiũ. Procedet aũt libellus,qñ incertus est petens,an res sit vendita : quod procedit reo ipsum certificare nolente.Et est simile quando reus non r̃ndet,an pro hærede,an pro possessore possideat,ff.quor.lega.l.j. §. quod autem.Iudex ergo vbicunque mouet ęquitas,interrogare pt̃,ff.de interrog.act.vbicunq;.petet à reo,an rem vendiderit : & secundum ipsius responsionem actor libellum formabit, vel restringet.Ad obiectionem aũt,qua distinguitur,aut gratis reus ad id agebat,& sic mandati:aut pretio,& sic de cōducto agi deberet, r̃ndet tex.legis vnicæ,ꝗ alleg.hîc auctor.item qñ res sic æstimata traditur vendenda,cuius sit periculum,& quale,tractat hîc Rof. de quo no.in præal.l.vnica,de æstim.in vltima gl.

¶De euictionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Si emptori alicuius rei lis moueatur,vel moueri speratur, debet hoc venditori denunciari,& speciale instrumentum confici.*
2 *Præsentatione simul cum denunciatione facta,qualiter sit procedendum.*
3 *Libellus qualiter sit in actione ex stipulatu formandus.*
4 *Libellus qualiter sit pro seruo,vel fundo vendito concipiendus.*
5 *Positiones qualiter sint,vbi proponitur certi condictio ex stipulatu,formādæ.*
6 *Venditori in iudicio præsenti an sit denunciandum,cùm sciat litem moueri.*

a VLtimò dicendum restat de euictionibus[a] Si igitur emptori libri,vel equi,vel prædij,vel alterius rei lis moueatur vel moueri speretur, debet hoc venditori denunciari,vt ext.eo.c.fi.& C.de euict.emptor fundi.& l.actore

ADDITIO.

c Eius. ¶Hoc intelligebat per l. quod nisi. ff. de ope. lib. secus in vēditore, vt not. s. ti. prox. §. j. in fi. Si aūt iste mutat domiciliū, nō tenebitur ibi soluere, C. de sol. l. vsuras. nisi locus æqualiter distaret ita quòd non interesset debitoris, vt ibi notatur.

d FORMA. ¶Rolan. xliiii. parte j.

e Talis & talis, &c. ¶quod sequitur vsque ibi, per se, & c. addit autor formæ, de quo tamen in Aureola suppleuit Rolan. vt j. dicam.

recipienti in emphyteusim, vsque in ipsius tertiam personam, domum talem in burgo ipsius ecclesię in via tali sitã, cuius confines sunt hi, &c. ad habendum, tenendum, &c. vt j. tit. prox. versi. cæterum. vsque, modo aliquo pertinente. iunge, pro cẽtum marchis sterlingorum. quam quidem pecunię quantitatem idem emphyteuticarius coram me notario & testibus infrà scriptis de mandato dicti domini abbatis ipsorumq́; fratrum dedit, & soluit ipsi B. Aurioli in solutionem & satisfactionem debiti supra scripti: quã siquidem rem idem dominus abbas se ipsius H. emphyteuticario nomine constituit possidere, &c. vt j. de donat. inter virum & vx. §. nũc de dote. in illa forma, A. dedit. vsque in fi. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, suosque hæredes. pone, eiusque successores vice & nomine ipsius monasterij. item non ponas verba illa, tã in proprietate, quàm in possessiõe. item vbi dicitur ibi, traditionem. dic donationem & concessionem. item vbi dicitur ibi, centum marcharum pone dupli dictæ quantitatis. & vbi, bonorum suorum. dic, bonorum dicti monasterij, seu ecclesiæ. pòst iunge, hanc autem concessionem & omnia & singula suprà scripta fecit idem dominus abbas expresè acto inter eum & dictum H. quòd ab ipso H. & quocunq; alio, ad quẽ res deuenerit memorat, vsque in ipsius tertiã personã, annis singulis in festo tali vnus denari⁹ Tur. nomine pensionis eiusdẽ rei ipsi ecclesię persoluetur. Postquam autem ad quartã personã peruentum fuerit, noua emphyteutica cõcessio fit hoc ordine seruato, renouationis tamen causa l. marchis argenti tunc eidem ecclesię persoluendis: hoc quoq; expressim inter eos acto, vt ex hoc contractu duo vnius eiusdẽ tenoris instrumenta fiãt, vnum pro ipso H. aliud pro ecclesia memorata.

3 ¶† Et nota, ꝙ cùm emphyteusis genus sit alienationis, vt extrà de rebus eccle. non alie. nulli. necessarius est episcopi consensus, vt dixi xij. q. ij. abbatibus. & c. placuerit. 18. q. 4. in vẽditionibus. & probantur præmissa x. q. 2. hoc ius porrectum. & auth. si œconomus. & auth. his vsus. & extrà de relig. do. constitutus. Item quod suprà dicitur de consensu capituli, vel maioris partis, probatur extrà de his, quæ fiunt à ma. parte cap. c. j. & cap. ea noscitur. extrà de donat. pastoralis. in fi. Item quod dixi de tractatu, qui semper debet interuenire in tali alienatione, probatur xij. qu. 2. sancti. extrà de his, quæ fi. à præl. sine consensu cap. c. cùm apostolica. & c. tua. & de rebus ecc. ali. vel non, dudum. & ibi no. vtrùm tractatus hu-
a iusmodi sit de substantia contractus [a]. Item quod dixi de tertia p-
4 sona, probatur in auth. de non alie. §. emphyt. Collat. 2. ¶† Et scias, ꝙ de ipso tractatu sic confici poterit publicum instrumentum:
b FORMA [b]. Dominus P. abbas sancti Affrodisij congregatis infrà scriptis eiusdem ecclesię canonicis ad capitulum more solito, sc. tali & tali, proposuit corã eis, ꝙ cùm occasiõe talis debiti, seu necessitatis, vtilitatis, vel causæ monasterio, vel ecclesię expediat, vt habeatur pecunia vsque ad quantitatem centum marcharũ, prouideant ipsi & deliberent, vnde dicta pecuniæ quantitas possit haberi. Igitur fratribus, seu canon. ipsis super hoc solenniter tractantibus & deliberantibus diligenter, tandem communi consensu ꝯfirmarunt, quòd talis possessio ecclesiæ ipsius concedatur in emphyteusim, vel alienetur, & pecunia, seu pretium dictæ rei in dictam causam, vel negotium conuertatur, credentes hoc pro dicta causa ipsi monasterio vtilius expedire. Et nota, ꝙ iste tractatus debet pluries fieri, saltẽ ter, vt dicunt quidam: & de qualibet vice de
c bet fieri publicum instrumentum: quod durum videtur [c]. ¶† Cæ
5 terum si emphyteuticaria concessio renouetur, prout in præcedenti forma tactum est, sic instrumentum conficietur: FORMA. Quoniam domus talis in burgo sancti Affrodisij Biteren̄. in tali via intra tales confines sita, &c. olim data & concessa H. à venerabili patre domino P. Dei gratia abbate sancti Affrodisij in emphyteusim sub conditione annuæ pensionis & renouationis post tertiam personam faciendæ, quæ nunc peruenit ad D. quondam filium C. & ab eo possidetur, & iam, vt dicitur, casus & tempus renouationis aduenit, idcirco ipso D. id instanter petente, idẽ domin⁹ abbas, pro se suisq́; successoribus vocatis specialiter præsentibus, & consentientibus ecclesiæ canonicis, scilicet tali & tali, de licentia talis episcopi Biteren̄. dedit & concessit vice & nomine præfatæ ecclesiæ in re & causa renouationis ipsius concessionis emphyteuticæ dicto D. pro se suisq́; hæredibus recipienti vsq; in sui tertiam personam, domũ præfatã ad habendum, tenendum, &c. vt s. ver. porrò. vsq;, modo aliquo pertinẽte. iũge, pro l. marchis, quas ipse dominus abbas ab ipso D. recepit ibidem & in præsenti in specialem eiusdẽ ecclesiæ vtilitatem conuertendas pensiones eiusdẽ domus, quas dictus D. habet eidẽ B. & eundem in ipsa plenissima auctoritate confirmãs: necnon promittens per se suosq́; successores vice & nomine ipsius monasterij dicto D. pro se suisq́; hæredibus stipulanti, &c. vt in præ. ver. porrò. vsq; in fi. hoc saluo, ꝙ vbi dicitur ibi dationẽ & concessionẽ. dic, renouationis concessionẽ. itẽ vbi dicitur ibi, dupli dictæ quantitatis. dic, l. marcharum. item vbi dicitur, hanc autẽ concessionẽ. pone, renouationis concessionẽ. Hæc forma probatur in præ. concor. de precario, c. 2. & extr. de reb. ec. alie. vel nõ, ad nostram. Inst. loca. §. adeo in auth. Col. 2. de reb. eccle. non alie. aut per. §. alienationis. Et hîc dicunt quidã, non esse necessarium consensum episcopi, ex quo
d in principali concessione interuenit [d]. Instrumentum autem per mutationis factæ de re ecclesiastica emphyteutica pro alia re em
6 phyteutica, vide j. tit. prox. §. j. ver. cæterùm. ¶† Si autem pensio rei emphyteuticæ pro pluribus annis soluatur, sic instrumentum conficietur:

FORMA. Cùm D. vnum denarium Tur. ecclesiæ, seu domino abbati sancti Affrodisij Biteren̄. nomine pensionis talis domus emphyteuticæ sitæ ĩ burgo eiusdẽ ecclesiæ in via tali intra tales ꝯfines annis singulis soluere teneatur, actũq́; sit inter eũ & dictũ dominum abbatẽ de consensu infrà dictorũ canonicorũ eiusdẽ ecclesiæ, & ad hoc specialiter vocatorũ, & ibidẽ præsentium, vt pẽsio pro infrà scriptis annis debenda, licet deberetur ad tẽpus, nũc simul & semel ipsi ecclesiæ persoluatur: idcirco dictus D. coram me notario & testib⁹ infrà scriptis dedit ac soluit ipsi domino abbati iiij. solid. & duos denarios Tur. in solutionem & satisfactionẽ pẽsionis pro l. annis ex dicta domo debendæ: idẽ verò dñs abbas confitens & asserens sibi de pensione dictæ domus fore prædicto tẽpore plenè ac integrè satisfactum, promisit pro se suisq́; successoribus vice & nomine dictæ ecclesiæ eidẽ D. pro se suisq́; hæredibus stipulanti, s. scriptã solutionem, & omnia & singula, &c. vt s. ver. porrò. vsq;, firma perdurent. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, dupli dictæ quantitatis. pone. xij. soli. Tur. postea iunge, canonici ante dictæ ecclesiæ his omnibus præsentes & consenti-
e entes, &c. extrà de loca. potuit. cum suis concor. [e]

ADDITIONES.

a Contractus. ¶ Et certum est, ꝙ sic. Item scias, ꝙ sic non seruiat his quæ substãtialia sunt, fieret ꝑ prælatũ datio in emphyteusim, putã sine cõsensu & tractatu capituli, recipiens non tenetur ad pensionẽ, dato ꝙ prælatus se offerat, qđ facit capitulũ cõsentire: licet consilio vnius Legistæ fuerit semel contrarium iudicatum, si super addebatur canonicorum consensus, per l. j. ff. de actio. emp. Iulianus. §. si quis colludẽte. Sed illud in ꝯtu, qui tenuit, & poterat ratificari: sed hîc secus: quia cõtractus ille à principio nullus, ratificari non poterat, cùm esset de perpetua alienatione, licet de tẽporali secus: quod dic, vt de his, quæ fiunt à præ. c. 2. & 3. & in ꝓ. dec. dudum. Hîc igitur de nouo oporteret inchoari contractum & haberi superioris licentiam, & approbari causam, & demum fieri contractum, vt s. Quod dixi pensionem non deberi, cessaret, si diceretur hodie locum habere, quod not. j. §. fin. ante versi. octauò quæritur.

b FORMA. ¶ Rolan. in Summa, scilicet in Aureola super præmissa forma.

c Videtur. ¶ Vide, qđ not. de reb. eccl. non alie. dudũ. in gl. secundũ quod. & quod super ea dixi, vbi per singulare probatur vnicũ tractatum sufficere, dummodo sit solennis & diligens. In monachis nigris seruentur constitutiones Benedicti, quę volunt tractatum duorum dierum interpellatorum, & certo casu Papæ licentiam, vt in rubrica, vbi de mutuis & venditionibus, & vbi de forma iuramenti.

FORMA. ¶ Rolan. xlv. cui continuatur sequens.

d Interuenit. ¶ Et ita seruatur.

e Concor. ¶ Contractus iste bene expediens est emphyteusim tenentib. sed non expedit ecclesiis dantib. quia sic facilè perire posset rei notitia, xij. q. 2. longinquitate. et ca. sæpe. vide j. §. nunc aliqua. ver. 32. et ver. seq.

SVMMARIVM.

¶ De instrumentorum forma super locatione rerum se mouentium.

1 *Locans alteri equum ad equitandum, quale facere debeat instrumentum.*
2 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
3 *Conductor alicuius rei debet omnia facere secundum legem conuentionis.*
4 *Obligatus ad speciem an per oblationem liberetur à casu.*
5 *Periculum omne recipiens rei conductæ, an de casu fortuito teneatur.*
6 *Locãs equum pro certo pretio quolibet mense soluendo cum pacto, quòd si moriatur equus, soluetur æstimatio, an equo mortuo soluer̃ pretiũ & æstimatio.*
7 *Locans boues ad laborandum, quale faciet instrumentum.*
8 *Oues suas alteri committens, qui certam partem debeat habere, qualiter faciet instrumentum.*
9 *Societate de bestiis alteri cõmissis ad saluum capitale facta, qualiter sit instrumentum conficiendum.*

3. §. Iam dicendum restat de locatione rerum se mouentiũ. Si quis igitur locat alteri equum ad equitandum, sic instrumentum conficietur:

FORM

a FORMA[a]. † A. ciuis Biteren. locauit & concessit vsq; ad x. dies vnum equum flauum[b] cum talibus sella & fræno æstimatum & appretiatum cõmuni concordia & assensu vtriusq; decem libris Tur. ducendum & equitandum vsq; ad Tholosam, confitens & asseuerans sibi ab ipso conductore de mercede locatiõis fore in pecunia numerata integrè satisfactũ: omnino renuncians exceptioni sibi non datæ, & non solutæ mercedis: dictus verò B. promisit solenniter absq; vlla exceptione iuris, vel facti, se obligando dicto A. pro se suisq; hæredibus stipulanti dictum equum bene, solicitè ac diligenter custodire, saluare, pascere ac tenere, & in ipso custodiendo ac saluando summam & exactissimam curam atque solicitudinem adhiberre, necnon eundem equum cum dictis fræno & sella in nullo magagnatum, vitiatum, seu deterioratum, sed eiusdem bonitatis, soliditatis, & sanitatis, vt tempore locationis erat, ei hinc ad dictum terminum restituere, & suæ domui consignare, siue soluere: & dare eidem hinc ad terminum ipsum prædictam æstimationem, videlicet decẽ lib. Tur. suscipiens insuper ab inde in antea in se & super se omnem casum fortuitum & euentum incendij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, violentiæ, hostilis aggressus, repræsaliæ, vulnerum, suppositurae, inclauature, infunditurae, doloris, mortis naturalis[c], & actus talis, & cuiuscunque morbi, & omnem alium tam diuino, vel humano iudicio, quã ex quolibet genere culpæ, vel moræ, vel aliàs qualitercunq; prouenientem, vel quod circa ipsum equum posset aliquatenus euenire: ꝙ si eum cum dictis fræno & sella æquè sanum & solidum, vt dictũ est, eidem non restituerit & consignauerit, aut dictam æstimationem non soluerit termino suprà dicto: vel si omnia & singula in hoc contractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo de iure, vel facto contrauenerit, promisit eidem dare ac soluere duplum ipsius æstimationis nomine pœnæ stipulanti in singulis capitulis huius contractus in solidum promissi: qua soluta, vel non, rata maneant omnia & singula suprà & infrà scripta. Quòd si fortè vltra dictum terminum equum ipsum ita sanum & solidum, vt præmissum est, restituere, aut eius æstimationem soluere distulerit, pacto promisit & conuenit eidem dare & soluere pro qualibet die, quam vltra terminum ipsum dictam restitutionem, vel solutionem differret, xij. denar. Tur. nomine recompensationis damnorum & interesse sub eadem pœna: qua etiam soluta, vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent: & nihilo minus etiã se soluturũ æstimatiõnẽ & recõpensatiõnẽ prædictam vbicunq; locorũ & fori creditor petierit ab eodem: item reficere & restituere sibi omnia & singula dãna & expensas, ac interesse litis & extrà, pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem oĩa bona sua, renuncians fori priuilegio, doli mali exceptioni, condictioni sine causa, in factum actioni, & exceptioni sibi non locati, & non habiti equi, & omni alij sibi auxilio competẽti.

2 ¶ † Ad euidentiam autem huius formæ quæritur[d]: ecce, postquã d B. conductor recepit ipsum equum, sine eius culpa, vel dolo ex aliquo vitio, vel morbo in præmisso pacto, seu locatione spãliter nõ expresso, puta ex vinculis, vel alio huiusmodi, moritur, vel deterioratur: quæritur, quid iuris? Et quidem videtur B. conductor esse in causa condemnationis in omni casu: nam agitur ad decem promissa, super quibus pactum interuenit, quod seruandum est, vt C. de pac. pactum. ff. eo. l. j. & l. iuris gentium. § ait prætor. & §. item si quis pactus. extr. eo. c. j. 22. q. j. omne, quod. C. de transact. non minorem. graue enim est fidem fallere, ff. de cõst. pec. l. j. 22. q. v. iuramenti. Item contractus ex conuentione legem accipiũt, e ff. depositi, l. j. §. si conuenerit. Nec oportet[e] equum reddi talem, qualis datus est: nam impossibilitas stipulationis nõ vitiat ipsam: nec etiã difficultas, ff. de ver. oblig. continuus actus. §. illud inspiciendum. & l. stipulationũ. §. j. & extr. de cond appos. ĩ. de spon. c. fi. & de pact. c. fi. ff. de reg. iur. impossibilium. Nec debet quis se ad impossibile obligare, ff. quæ sen. sine app. rescin. l. fin. C. de temp. app. l. fi. Quodcunq; enim pactum in rei traditione apponitur, illud seruandum est, ff. de pac. l. in traditionibus. Quòd etiam conductor ad æstimationem teneatur, probatur ff. locat. quæro. § pe. & l. cùm fundus C. sol. mat. si circumscripta. in fi. ff. de æstim. act. l. j. æstimatio enim veram facit venditionem, cùm vterq; consensit, vt C. de iureiur. quoties. & ff. eo. plerunq;. Nec obstat l. C. eod. inter vnum. quia illud locum habet, quando res fuit simpliciter æstimata nullo pretio apposito in contractu pro re tali restituenda, qualis fuit data: aliàs secus, vt in dictis legib. Nec est necesse ꝓbare de culpa: quia illud locum habet, quando locatio stat in finibus locationis.

3 ¶ † Si verò transit in alium contractum suscipiendo nouam formam ex pacto, aliud: quia tũc non requiritur culpa, omnia enim tenetur conductor facere secundũ legẽ conuentionis. vt ff. loc. & conduc. si merces. §. conductor. Sed quid? ecce B. vult equum restituere A. locatori: ipse verò A. non vult recipere, dicens fortè eum magagnatum, vel deterioratum. nã videtur periculosum equũ retinere.

4 ¶ † Si enim tibi ad speciem teneor, & tibi offero, liberor à casu, vt ff. de sol. qui decẽ. Vnde dicas, ꝙ si A. noluit equum recipere, debet B. testibus præsentibus equũ sibi repræsentare, & vt eum recipiat, inuitare: ꝙ si noluit recipere debet ei dimittere. nec deinceps ad B. ipsum periculum pertinebit, arg. ff. de peric. & com. rei vend. l. ij. §. licet autem. sicut & aliàs venditor potest effundere vinũ, vt C. de peric. & cõmo. rei ven. l. ij. & ff. de contrah. emp. quod sæpe. §. in his. Arg. tamen pro locatore: quia non reddit ꝯmodatũ, qui non reddit eo modo, quo debet, putà deterioratum, ff. commo. l. 3. §. j. Idem in eo, qui exhibet, vt ff. ad exhib. si quis hominem. §. iij. Idem in eo, qui obscurè respondet, vt ff. de interrog. act. de ætate. §. nihil interest. & argu. ad hoc ff. de act. emp. & ven. Iulianus. Sed res commodata deterior reddita, non videtur reddita: verum est, quò minus commodator petere possit id, ĩ quo res commodata deterior est facta. Aliud autem est in re conducta, quàm circa vinum, quod licet effundere: sed ad hoc, vt id liceat, debeo deponere & consignare in æde sacra, vel publicæ personæ, vt C. de vsur. acceptam. & de solut. l. obsignatione. nam iura variè ex personis constituuntur, vt ff. de rei ven. in fundo. in prin. & xix. dist. c. j. vij. q. j. petiisti. & diuersitas per f sonarum diuersam accipit medicinam, xiiij. q. vj. si res. in fi.[f] Item pro locatore facit ff. commo. si, vt certo. §. iij. & iiij & ff. locat. op⁹, quod aduersione.

5 ¶ † Quãdo enim periculum esset cum casu forg tuito, non teneretur[g], vt ff. de neg. gest. lites. §. 2. nam licet quis ꝓmiserit se indemnem aliquẽ seruaturum, vel rem receperit æstimatam, non tamen probat fortuitum casum, vt ff. pro socio, l. cũ duobus, §. damni. non enim ad hoc fuit æstimatio facta, vt conductor equum haberet emptum, sed vt magis sciretur, vtrùm dolo, vel culpa eius equus periisset, vel deterior factus esset, arg. ff. vsu. h quẽad. ca. l. j. §. rectè[h]. & C. vnde vi, l. si quãdo. Azo autem dixit[i], i quòd ad hoc, vt s. casus fortuiti imputarentur, necesse est omnes in pacto exprimi, sic sci. vt teneatur de morte & ruina, &c. vt s. in prox. forma: ita quòd singuli sigillatim nominentur: alioquin de non expressis non teneretur, quãuis in generali clausula excipiãtur, argu. C. commo. l. j. & de neg. gest. l. negotium gerentes. ff. de procur. non solùm. in fi. & l. Pomponius. in prin. ff. de minor. illud, §. si talis. C. ad Velle. iubemus. ff. de acquir. hæred. si quis mihi bona. §. iussum. ff. si qs cautio. sed & si quis. §. quæsitum. Alij dicunt impossibile eẽ oẽs enumerari posse, ad qđ nemo obligat, vt s̃. vñ fm eos, sufficit dicere in gñe, tẽeat de omni casu: q̃a quod facit spãle quo ad speciẽ, id facit generale, quo ad genus, ff. pro soc. actione. §. renunciare. ff. de adm. tut. si duo. Tu dic, quòd aut stat per cõductorem, quò minus omnes casus specificẽtur, vt quia dum A. locaret equũ suũ, dicebat B. cõductori, frater: si vis equũ meũ ducere, volo, vt mihi tenearis de tali & tali casu: cùm vellet omnes casus enumerare, B. dixit: frater, lõgum esset omnes enumerare, sed ego tibi volo de omnibus teneri, & tunc de omnibus tenetur. præsumitur enim plus dictum. & minus scriptum. ff. de hæred. instit. l. i. §. i. & quia, quod tacitè inter cõtrahentes agitur, pro expresso habetur, ff. si cer. pe. cùm quid. Si verò A. dixit, volo, ꝙ tenearis de tali & tali, enumerans quosdam, nõ omnes, & subiunxit, de oĩbus tenearis: tunc B. de enumeratis tm̃ tenebit. illa enim clausula generalis trahitur tm̃ ad specificata, ff. de transac. cùm Aquiliana. & l. Aquiliana. et l. qui cum tutoribus. in princip. et in fin. et ff. de admin. tut.

ADDITIONES.

a FORMA. ¶ Rolan. et est tertia quintæ partis.

b Flauum. ¶ Rofr. posuit ferentem: putò quòd dicit flauum, quod sonat in album, vel rubeum, vel verius ex his mistum, quod dicitur blundus.

c Naturalis. ¶ Licet idem posuerit Roff. dicebat auctorẽ omittere.

d Quæritur. ¶ Hæc quæstio et sequens fuerunt Iac. Bal. qui de hoc fecit notulam, quæ incipit, vt plena notitia. quantum duret, infrà dicam.

e Nec oportet. ¶ Iac. dixit, nec potest dici, quod sit opus, etc.

f Si res in fi. ¶ Itẽ pro ꝯductore: sic habeo in Iac. cui conueniũt verba sequentia: saluo, quòd mutauit autor habens hanc literam corruptam, et statim dicam.

g Non tenereẽ. ¶ Vera litera, qui enim omne periculum susceperit, de casu fortuito non tenetur. et huic literæ non conueniunt subsequentia, et lex allegata.

h §. rectè. ¶ Hic finitur no. Iac. quo ad materiam. Subdebat autem, quòd quia de casu fortuito, an recipiatur generaliter, erat quæstio sabbatina, quæ incipit, vtrùm ex pacto, et per multos, et in multis locis erat de hoc notatum: iõ illã prosequi non curabat.

i Dixit. ¶ Quod placet Rof. rub. de actio. oneris ad. vbi dicit etiam hoc placuisse Rodulpho suo præceptori.

min.tut.quidam decedens. & sic intelligitur opinio secūda. Aut stat p locatorem: vt quia ipse dixit B. conductori: Frater, longum esset omnes casus enumerare, sed de oībus mihi tenearis: & tunc
a cōductor de nullo tenetur: & sic intelligit opinio prima[a]. ¶† Sed
6 ecce: locaui tibi equum, & promisisti mihi quolibet mense dare xx. solidos pro vectura: & quandocunq; moreretur, xij. lib. pro illius æstimatione: demum moritur equus: & quia intra annū non restituisti mihi illum, peto xx. sol. pro quolibet mēse. Et videtur, ꝙ non teneris, ex quo mortuus fuit, ff. loc. habitatores. §. j. & si fueris factū pactum, ꝙ, etiam equo perdito, nihilominꝰ tenearis ad pēsionē, illud, tāq̃ iniquū, dēt rescindi, ar. ff. de ver. ob. si qs cū aliter. ꝯtus.n. iste hōe fi.ē, sicut ꝯtus emptiōis, in quo deceptus vltra dimidiam iusti pretij, restituit̄, C. de rescin. vend. rem. extra. de emp. & ven. c. pen. Vnde multò fortiùs restitui debet in tanto deceptus. Si aūt vendis mihi equum, dicēs: nolo tibi de aliquo vitio teneri: dic, vt s̄. de emp. & ven. §. nunc dicendum est. versi. quid si
7 venditor. ¶† Si autem aliquis boues suos locat ad laborandum, sic instrumentum conficietur:

FORMA. A. confessus fuit & ꝯtentus se habuisse & recepisse ad laborandū ad quartam partem lucri à B. duos boues, vnum sc. album cum cornibus demissis: & aliū rubeum cum cornibus elatis pretij & æstimationis quinq; librarū Tur. hinc ad vnum ꝓximū annum, promittēs solēni stipulatione B. dictos boues fideliter & diligenter custodire, saluare, pascere, & tenere omnibus suis expēsis: ipsosq; ñ vendere, vel alienare sine expressa dñi licentia & mādato, in se dictorū boū semper dominiū reseruātis, ita ꝙ à quocūq; altero possidēte ipsos pleno iure valeat vendicare, & pro summa dictæ suæ quartæ partis laborerij dare, & defendere eidē Narbonæ ad domum suā decē sextaria frumēti boni, pulchri, & mundi in festo sanctorum iusti & Pastoris: in fine verò termini dictos boues, aut prædictam æstimationem cum quarta parte lucri, siue tm̄ minus ipsa æstimatione, quantum fuerit totum damnum ipsio dño dare & consignare: veruntamē si dicti boues, aut alter eorum ipsius laboratoris, aut eius nuncij, siue familiaris culpa, dolo, fraude, vel mala custodia perierit, aut destructus, vel perditus fuerit, ad ipsum laboratorem spectet singulariter totum damnū: & si diuino iudicio, vel casu fortuito perierint, totum damnum ad dominum pertineat ante dictum. Quòd si contigerit eū ipsos boues per octo dies vltra terminum suprà dictum retinere, quī eos, vel dictam æstimationem cōsignet, vt dictum est, extunc vsq; ad vnum annum, & sic de singulis annis ipsos à dicto domino retinere, eisdē pactis & conditionibus teneatur, si de ipsius domini processerit voluntate: quia sic actum extitit inter ipsos, quę omnia & singula supra scripta promisit idem A. ipsi B. pro se suisq; hæredibus stipulatione solenni, firma, rata habere, & tenere, & seruare, nec contrafacere, vel venire per se, vel per alium aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto sub pœna dupli æstimationis pretij ante dicti, stipulatione in singulis capitulis huius cōtractus in solidum promissa: qua soluta, vel ñ, rata maneant omnia & singula s̄. & j̄. scripta: & nihilominus vnumquodq; prædictorū, prout ꝓmisit & ꝯuenit se restiturū, soluturum, & daturū, vbicūq; loco rum & fori ipse B. petierit ab eodem. Itē restituere, & reficere sibi singula damna & expēsas ac interesse litis, & extra, & de his credere suo simplici verbo sine sacramento, vel alia qualibet probatione. Insuper promisit præceptum talis iudicis recipere de prædictis omnibus & singulis adimplendis hinc ad v. dies sub pœna x. lib. Tur. stipulatione promissa: qua soluta, vel non, omnia & singula firma perdurent: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruādis obligauit eidem omnia bona sua, renuncians fori priuilegio, exceptioni sibi non traditorum & non habitorū boum ex
8 dicta causa, & omni auxilio. ¶† Illud quoq; non est ignorādum, ꝙ si tibi committo oues meas, ita ꝙ certam partem fructus debeas habere, quem cōtractum Italici vocant Socidam, i. societatem pecudum, sic instrumentum conficietur:
b FORMA[a]. A. confessus fuit & contentus se habuisse & recipisse in socidam, seu societatem à B. centum oues pretij xxv. lib. Turo. hinc ad tres proximos annos, promittens solenni stipulatione dicto B. eas, omnesq; ipsarum fructus futuros & fœtus omnes suis expensis fideliter & diligenter custodire, saluare, pascere ac tenere: ipsasque, aut earum fœtus, vel fructus aliquos non vendere, vel alienare, &c. vt in prædicta forma vsque, vendicare. postea iunge, fructus verò & fœtus earum, scilicet agnorum lanæ, casei & stercorum dimidiam bona fide dicto B. ad ipsius voluntatem consignare, & dare: & in fine dicti termini ipsas oues præfatæ socidæ, vel illas, quæ ex eis tunc temporis extabunt, ipsi B. restituere & consignare. Si verò ipse, vel aliqua earum, seu ipsarum aliquis fœtus & fructus, ipsius A. vel eiꝰ nuncij, siue familiaris culpa, aut dolo, vel mala custodia perierint, aut destructæ, vel perditæ fuerint, totum damnum spectet ad eum. Si autem diuino iudicio, vel casu fortuito id euenerit, ad dictum B. spectet, dummodo ipse A. per repræsentationem corij ouis mortuæ, vel aliter faciat plenam fidem: quæ omnia & singula suprà scripta, &c. vt in prędi
9 cta forma. ¶† Quòd si præfata socida fiat ad saluum capitale, sic instrumentum conficietur:
c FORMA[c]. A. confessus fuit & contentus se habuisse ac recepisse à B. in socidam ad saluum capitale, vnam vaccam talis pretij, & æstimationis l. sol. Tur. promittens solenni stipulatione dicto B. vaccam ipsam, omnemq; futurum eius fœtum & fructum, &c. vt ꝑcedenti forma vsq;. vendicare. verbis decenter mutatis pòst iunge, ex fructibus verò & fœtibus vaccæ prædictæ, prioribus videlicet, qui ex ipsa sumentur, tantum ipsi B. ꝯsignare & dare, quousq; sibi de dicto capitali & pretio integrè satisfiat: quo capitali assignato & dato, totius eius, quod inde supererit, dimidiam sibi dare. Si tamen vacca ipsa: aut eius aliquis fœtꝰ, &c. vt s̄. vt in præce. vsq;, perdita. pòst iunge, dicto B. in integrum restituere pretium prædictum cum omni damno & interesse suo. Si autem diuinum iudicium, vel casus fortuitus contigerit, spectet ad dictū dñm totum

ADDITIONES.

a Prima. ¶ De hoc satis scripsi de commo. c. vno, super gl. 2. Nolo, ꝙ ignoretur dictū Nic. Mat. qui in quæstione per eum Paduæ disputata, q̃ incipit. quidā scholaris. & fuit de scholari, q̃ duxit equū de Partibus, quē mercatori illuc ituro dedit ad sui cōmodū ꝑsentandū in domo scholaris omni periculo mercatoris, & equꝰ sine mercatoris culpa, vel mora mortuus est: tenuit ex vi pacti mercatorē ad æstimationē teneri, dans ꝓ regula, ꝙ vbicunq; tale pactū vel simile apponitur in ꝯtu super identitate eius rei, q̃ aliꝰ extra naturam ꝯtus custodire, & reddere, vel tradere tenetur, locū habeat condēnatio æstimationis ex vi talis pacti: inducit principaliter legem C. de pig. act. quę fortuitis. in fi. qui finis, f͠m eū, dirimit casum istum: & huic conuenit decr. vnica, de commo. & 2. de deposito: quæ loquuntur in ꝯtibus, ex quibus debebatur custodia & restō: saluo, ꝙ si respectu certi casus talia verba poneret̄ in pacto, restringentur ad illū casum, vt C. commo. l. j. ad Velle. l. iubemus. de trāsa. l. si certa. &, f͠m eū, principali dicto non obstat generalitas: quia tale pactū dicendū est speciale, vel specialiter factum ex quo verba exprimunt peremptionē rei vltra naturā ꝯtꝰ. Hîc tamen esset quærendum, q͠n tale pactū faceret ꝯtum generatitium, vt si loco equū, vel bouē pro certo pretio, faciens pactum, ꝙ pereat ꝯductori: nā tunc exprimantur, vel non exprimant̄, casus peremptionis, pactū habebitur pro non facto, & ꝯtus tenebit, C. de pac. pig. l. j. ff. de vsur. l. pecuniæ. & l. placuit. & de ac. emp. l. Iulianus. §. idē Papinianus. est em̄ de natura fœnoris, ꝙ lucrū sit creditoris, & periculū debitoris, C. si cer. pe. l. incēdiū. & j̄. de vsur. per totū. Si verò tale pactū interpositum est pp aliud, nō ad indēnitatē eius, cui prædictæ res debētur, vt s̄. dictū est, putat opinionē illā verā ꝙ de necessitate sint specificāda pericula, & casus, ad quos teneri debet ꝓmittēs, vt ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. vbi de hoc, & l. si post. Si nō specificētur, teneantur solū de leui & leuissima, & non de casu fortuito, ratione s̄. dicta: q̃ attribuit Odof. & quia cùm tale pactū nō fundetur super indēnitate cōseruanda sup re, de qua ꝯhitur, restringendum est verbum periculi ne sub inuolucro verborū decipiatur ꝯhens, obligādo se ad id, quod non faceret, si specificatū esset, ff. quæ res pig. ob. poss. l. j. Diuersitatis rō redditur: qa absurdū esset, ꝙ quis indemnitati rerum suarum ꝓuidere non posset per pactum circa res suas, vel sibi debitas: & maximè cū ꝯtum aliàs facturus ñ esset in alio casu, quæ tanta ratio non suadet, inuēta est æquitas, §. quæsitum. facit C. de codicil. l. fi. §. pen. & qui pot. in pig. hab. l. fi. in fin. Adhuc scire debes, ꝙ Alber. & Odof. disputauerunt quæstionem, quæ incipit, Titius locauit. qua sequitur, si locator fundi ꝓ certo pretio ad quinquennium in ꝯtu expressit certos casu fortuitos. ad quos voluit teneri, putà vim fluminis, incursum hostium, vel prædonū, de aliis nil fuit dictum: quis teneatur de nō expressis? & tenuit de his locatorem non teneri, per l. ff. commo. si vt certo. §. si me rogaueris. & §. si de me. p quos §§. patet, vt dicit, ꝙ si argentum meum alicui commodo, & in commodando mihi specialiter prouideo, apponendo custodem argento, periculū peremptionis argenti pertinet ad me commodantem: aliàs si non prouidi, pertinet ad commodatariū. hoc dixit f͠m ibi notata in alleg. Induxit l. 2. C. de pign. vbi creditor habens generalē obligationē, si recipit specialem, sibi in aliis ꝑiudicat, nisi in subsidium: ad idem in vxore, q̃ super paraphernalibus recipit specialem hypothecam, C. de pac. conuen. tam super dote. l. fi. ad idem ff. si cert. peta. l. certi condictio. §. quoniam. & §. si nummos. de verb. obli. si ita. §. stipulator. & de nouat. l. cùm enim. & l. sequenti.
b FORMA. ¶ Rolan. ix. parte v. post istam sequentes.
c FORMA. ¶ vt suprà.

a tum damnum[a]. Quæ omnia & singula suprà scripta promisit eidem A.&c.vt s.ver.si autem aliquis.vsq; pœna dupli.iunge dicti pretij stipulatione promissa & refectione dãnorum & expensarũ litis & extrà,&etiam obligatione omnium bonorum:qua pœna soluta,vel non,prædicta omnia & singula firma perdurent,renũcians exceptioni sibi non traditæ, & non habitæ vaccæ,ex causa & pacto prædicto,& omni alii auxilio.

ADDITIO.

a Damnum. ¶Ante capitale detractum procedit hoc pactum: sed post id,totum,quod superest, fit commune: ergo & diuinum iudicium est commune.

SVMMARIVM.

¶De instrumentorum forma super locatione operarum.

1 *Locans suas operas ad scribendum,quale faciet instrumentum.*
2 *Conuentione,seu locatione facta de opere,putà de immutãdo,ędificando,&c. quale sit instrumentum faciendum.*
3 *Promittens alteri seruire,quale faciet instrumentum.*
4 *Instrumentum conuentionis de aliquo in aliqua arte instruendo,qualiter sit faciendum.*

1 4.§.Restat super operarum locationibus aliqua instrumenta formare.†Si igitur qs locat suas operas ad scribendum,sic instrumentum conficietur:
a FORMA[a]. A.promisit & ɔuenit solenniter sine aliqua exceptione iuris,vel facti,se obligãdo ad id B.pro se suisq; hæredib. stipulanti scribere sibi vnũ Decretum in textu de tali litera & forma,vt ęquè bona,vt &scripsit in primo folio primi quinterni eiusdẽ decret.quam quidem literam ostendit, & ad eius similitudinem & formam obtulit & conuenit se illud Decretum scribere integrè: & etiã de meliori,si potuerit & sciuerit,bona fide:& continuando bene& diligenter & fideliter dictum opus sine sui vel alterius operis,vel scripturę alicuius interpositione,donec totum Decretum scriptum fuerit& completum:& hoc pro xv.lib. Tur.de quibus idem A. confessus & contentus fuit se iam habuisse & recepisse à dicto B.v.lib. Tur.exceptioni sibi non datæ ac non solutæ ipsius omnino renuncians quantitatis.Residuum autẽ dictę summæ dictus B.solenni stipulatione promisit A. dare ac soluere eidem hoc modo,s.v.lib.Tur.duabus partibus ipsius operis perfectis:reliquas verò quinq; libr.finito toto opere & cõpleto.Quę omnia & singula scripta promiserunt vicissim,s.vnus alteri adinuicem solennibus stipulationibus hincinde interuenientibus firma,grata & rata habere,& tenere,obseruare & adimplere, nec ɔ facere,&c.vt s.in prima forma huius tit.vsq; in fi.hoc saluo.ꝙ vbi dicitur ibi,xx.lib.pone, dupli dictæ quantitatis.& concipitur hîc
2 libellus,vt j.§.prox.vers.& scias.¶†Si verò locatio & conuẽtio fiat de alio opere faciendo,putà de immutando,vel ædificãdo,& huiusmodi,attende,quid hincinde promittitur:&promissionem vnius partis continuè primò pone,& postmodum alterius:dein de pone illã clausulã,quæ omnia & singula,&c.vt in præd.¶†Si
3 verò quis promittit alteri seruire,sic instrumentum conficietur. FORMA.A. locauit & conuenit B. de operis & seruitio suo sibi ac familię suæ prę̃stãdo,hinc ad vnũ proximũ annum,promittẽs solenniter sine aliqua exceptione iuris,vel facti,se obligando dicto B. pro se suisq; hæredibus stipulanti fideliter & solicitè facere,quæcunq; sibi, & familiæ suæ atq; negotiis suis vtilia crediderit,& etiam quæcunq; sibi ab eo,vel familia sua bona fide præcepta fuerint: & res eius,& familiæ suæ,& cuiuscũq; alteri⁹,quæ penes eum fuerint,fideliter,omni dolo & fraude remota,custodire & saluare.& de ipsis furtũ non facere,nec volenti facere consentire:imò pro posse se opponere,& quemlibet facientẽ, vel facere volentem aliquod furtum vel damnum, vel iniuriam ipsi domino,quàm citò sciuerit,vel senserit,eidem manifestare.secreta q; ipsi ab ipso dño cõmissa fideliter retinere:dictus verò B.promisit & conuenit stipulatione solenni dicto A. sibi dare decenter& debitè victum & vestitum,calceamẽta hinc ad terminũ suprà dictũ,& super suo merito xl.sol.Tur.videlicet dimidiam in tali termino,& reliquã dimidiã in fine anni.Quæ omnia & singula,&c. vt in præd.forma vsq; in finẽ,hoc saluo,ꝙ vbi dicitur ibi dupli dictæ quantitatis,dicas centum sol.Tur.postea iunge. Insuper idẽ A. corporaliter ad sancta dei Euangelia iurauit prædicta omnia & singula à se ꝑmissa grata,firma,& rata habere,tenere, obseruare, & adimplere,nec ɔ facere,vel venire,de iura,vel de facto,per se vel per aliũ vllo mõ.ꝑterea dicti A.precibus & mãdato B.se principalẽ constituẽs promisit principaliter&in solidũ sine aliqua exceptione iuris,vel facti,se obligando dicto B.pro se suisq; hæredibus stipulãti se facturũ & curaturũ omni exceptione remota, ꝙ dictus A.omnia prædicta & singula à se ꝑmissa firma,grata&rata habebit,tenebit,obseruabit,& implebit,nec ɔ faciet, vel veniet aliqua ratione,vel cã,de iure,vel de facto:qđ si nõ fecerit &curauerit,vt dictũ est:& ꝑpterea dictus B.dãnum aliquod sustinuerit,vt quia d. A.furtum, vel dãnum ei faceret,super quo simplici verbo eidẽ B.credatur absq; alia ꝓbatione,cõseruabit ipse A.dictũ B.indemnẽ sub pœna centũ sol.Tur.stipulatione promissa,& refectione dãnorũ & expensarũ litis & extrà , & de obligatione omniũ bonorũ suorũ:qua pœna soluta,vel non,prędicta omnia & singula firma perdurent, renunciãs beneficio nouæ ɔstitutio-
4 nis de fideiussorib.et omni alij auxilio.†Quòd si fiat conuẽtio de aliquo in aliqua arte instruendo,sic instrumentum conficietur: FORMA.A.posuit et pacto đdit B.filiũ suũ magistro C.sutori ad addiscendã et operandã artẽ suẽdi,hinc ad quinq; ꝓximos annos promittens solẽniter sine aliqua exceptione iuris,vel facti,se obligando dicto C.ꝓ se suisq; hæredib.stipulãti se facturũ et curaturũ,ꝙ dict⁹ B.hinc ad terminũ ipsum perseuerabit et cõtinuè morabitur cũ dicto C.magistro, et fideliter,ac studiosè faciet,et operabitur,quæcũq; dictus magister sibi circa doctrinam et exercitium ipsius artis præceperit: res quoq; eius,et cuiuscunq; alterius, quæ penes eũ erunt,bona fide custodiet,et saluabit,furtumq́; nõ faciet,nec volenti facere consentiet:sed et neq; fugiet,neq; discedet ab eo hinc ad terminũ suprà dictum:ꝙ si aliquid eorũ fecerit et satisfaciat de hoc ipse A.dicto C.eumq; seruabit indemnem:et specialiter faciet et curabit, ꝙ ipse B.quot dieb⁹ ante dictum terminum ꝑter ipsius C. voluntatem discedet,vel se subtrahet à cõtinuo exercitio dictæ artis,tot ei reficiet et restaurabit in eodem opere et exercitio ad suam voluntatem post terminum suprà dictum:et ꝙ dabit et deferet eidem magistro ad domum suã vnum caponem et duas fogatias quolibet anno in festo Epiphanię:dictus verò magister C.promisit ipsi A. pro se,suisq; hæredib.et nomine et vice dicti B. stipulanti , quòd docebit et instruet dictum B. bona fide et fideliter in arte prędicta:dabitq́ue eidem quolibet anno duos solares : quæ omnia et singula,etc. vt s.in prima forma huius tituli.

ADDITIO.

a FORMA.¶Rolan.iiij.in v.parte,cui duæ continuantur.

SVMMARIVM.

¶De libellorum conceptione super locationibus.

1 *Libellus qualiter sit contra emphyteutam , vel libellarium nolentem domino soluere pensionem,conficiendus.*
2 *Confidens probare dominium,vel quasi,qualiter libellum concipiet.*
3 *Petere volens possessionem subtractam,qualiter libellum faciet.*
4 *Emphyteuta,cui tradita fuit res emphyteutica,volens contra alium possessorem agere,qualiter libellum concipiet.*
5 *Libellus qualiter sit in actione ex conducto concipiendus.*
6 *Libellus contra locatorem rem locatam ad certum tempus auferentem intra tempus,qualiter sit concipiendus.*
7 *Positiones in actione ex conducto,qualiter sint formandæ.*
8 *Libellus qualiter sit in actione ex locato concipiendus.*
9 *Locator volens eum,cui locauit,expellere,qualiter formabit libellum.*
10 *Expulsus à domo locata , quibus casibus teneatur ad solutionem pensionis, & quibus non.*
11 *Conductor domus an teneatur domum,si corruerit,reficere.*
12 *Pastor animalium an semper teneatur de perditis,vel vitiatis.*
13 *Conducens fundum tertiam partem fructuum redditurus,an si minus,quàm posuit,recepit,possit detrahere ex illis sumptus,quos fecit.*
14 *Pensio rei conductæ quando sit soluenda.*
15 *Finito tempore locationis an possit locator conductorem auctoritate propria expellere.*
16 *Scriptor locans operas suas,si per tempus stet,quòd non scribat,nec per eũ stat, an possit petere interesse.*
17 *Positiones qualiter fiant,vbi locator vult conductorem expellere.*
18 *Locans duobus operas suas,cui illorum satisfacere debeat.*
19 *Locans operas suas si casu fortuito impediatur,an petere possit totam mercedem,vel pro rata partis diei,qua laborauit.*
20 *Mercenarius infirmus an habere debeat mercedem pro temporre,quo infirmatus est.*
21 *Contra conductorem alicuius vineæ, quam deteriorauit, qualiter concipiendus sit libellus.*
22 *Conductor in se suscipiens rei conductæ periculum speciali pacto,semper teneatur.*
23 *Positiones qualiter sint in actione oneris aduersi formandæ.*
24 *Actio Seruiana prætoria cui,& quando cõpetere dicatur in causa locationis.*
25 *Contractum locationis præcedere necesse est,ad hoc vt actio Seruiana cõpetat.*
26 *Inquilino volente à domo conducta recedere, proditur interdictũ de migrãdo.*
27 *Positiones qualiter sint in actu,vbi proponitur interdictum de migrando, formandæ.*

28 *Obligare potest quis ea, quæ de bonis suis facit obnoxia.*
29 *Vtilis rei vendicatio prætori a cui dari dicatur.*
30 *Possessio rerum pro pretio obligatarum quo casu possit per interdictum Saluianum auocari.*
31 *Agere volens contra colonum qualiter libellum faciet.*
32 *Constitutio, non abs re. C. vnde vi, locum habere dicitur, vbi colonus rem domino petenti non restituit.*
33 *Colono nolente domino rem petitam restituere, an possit æstimationis pœna peti.*
34 *Domino, cuius possessio neglig entia coloni, vel inquilini, vel procuratoris perditur, qualiter sit prouidendum.*

5. §. postquam tam plenè instrumẽtorum formas posuimus, restat, vt in hoc titulo libellos concipiamus. Si igitur emphyteuta, vel libellarius non vult domino soluere pensionem, sic contra eum libellus concipietur:

a ¶Lib.[a] †Coram, &c. conqueror de P. qui ad libellum, vel emphy
1 teusim tenet fundum talem, cuius fines, &c. ab ecclesia mea: ratione cuius eidem ecclesiæ, seu eius rectori, vel mihi singulis annis sex denarios talis monetæ dare & soluere tenetur annuatim: in quorum denariorum, vel cuius canonis solutione iam per biennium, & amplius, cessauit: quare peto dictum fundum, qui cecidit in commissum, mihi restitui & assignari, & ad hoc ipsum P. sententialiter condemnari, vt extr. eo. c. pen. & vlt. & x. q. ij. qui rem huius. quæ est C. de sac. san. eccle. extra. de dilat. literæ. extra. de relig. do. constitutus. ¶Vel sic:

Forma. Ego A. syndicus talis ecclesiæ nomine eiusdem ecclesiæ ago contra P. petẽs ab eo talem possessionem, quam ipse, vel prædecessores sui in emphyteusim à dicta ecclesia habuit, vel habuerunt, & ius emphyteuticum amiserũt, vel amisit, & dictæ ecclesiæ restituere contradicit: vnde iustitiam postulo, proposita conditione ex lege Zenonis, quæ est C. de iure emphy. l. j. quæ lex loquitur etiam in emphyteuta ecclesiæ, non solùm laici. Si autem propter canonem non solutum biennio ecclesia repetet, vt s. in præ. l. tunc proponat cõdictionem ex lege Iustiniani, quæ est C. de sac.
2 sanct. eccle. authen. qui rem. ¶†Si autem ecclesia confidat probare dominium, vel quilibet, qui cõfidit de dominio, vel quasi probare, sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. ego talis syndicus talis ecclesiæ conqueror de P. à quo peto talem petiam terræ, quam possidet in tali loco, quam assero ad me pertinere iure dominii, vel quasi. & hic libell[9], secun
b dum quosdam, potiùs de cõsuetudine admittitur, quàm de iure[b].
3 ¶† Si autem velit petere tantùm possessionem subtractam, sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. vt s. vsque, quare peto. iunge, dictam pensionem subtractam mihi nomine præfatę ecclesiæ dari, restitui, & eundem compelli, vt in futurum eandem integrè mihi soluat: & ad hoc sententialiter condemnari, vt in præd. concord. ¶Emphyteuta autem contra ecclesiam sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. syndico talis ecclesiæ, & peto vt mihi tradat corporalem possessionem talis vineæ, quam mihi talis præpositus cum consensu clericorum eiusdem ecclesiæ in emphyteusim concessit, nec tradidit, proposita condictione ex l. Ze-
4 nonis, de iure emph. l. j. ¶†Si autem emphyteuta, cui tradita fuit res emphyteutica, velit contra alium possessorem agere, sic libellum concipiet:

c Lib. Coram vobis, &c. cõqueror de P. à quo peto talem vineam, quam possidet, proposita vtili actione in rem, quæ datur emphyteuticario, ff. si ag. vect. vel emphy. pet. l. j. & ij. ¶Si verò non fuit tradita, non potest agere, nisi actione sibi ab ecclesia cessa: & tunc sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. peto à P. talem vineam iure dominii, vel quasi, actione mihi cessa à tali præposito & capitulo. nam & ius dominii, id est, rei vendicatio & omnis ferè actio ceditur, C. de hæred. vel
d act. vend. l. fi.[d] ¶†Verùm si locator domum, vel fundum condu-
5 ctum non vult inquilino, vel colono tradere, vel tradidit, sed cætera non præstat, ad quæ tenetur conductori, prodita est actio ex conducto, quæ ciuilis est, Inst. loc. ff. eo. ex conducto, in qua sic libellus concipietur:

¶Lib. Coram, &c. conqueror de P. à quo conduxi talem domum vsque ad annum pro xx. quam domum ad inhabitandum mihi assignare contradicit: vnde ago contra eum, quòd ipsam domum ad inhabitandum vsque ad annum mihi assignet: & ad hoc propono actionem ex conducto, vt in præ. l. ex conducto. ¶Alii verò dicunt, quòd nõ tenetur iste ad traditionem, sic nec venditor: cùm hæc actio sit similis actioni ex vẽdito, vt ff. e. l. j. sic concipietur lib.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. à quo conduxi talem domum, vel fundum pro decem, quem, seu quam mihi præstare, seu assignare contradicit ad inhabitandum, seu colendum: vnde ago contra eum, & meum interesse peto, quod æstimo xx. & ad hoc, &c. ff eo. si fundus. ¶Terrii dicunt, quòd cùm interesse non sit in obligatione, non potest peti, licet veniat in cõdemnatione, ff. de reg. iur. si quis ab alio. §. fin. vnde sic concipietur libellus:

Lib. Coram, &c. ago contra P. vt domum talem, quam ab eo conduxi pro decem, mihi tradat, seu assignet ad inhabitandum: quòd si tradere non vult, peto meum interesse, quod æstimo xx. & ad
6 hoc, &c. ff. de act. emp. & ven. l. j. ¶† Quòd si rem tibi locatam ad certum tempus, locator aufert intra illud, concipitur libellus, vt extr. ne prelati vices suas, vel iura ven. c. fi. & de locato, potuit. Per hanc etiam actionem recuperabo, quod pro damno dato per seruientem meum solui, vt j. de iniur. §. ij. in fi. Item super rei vendicatione vtili, quæ datur emphyteutæ, vel ei, qui conduxit ad non modicum tempus, vel superficiario, libellus concipitur, vt s. de
e causa poss. & propri. §. notandum igitur. ver. est alia vtilis. & seq[e]. ¶Actor ergo sic ponit:

Pos. Actoris. Pono, quòd mihi locasti talem domũ, vel fundum.
7 † Item quod consensisti in tali locatione, ff. locat. l. j. & ij. Item quòd locasti mihi pro decem, ff. e. l. ij. ff. depos. l. j. §. si quis seruus. ff. communi diui. si conuenerit. Secus, si in vno nummo, ff. e. si quis conduxerit. §. fi. Item quòd est talis, qui potes obligari, ff. loc. qui ad certũ: ff. de op. leg. si tibi. Item quòd res illa fuerit tua, ff. de reg. iu. neque pignus. C. loca. ad probationem. Item quòd est talis, quæ potest locari, ff. eod. locare. ff. de verb. oblig. multum. extr. ne præ lat. vic. suas, vel iura ven. in rubro & in nigro. Item quòd rẽ illam mihi non tradidisti. sed hęc est negatiua. Item quòd p[ro]hibes me re illa vti. Item quod sum prohibitus per talem re illa frui. Item quòd illum prohibere potest. Item quòd hoc anno fuit sterilitas, extra. eo. propter. Item quòd contradicis mihi volenti rem exercere. Item quòd ante tempus locationis mihi rem abstulisti, extra. ne prælat. vices suas, vel iura sub an. cen. com. c. fi. ¶Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd illum fundum, vel domum locaui T. & ille nunc inhabitat: ergo non tibi, ff. de iudic. cùm prætor. extr. de prę sum. nonne. Itẽ quòd de pretio domus pro pẽsione dissentimus, ff. loca. si decem. Item quòd mihi volebas dare pro pensione speciem, vel libram, vel aliquid annuatim debet enim pretium conductionis cõsistere in aliqua quantitate: quia si vno nummo, nulla est conductio, vt s. Item quòd hoc anno mihi fuit bonis interdictum. Item quòd permisi te inhabitare toto tempore cõductionis tuę. Item quòd qui te prohibet inhabitare, est maior magistratus, quem prohibere non possum. Item quod sequẽti anno fuit vbertas. Item quòd colonus meus partiarius est. Item quòd expleto tempore conductionis permisi te tuas res omnes extrahere. Itẽ quòd locasti mihi fundum, & ego intelligebam de molendino, ff. loca.
8 si decem. ¶†Porrò sicut actio ex conducto datur conductori, ita
f actio ex locato datur locatori[f]: in qua libellus concipitur:

Lib. Coram, &c. cõqueror de P. cui locaui domum meam pro decem. vnde ago contra eum, vt illa decẽ mihi soluat: & ad hoc pro pono actionem ex locato, ff. e. si in lege. §. si domus. & l. dominus §. fi.

ADDITIONES.

a Libellus. ¶Pondero, quòd in nullo istorum libellorũ auctor vtitur verbo locationis: & hoc pp obiectionẽ dicentiũ contra libellum dicentẽ, quod locauit in emphyteusim, quod libellus ille cõtinet aduersa, cũ locatio & emphyteusis multũ differant, vt dicetur j. §. fi. & insuper iiii. q. Volunt ergo, quòd dicatur, concessit in emphyteusim, &c. Tu Canonista contra has obiectiones defensionem habes: quia materia emphyteusis ponitur sub tit. de locato.

b Quã de iure. ¶Hoc dicit pp no. s. de cã pos. & prop. §. pe. in 2. col.

c Libel. ¶Hunc format Ros. in emphyteuta laici hic expresso in libello, vbi de prætoriis, rubri. de vti. ac. in rem: quam vide s. de causa pos. §. sequitur. versi. est & alia.

d L. fi. ¶Ingreditur verba Ros. in auth. ex conducto. in qua dicit septem necessaria, quæ ex positionibus colligas.

e Et seq. ¶Libellos super interdicto de superficiebus, vide eod. tit. §. ij. xij. interdicto.

f Locatori. ¶Secundum Ross. in actione de locato, qui dicit illa esse in ista necessaria, quę in superiori. Sed vidi dubitari de hoc casu: Titius, cuius domus periit incendio, vel ruina, domum consanguinei, vel amici sui intrauit tunc vacuam nulla pensione conuenta: quã aliquibus annis habitauit, donec sua domus fuit refecta: petit consanguineus dominus domus pensionem. Alber. Gal. extra volumen distinguit, an vterque prædictorum, vel alter consueuerit locare, vel conducere domos, an non? Primo casu tenetur inquilinus ad pensionem, per l. si tibi polienda. ff. de præscrip. ver. Secundo casu, quando neuter locare, vel conducere solebat, non teneatur inquilinus, ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. vtrùm. ff. de probat. procul. C. de vsu. l. creditor. per quam probatur, quòd mutuans, qui non conuenit in mutuo de vsuris sibi soluendis, illas non petit, C de reuoc. don. l. fin. in fi. C. ne de statu defun. l. ij. & l. si pater. C. fam. ercisc. filiæ. ff. eo. quæ pater. C. de neg gestis, l. ij. ff. eo. Nesennius. ff. de leg. iij. vxor. §. fi. ff. de condic. indeb. cùm his. §. pe. ff. man. si verò non remunerandi. §. contrario.

§.fi.¶Si verò finito tempore locationis non vult rem restituere, concipitur libellus sic:

Lib.Coram,&c.conqueror de P. cui cùm domum pro decem locauerim vsque ad annum,& finitum sit tempus cōductionis,eam restituere contradicit:vnde ago contra eum,quòd illam domum mihi restituat: & peto eum ad hoc sententialiter condemnari:& ad hoc propono actionem ex locato,ff.e.videamus.§.qui vinum C.e.si quis conductionis.Vel in hoc casu potest proponere condictionem ex illa l.conductores. & tunc cæteris retentis post verbum,mihi restituat.iungat,& mihi æstimationem præstet,scilicet decem : & ad hoc propono condictionem ex illa l. conductores. C.loca.vel ex illa l.C.vnde vi,non abs re.super qua constitutione

9 concipitur libellus,vt ĭ.cæterùm.¶†Si autem sit necessaria vsib.

a dominiª,vel quia inquilinus malè versatur ibi,vel indiget refectione,vel pensionem non soluit,sic concipitur libellus:

Lib.Coram,&c.cōqueror de P. cui cùm locassem talem domum pro decem vsque ad terminū,domus illa est mihi necessaria, quia aliam non habeo, quam inhabitem: vel quia malè versatus est in ea:vel eget refectione:vel iam est lapsum biennium,quòd pensionem nō soluit:vnde peto domum illam mihi restitui:& ad hoc, &c.C.eo.tit ædem.ff.eo.quæro.extra.eo.propter. &c.seq. Sic ergo in his casibus expellitur inquilinus ante tempus cōductionis.

10 ¶†Sed nunquid remittetur tunc pensio pro rata temporis?Dicunt quidam,quòd sic,quando eget refectione,& quando est necessaria vsibus domini.Secus autem,quando malè versatus est,& quando pensionem non soluit , cùm ob delictum suum expellatur,vt C.de sac.sanc.eccles.authenti.qui res. quæ est x.q.ij.& hoc

b videtur expressum in præcedenti decre.propter ᵇ.Ioan.tamen dicit in omnib. fieri remissionem pro rata temporis. satis enim est, ꝙ in hoc puniatur,quòd ante tempus expellitur:quia nec videtur

c iure cautum esse,quòd amittat ᶜ.¶†Sed quæritur,vtrùm condu-

11 ctor domus teneatur domum,si corruerit,reficere,vel ad sarta tecta,& huiusmodi expēsas,ad quas fructuarius tenetur?vt ff.de vsufru.l.vsufructu legato.§.quoniam igitur.& est ibi argu. quòd sic.

d Arg.contrà ᵈ ff.eo.sed cùm vsufructuarius.§.i.ff. de vsu & hab. si

e domus.ff.loca.ex conducto.in princip.ff.de via pub.& iti.pub.ᵉre

f fic.l.fi.ibi,quacunque autem mercede habita,&cæteraᶠ.¶†Quid

12 si locaui tibi boues meos custodiendos certa mercede tibi data: & tu dimisisti eos in pascuis, in quibus animalia communiter dimitti solebant:& fur,vel lupus eos abstulit, vel occidit : nunquid

g teneris ᵍ?Et videtur,quòd sic.nam pastor de custodia tenetur, vt ś.de actione,seu pet.§.j.vers.item nota,quòd si. cùm enim mercedem habueris,de periculo teneris,ff. loca.qui mercedem.Itē non debuisti eos sine custode dimittere,ff.de vent.in poss.mitt.l.j.§.ad custodiendum.ff.commo.si,vt certo.§.si de me.& hoc ipso in culpa es,quia in tutiorem locum trāsferre potuisti,ff.de dam.infect. vtique.vnde teneris,extrà de iureiur.c.fi.in prin.Nec obstat,quia homines ibi ꝯsueuerint dimittere boues sine custode:quia quod alii in suis faciunt,culpandum est:quod tu in alienis neglexisti,puniendum est,argumen.ff.sol.mat.si constante.§.si maritus. Argu. contrà,quòd excusetur,si dimisit ibi,sicut alii dimittere solent,vt C.de pig.pignus.ff.de ædi.edic.si quis sit.§.apud.communia præd. venditor.§.fin.ad idem ff.de contrahen.emp. quòd sæpe. §. si res. ff.ad Maced.si quis patrem.C.de sen.& inter.si arbit & facit C. de

h epis.aud.nemo.in prin.vbi de hoc ʰ:maximè,si tuos boues ibi sic dimittere ꝯsueuisti,ar.ff.de pig act.l.vel vniuersorū. ff. ad Maced.

i itē si.§.quod dicit.extrà de depos.bona fides.&hoc quidā tenentⁱ. ¶†Quid

ADDITIONES.

a Domini.¶Vide,quod dixi eo.ti.propter. super verbo, necessitas. vbi dictum est de necessitate,quæ potuit præuideri.Sed quid si ex culpa locatoris imminet hæc necessitas,vt quia propter eius maleficium diruta est domus,quam habitat?cōtra eum facit ff.quod met.cau.l.si mulier.in prin.Pro eo facit:quia non deliquit in liquidum,arg.ff.sol.mat.etiam.§.j.ff.rer.amot.l.iii.Si enim contra eum illud delictum fecisset,vt eum expellere posset,planum esset eum non audiri,ff.ex quib.cau.ma.l.& qui data.Vbert.de Bo.placet ꝙ ex quo propter suum delictum primæ domus habitationem perdidit,inquilinum expellere non possit,vel ex sua improbitate habeat actionem contra illum,qui nil deliquit,ff. de fur. itaque fullo.& quia damnū,quod quis sua culpa,&c.de reg.iur.quod quis. & eod.tit.damnum.lib.vj.& facit C.de reb.cred.l.vlt.in fi.

b Propter.¶Ibi de hoc in glo.isto casu.& vide,quod super ea dixi.

c Amittat.¶Sed nonne interest locatoris , qui forsan pro residuo locare non poterit:& ideo non congruè distingueretur, an locauerit,vel nō pro tēpore residuo,per leges allegatas ĭ.ver. & scias.

d Arg.contrà.¶Huic statur per ll.statim alleg.& in eis no.quod §. quoniam non obstat,sed facit prò.ibi enim dicitur,quòd ædes reficit is,ad quem ipsarum fructus pertinet: sed constat, quòd non ad conductorem,sed ad locatorem,cùm sit proprietarius,vel vsufructuarius,pertinet fructus,vel pensio:ergo,&c.

e Iti.pub.¶Debet dicere de loco publico fruendo.

f Habita,&c.¶Sequitur,si non construant domini, ipsi construentes computēt pretium in mercede:per quam literam patet,quòd non tenetur inquilinus ad expensas , quæ fiunt in via , vel puteo reparandis, vel purgandis: & si exigatur, vel soluat, computat in pensionem,vt no.ĭ.de cen.si.§.ij.versi.item pone.facit etiam ff.de hær.vel ac.vend.l.ii.§.sicut.& C.de pig.l.in summa.Fructarius verò & emphyteuta ad tales expensas tenentur : quia commodum ad eos pertinet,ff.de vsufruct.hactenus. & l.si pendētes.sic tenentur ad tributa,quę fiscus à possessoribus exigit,C.sine cen.vel reli. l.fi.& tit.ibi præce.per tot.Redeundo ad principalē quæstionem, est sciendum,quòd Pil.in sua q.iij.quærit de illo colono, qui conduxit aream ad ædificandam domum pro recipiendo domino:colonus ædificauit, & secundum pactum sæpe dominum in ea recepit:nunc terræmotu,vel incendio diruta est domus:conuenitur, vt reædificet : & proponitur actio ex locato , vel præscriptis verbis.Rof.sua q.xiiii.reassumpsit hanc quæstionem,quam disputauit pleniùs Pil.Sed pro solutiōe ad Pileū remittit,qui dicit, quòd Bulgaro videbatur,cui ipse consensit,quòd colonus teneatur ad reædificandum,cùm tacitè videatur actum, quòd donec durat locatio,sit ibi domus ad dominum recipiendum,ff.de ser. vrb. præ. l.eum debere. quæ bene facit. Non obstat, quòd res in infinitum posset abire:quia iura adaptantur ad ea,quę cōmuniter accidunt, ff.de legi.nam ad ea.Rof.ad præ.l.eum.coniungit ff.si ser.ven.& si fortè.§.etiam.& l.sicut. §. distant. Inducit hoc in obligationibus procedere,in quibus vno mortuo oportet alium surrogari,ff. de constit.pec.l.qui aiunt.§.si quis.Inducit generale,nō dici factum, quod non durat,ff.quod cuiusque vni.item eorum.§.quòd si extra de verb. sig. Nam & ego induco etiam l. sicut in annos. quib. mod.vsusfru.amitt.subdens,quòd etiam si ius deficeret, æquitas hoc suadet,ff.de aqua plu.arc.in summa.§.item Varus.alias,quam quam.propter quoddā verbum Bar.Brix.quod dicit in sua q. xxj. in fine quæstionis.illam hìc coniungam,& est talis,Ecclesia concessit Titio,quòd in flumine suo ędificaret molendinum pro certa annua pensione,vel censu ipsi ecclesiæ soluendis: molēdinum quoque destructū est:conductor molendini non reficit,nec vult soluere pensionem,vel censum:quærebat, an ad illa posset cogi? Allegat ad affirmatiuam l.sicut.C.de act.& oblig.& C. de transac. quamuis.alle.quod hodie dicit regula,quod semel.& regula,mutare.lib.vj.potissimè cùm sibi potest attribui culpa, vt quia sponte destruxit,xij.q.ij.qui rem.& ecclesia nullam culpam commisit, vt in regula,sine culpa e.lib.& de constit.c.ij.In contrarium inducit,quòd cessauit causa solutionis:ergo,&c.Item id,quod dicit regula,locupletari.lib.vj.item quod dicit regula,quod ob gratiam. cùm sibi,&quòd ob sui gratiam concessa fuerit factio molendini Item ꝙ non sentit commodum:ergo nō sentiat onus,vt in regula,qui sentit.Item constat illum non teneri,si terræmotu,vel casmate id periisset,ff.locat.ex conducto.& l.si fundus.Soluit,illum ad pensionem teneri,cùm iste contractus factus fuerit gratia vtriusque.Inducit Pileum in sua quæstione simile tenere: alleg. principium quæstionis , scilicet quidam Parisiensis. mihi est vicesima in ordine:vbi tenet,ꝙ qui impetrauit, vt in domo sua facere posset fur non dando regi censum annuū,licet non fecerit,vel habere desierit, debet censum: quia datio etiam regis fauorem respexit:alle.l.vlt.ff.man.l.Subdit Ber.quod plus est.Hugo.sibi respondisse,quòd si interesset ecclesiæ, ibi esse molendinum,etiam vltra pensionem tenebitur ad illud reficiendum alleg. ś.prox.quæstionem.Exēplificare posses in interesse,si tenebatur vltra mercedem certas mensuras molere gratis ecclesiæ : vel erat interesse vicinitatis.ADDE,vt ꝑ Rom.ꝯsi.cccc xvii.vbi de hoc additio loquitur.

g Veneris.¶Hæc quæstio fuit Mar.de Fa.quam etiam pleniùs prosequitur:sed nil elegit super l.pignus.C.de pig.act.ĭ.alle.Adde tu, quòd idem Mart.de Fano in suis quęstionibus,quęstione nu.xxii. notabiliter tractat hanc quęstionē,& ibi terminat notanter,quid iuris? & concludit ex pluribus rationibus, quòd iste cōductor eo modo,quo in casu proposito,non teneatur.

h Vbi de hoc.¶Habuit forsan Gul.illam gl.ibi,quam viderat Iac.de Raue.vt ibi ponit Cy.& est talis:arg.est lex ista ad quæstionem de illo,qui equum dimisit in pascuis:& Pet.de Bel. simpliciter putat commodatarium teneri,cū sui gratia id recipiēs teneat de leuissima:q̄ est nō facere, qđ diligētiores facerēt,Insti.qui.mo.re cōtrahit.obl.§.at is,qui.Non excusatur ergo faciendo, quod faciebant alii,vel ipse dominus imprudenter,per §.si maritus.facit id, quod scripsi de commo.c.vno,in prin.& post tex.

i Quidā tenēt.¶Pileus in sua q.lxxxviii.quæ erat de equo cōmodato de pascuis,& ibi postea ꝑ cōmodatariū dimisso:dicebat,ꝙ si domin⁹ habebat ibi alios equos,& cōmodatari⁹ ibi illos inuenit,excusatur:si verò ibi illos nō īuenit, quos forsan dn̄s reuocaret,tūc fuit ī culpa,& tenet:alle.ff.đ leg.pst.l.i.in prī. C.de don.l.data.arg.

13 ¶†Quid si tibi, locaui fundum, vt tertiam partem fructuum mihi præstes, nec habuisti multos fructus, nunquid poteris detrahere de istis sumptus, quos in eis colligendis fecisti? Ar. quòd sic, C. de petit.hæredit.cùm hæreditas, prope prin. versi. quod si non.&
a ff.sol.matri.fructus. Sed nobis contrà.arg.ff.de arbi.Celsus [a].& vi-
b de extr. de deci. pastoralis [b]. ¶†Sed quæritur, quando pensio sit
14 soluenda? Et videtur, quòd in principio: alioquin poterit expelli, C.eod.l.ii. Imo videtur, quòd in medio, C.de aduoc.diuer.iud. per hāc.§.cæterùm. Sed videtur, quòd in fine, sicut & cùm aliquid debetur in diem, ff.de verb.oblig.qui hoc anno.ff.de migran.l.j.§. si pensio. Dic seruandum, quod actum est: quòd si id non appareat, mos regionis seruetur: quòd si nec is appareat, quia varius est, ad id, quod minimum est, erit causa reducenda: scilicet vt exigatur in fine anni tantùm, ff.de reg.iur.semper in stipulationibus.sed licet dominus nō possit antè exigere, inquilinus tamen, si non offerat & satisfaciat, poterit expelli, vt no. Azo in Summa hui⁹ ti.in prin-
c cip.&, secundum Papam, in præ.c.propter [c]. ¶†Sed nunquid fini
15 sto tempore locationis, vel ēt in prędictis quatuor casibus poterit locator ꝯductorem propria auctoritate expellere? Az. dicit, ꝙ sic
d quia ñ possidet, vt no. in Sum. huius ti. [d] Ro. dicit tutius esse, si fiat
e prætoris auctoritate, arg. C.de pig.creditores [e]. ¶†Et scias, quòd
16 si scriptor locat operas suas, & pòst stat fortè per mensem, quòd non scribat: nec per eum stat, sed quia nō datur ei ad scribendum, nec alii operas suas locat, potest petere interesse suum ratione mensis illius, ff.eo.qui operas.& l.sed addes.§.fi.ff.de annuis leg.l. Mæuia. dummodo tunc alii non locauerit operas suas: quia tunc non petet, vt in pre.l. sed addes.& ff.de off.assesso.diem functo. Sic ergo libellus concipitur:

Lib.Coram, &c.conqueror de P. cui locaui operas meas pro decem ad scribēdum Codicem, nec per me stat, quò minus scribam vnde peto decem mihi solui ab eo: & quia iam est mensis, quo à scribendo vacaui, cùm per eum staret, quò minùs scriberem, & propter hoc mea intersit in quinque, peto illa v.& ad hoc, &c, vt
f in præ.l. Si autem per eum [f] staret, concipietur libellus, vt suprà de
17 causa poss.& propr.§.notandum. ¶†Actor ergo sic ponet:

Pos.actoris. Pono, quòd talem domū, vel fundum tibi locaui vsque ad vnum, vel duos annos pro decem. Item quòd illa decem mihi soluisti, C.eo.l.j.ff.eod.l.quæro.& l.cùm domini. sed hæc est pura negatiua. Item quòd illi anni finiti sunt. Item quòd res locata mihi est necessaria. Item quòd indiget refectione. Item quòd in ea malè versatus es. Item quòd iam biennio non soluisti pensionem. hæc probantur C.eodem, ædem. extrà eod.propter.& c. sequen. Item quòd rē locatam reddere recusas, ff. eod. videamus. Item quòd dolum, vel latam, vel leuem culpam in re conducta commisisti, C.eo.in iudicio.ff.eo.si merces.§.conductor.& §.culpæ.& l.ex conducto.ff.cōmodati, l.si, vt certo.§.j. ¶Reus verò sic:

Pos.rei. Pono, quòd rem illam soli T. locasti: ergo non alii, vt C. de procur.maritus.xxv. dist.qualis. Item quòd si mihi pro decem locasti, illa decem tibi solui, vel alii, pro te, vel tuo creditori tuo mandato, ff.de pig.act.solutum.§. solutam. Item quòd adhuc durat tempus conductionis. Item quòd quando domum locasti, ita erat tibi necessaria; vt nunc. Item quòd honestè & commodè in
18 ea habito. Item quòd eam conduxi vsque ad x. annos. ¶† Quid si quis locauit operas suas duobus? Respon. satisfaciat ei, cui primò locauit, ff eodem, l. in operis. Quid si quis locauit operas suas in perpetuum? videtur, quòd non valet talis locatio: quia esset in præiudicium libertatis: quia non haberet liberam facultatem faciendi, quod velit, Instit.de iure personarum. Nec multum distaret à seruo: ex quo non daretur sibi libera facultas recedēdi, quò vellet, ff.de cond.& demonst. Titio.§.ij.ff.quarum rerum act.non datur, l.j.& arg.ad hoc.ff.de vsufru.l.iij.§.ne in vniuersum.ff.communi diui.in hoc iudicio.§.si conueniat.& C.loc.& conduc.si hi. Ac-
g curs. dicit [g], quòd valet locatio in perpetuum, & de operis liberi hominis: quia potest se liberare præstando interesse, ff.de re iudi. si quis ab alio.§.fi. vel seruiēdo per substitutum, C.de epis. & cler.
h quisquis.& l.ad similitudinem [h].& in authen.Col.ix.de sanctis.episcopis, §.j. hominis enim liberi operæ legari, & in stipulatiōem deduci possunt, ff.de vsufruct, leg.l.iii.& ar.C. lib.xj. de mendican.
19 val.l.vnica. ¶†Quid si faber, vel fossor, vel bubulcus mihi locat operas suas, sed pluuia, vel alio casu fortuito impeditus est: quæritur, an petet totam mercedem, vel saltē pro rata partis diei, quam
i laborauit? dic de hoc, vt in lib.Roff.eo.tit. [i] ¶†Quid si mercenari
20 us infirmatur, nunquid habebit salarium pro tempore, quo infirmatus est? Videtur, quòd sic: cùm seruire intelligatur, ff.de vsufru. arborib.§.de illo.& ff.de statu libe.cùm hæres.§.Stichus.nam per eum non stat, quò minus seruiat, ff.locat. qui operas.& hæc sunt in argu.ꝙ miles captus debet habere stipendia pro tempore, quo
21 captus est. ¶†Si autem is, cui vineam locaui, nō bene coluit eam, propter quod deteriorata est, sic concipitur libellus:

Lib.Coram, &c.conqueror de P.qui conduxit à me vineā, quam bene laborare & colere promisit ad arbitrium duorum colonorum: quod tamen non fecit: propter quod vinea deteriorata est in decem lib. quare peto ab eo decem libras actiōe locati. vel sic: quare peto ab eo x.lib. nomine interesse: quia tantū mea interest, ff.loc.si merces.§.conductor.& l.fi.& l.videam⁹. §.item prospicere. Insti.loc.& conduc.§.conductor. ¶Si autem velit agere ad pœnam ex stipulatione, quod planius est, sic concipietur libellus:

Lib.Coram, &c.conqueror de P.à quo peto decem libras nomine pœnæ, quas mihi promisit, si talem vineam meam, quam sibi locaui, non bene coleret: quod non fecit: ad quod propono certi condictionem: & eadē forma seruabitur, si conductor agit contra locatorem ad interesse, quia tūc proponet certi cōdictionem,
22 ff.loc.l.j.in princip. ¶†Conductor quoque in se sæpe suscipit rei conductæ periculum speciali pacto: aliàs enim non tenetur, nisi de dolo, & lata, & leui culpa, vt dixi s.§.iam dicendum.versi.j.&ij. vnde inuenta est contra eum actio oneris aduersi, sic dicta, quia on⁹ aduersitatis, id est, casus, seu periculi in se suscipit, ff.loc.opus,
k quod.& l.in naue.quæ hodie locum non habet [k]: sed quia est in arbore Ioan. sic in ea concipitur libellus:

Lib.Coram, &c.cōqueror de P.qui cùm à me tale opus, putà domum, vel turrim ædificandam conduxerit suo periculo, & generaliter omnes casus & pericula specificata fuerint, putà ruinæ, casmatis, terræmotus, & incendii, &c.& tunc illud opus casmate, terræmotu, vel ruina perierit, ago contra eum, & peto interesse meum, quod æstimo xx. quia tantum mea interest id opus non esse peremptum: & ad hoc propono actionem aduersi, vt in præd.l.in
23 naue.& eod.ti.l.opus. ¶†Actor ergo sic ponat:

Positio Actoris. Pono, quòd conduxisti à me tale opus tuo periculo, ff.eod.opus. Item, quòd specificasti omnes casus fortuitos, & pericula omnia, ff.si quis caut.sed & si quis. §. quæsitum, C. de neg.gest.negotiū gerētes. Itē ꝙ ista pericula ꝯtigerūt: & sic op⁹ il
24 lud perēptū ē, vt in p̄.l.in naue.& l.op⁹.& in p̄.§.iā dicēdū. versi.ij.
l ¶Reus verò ponet eꝯ. ¶†Porrò est & q̄dam actio prætoria, quę
25 Seruiana vocatur [l]: †quæ tunc demum competit, si colonus, vel inquilin

ADDITIONES.

a Celsus. ¶Puto, quod inducat, vt leges allegatę locum habeant in fructibus, qui ex lege debentur: hîc debentur ex pacto, vel aliter cum lege, aliter cum homine, vt ibi in princ. Tu dic, quòd cùm in his terminis conductor pro labore & sumptibus recipiat duas partes, meritò illorum sumptuum ratio habenda non est.

b Pastoralis ¶Apertiùs facit eo. tit. tua.ii.ver.cùm enim.

c Propter. ¶Ibi scripsi in gl.in nullo.ver.scire autem.& not.Accur. in l.ædem.C.loc.& conduc.& Odoff.ibid.

d Huius tit. ¶iii.col.ver.item locator.

e Creditores. ¶Vide, quod post Innocen. scripsi in gloss. in nullo. in prin.

f Eum. ¶Scilicet scriptorem.

g Dicit. ¶In l.si hi. proximè allegata, quæ in hoc ꝯtraria allegatur: quia approbat locationem operarum certi temporis, & concor. Azo in Summa huius ti.ver.consueuit queri. vtranque rationem reddens. Idem Roff. Accur.non posuit primam rationem, quæ sequitur, sed illam, quia festiuis diebus voluntatem suam facient: & sic differunt à seruis: in operibus fabrilibus bene procedit: in operis seruientium non de more.

h L.ad similitudinem. ¶Impugnatur hęc ratio: quia hoc est speciale in clericis: ergo, &c. Sed coadiuuatur vtraque ratio: quia certis fauorabilibus casibus contra regulam legis ij.§.i.ff.si cert. pet. lex permittit aliud pro alio solui, ff.de leg. j. si domus. §. qui confitetur. ergo & hoc fauore quasi libertatis.

i Eo.ti. ¶scilicet de locato, in vj.col. vbi ponit distinctionem, quòd locat quis rem, vel operam, vel rem simul & operam: quam vide per Accur.ff.eo.si vno.§.item cùm quidam.

k Non habet. ¶Secundum Azon. quem sequitur Roff. cuius fuit totus iste vers. vsque ibi, porro.& hîc in rub.de ac.oneris aduersi, fatetur, quòd Odof.tenet contrarium: & idem fatetur Accur. etiam pre.l.in naue.§.quod si.in gl. hac ratione. Et aduerte, quia non intendit opin. Azo.& sequacium, ꝙ non valeat pactum de aduersitate casus, & periculi suscipiendi per conductorē: sed vult, quòd superuacua est actio oneris aduersi. Agetur enim ex locato tali pacto informato. Absurdum enim videtur, quòd pacta contractibus adiecta nouā actionē, vel actionis nomē inducāt: vbi sufficit actio ex illo contractu. Hoc propter puros Canonistas expressi.

l Seruiana vocat. ¶No. Canonistæ, quòd Seruiana est actio, & prætoria, & per Rof.iij.in numero. sed Saluianum est interdictum ante p interdictorum num.per Rof. differentiam ipsorum ex hoc & ibi scriptis collige: & hac in actione dicit Roff. decem necessaria, quæ per positiones patebunt.

inquilinus tuus à te fundum, vel domum conduxerit tuam. om-
nia enim inuecta & illata pro pensione domus & pro damno da-
to sunt tibi obligata, C.loca.certi.C.in quibus causis pig.tac.con-
trah.si non inducta.ff.eod.l.j. ij. & iij. vnde si aliquo casu ad alium
possessorem illa peruenerint, per actionẽ Seruianam prætoriam
ab eo poteris vendicare, Inst. de act. §. item Seruiana. quia est rei
persecutoria, Inst.de act.§.sequens.C.de pign. l. pignori. vnde sic
concipies libellum:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui iniustè rem talem, &c.deti-
net:quæ mihi est restituenda,vel restitui debet, cùm mihi sit obli
gata pro pensione fundi, vel domus meæ mihi debita à colono,
vel inquilino meo tali,quæ quidem pensio est x.vel xx.solid. pro
damno dato in domo locata : quod damnum est decem solid. ad
quam rem recuperandam & mihi restituendam Seruianam actio
nem intento.Sed contrà: quia hæc actio nudam possessionem a-
uocat, ff. de euic.si cum vendito. Vnde non videtur, quòd possit
peti illius restitutio:imò rei possessio debet peti,cùm aliud sit pre
tium rei,aliud pretium possessionis,ff.vti pos.si duo.§.fi.Præterea
per præd.libellum videtur agi petitorio,cùm dicit,peto rem:cùm
tamen hæc actio sit possessoria, vt prædixi. Sed expone illud nu-
dam possessionem auocat, i. rem ratione possessionis. ¶Tamen
quidam timentes prædictam obiectionem libellum concipiunt
in hac forma:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui talem rem possidet,quæ mi
hi pro pensione fundi, vel domus, vel pro damno domus est o-
bligata à tali colono,vel inquilino: quæ pensio, vel damnum est
x.vel xx.vnde peto possessionem illius rei mihi restitui.vel meli-
ùs:vnde peto rem ratione pẽsionis mihi restitui:& hoc per actio
nem Seruianam.si enim apponeres illam clausulam, peto pensio
nem,te ipsum excluderes à possessione.vtraque tamen forma bo
26 na est:& hoc,si possidet extraneus.¶†Si verò ipse colonus,vel in
quilinus,tunc sic,secundum Io.libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui equum quẽdam talem, &c.
vel librum, vel culcitram, vel seruum, vel quid simile induxit in
domum meam,quã ei certa mercede locaui,causa vsus sui,quan-
diu ibi inhabitaret. vnde cùm illa sint mihi pro prædicta mercede
obligata pignori, peto mihi præstari,siue restitui proposita actio-
ne Seruiana.Ideo autem dixi in libello Causa sui vsus,quamdiu in
habitaret:quia non videtur,quòd aliter cederet pignori,ff.de pig.
act.debitor.ff.de relig. & sump.fu.l. si quis eam. ¶Actor ergo sic
ponet:
27 ¶Pos.Act.†Pono,quòd petita in libello reus mihi restituere de
bet.sed hæc positio iuris est.Item quòd talem domũ,vel fundum
locaui Titio. necesse enim est contractum locationis præcedere,
ad hoc vt hæc actio competat,ff.in qui.cau.pig.tac.contra.si hor-
reum.& ff.de pac.itẽ qa.item locaui pro x.libris.quia locatio sine
pretio non procedit,vt ĵ.ver.prox.Item quòd res,quam peto,fu-
it introducta,vel illata à T.colono,vel inquilino in fundum, vel
domum meam.hoc enim est necesse ad hoc,vt hæc actio locum
habeat,vt in proximis concordantiis.Item quòd de mea scientia:
& hoc habeat locum in rusticis.In vrbanis autem non est necessa
ria scientia,vel ignorantia,C.de loc.certi.ff.in quibus cau.pig.tac.
a ꝯh.eo iure[a].Item quòd fuit inducta,vel illata in domum,vel fun-
dum,ad hoc vt esset ibi,donec T.colonus, vel inquilinus esset in
fundo,vel in domo,ff.de pigno.l.debitor. Item quòd res talis est,
quæ obligari potest,ff.quæ res pig.oblig.pos.l.j.§.eam rem. Item
b quòd fuit T.quia T.fuit dominus eius,vel habebat ius in ipsa[b].I-
tem quòd rem ipsam possides. nam cùm sit in rem hæc actio, vt
iam dixi,necesse est,quòd re⁹ possideat,C.de ali.mu.iud.causa fac.
l.i.Item quòd dictus T. hanc rem esset specialiter obligaturus, ff.
de pig.obligatione generali.arg.ff.de pecu.qui liberã.Item quòd
T.fuit maior xxv.annis tempore locationis, C.de admi.tu.pro of
c ficio[c].¶Reus autem sic ponet:
Pos.rei.Pono,quòd fundum, vel domum locasti Mæuio hoc an-
no.ergo patet,quòd non T.duo enim non possunt simul posside
re.extra.de probat.licet.ff.commo.si, vt certo. §. si duobus. Item
quòd debes recipere frumentum pro ista domo,quia eam sibi tra
didisti fruendam.hoc concesso, non erit locatio, quæ sine pretio
non procedit,vt ff.locat.l.ii.& ff.depos.l.i.§.si qui seruum cust. I-
tem quòd res istę toto anno eo,quo à te habui domum conduc-
tam,fuerunt apud Sempronium.hoc concesso,non potes dicere
quòd fuerint illatæ,vel inductæ,C.de contrahen.& commit.stip.
optimam.extr.de testib.ex tenore.Item quòd sciuisti tales res tan
tùm fore inductas. hoc enim concesso, pro aliis non illatis non
datur Seruiana. Item quòd res illata erat merces, quam T. vole-
bat vendere, & quotidie ex illa merce vendebat. Item quòd T.
rem ipsam habuit ex causa commodati,vel depositi.hoc conces-
so,quia ius non habuit,non potuit obligare, C.quæ res pig. obli.
pos.qui filios.in fi.ff.de pig.si ab eo.& l.& quę nondum.C.de acq.
re.do. rem in bonis. Item quòd rem ipsam non possideo. Item
quòd talis est,quæ non potest obligari.Item quòd T. fuit minor
xxv.annis.Item quòd T. rem istam mihi viuenti obligasset. Item
d de quasi Seruiana vide ĵ.de pig.§.i.vers.cæterùm[d]. ¶† Cæterùm
28 inquilino volente à domo conducta recedere, & res suas remo-
uere,sæpe à locatore prohibetur.vnde inquilino proditum est in
terdictum de migrando,ff.de mig.l.i.in quo sic libellus cõcipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui domum talem mihi locauit
e cuius confines, &c.pro decem, vel etiam gratuitò concessit[e], in
quam domum tales res intuli, quas me extrahere, & me liberè
exigere cum meis rebus non permittit.vnde ago contra eum,ne
me impediat: & ad hoc propono interdictum de migrando, vel
actionem in factum subrogatam in locum eius,ff.eo.l.i.& §. hoc
interdictum.& §.si pensio.¶Actor ergo sic ponet:
Pos.Actoris.Pono,quòd à te talem domum conduxi, ff. de pac.i-
tem quia. In prædio autem habet locum vtile interdictum ff. de
migr. l.i.§.i.& ii.Item quòd pro decem: quia locatio non proce-
dit sine pretio,ff.locat.l.ii.& ff.deposi.l.i.§.si quis seruũ cust. Item
quod pensionem solui,vel soluere sum paratus,ff.eo.l.i.§. i. Item
quòd in ipsam domum tales res induxi: & hoc, siue sint suæ, siue
f alienæ,ff.eo.l.i.in fin. & l. fi. dum tamen earum nomine[f] inquili-
nus habeat Publicianam: alioquin pro alienis nõ competeret ser
uiana.nam ea quis obligare potest,quæ de bonis suis facit obno-
xia,vt C.quæ res pig.ob.pos.l.qui filios.in fi.& C. de pig. si ab eo.
Requiritur ergo,ꝙ res fuerit in bonis conductoris,ff.de pig.& ꝗ
nondum.id est, ꝙ illi⁹ nomine habuerit actionẽ, vel retentionẽ,
ff.de acq.re.do.rem in bonis.Item ꝙ volebam migrare,vel exire
de illa domo, & ea aliò portare. Item quòd tu intulisti, & infers
mihi violentiam:quia non permitis illa res extrahi,ff.e.l.j.in prin.
& §.hoc interdicto. ¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,ꝙ T.tantùm illam domum à me conduxit.Item ꝙ
locaui tibi domum non facta aliqua inductione rerum.Itẽ quòd
non fuerunt inductæ eo animo,quòd ibi essent perpetuò,sed do
nec colon⁹,vel inquilinus ibi non moraretur,ff. de pig. debitor.
Item quòd erant res tales, quæ non poterant obligari:quo con-
cesso,non habet locum Seruiana,ff.quæ res pig.ob.pos.l.j.§.eam
rẽ. vel ꝗ non erant à te specialiter obligãdæ,ff.de pig. obligatiõe
generali.

ADDITIONES.

a Eo iure.¶Quæ sit huius diuersitatis ratio,no. in §.item Seruiana.
Instit.de actio.
b In ipsa.¶Hic fortè debuit locari,quod habetur ĵ.versic.proxi.vt
ibi dicam.
c Pro officio.¶Hoc dictũ:quia cùm bona minorũ expressè obliga
ri non possint,ff.de rebus eorũ,qui sub tu.l.j.in fin.C.de admi.tut.
lex.ergo nec tacitè,ne plus possit tacita,ꝗ expressa,ff.de verb.ob.
l.quicquid.de arbit.l.Celsus.Quid de scholarib⁹ huius studij, qui
vt plurimùm sunt minores?ꝙ sunt obligati,vr̃:quia Macedonia-
num cessat,si in scholis filiofamiliàs pecunia mutuetur, ff.ad Ma-
ced.sed & Iulianus.§.si filio.Ros.contrà,vt potior sit ratio æquita
tis,quàm Macedoniani,ff.de minor. verum. §. vltra. Bona igitur,
secundum eum,obligata non erunt:sed ipse tenebitur ex condu-
cto, nec restituetur, quia Socrates & Plato idem fecissent. Patet
per hoc Roff.intellexisse,quando discretè agit:& sic concordare
videtur:sed contradicit ei,quod not. Cyn.C.eod.tit.l.certi.in iiij.
quæ, vbi dicit,quòd si fatuè egit conducendo domum vltra con
uenientiam sui status, quod Plato non fecisset,tunc non sint bo-
na obligata,Cod.de legit.tut.l.finali.Si verò vsus est iure commu
ni,& fecit,quod Plato fecisset,tunc inuecta sunt obligata:bene fa
cit lex de rebus eorum, qui sub tut.vel cura.l.ij.loquens de mino
re,qui cõtrahit cum fisco,Rof.omni casu negabat obligationem
bonorum, restitutionem autem certo casu dicebat, & certo casu
negabat. De facto seruantur bona effectiuè obligata, nisi restitu-
tionis beneficium sibi competat.
ADDE Bart.in l.si constante.& quæ ibi posui.ff.sol.matrim.
d Ver.cæterũ.¶Hic assumit verba Rof.in interdicto de migrando:
qui dicit quinque in hoc necessaria,quæ per positiones patebũt.
Et scias,quòd lex j.ff.eo.dicit, quòd hoc interdictum infrequens
est:quod dupliciter exponitur,id est valde frequens,vel id est mi-
nùs frequens,vt ibi no.in §.j.
e Concessit.¶Respectu huius partis debet concludi de vtili inter-
dicto,vt l.j.ff.eo.versi.si tamen gratuitam.
f Dum tamen earum nomine.¶Istud,dum tamen earum.vsque ad
versi.item quod volebam,improuidè fuit hìc insertum, & suspi-
cor,quòd fuerat additum in margine signãdum super ver.ŝ.prox.
ibi dixi:huic excusationi resistit quarta positio rei, quæ sequitur:
quare videtur fuisse error, per verbum Seruiana : his additum e-
mendatur,quo ad sui veritatem,sed non quo ad impertinentiam.

generali.& arg.ff.de pecul.qui liberam.Item requiritur, quòd inquilinus potuerit obligari,ff.de long.temp.præscri.l.j.C.de admi. tut.l.lex.Item quod pro illa cōductione mihi debes dare frumentum.hoc concesso,non habet locū directū,sed vtile interdictum: quia non est locatio,sed alius contractus innominatus,ff. depo.l. j.§. si quis seruum. Item quòd vis ante tempus recedere sine totius mercedis solutione. Item quòd fecisti mihi pactum non recedere ante tempus,ff.e.l.j.Item quòd T.tantùm infert tibi violen-
29 tiam,ne res extrahere possis.¶†Et nota,quòd vtilis rei vendicatio prætoria datur emphyteutæ,vel ei,qui conduxit solum ad superficiem imponendam,si cadit à possessione: vel ei, qui conduxit ad non modicum tempus:de quibus s̄.de cau.pos.& propri. §.
a notandum igitur.ver.est & vtilis.& ver.est & alia[a].¶†Ad hoc,si
30 colonus tuus,qui conduxit fundum sub pensione annua, intulit res in fundum,vel inquilinus in domum,quæ ab eis,vel aliis possidentur,potes possessionem illarum rerum pro pretio obligatarum per interdictum Saluianum auocare,ff. & C. de Saluiano interdicto,l.j.¶Sic ergo concipietur libellus:

Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui res tales mihi obligatas à tali colono pro pensione talis fundi, quem sibi locaui pro decem, tenet,seu possidet:vnde ago contra eum, quòd mihi tradat possessionem prædictarum rerum: & ad hoc propono interdictum
31 Saluianum vtile,vel actionem in factum,&c.vt in præal.l. ¶† Si verò vis agere contra ipsum colonum,vel eius hæredem.sic concipies libellum:

Lib.Coram,&c.conqueror de P.cui locaui tale prædium pro decem nomine pensionis mihi soluendis, pro qua pensione tales res fuerunt mihi obligatæ:vnde ago contra eum,vt res illas mihi tradat: & ad hoc propono interdictum Saluianum directum, vel actionem in factum,&c.& sunt hîc ponenda,quæ iam diximus in
b Seruiana[b].¶†Cæterùm si colonus rem domino petenti non re
32 stituit,locum habet constitutio,non abs re.C. vnde vi[c]:in qua di
c uersimodè potest concipi libellus.Si enim velit dominus contra eum agere ex locato, vel ex interdicto de precario, sic concipitur libellus:

Lib.Corā,&c.conqueror de P.colono meo,seu inquilino quondam:cui cùm locauerim fundum meum, seu domum, seu precariò concesserim vsque ad annum, & tempus finitum sit, peto, vt mihi fundum prædictum,seu domum restituat:& ad hoc propono actionem ex locato,seu interdictum de precario,ff.locat.videamus.§.qui vnum.C.de præcario.l.ij.¶Vel intentabis condictionem ex l. C. locat. si quis conductionis. & facta condemnatione pro executione potes intentare condictionem ex l. illa, non abs re.& sic concipies libellum:

Lib.Coram,&c.conqueror de P. quondam colono, vel inquilino meo:cui cùm locassem domum,seu precariò concessissem,& ab eo repetiissem,cùm nollet restituere,fuit mihi per sententiam T.iudicis ad rem ipsam restituendam ꝯdemnatus: vnde quia nondum restituit,peto rem ipsam ab ipso mihi restitui:&eius æstimationē.scilicet xx.mihi præstari:& ad hoc propono condictionem ex illa l.non abs re.C.vnde vi, & C. loca.conductores. hoc etiam
d dixi s̄.versic.porrò[d] sicut.¶Vel sic potest concipi libellus:

Lib.Coram,&c.vt s̄.in eo,versi.in primo libello, vsque, domum restituat.iunge,peto etiam æstimationē ipsius rei mihi ab eo præstari,quam rem ęstimo decem:&ad hoc propono condictionem
33 ex illa l.non abs re.C.vnde vi,& l.conductores.C.loca.†Sed non videtur,quòd possit peti pœna æstimatiōis,cùm vsque ad sententiam possit moram purgare.Sed dic,quòd pœna commissa est,ex quo non vult restituere:sed tamen potest purgari restituendo ante sententiam. Quidam tamen dicunt, quòd non potest peti: sed nisi restituat.iudex ex officio suo condemnabit ad ęstimationem, Sed durum est.quòd pronunciet super eo,quod non petitur,ext. de simo.licet.ff. de iud.de qua re.vnde Bononiæ sic concipitur li.

Lib.Coram,&c.peto talem rem,quā tali locaui,vel precariò concessi,mihi ab eo restitui:&si passus fuerit contra se litem contestari,& sententiam ferri, peto rei æstimationem, quam rem æstimo
34 xx.& ad hoc,&c.vt suprà proximè.¶†Sanè per constitutionem,
e ex libris[e].prouidetur domino,cuius colonus.vel inquilinus, vel procurator, & huiusmodi negligenter possessionem perdunt, & alius possessionem ingreditur,in qua libellus sic concipitur:

Lib.Coram,&c.cōqueror de P.qui possessionē talis fundi,quam per procuratorem, vel per colonum, vel inquilinum habebam, seu possidebam,nunc detinet:vnde ago contra eum,vt mihi restituat:& ad hoc propono condictionem ex illa l.ex libris.C. de acqui.posses.Vel sic:

Lib.Coram,&c.ago contra P. vt mihi restituat possessionem talis fundi,quam per colonum, procuratorem, seu inquilinum habebam:& ipse dolo,seu desidia ipsorum accepit: & ad hoc, &c. Item super constit.ob æs alienum.concipitur,vt j.de pig. §.j.versi. item cum ob æs.

ADDITIONES.

a Alia.¶Sic etiam Rof.hoc interdictum cōtinuauit s̄.prox.dicens & in isto eadem fore necessaria,quæ in Seruiana:& facit,quod de positionibus hîc sequitur.

b In Seruiana.¶Suprà ver.porro est.& fortè de positionibus intellexit,vel ponēda,id est repetēda. hoc dico propter obiectionem, quam soluit ibi,quam hîc repetit Rof.

c C.vnde vi.¶Hanc l.Rof.textualiter prosequitur ante fin.sui operis:demum ponit omnes libellos,qui hîc sequuntur.

d Versic.porrò.¶Hîc,& ibi,& statim j̄.videbis coniunctas has duas leges.Opp.Rof.vbi plus,l.non abs re.de leg.j.C.de vet.iur. enuc. ad fi.j.col.vbi dr̄ similia resecanda : maximè cùm diuus Zeno fuerit auctor vtriusque:respondet,ꝙ l. conductores. loquitur in tribus casibus tantùm,scilicet in inquilino,colono, & tenente precariò,l.non abs re. generaliùs loquitur, vel similitudine excusetur diuersitas rubricarum: & vide, quod scripsi ext.de lib.obl.c.ij. in princip.In quo autem differat lex,non abs re.à l.eo.ti.si quis in tantam.ibi not.in vlt.glo.

e Ex libris. ¶Post constitutionem proximam aliquibus intermediis prosequitur istam Roff.textualiter in fi.ponens hos duos libellos:& plus sibi placet secundus,subdens,quòd verbum Restitutionis,sæpe respicit restitutionem tantùm,ff.quorum bon.l.j.&,vt ibi not.ponitur Restituere,pro Dare:& vide suprà versi. porrò. ij.

ADDITIONES NOVAE.

§☞ An teneatur successor stare colono,Bart.in l.si filio.§.si vir. sol. matr.& l.illa.§.quod ait.de superficiebus,& l.fi.de iur.fisci.& l.emptorem.C.loc.& l.Iulianus.§.si fructib.de act.emp.& l.idem quia in fi.pro socio.Iac.But.in l.Marcellus.§.qui fundum.ff.loc.

An clerici,& prælati teneantur,stare locationi factæ per prædecessores suos.no.in l.iubemus.§.fi.de sacr.eccl. Inn.in c.fi.ne prælat.vices suas.& Gof. in d.c.fi. & quid si prædecessor recepit fructum,vel pensionem pro pluribus annis,not.vt s̄. Gofr. & Innoc. Bald.in d.l.iubemus.loc.2.& 12.q.2.alienationes.Bald.in c. j. qui succ.tene. Albr.in l.emptorem.C.loc.

Pōe quod aliquis locauit fundum colono ad dimidiam fructuum, modo colonus vult detrahere ante oīa sumptus suos quos fecit,an possit.Bar.in l.fructus.sol.matr.

Not. quod quando aliquis locat rem suam ad aliquod longum tempus,debet facere describere statum rei, ad hoc vt possit sciri si tempore quo finitur locatio res sit facta deterior, aliàs probare bene non posset.ita dicit Iac.Butr.in l.j.§.rectè.vsusfru.quem. ca.

Quid si colonus tenetur conducere ex pacto partem mediam fructuum ad ciuitatem,an teneatur soluere gabellam ad portam. Iac.Bur.quod sic.in l.si in plures.§.vehiculum.ff.loc. Quid si non adest pactum:dic quod soluitur ex not.in l.item illa.de cōst.pec. & ibi Bald.& in l.acceptam.C.de vsur.

Pone ꝙ aliquis locauit fundum suum alicui vsque ad certum tempus,puta vsque ad annos quinque: circa finem vltimi anni iste colonus seminauerat ibi quædam:modo quæritur quid de istis seminatis, quæ veniunt colligi elapso tempore locationis an ad dominum,an ad colonum pertineant,Iac.de Aret.in l.penult. ff. de vsufr.leg.

An colonus expulsus de re conducta per dominum vel extraneum,habeat aliqđ remedium ad possessionem recuperandā gl. magistr.in fi.l.si fundo. C.loc.videtur dicere quod non.gl.ꝯria in l.& ideo.§.fi.de cond.furt.Pet.approbat glo.primam,quo illa.l. si coloni.de agric.&cens.consulit ratione possessionis quam habet aliquis,vt ibi in tex.facit l.iniuriarum.§.conductori. de iniur.& l. i.§.deiicitur.de vi & vi arm.

Pono aliquis locauerat prædium duobus donec viuerent:accidit quod vnus ex conductoribus mortuus est.quæritur ad quem debeat pars illius mortui pertinere. fuit determinatū per l. si qua mulier,ibi in tex.ad superstitem.ad Tert.ꝙ illa pars perueniet ad illum conductorem superstitem Bart.& Iac.Butr.

In l.i.de loco publ.fru.Pone,aliquis conduxit omnes fructus alienæ villę ab episcopo vsque ad quinquennium:an iste conductor contra istos rusticos dictæ villæ habeat aliquā actionem:nam constat quod locatio fructuum tenet,sicut emptio,l.nec emptio de contrah.empt.& potest dici quod detur actio ne vis fiat ei, sic & conductor vectigalis vt hîc:vel pōt dici qđ nullā habeat actionē,sicut nec ꝯductor supficiei,l.i.§.qđ ait.de superfic.& l.nō solū. §.idē iuris.de vsuc.nā cū nō soleat locatio dn̄ium mutare.l.nō solum.loc.ita nec actionē transferre.l.si qs stipulatu.§.si eius.de vsufr.consulit ergo conductori vt agat ex conducto contra locatorē.& is ꝯ rusticos experiatur,l.Iulian⁹.§.fi.de act.emp.& l.2.§.fi.ad Rhod.de iact.& l.cum in plures.§.messem.loc.liberabitur tamen locator cedendo iura.l.quod debetur.de pecu.facit l.creditor. §. i.de act.empti.Vber.de Bobio.

Nota quod constitutio episcopi edita super locatione rerum,

& bonorum ecclesiasticorum habet locum in locationibus quæ fiunt ad modicum tempus Guil. & Nicol. in clement. i. de reb. eccle. non alien. in fi. super verbo extendi.

50 In l. contractus. de fide instrum. quæro. locaui tibi domum pro iusta mercede, vel vendidi pro iusto pretio, nulla apposita certa declaratione: tu conductor habitasti domum, vel tu emptor fructus ex re percepisti: postridiè dum peto pretium, vel mercedem, dicis contractum imperfectũ: quia non est certa merces, nec constitutum certum pretium: quod remedium habeo: videtur quod nullum, l. fi. de contrah. empt. Sed Azo dicit quod iste contractus est imperfectus sub specie contractus nominati, nec potest fundari petitio tanquam ex consensu, sed agetur præscriptis verbis, vel in factum ex æquitate. l. quotiens. præscr. ver. Azo ponit in secundo instit. locati. facit l. excepto. C. loc. & ibi per Cy. si autem apparet quod aliquis habitauerit domum, si non constat quod sit locata: quod inducit Dy. in l. j. de var. & extraord. cognit. dicit quod nullo tempore, iure. nec officio iudicis potest cogi ad soluẽdum pretium domino. quod speciale est in casibus, no. in d. l. i. non actione locati, qa nõ apparet ꝙ locatiõe: ſ actiõe præscriptis verbis quia non constat de aliqua locatione.

An singularis successor teneatur stare colono partiario, Iac. Bu. in l. si merces. §. qui fundũ. ff. loc. dicit quòd sic: secꝰ in illo qui non sit partiariꝰ, sed nummis colit. idẽ dicit in l. si cõuenerit. ff. ꝓ socio.

An creditor habẽs obligata bona teneat̃ stare locatiõi postea ꝑ debitorem factæ, nam si non haberet bona obligata staretur locationi, vt l. in venditione. §. j. de bon. auth. iud. pos.

Nota quòd per locationem præsumitur dominiũ, no. in c. cum venissent. de restit. spol. ꝓbat instit. de her. qual. & diff. §. itẽ extraneus. nam locãdo quis efficitur hæres: nihil aliud est, quam dominus, vide Bart. in l. quæritur. de acq. hær.

Pone, promisit colonus ducere fructus ad ciuitatem domino suo: quis soluet gabellã ad portã, Bal. in l. acceptã. C. de vsur. quod colonus partiarius portat expẽsis domini, secus in nõ partiario, vt l. si plures. §. vehiculum. ff. loc. & ibi Iac. Butr.

In l. cognitio. ꝙ lib. cau. no. hãc exceptionẽ, q̃ facit tex. vides em̃ qđ ĩ l. ꝓfert hoc verbũ (dñs) qđ intellige hoc ẽ q dicit se dominũ, & sic dicit lex qđ nõ ꝑt colonꝰ, nec inqlinꝰ, vł q habet cãm ab alio sibi referre q̃stionẽ dominii. l. ita vt si fur. ff. cõm. certè ꝺbet intelligi qđ sufficiat, si locator dicat se dominũ, quod no. pro statutis in quibus quandoque hoc verbum profertur, Guil.

Pone: locans equũ mittit famulum cũ conductore dicti eq: an per hoc ꝯductor excusetur vt non teneatur, gl. in l. vsu quoq;. ff. vsusf. quem. ca. & ibi per Bar. & in l. j. §. quemadmodũ. de lib. agn.

In l. si filius. §. si vir. sol. ma. Bar. dicit qđ si conduxi domũ, & locator mihi promisit patiẽtiã ꝑ publicũ instrumẽtũ, & ꝑ hoc obligauit oĩa sua bona: & postea dictã domũ vẽdat, ꝙ emptor non poterit me expellere. cũ ego habeã ius in dicta re ꝯducta, & ita dicit ipse in l. j. §. qđ ait. ꝺ superfic. & hoc verũ nisi emptor, vł locator velit soluere dãnũ & interesse cõductori: ratio qa hypothecaria nõ est facta nisi ꝑꝑ patiẽtiã, cuiꝰ obligatio succedit ad interesse, & iõ eo refuso nõ possũ restituere, nõ obstãte qđ habet ius perpetuũ: secꝰ si ad tẽpꝰ, vt in casu nostro. hoc in colono q nũmis colit: secꝰ in partiario, quia societas est ꝯtta, & ita no. gl. in l. i. §. fi. de iur. fisc.

An per instrumẽtũ possessionis ꝓbetur possessio locatoris. Inn. in c. inter dilectos. de fide instr. Alb. in l. quamuis. de acq. poss. & l. si pignora. de pign. acti.

In l. apud Iulianũ. §. hæres. de le. j. quæro qd in ꝯductore domus an si collatio fiat ad puteũ, tenetur ipse ex suo ꝓprio collatiõem facere: credo quod nõ, imo locator. & hoc ideò quia locator ipsa re vti, & frui videtur. l. arboribus. §. 2. de vsufr. & l. in suã, C. de pig. & de via pub. munien. l. græca. fac. quod not. ff. de imp. in re dot. factis, l. 3. §. j. & l. impensæ. per Bart. tamen potiùs debet attendi consuetudo. l. certa. C. loc. Bart. de hoc plenè in d. l. impensæ.

An aliquis possit locare operas suas in perpetuum. gl. in l. omnium. de vsufr. glo. ꝯria. in l. post certi. de lib. cau. C. no. in l. antiquitas. C. de vsufr. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. de cond. & dem. in stipulationes non diuiduntur, de verb. obli. l. & si locator promisisset expresse pro se tantùm seruare perpetuò, tamen non valet, cum nunc subsit causa libertatis infringendæ. & ita intelligatur d. l. post certi. alias secus.

Pone conduxi plures operarios vna die, diuersis pretiis, scilicet vnum minori, alium maiori pretio postea conduxi alium operarium, & dixi quod tantum darem ei quantum vni aliorum. quantum debebit habere iste. not. in l. qui concubinã. §. cũ ita. de leg. 3.

Pone aliquis cõduxit famulum per annum certo pretio: medio anno ille dominus conductor fuit excommunicatus: an famulus teneatur nihilominus seruire sibi, & implere totum annum, not. quod sic. in c. inter alia. de sent. excom.

Pone conduxi fabrum an teneor ipsum alere. glo. quod sic. in l. quoniam liberi. ꝺ testi. Bar. contra. in l. liberti. de op. li. nisi consuetudo loci aliter se habeat.

An potero expellere & deiicere cõductorem meum de domo locata si in ea malè versetur, vt quod sic. l. non aliter de vsu & hab.

Qualiter formet libellum locator contra conductorem, dicit Iac. Butr. quod debet sic dicere: locaui tibi domum, & eam tibi tradidi, & patientiam vtendi tibi præstiti, & tantam mercedem mihi promisisti: quare peto ad eam mercedem te cõdemnari, l. ex conducto, in princ. loca. & ibi per ipsum Inn. in c. ex literis. de consuet. dicit quod per instrumentum locationis, videtur data licentia & patientia vtendi re conducta. Albr. in rub. C. loc. vbi plenè de hoc & sic nõ est necesse dicere quod patiẽtiã p̃stiti, nec domũ tradidi.

Pone famulus debebat mihi seruire per annum, aufugit & stetit absens per duos mẽses: posteà in sequenti anno vult mihi seruire per duos menses, & habere salarium, an audiatur, Iac. de Aret. in l. si vsusfructus mihi. de vsuf. leg. in contrarium facit l. seruus qui. §. fi. & l. stichum. §. damni. de stat. lib.

Quid si dictus famulus sit infirmus per aliquot tempus: an habebit salarium pro illo tempore, Azo. in summa. loca. gl. in l. si vno. §. cum quidam. ff. eo. Iac. de Aret. in l. cum hæres. §. stichus. de stat. lib. Bart. in l. præses. de var. & extra. cog.

Pone aliquis locauit domum Titio: hoc acto quod locator teneatur facere tale opus in dicta domo infra mensem, alioquin liceat ꝯductori recedere à dicta conductione quandocũque vellet modo transiuit mensis, & locator non impleuit promissa: nihilominus conductor stetit in domo, protestando quod locator seruaret promissa. qui locator prædictis protestationibus respondebat, quod erat paratus facere ea quæ promiserat: modo dictꝰ conductor vult recedere de domo prædicta, & rescindere conuentionem: quæritur an possit, Dy. in l. commissoriæ. C. de pac. int. emp. & vend. prout ibi refert Cy. concludit quod non, & ibi planè per Cy. de hac quæstione.

Locatio potest fieri vsque ad centum annos, licet res prohibita sit alienari, si dicatur in locatione quod nullum ius quæratur conductori in re. ita Bald. in l. codicillis. §. 2. de leg. 2.

Pone plures conduxerunt vnam nauem, vt portarentur aliquę res ad aliquem locum, nec dictum fuit quãtum quis deberet soluere: modo quis habebat res magni pretii, & parui ponderis, alius magni ponderis, & parui pretii, qualiter fiet solutio huius mercedis: an iuxta æstimationem pretii rerum, an secundum põdus. videtur quod pro pretio, l. ij. §. cum in naue eadem. ff. ad l. Rhod. de iact. sunt qui dicant contrarium: quia pro minori pretio portantur res minoris ponderis. non obstat d. §. cum in eadem naue. quòd ibi res fuerint euasæ ꝑꝑ iactum, & ideo pretium inspicitur.

In l. si quis id quod. §. doli. de iurisdictiõe omnium iudicum, facit ad quæstionẽ. Aliquis conduxit laboratores, & mandauit eos ad laborandum in fundo alieno, vel de quo forte erat quæstio inter ipsum & aliũ: ipsi laboratores laborarunt in dicto fundo, credentes ipsum esse domini mandantis: an ipsi veniant puniendi. Bart. in l. non solùm. §. quod mandator. de iniur. Alb. in l. 2. §. doli. vi bon. rap. dicit se obtinuisse quod dicti laboratores non veniant puniendi, sed solùm dominus mandans.

An res coloni partiarii inductæ in fundum dicantur tacitè obligatæ domino. gl. instit. de act. §. Seruiana. & l. certi. C. loc. per doc.

Pone quidam locauit fundum pro certa mercede, & in locatione conuenit quod conductor tempore belli non teneretur soluere, sed tempore pacis sic. An dictus conductor teneatur soluere tempore treugæ, quo tempore laborauit, & fructus percepit, & dic quod sic. primò per verba contractus, videlicet quod tempore guerræ non teneatur soluere pẽsionem, quo tempore non posset laborare: effectus enim verborum est inspiciendus, vtrum sit tempus guerræ, quo laborari non possit, & tunc non teneatur, alias secus. l. iij. §. conditio. de adim. leg. Item ratio, quòd noluit teneri tempore guerræ, & quia non poterat laborare, nec fructus percipere, qua cessante cessare debet effectus. l. quod dictum. de pact. preterea per pacem nihil aliud consequitur nisi quod poterit laborare. pro eodẽ ergo debet haberi si per aliam viam hoc consequatur arg. l. certum. si cert. pet. Item si est concessum fieri solutionem tempore pacis: ergo & eius simile videtur cõcessum, l. illud. ad leg. aqui. Prætereà ista pensio annua præstatur pro prædio, & occasione prædii: ergo cum fructꝰ ex ipso percipit, debet subire onus, l. forma. ff. de cens. l. quæro. de vsufr. de ann. & trib. l. omnes. & l. obsistere. imo plus dicitur, quòd omnes fructus qui percipientur tempore treugę debent esse locatoris, nec conductor aliquid percipiet, quia nõ videtur facta locatio ei nisi tempore guerræ, quo non teneatur ad pensionem soluendam, & tempore pacis, quo casu teneatur.

Vnde cũ de illis duobus tantùm videatur facta conductio, non de tertio, cum hoc non fuerit expressum arg. l. quæsitum. §. idem respondit, de fundo inst. & l. in toto de reg. iur. Itẽ verba apposita post locationẽ vel in ipsa locatione, hoc est quod tꝑe pacis soluatur

vatur pensio, fuerit ex abundanti interposita. vnde non restringunt verba generalia locationis quę fuerunt de soluendo pensionem quolibet anno. arg. l. legata in prin. de sup. le. l. verba testamenti. de alim. & cib. leg. non enim mutat substantiam rerũ non negotia verborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. de aur. & arg. leg. Ex prædictis apparet quod prædicta verba ex abundanti fuerunt apposita in locatione, & ideò non debent nec possunt mutare substantiam contractus, de testam. l. testamentum. l. non solent. de reg. iur. sol. dic conductorem compelli ad solutionem pensionis tempore treugę, cũ casus omissus sit similis expresso: nam potest laborari tempore treugæ sicut tempore pacis. facit l. fi. j. resp. mand. l. si extraneus. de condict. ob causam. l. Deo nobis de episc. & cler. l. fi. de posth. hæred. inst. l. qui filiabus. §. j. de leg. j. l. qui filiabus. de tu. si ergo sit casus similis omissus expresso, quantùm ad hunc contractum, ergo idem ius. l. illud. ad l. Aquil. & etiam iste cõductor, certat de lucro captando, & locator de damno vitando: ergo fauorabilior locator quàm conductor l. fi. de codicillis. nec obstat si dicas quod illa verba, quod tempore pacis teneatur, debeant aliqd operari: nam aliquando id quod ex lege datur in stipulationem deducitur. vt de pœnis. l. non est impossibile. nam si aliter diceretur iam iste locupletaretur cum aliena iactura, quod esse non debet, l. nam hoc natura. de condict. ind. & l. iuris veteris. de reg. iur. doct.

a possideat, & qualiter emphyteuta? Et certè emphyteuta possidet naturaliter, ecclesia verò ciuiliter: quod naturali ratione patet: quia ecclesia, cùm nudū habeat dominium possessioni propter fructus & culturam, quæ ad eam non pertinent, non insistit: animo tamen possidet: quia non desiit rem habere perpetuò carituram. hoc etiam iure probatur. nam emphyteuta possidet: & ecclesia, quæ solam proprietatem obtinet, possidet, vt ff. qui satisdar. cog. l. sciendum. & hoc est tale, quale inter superficiarium & dominum, & inter feudatarium & dominum: quia domini ciuiliter, & prædicti naturaliter possident, vt ff. de acq. pos. l. naturaliter. respon. j. & ff. de vi & vi ar. idē. §. qui vsusf. ff. vti pos. si duo. §. centum. & l. 1. respons. 1. & l. possideri. §. Nerua. & l. qui bona. §. 1. Ciuilis verò possessio, quæ solo animo retinetur, habet in se plurimum iuris, cùm superior plurimum facti habeat, vt patet in præ. l. & ff. eodem, de acq. poss. l. 1. §. si vir. & l. possessio. §. 1. & l. si id quod. §. fi. & l. si is, qui animo. & l. possessionem. & C. e. l. nemo ambigit. & ff. de acquir. rer. do. pupillus. extrà de conces. præ. cùm nostris. Nec credas emphyteutam ciuiliter possidere, qui ob hoc ipsum debet prestare solitam pensionem, vt C. de præscr. 30. an. malè agitur. nec etiam dominus naturalem habet, cùm emphyteuta illam habeat, vt dixi: & duo in solidum possidere absurdum esset, vt ff. de acquir. pos. l. possideri. §. ex contrario. & extr. de proba. licet. Et quòd naturalis & ciuilis inueniatur esse possessio, vt patet per præ. iura, & ff. pro hærede, l. 2. §. j. Porrò hoc certum est, quòd emphyteuta non possidet pro ecclesia: imò illam naturalem possessionem, quam habet, pro se, & respectu sui iuris habet. & quod patet, quòd in ea naturale dominium vincit: quod nec esset, si pro domino possideret: & idem in vsufructuario: & sic ponitur casus l. C. vti pos. l. 1. & probatur ff. e. l. 1. in fi. & l. si duo in his. §. sed prætor superficiariū tuebitur, &c. ff. de preca. & habet. §. eū qui. ff. de superfi. l. 1. vulgariter tamen, quo ad hoc, pro ecclesia possidet: qa

60 causam habet ab ea: sic ponitur ff. ꝓ suo, l. 2. ¶† Quadragesimoseptimò quæritur, vtrùm propter canonem non solutum, vel ꝓpter personas finitas emphyteuta cadat ab emphyteusi ipso iure an demum per sententiam? Et videtur, quòd per sententiam, & non ipso iure, vt C. de iure emp. l. 2. vbi dicitur, emphyteutam ita demum repellendum, si dominus hoc voluerit: & sic videtur, ꝙ petitio domini, vel ecclesię sit offerenda: ad idem e. ti. l. fi. in fi. vbi dicit, cadat à iure suo: quasi dicat, nō ipso iure, sed si aduersario petenti placuerit, & ad hoc ff. ad Sillan. necessarios. §. non aliter. C. đ ap. l. 1. C. de hær. & Manich. l. quicunq;. & in auth. de non alie. aut permut. reb. eccl. §. scire. vbi dicit, fiet extraneus à iure suo. & in auth. de alie. & emp. §. si verò quis locator. & hoc tenent Ia. & V-

b ber.[b] & ar. pro eis ff. de pig. lex vectigalib⁹. ff. de pig. vēdicare. Alij

c autem, vt Mar. de Fa.[c] dicunt, quòd cadit ipso iure, ar. ff. de his, q̄ in frau. cred. l. ait prætor. §. si creditorem. C. de pig. l. 3. sicut & miles conductionem exercens ipso facto à locatione cadit, vt C. locati & cond. l. fi. & ad idem C. de act. & oblig. auth. imò. C. de incest. & inutil. nup. auth. incesta. C. ad l. Iul. maiest. l. pen. & fi. Veruntn̄ licet ius hoc faciat, indiget tamen ministerio hoc volentis, vł no

61 lentis ecclesiæ, siue domini. ¶† Sæpe enim in eo, quod ipso iure fit, facto hominis est necesse: vt ecce, dicit lex, quòd ipso iure fit compensatio, vt C. de comp. l. fi. & tamen obiectio hominis ē necessaria, vt Inst. de actio. prope fi. ti. Est etiam necessaria approbatio iudicantis, vt ff. de compē. quod in diem. §. 1. ff. de neg. gest. si autem. §. fi. ff. de cont. & vti. act. tu. l. j. §. præterea. Item ex causa preteritionis fit testamentum irritum ipso iure: & tamen obiectio ē necessaria, vt C. de lib. præte. vel exhæred. maximum. §. scimus. ff. de iniust. rup. test. filio. Item miles ipso iure à procuratione repellitur: & tamen hominis obiectionem interuenire necesse est, ff. đ proc. filius. §. milites. & facit etiam ad hanc solutionem ff. de pub. & vec. vectigalia. circa fi. & prodest hoc scire. Pone enim, quòd n̄ soluens cecidit à possessione: modò vult à possessore vendicare vtili rei vendicatione, quod potest, vt s̄. vers. xlv. opponitur ei, ꝙ non potest: ideo, quia ipso iure suam perdidit actionem: certè si hoc verum est, bene repellitur: sed verius videtur, quòd non perdidit, nisi per sententiam: vnde licet cessauerit in solutione, nihilominus ante sententiam rem poterit vendicare. Itē prodest hoc

62 scire ad aliud, vt j. ver. proxim. ¶† Quadragesimooctauò quæri-

d tur[d], vtrùm propter canonem non solutū, vel propter personas finitas, domin⁹, vel ecclesia possit emphyteutam, qui naturaliter possidet, vt s̄. ver. xlvj. propria auctoritate expellere, & rem occupare? Et videtur, quòd sic, vt C. de iure emph. l. j. §. sin autem. & in auth. de alie. & emp. §. si verò quis locator. & ext. e. potuit. in quibus dicitur, quòd ecclesia potest expellere. nam arbitrium ꝓprię vltionis est sibi commissum, ar. C. lib. xij. de metallis, l. deuotum. nec facit iniuriam, qui vtitur iure suo, extrà de elec. cùm ecclesia Vulterana. & ar. ff. de reg. iur. factum. Nam & inquilinum potest quis iusta de causa expellere, vt ext. de locat. propter. & ff. e. quæro. §. pe. & C. quod cum eo, qui in al. pot. est, si seruus. ad idem facit ff. ad l. Aquil. quemadmodum. §. j. in fi. & l. si quis fumo. §. fi. & ff. quod vi, aut clàm, si vicem. §. si ad ianuam. & ff. de præscr. ver. q seruandarum. resp. j. & C. vt nemo priuatus. ti. l. 2. & C. vt nemini lic. sine iud. se vind. l. j. in quibus iuribus probatur, quòd quis pōt propria auctoritate destruere, vel amouere, quod contra se factū

e est. Ar. tamen contrà C. de Iudæ. nemo[e]. & stultè facit, qui quod petere potest, inuadere non pauescit, vt C. de suffra. l. vnica. nam

f & fructuarius, qui plus[f] iuris habet, quàm emphyteuta, non pōt à quasi possessione expelli, amisso, vel finito vsufructu: imò poti⁹ ꝯ eū īretat negatoria, vł agit ꝯ eū ex cautiōe p eū pstita de restituenda, vt ff. si vsusf. pe. vti frui. resp. 1. ff. vsuf. quead. ca. l. j. §. hēt aūt. Si enim proprietarius posset propria auctoritate expellere, super uacua esset cautio, nec à iure induceretur, vt ff. de procu. non cogendum. §. fi. & facit ext. de pig. c. fi. & ad idem C. sol. mat. dotis. ff. quod met. causa, extat. Et incongruum esset, quòd aliquis in causa sua ius faciat sibiipsi, vt C. ne quis in causa sua, in l. 1. ff. de iud. Iu

g lianus. Super hoc dixerunt Bulg. & Azog[g], quòd propria auctoritate potest rem occupare, & illū expellere ꝑ prę. iura. Sed opponitur: quia si dicis, quòd cadit à iure suo per sententiam, & non ipso iure, vt s̄. ver. prox. quòd poterit propria auctoritate expelli: quia secundum hoc apud eum possessio remansit, vt ff. de acq. pos. l. j. §. si rem. ff. de vi & vi arm. cùm fundum. Sed ad hoc responderi potest, secundum Vber. quòd si emphyteuta agit contra dominum, poterit dominus excipere, Tu es defendendus secundū legem locationis, j̄. ver. prox. sed non seruasti eā: vnde à iure tuo cecidisti: & super hoc peto sententiam: & sic pronunciabitur eū cecidisse à iure suo: & sic cadet per sententiā. Sed & si dic[illegible]s, quòd cadat

ADDITIONES.

a Quadragesimosextò quæritur. ¶ Hæc est 14 Mar. de Fa. ad literā vsque in fin.
ADDE, qualiter possideat emphyteuta, Bal. cons. xlij. 2. lib. Alex. cons. 1. 3. libro.

b Et Vber. ¶ & Rof. vbi s̄. ver. item sunt Simon Vin. in præal. l. 2. al- le. l. quæ hic sequitur, & ff. de iure fisci, l. eius, qui. & in auth. vt lit. iurent, §. j. col. ix.

c Vt Mar. de Fan. ¶ sua q. 21.
ADDE, quòd requiratur sententia, Rom. cons. ccxij. Alex. consi. 83. lib.
ADDITIO. Adde tu, quòd in contrarium est communis opinio secundum Host. in c. potuit. de locato, Sal. in l. 2. col. 2. & de iure emp. & Ant. de Bur. i d. c. potuit. dicit hanc esse communem opi. ꝙ emphyteuta ecclesiæ sit ipso iure priuatus absq; sñia declaratoria, si stetit per biennium, quòd non soluit: refert & sequitur do. Phil. Decius con. cxlvj. in j. parte cons. Et de pœna non souētis canonem, qui ab emphiteuta directo domino debet, intelligitur, si dominus voluerit, vt no. Bar. in d. l. 2. per illū tex. ibi, si non voluerit. C. de iure emp. & Doc. ibi communiter sequuntur, & no. Bal. in auth. qui rem. in fi. col. C. de sacros. eccle. dicens, quòd priuatio emphyteusis propter canonem non solutum, non est in facto esse, sed in potentia fieri domino volente: & de feudo no. Bal. ī l. fi. in fi. & de reuoc. don. vbi inquit, quòd etiā si dictum fuerit, quòd ipso iure feudum reuertał, intelligitur domino volente. Hē. Fer.

d Quadragesimooctauò quæritur. ¶ xv. q. Mart. de Fa. quam etiam ipse apertiùs & pleniùs prosequitur.
ADDE Alex. cons. cxxx. & cxxxj. 4. lib.

e Nemo. ¶ Secundò, & apertiùs l. nullus.

f Qui plus. ¶ Mart. sic posuit, quòd non plus iuris habet, quàm emphyteuta: imò minus: quia in dominio nihil habet.

g Et Azo. ¶ in Summa, ver. item & id. & Acc. C. eo. l. 2. in prin. magnæ gl. vbi etiam dicit Mart. Gof. hic tenuisse idem: Ioā. de Bla. sua q. vj. Cy. super ea. l. 2. q. 2. dicit suum Pet. plus accedere ad opinionem contrariam, cùm hic expulsio sonet in vindictā propter possessionem, quam habet expulsus. Item mouet timor rixarum, q̄ possent oriri. facit ff. de reg. iur. non est singulis. & de vsufr. æquissimum.

cadat ipso iure, dominus expellendo ñ incidet in ɔst. si quis in tantam. nec in pœnã illius canonis, xvj. q. 6. placuit. quia iura loquũtur, quando is, qui alium deiicit, nullo modo possidet: nec in edictum diui Marci, quod est ff. quod met. causa, extat. Alij, vt Papa[a],
a & sequaces, dicunt tutius esse, quòd auctoritate iudicis expellatur, vt extrà de priuil. pastoralis. & C. de iure emph. l. 2. extrà de di
b lat. literæ. ff. de pub. & vecti. cotem. §. igitur. Ber. dixit[b], quòd propter canonem non solutum potest propria auctoritate expellere: sed vbi alienauit sine domini requisitione, non potest sine iu-
c dicis auctoritate. Tu dic[c], quòd si certum est emphyteutam ius suum amisisse, & domino possessionẽ interuenisse bene poterit auctoritate propria expellere: & sic potest intelligi opi. Bul. & Azo. Si verò emphyteuta negat rem emphyteuticam esse, & in canonem cessatum non esse, vel aliqđ ius in re sibi competere: & đ hoc paratum se asserat ecclesiæ de iustitia respondere, tunc quia per negationem res efficitur dubia, ecclesia, siue dominus, sibi ius dicere non poterit expellendo, præsertim si copiam iudicis habeat, arg. ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidem. & C. vnde vi, non abs re. ibi, sine causa legibus cognita, & c. & C. lib. xij. de decur. generali. Illud autem certum est, quòd si emphyteuta alij rei tradidit possessiõem vel ipse ab alio sit inde expulsus, tunc dominus auctoritate propria non deiiciat talem possessorem: argumen. ff. de vi & vi arm. si
63 colonus. ¶ † Quadragesimononò quæritur, quo iure postulabi dominus, vel ecclesia, quòd emphyteuta iuxta præmissa eiiciatur. Resp. consilium est, quòd officio iudicis simpliciter. ostendet eñ instrumentum contractus emphyteutici factum iam sunt duo anni, & amplius, in re ecclesiastica: vel tres, & amplius, in re priuati: & emphyteuta non vult fidem facere de solutione pensionis: ꝙ si nequeat impetrare iudicis officium, poterit hoc petere condictione ex lege illa C. de iure emph. l. 2. vel ex dec. ext. de locat. potuit. Potest etiam dici, quòd potest agere interdicto Vti possidetis, quasi non habeat vlteriùs ius in re, ar. ff. ne vis fiat ei, qui ĩ possessionem missus est, l. 3. in prin. Licet enim naturaliter possideat iniustè, tamen possidet, quod ad concedentem, postquam à iure suo cécidit: vnde si ille replicet de contractu, dominus replicabit, tu non seruasti legem conductionis, & secundum legem locationis de-
d fensus es, & [d] non aliter, vt ff. vti pos. si duo. §. Labeo. in fi. & arg. ff. de loco publico fruen. l. j. in fi. & s̃. ver. prox. Vel dic, tutius esse, ꝙ
e intentet rei vendicationem[e], vel etiam condictionem sine causa
64 vel iniusta causa, & quare: & iunge hîc, vt j̃. ver. clxviij. ¶ † Quinquagesimò querit, quid si emphyteuta ꝓpria auctoritate aliquẽ expellit de fundo, quẽ ipse tenet in emphyteusim? dic, quòd incidit in const. l. si quis in tantam. & fundus applicabitur expulso, vt C. vnde vi, si quis in tantã. & expulsus tuebitur per p̃sidem in re ẽphyteuticaria, ff. de dam. infe. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de le. 1. peto. §. 1. xvj. q. 6. placuit. & sic dominus inuitus habebit nouũ
65 emphyteutam, vt ff. de exercit. actio. l. j. ¶ † Quinquasimoprimò
f quæritur[f]: ecce emphyteuta cécidit à possessione rei emphyteuticæ prius quàm emphyteusis sit finita: nunc ecclesia vult, tãquã directa domina, contra possidentem agere: emphyteuta verò, tã quam vtiliter dominus, vult facere illud idem: quæritur, quis sit præferendus? Et videtur, quòd ecclesia, tanquam habens direc-
g tum dominium, C. de nouat. l. 3. C. man. si pater. Mart. de Fa. g tenet contrà, vt ff. de pœnis, si cum emptore. ff. de proc. procurator. & l. si procurator. ff. si ager vect. vel emp. pet. l. 1. §. fi. & ar. ff. de su-
h perfi. l. 1. Sed hoc est brocardicum[h], & quasi soluitur ibi quæstio talis. Vel posset hîc distingui, secundum ea, quæ not. per Papam,
i & alios, ext. de præscr. cùm ex officij[i]. iunge j̃. ver. clxj. ¶ † Quin-
66 quagesimosecundò quæritur[k]: ecce, pensione, seu canone non
k soluto, ecclesia agit contra emphyteutam, proponens ius dominij: ille verò defendens se, dicit ecclesiam in re ipsa dominium nõ habere, nec probari dominium per instrumentum emphyteusis de quo etiam dic, vt j̃. ver. liij. & seq. quæritur, quid iuris? Quòd autem non possit quæstionem de dominio referre, probatur C. de præscr. 30. an. si quis emptionis. §. pen. ext. de relig. do. constitut[o]. videtur enim consensisse ecclesiam dominam esse, ex quo recepit ab ea illam concessionem, quam quis à domino recipere solet. ar. ff. de diuor. l. fi. C. de Lat. lib. tol. l. j. §. sed & si quis. ext. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore. ext. de ele. dudum. 2. Item ex quo in instrumento continetur, quòd ipse recepit ab ecclesia, tanquam à domina, est standum illi, ita vt contra illud dicere non possit, arg. C. de contra. stip. optimam. C. de iure deli. cùm quis. ext. de relig. do. cùm venerabilis. ff. de pig. contrahitur. 27. q. 2. omnes feminę. Item non videtur, quòd possit referre de dominio quæstionem ei, à quo suæ possessionis causam accepit, ar. C. de pig. act. ne creditores. C. de non nu. pec. l. i. & no. secundum Papam, ext. de fide
l instr. inter dilectos. prope fi.[l] Præterea nónne ecclesia posset agere personali actione contra emphyteutam, & rem ab eo euocare etiam si foret aliena? ar. quòd sic, ff. sol. mat. si alienam. ff. commo. ita si furtum. ff. deposi. l. j. §. si prædo. ff. de pig. act. si rem alienam. quare idem: ergo non debet posse per in rem actionem, cùm eadem sit æquitas; ext. de const. cognoscentes. Præterea aut dicit rẽ fuisse suam tempore concessionis, aut alterius: si suã, hoc ipso, ꝙ ab ecclesia noluerit recipere breui manu, videtur dedisse ecclæ, & ab eadem in emphyteusim recepisse, ar. ff. de iure dot. licet. §. j. ff. de don. inter virum & vxor. l. 3. §. sed si debitorem. ff. si certum pet. singularia. præsertim in ecclesia, in qua non est necessaria traditio, vt C. de sac. san. ec. l. fi. & maximè etiam in annuum canonẽ deducendo, per quod videtur donatio præsumenda, vt C. donat. censualis. & l. seq. Si verò dicat eam alienam fuisse, tunc cùm sit p̃sumptio contra eum, & pro ecclesia, vt ar. ff. de iur. si duo. resp. 1. & C. si seruus ex ven. l. moueor. in fi. tenetur suam exceptionem, in qua actor efficitur, comprobare, vt C. de loc. & con. ad probationem rei. & ar. C. de lib. cau. ad probationem. alioquin succumbet, tanquã actor in probatione deficiens, vt ff. de prob. in exceptione. resp. j. ff. de excep. l. 1. 6. q. vltima, actor. ext. de iur. c. fi. Ar. ɔ̃, quòd se possit tueri nam dominium quæri solet recipiendo concessionem, & non aliis concedendo. Quomodo ergo concessio facta ab ecclesia probabit dominium esse ecclesiæ? hoc quibusdã non videtur esse posse, ar. ff. de act. & obl. ex maleficiis §. his quo q; in fi. & C. de prob. ad probationem seruitutis. Posset enim esse quòd ecclesia concessisset alienum, vt ff. in ti. pro donato, & in ti. pro soluto, & in ti. pro emptore, & in ti. pro dote, & in tit. pro legato, per totum, ff. de contrah. emp. rem alienam. Item certi sunt modi probandi dominium, vt j̃. ver. lvj. Non est ergo nouus modus fingendus, arg. ff. sol. mat. si verò. §. de viro. 2. q. v. consuluisti. ext. de trans. inter corporalia. Item absurdum est, quòd ecclesia se probet dominam nullo precedente titulo, quo dominium solet quæri, vt C. de ingen. ma. scientis. Item & si scienter rem suam ab ecclesia recepisset, non ob hoc fecit rem ecclesiæ, nisi dando, ar. ff. de leg. j. si hæres iussus. ext. de of. del. cùm super abbatia. in fi. C.
m de repud. hæres. In hac q.[m] H. ꝓ ecclesia iudicauit: alij dicunt om-
67 nes contrà, & iunge j̃. ver. prox. ¶ † Quinquasigesimotertiò iux-
n ta hoc queri potest[n], si iste emphyteuta rem ab ecclesia longo tẽpore recognouit, & pensionem ei soluit, an ecclesiæ ꝓderit præscriptio possidentis? possedit enim emphyteuta titulo. vnde etiã, si res esset aliena, vtile dominium præscripsit, & in rem actionem habuit ex tempore iam elapso: sicut & aliàs, C. de præscr. 30. an. si quis emptionis. Si igitur perdidit ius, quod quæsierat, ad ecclesiã illud ius rediisse videtur, ar. C. de don. causa mor. si alienam. ff. de iure dot. Proculus. ext. de pœn. c. 2. Sed præallegata iura in personali actione loquuntur, nec ibi apparet, quòd dominium præscriptum, vel vsucaptum redeat ad illum, à quo præscribens causam habuit: imò etiam videtur, quòd si præscriptio non esset completa apud emphyteutam, & sic res ad ecclesiam rediret, tamen prodesset ecclesiæ illa minus plena, nisi per eam compleri posset, vt ff. de vsuc. si hominem. ff. de diuer. & temp. præscr. si duobus. §. fi. ff. de acq. pos. Pomponius. §. præterea. & l. in dotem. Multò ergo magis, si completa sit, proderit ei, vt rem vendicare possit: & facit ad hoc ff. de cond. inde. si. indebiti. §. si nummi alieni. Sed si 30. annis ex re illa fuit ecclesiæ soluta pensio, vel res ecclesiastico iure ab emphyteuta detenta: quia toto tempore 30. annorum, quo res

ADDITIONES.

a Vt Papa. ¶ Scilic. Inn. qui dixit hoc in dec. potuit. sed in dec. propter. quæ illam præcedit, intendit ad negatiuam, vt ibi scripsi in l. nullo.
b Dixit. ¶ In dec. potuit. in prin. pen. gl.
c Tu dic. ¶ Secundum Mart. de Fano.
d Et. ¶ pro Vel & Super, dixit.
e Rei ven. ¶ Hoc placet Gui. de Suz. in l. j. C. e. quia omne ius emphyteutæ in dominũ est translatum ꝑ cessationẽ solutiõis: inducit l. commissoriæ. C. de pact. inter emp. & ven. & hoc, ex quo dominus eum non patitur, & vide j̃. ver. lxxxiiij.
f Quinequagesimoprimò quæritur. ¶ xvj. q. Mart. de Fa.
g Mar. de Fa. ¶ Et Io. de Bla. vbi s̃. §. j. in 4. membro.
h Brocardicum. ¶ cuius titulus est, directa præfertur vtili, mihi ch. xiiij.
i Cùm ex officij. ¶ Fortè allegat, quòd ibi scripsi in glo. dicebatur, sed nil ad propositum.
k Quinquagesimosecundò quæritur. ¶ xvij. q. Mart. de Fano.
l Prope finem. ¶ Ber. in gl. antep. vide de hoc.
ADDE, vt per Alex. conf. v. & xliij. 4. lib.
m In hac q. ¶ v. ponit Mar. de Fa. qui cum dñis suis tenet, qđ sequitur.
n Quæri potest. ¶ secundum Odof. & Mar. sua j. q.
ADDE, vt per Alex. conf. 17. 4. lib. & Bal. conf. ciiij. 2. lib.

res fuit apud emphyteutam, ecclesia ciuiliter possedit: in his, in q̃
duobus casibus, s. cùm lõgo, vel longissimo tempore emphyteu
ta possedit, ecclesia contra eum agere poterit rei vendicatione:
a & iunge j. ver. prox.[a] ¶†Quinquagesimoquartò quæritur: sed q̃
68 rei vẽdicationem intentabit ecclesia? Et videtur, quòd non dire-
ctam: quia præscriptione longi, vel longissimi temporis directũ
dominium non queritur, sed vtile tantùm, vt no. s. de præscr. Sed
nec vtile dominium intentat: quia illud non habuit, nec conces-
sit, vt s. ver. xlv. vnde vltra, quàm concesserit, repeti non poterit,
vt ff. sol. mat. l. pe. §. mulier. ff. de his, quæ in frau. cred. ait pretor. §.
si conditionali. ff. de iure dot. licet. §. fi. extrà de deci. dudum. & 1.
q. 7. Daybertum. Sapiens igitur aduocatus, cùm ecclesia vult con
tra emphyteutam, vel eius hæredes agere, agat personaliter con
dictione ex lege Zenonis, quæ nouam inducit obligationem, vt
ff. de condict. ex lege, l. j. C. de iure empl. l. 1. Inst. loca. §. adeo. & tũc
dominij quæstio non refertur, vt probatum est s. ver. lij. nec etiã
proderit emphyteutæ, si non possideat, quia fortè in alium tran-
stulit possessionem. nihilò minus enim actione tenebitur perso-
nali, quæ non ratione possessionis datur, sed ratione contractus,
quo obligatus existit, vt C. deposi. l. desideriũ. & l. seq. & C. si cert.
pet. non aduersus. C. de act. & obl. cum cui. hoc saluo, quia si em-
phyteuta sine dolo & culpa & facto suo à possessione cecidisset,
non teneretur, ar. C. de pig. act. si creditor. secundum Mar. de Fa.
69 ¶†Quinquagesimoquintò quæritur, vtrùm episcopus petẽdo
in genere ius episcopale, intelligatur censum, qui loco iuris epis-
copalis successit, petere? Resp. sic, vt probatur & no. secundum Prę
b positum, ext. de relig. dom. constitutus[b]. ¶†Quinquagesimosextò
70 quæritur[c]: pone extraneus possidet rem ecclesiæ, quæritur, qua
c liter ecclesia aget contra illum, cùm ille possessor non sit emphy
teuta, nec eius hæres? Et certè tunc necessariò proponenda est in
rem actio, & dominium est probandum: cuius tamen probatio
71 difficilis est. †certi enim sunt modi dominium probandi: de qui-
bus habes s. de act. seu pet. §. sequitur. ver. si autem velis. Primus
est, si ecclesia probet se habuisse à domino rem istam, vt C. de ꝓ
bat. cùm res. ff. de pig. & qui nondum. §. qui dicitur. ff. de act. emp.
ex empto. resp. j. Secundus est, si probet rem istam iusto titulo ac
cepisse & longo tempore præscripsisse, vt ff. de rei ven. in rem. §.
fi. ff. de acq. re. do. l. acquiritur. §. non solùm. ff. de vsuca. eum, qui.
Tertius modus est, si probet rem sibi traditam ex iusta causa fuis-
se: licet enim non præscripserit, habet tamen Publicianam, vt ff.
de Publi. l. j. & l. seq. Quartus est, si probet se, vel alium pro se 30.
annis cum titulo, vel sine titulo possedisse, vt C. de præscr. 30. an.
si quis emptionis. Quintus modus est, licet sit multum disputabi
lis, si probet ex concessionibus factis ab ecclesia ipsa rem, de qua
est lis, ab emphyteuticariis pro ecclesia longo tempore, vel lon-
gissimo, fuisse possessam, vt tetigi s. ver. liiij. Alij modi non inueni
untur in iure: & ideo non sunt confingendi, vt s. ver. lij. licet sæpe
quidam alios de facto studeant inuenire: & iunge j. ver. prox. &
72 j. ver. clxviij. ¶†Quinquagesimoseptimò quæritur[d]: quid si in
d qua chartula dicit, quòd ecclesia concessit P. in emphyteusim rẽ,
quam nunc tenet T. nunquid est sufficiens hæc probatio contra
T. certè non, vt tactum est s. ver. iij. & seq. probatur ext. de fi. inst.
inter. prope fin. ibi, cùm ad probationem rei propriæ, &c. & quia
res inter alios acta, &c. vt extr. de reg. iur. quamuis. & C. de pac. si v
nus. §. in summa. imò etiam tales chartulæ non probarent nisi ali
quis de prædictis modis probetur: & iunge j. ver. cxlij. & j. ver. ꝓ
73 xi. ¶†Quinquagesimooctauò quæritur, quid si ecclesia habet
chartam, in qua continetur, quòd talis Comes dõnauit talem rẽ
ecclesiæ? Certè nec hoc sufficit, nisi ecclesia se possedisse probet,
vt ff. de Pub eũ qui. §. fi. & l. seq. Sed si ecclesia hẽt titulum, & ĩ pos
sessione fuit, satis præsumo, quòd ex titulo præcedenti facta fue-
rit sibi traditio, ar. C. de acq. pos. minus. Nec credo ecclesiam hîc
habere Publicianam ex solo titulo sine traditione à non domino
sibi facta: sicut habet ex sola concessione à domino facta: quia il-
lud, quod ecclesiæ in dominio quærendo conceditur in l. C. de
sac. san. eccl. l. fi. est priuilegium contra regulam iuris inductum, i-
deoque non est ad consequentiam trahẽdum: vt sit idem in qua
si dominio, vt ff. de leg. & senatuscon. quod verò. 26. q. 2. non ex
emplo. Iam enim facile esset ecclesiæ super omnibus rebus mun
di habere Publicianam, si fortè faciat sibi fieri donationem à P. de
eo, quod possidet T. & C. & B. & sic de omnibus: quod absurdum
esset, & malignandi occasionem adduceret, ar. ff. de Carb. edic. l. i.
§. sed & si quis. Sed si ille, à quo habet ecclesia titulum tempore,
quo ecclesiæ concessit, in possessione fuisset. licet ipse ecclesiæ ñ
tradidisset, fortè æquũ erit dari ecclesiæ Publicianam, si aliàs rei
vendicatio datur: ar. in præ. l. eum qui. §. Publiciana. saluis casibus,
in quibus sine traditione Publiciana competit, de quibus dubita
tio non est de Publiciana, vide s. de iud. §. nunc dicendum. Sed ad
huc fortè ecclesia ostendit chartam, in qua continetur, qualiter
sibi concessa fuerunt, iam sunt centum anni, omnia, quæ habuit
talis Comes in tali castro: certè hæc charta inutilis erit, nec eccle
siæ ex tali confessione aliquid accrescit, nisi probentur, quæ dicta
sunt, videlicet quid ille habuit, arg. C. de falsa causa adiect. l. 3. & l.
fi. ff. de leg. j. si sic. ff. de contrah. emp. hanc legem secundũ Mar. de
e Fa.[e] ¶†Quinquagesimononò quæritur[f]: ecclesia concessit rem
74 alicui in emphyteusim in hunc modum: Ego H. abbas talis mo-
f nasterij concedo tibi P. atq; confirmo omnia, quæ habes & tenes
de iure dicti monasterij in castro, vel in villa tali: demum multis
annis elapsis quæstio oritur inter emphyteutam, vel eius hære-
des, & ecclesiam. cùm enim ille in dicto castro multa possideat,
negat tamen se aliquid ab ecclesia recepisse, dicens ecclesiæ, pro
ba, quid de iure monasterij in dicto castro habuisti: ecclesia verò
dicit, quòd omnia, quæ ibi habuerunt isti & antecessores sui mo
nasterij, dicens hoc, quod in dicto instrumento dicitur non cau-
satiuè, sed determinatiuè dictum esse econtrà emphyteuta resi-
stit dicẽs se deberet de omnib. absolui, nisi quatenus fuerit ab ec
clesia probatum: ita dicens, concessio mihi facta est de his omni-
bus, quæ de iure dicti monasterij in tali castro tenebam: sed ego
nil tenebam de tuis: vnde nihil est mihi concessum, ar. ff. de hære.
inst. item quòd Sabinus. §. sed si asse. ff. de hær. vel act. ven. quòd si
sit hæreditas. Nam & cùm super re incerta fit promissio, tam ex p
te respondentis, quàm ex parte stipulantis nulla cõtrahitur obli-
gatio, vt ff. de ver. ob. triticum. ff. de vsur. quod in stipulation. ext.
de re iud. abbate sanè. lib. 6. Hoc etiam idem est in contractu loca
tionis, qui ob mercedem incertæ quãtitatis, vt ff. de loc. & cond.
si merces. & idem in sententia, quæ ratione incertitudinis nulla
censetur, vt j. de sententia, §. qualiter. ver. item debet esse. Idem in
arbitro, vt ff. de arb. quid tamen. §. pe. & in legato, vt ff. de iure do.
cùm post. §. gener. & in pluribus aliis exemplis, vbi incertitudo vĩ
tiat, vt ff. de test. manu. cùm ex pluribus. ff. de in diem addic. cùm
duo. ff. de lib. & posth. l. 2. ff. de hær. inst. ad tempus. §. j. ff. de rei vẽ.
g idem Pomponius. §. fi. & j. ver. lxij.[g] ¶†Si igitur in præmissis casi
75 bus incertitudo vitiat quod gestum est, multò fortiùs hîc, vbi de
obligando agitur, ff. de act. & ob. Arrianus. extr. de prob. ex literis
Præterea talis concessio est obscura: vnde credendum est, quòd
de modicis, vel minimis facta fuerit, ar. ff. de verb. obl. si ita stipu-
latus fuero, decem. ff. de reg. iu. inter pares. in fi. ff. de leg. j. cùm ser
uus legatus. §. Seio. & §. si ita sit scriptum. in fi. ff. de leg. 2. si ita re-
lictum. resp. j. & l. Sempronius. ff. de leg. 3. nummis. & l. qui cõcu-
binam. ff. de aur. & ar. leg. qui autem. ff. de reg. iur. sem. ꝑ in obscu
ris. & l. qui concubinas. quia circa maiora cautiùs agi consueuit,
vt 7. q. 2. nuper. prope fi. & ext. de elec. licet. Item ecclesia debuit
in concessione singula specialiter declarare: & ideo, quia non fe-
cit, succumbere debet, ar. ff. si quis cau sed & si quis. §. quæsitum.
ff. de cond. & demon. sed si hoc. ff. ad l. Cor. de fal. diuus Claudius.
in prin. ff. de acq. hær. si quis. §. iussum. ff. de contrah. emp. Labeo.
& l. cùm in lege. ff. de pac. veterib. 4. di. erit aũt. Item ecclesia, quę
concessit, debet monstrare fines locorum, & quid iuris concessit
emphyteutæ: arg. ff. de act. emp. & vend. Titius hæres. Dicas, q̃ v-
terque, s. tam ecclesia, quàm emphyteuta, deliquerunt non faciẽ
do, qđ facere tenebantur, s. non specificando res: sed ne ecclesia
iure suo priuetur, & emphyteuta de aliena iactura lucretur, vt ex
trà de pœnis, suam. iudex videat consuetudinem ecclesiæ conce-
dentis, & morem regionis illius, & quantitatem dati pretij & pẽ
sionis annuatim persoluendæ, vt secundum hoc moderetur, quã
ta fuerit possessio monasterij, non peior, non melior, sed medio-
cris bonitatis, arg. ff. de testa. hæredes. ff. de an. leg. sicut. ff. de reb.
dub. cùm in testamento. ff. de leg. j. l. si seruus plurium. in fin. C. de
76 donat. si quis argentum. respon. 1. ff. de oper. ser. l. fi. ff. de ædil. edi.
h si quis venditor. & vide j. versi. lxxij. ¶†Sexagesimò[h] quæritur,
an emp

ADDITIONES.

a Ver. prox. ¶Hoc etiam Mar. de Fan. sub q. xvij.

b Constitutus. ¶de cuius dicto fecit ibi Ber. additionem in vltima gl. & vide, quod super ea dixi.

c Quinquagesimosextò quæritur. ¶secundum Mar. de Fan. q. sua xviij.

d Quinquagesimoseptimò quæritur. ¶Ma. de Fan. sub q. s. prox. & j. ver. proximis. Mar. de Fan. est, vt dicitur, in fi. & est pars. ADDE, vt pulchrè per Rom. cons. cxxv.

e Secundum Mar. de Fan. ¶probatur hoc de rest. in integ. c. auditis & vide, quod ibi super gl. Celestinus.

f Quinquagesimononò quæritur. ¶xix. q. Mar. de. Fan. quasi ad literam.

g Ver. lxij. ¶Ad idem de elect. c. 2. lib. 6. vbi etiam de hoc.

h Sexagesimò. ¶Adde, an emphyteuta teneatur respõdere ecclesiæ, quæ sint res emphyteuticæ, & quæ allodiales, Bald. consilio cxcv.

an emphyteuta, qui diu soluit pensionem alicui, teneatur illi ignoranti, pro qua re sibi soluerit, ostendere ipsi eandem, & quàm ab eo tenet in emphyteusim? dic, quòd sic, vt sic dominus certus fiat, à qua re ipsum expellet, si sibi pensio non soluatur, vt in aut. Collat.3.de man.prin.§.cogi.& ff.de censi.forma.ff.ad exhib.l.3. §.est autem personalis.C.de fide instr.plures.ff.ad l.Aqui.si seru⁹. §.si plures.ff.de act.emp.& ven.Titius hæres.extrà. de censi. peruenit. Ar.tamen contrà C.de pet.hær.cogi.2.q.v.c.j.debet enim actor res designare: quia hoc onus est petitoris, ff.de rei ven. si in rem.& in l.specialiter. Et ideo dicunt alij, quòd si dominus petit simpliciter rem designari, non auditur: si verò dicit certum fundum emphyteuticarium esse, tunc emphyteuta cogetur id fateri aut alium designare, sic vt dominium non dimittat incertum, vt in conc.positis s.ver.prox.& j.versi.lxij.& hoc verum est, si ipse
a sciat: & hæc quæstio est dominicalis[a]. ¶† Et sunt hæc in ar. vt feu
77 datarius cogi possit dicere, pro qua re sit vasallus, & domino ser
b uitia præstet: & iūge j.ver.cvj.[b] ¶† Sexagesimoprimò quæritur,
78 quid si ille nolit dicere: vel ostendere? Resp.considerandum eē, quis agit: quia si dominus agit, tunc debet probare, quam rem dederit: alioquin debet emphyteuta absolui. Et idem est, si emphyteuta contra dominum agit: quod facere potest, vt ff.si ager vec. vel emp.pet.l.j.& 2.nisi enim probauerit, pro qua re soluit, dominus absoluetur. Dici tamen potest, quòd emphyteuta captis pignoribus dicere compellatur, vt ff.de mun. & hono.si quis magi-
79 stratus. ¶† Sexagesimosecundò quæritur: sed pone emphyteuticarius non vult dicere, pro qua re soluit: dominus verò dicit, ego volo petere à te pro toto patrimonio pensionem: ille verò dicit, domine, nil teneo à vobis ī emphyteusim: imò quod solui quasi indebitum solui: quæritur, quid iuris? & videtur, quòd de nulla re possit petere pensionem, cùm non constet, pro qua soluerit. Nam si habens plures seruos, vni eorum legauerit libertatē nec aliquem nominat, nulli eorum libertas debetur, vt ff.de manu.test.cùm ex pluribus. Item ratione incertitudinis ex neutro fundo debetur, ff.de reb.dub.si fuerit.ff.de fun.inst.leg.quæsitum §.si quis.ff.de hær.inst.l.in tēpus. Item si petens rem, nō potest probare quam, sequetur absolutio, ff.de rei ven.l.idem Pomponius. §.si frumentum. Econtrà videtur, quòd nisi dicat, pro qua re soluerit pensionem, pro toto patrimonio suo soluisse videatur, arg. ff.de acceptil.l.6.ff.de iure fis.l.v.in prin.& hæc ratione incertitudinis, ff.ad C.treb. Titius.ff.vt leg.seu fideic.no.ca.si domino.ff.de pet.hær.sed & si.§.adeò.ff.de leg.2.& si pluribus, in prin.ff.ad l. Aquil.item Mela.§.2.& l.ita vulneratus.& s. ver. lix.& quia non ē verisimile, ꝙ quis pecuniam suam iactet, ff.de proba.cùm de īdebito. Item confitetur de quibusdam deberi: ergo & de cæteris debet confiteri nam non interest, an nullo modo, an incertè confiteatur, vt ff.de interrog.act.de ætate.§.nihil.ff.de eden. vbi de iure tamen stricto nō videtur pro toto patrimonio, sed pro re, qua tanti sit, pensio præstari.ff.de annu.leg.si tibi. Sed cùm hodie non præstetur pensio secundum iura, videtur pensionem pro toto patrimonio soluisse: & ideo consulunt quidam, quòd eligat deteriorem rem, quam habet, & dicat se pro illa pensionem soluisse: & si ille negauerit, incumbet ei probatio. Alij dicunt, quòd si pensio sit modicæ quantitatis, & possessiōes, quas emphyteuta possidet magnæ & amplæ sunt, non præsumitur soluisse pro omnibus: secus, si non sint dignæ maiori pensione. Hæc ergo rei coniectura sumitur ex modo pensionis, ar.ff.de do.inter vir.& vx. verum. ff.
80 de transf.cùm hi.§.modus.& vide s.ver.lix. ¶† Sexagesimotertiò quæritur: sed quid si emphyteuta non vult censum soluere, nisi
c dominus ei priùs ostendat, quare sibi soluere teneatur? Dic[c], ꝙ dominus est in sua quasi possessione tuendus, vt extrà de elect.c. querelam. Si tamen pensione soluta proprietatis referat quæstionem, negādo videlicet se ī emphyteusim rem tenere, absoluend⁹ erit, nisi dominus de iure suo doceat: quia census ignorantiæ, &c. de censi.peruenit.nisi fortè longo tempore soluerit pensionem: quo casu contradicere non poterit præscriptione longi temporis obsistente, vt C.lib.x.de agric.& cens.litibus.& vide s.ver.pro
81 xi.& s.de restit.spol.§.nunc dicamus.vers.sed & si certis. ¶† Sexagesimoquartò quæritur: quid si rusticus per 30.annos soluit alicui pensionem, credens aliquid se habere ab illo in emphyteusim, non tamen apparet, quòd aliquam rem teneat ab illo, nunquid ex hoc præsumitur, vel etiam est sufficiens probatio, quòd aliquam rem ab ipso teneat, vel sit ei in emphyteusim concessa, ita quòd expelli non possit? Et dicunt Odof.& alij, quòd sic, ar.C.libr.xj.de fundis pat.l.fi.ff.de vsur.cùm de in rem verso.ff.de aqua plu.arc.l.
82 j.in fi.ff.de ritu nup.in liberè.& iunge j.ver.cvj.& ver.cxlij. ¶† Se
d xagesimoquītò quæritur[d]: quid si emphyteuta negat rem ecclesiæ fore: posteà verò apparet, & ipse ostendit se illam iure emphyteutico habuisse? Et vr̄ ꝙ postea ius, quod negauit, allegare non potest. absurdum est enim contra id venire, vt C.de reb.cre. si qs. ext.de prob.per tuas.s. depos.§.8.ver.sed secundum.nam denegando rem ecclesiasticam esse, denegauit per consequens, se ius ab ecclesia recepisse: & ideo nunc dicendo se ab ecclesia illud recepisse in emphyteusim tanquā sibi cōtrarius, est repellendus, ar. ff.de cond.& demon.Titiæ, si nupserit.C.de fur.& ser.cor.l.j.ff.qn̄ ap.sit, l.2.§.sed si alius.ext.de ap.solicitudinem.in fi. Deliquit enī volendo priuare ecclesiam dominio: vnde meritò priuandus est iure suo, 13.q.j.quibus.ver.vt autem.C.si reg.si constiterit. & ar. C.de leg.si legatarius. Vnde quia in re ipsa negando deliquit, iustum est, vt in eadem re puniatur, ar.C.de repud.consensu.§. hoc nisi.ff.de vulg.& pup.substit.ex facto.§.Iulianus.C.de epis.& cler. quicunq;.i.q.j.si quis episcopus.ext.de immu.ecc.c.fi. Item malè versatus est in re, negando ipsam emphyteuticam fore: vnde ob hoc solum debet posse expelli, ar.C.loc.& cond.ædem.& extr.e. ti.propter. Ar.contrà.licet enim rem ecclesiasticam esse negauerit, non tamen concessioni emphyteusis contradixit. potuit enī vtrumque verum esse, s.concessionem ab ecclesia factam esse, & rem existere alienam, vt ff.de contrah.emp.rem alienam.C.si res alie.pig.da.sit, per totum, C.de euict.si fundum.ff.de cōd.ob cau. l.fi.nec propterea, quòd negauit rem ecclesiasticā esse, debet possessione, vel proprietate carere, ar.ff.de reg.iur.nemo ex his.quia linguæ lubricum non est facilè ad pœnam trahendum, vt ff.ad l. Iul.maiest.famosi. Potuit enim de præteritis obliuisci, etiam si ipsemet ab ecclesia recepisset, ar.ff.de prob. quinquaginta.nam in suo patrimonio quandoque quis errat, vt C.de hær.vel act. ven. l.4.in auth.de hær.& Fal.§.si verò absunt.& in dubio præsumi debet meliorem partem, s.non fuisse in fraudem negatum, vt extr. de reg.iur.c.2.& ar.ff.de in integ.rest.l.pen.C.de his, qui sibi in testa.ascri.l.pen. Dicit Mar.de Fa.hoc casu negantē, qui iustam cām
e non habuit ignorandi, sola debere negatione[e] priuari, si hoc postuletur, ar.C.qui pot.in pign.hab.auth.item si possessor.& ff.de
83 rei ven.in rem.§.fi.& ext.de exces.præl.illud. ¶† Sexagesimosex
f tò quæritur[f]: aliquis possidet fundum, quem ego & antecessores mei ab ecclesia emphyteutico iure possedimus: ago contra illum possessorem: ipse verò excipit me canonem non soluisse ecclesiæ: & sic à iure emphyteutico cecidisse: quæritur, an excipere possit? Et videtur, quòd sic. cùm enim ego contractum emphyteuticarium non seruauerim, frustra ex illo dico mihi competere auxilium actionis, ar.ff.de ritu nup.filio.§.i.ff.de mino.auxiliū. in fin.extr.de vsur.quia frustra. Idem in testamento, vt contra ipsum veniens fructu careat testamenti, vt C.de fideic.l.fi.in fi.& idem in instrumento, vt exr.de censi.cùm olim.ad idem C.de epi. aud.nemo.& ff.de reg.iur.cùm par.§.illi.& ext.de immun.eccl.c. fi. Non enim debeo inspicere, quòd ille titulum, vel ius sibi competens non allegat: sed considerare debeo, quòd me ius habere dicere non possum, ar.C.de pig.si superatis.in fi.& C.de rei ven. res alienas.& eo ipso.quòd ille possidet, plus iuris in retinendo ꝯsequitur, quàm ego, qui indignus sum actione in agendo, ar.ff.si vsusfr.pet.vtifrui.& ff.vti pos.iniusta. Item frustra peto, quòd dominio restitutus sum: quia res cecidit in commissum, ff.de bo.lib. quamdiu.ff.de acq.hær.quamdiu. Ar.contrà: quia verum est me ius vtilis dominij habuisse: vnde & hodie p̄sumor habere, arg.C. de prob.siue. Item ille non potest de alieno facto, vel iure excipere, cū sit ab ecclesia alienus, ar.ext.de exce.rei iu.& an eadem.§.i. Nam

ADDITIONES

a Dominic. ¶ suit Pilei: & est cxij.inter dominicales est lxvi.neuter tamen loquitur de emphyteuta expressè, sed de censuali.
b Ver.cvj. ¶ Præsupponit ergo, ꝙ præstet, sicut dixerat de emphyteuta: aliàs negando se vasallū, nullum ibi incūberet onus: quòd teneatur ad hoc confitens, vel possidens, facit in auth.de mā.prī. §.coges.ff.de pig.ac.l.quamuis.& no.in l.imperialē.§. illud.de ꝓhib.feu.alien.per Fed.& de hoc satis per Iac.de Bel.si de feu.ꝓtro fuerit vasallus. Sed qd dices, si alter istorū p errorē suum ꝓprium prædium, vel allodiū designauit ꝓ feudo, vel emphyteuticario, an reuocare possit? dicit Guil.super l.cùm falsa.C.de iur.& fac. ig no.quòd possit facta fide de facti errore, e.ti.error.ff.ad munic.libertus.§.error.de iure fis.l.edicto.in fi.& l.2.§.si ff.de censi.l. forma.in fi.ext.de confes.c.vl. ADDE, vt per Bal.consi.ciiij.secundo libro.
c Dic. ¶ secundum Pet.& Ab.& est q.xix.
d Sexagesimoquintò quæritur. ¶ Per Mar.de Fano, & est q.28.
e Negatione. ¶ Ego habeo in mar.possessione.& puto, quòd melius, poderatis legibus, quas allegat recipiendo l. in rem. pro l.fi. & ille §.fi.non fuit Mar.nec video, quare auctor illud addiderit, cū ille §.in alleg.l.in rem.nil ad propositum.auth.verò.& l.fi.sunt ꝯmodæ.
f Sexagesimosextò quæritur. ¶ per Mar.de Fan.q.xx. ADDE Ab.consi.lxvij.2.lib.

Nam si P. rem meam 30. anno. spacio præscripserit, tu possessor, q
ei non successisti, me excludere non valebis. Præterea quomo-
do potest ex iure ecclesiæ retinere: quod si in quantitate consiste
ret, compensare, non posset, vt C. de compensat. eius. & ar. ad idē
ff. de pet. hær. regulariter. & l. nec vllā. resp. j. Item quomodo po-
test de hoc excipere, cùm ille, cuius non interest, hoc non dicat,
vt ff. de iniust. rup. test. l. filio præterito. Item quomodo excipiet
de facto alterius, qui vinci posset, ar. ff. qui po. in pig. ha. creditor.
a resp. 1. in fi.[a] Io. & Mar. de Fa.[b] pro actore iudicant, rationibus an-
b tè dictis: & adhuc prodest illud scire, vtrùm ius emphyteuticum
ipso iure perdatur propter canonem non solutum: de quo dic, vt
c s. vers. xlviij.[c] ¶ † Sexagesimoseptimò quæritur: P. recepit fundū
84 in emphyteusim pro se & filiis & nepotibus suis: demum deces-
sit superstitibus filiis naturalibus tantum: nunquid ecclesia pōt
eos repellere? Et videtur, quòd sic, ar. ext. de testa. c. Raynaldus. in
prin. & ff. de assig. lib. l. j. & ff. de bon. lib. patronus. Nam filium eē
diffinimus, qui ex viro & vxore eius nascitur: quod non contigit
in naturali, ar. ff. de his, qui sui, vel alie. iur. sunt, filium. Debuit er-
go intelligi de legitimis: sicut & cùm conceditur testamenti fac-
tio, intelligitur de legitima & solenni, vt C. de inof. test. si quando
Item cùm dicitur aliquem numero liberorum à tutela excusari, ī
telligitur de solis legitimis, ff. de excus. tut. l. 3. §. remittit. Item vr̄
sine liberis decedere, qui sine iusta sobole decesserit, vt C. de inst.
& substit. generaliter. in fi. Ar. contrà. nam pater pro se & filiis in-
distinctè acquisiuit: vnde tam naturalibus, quàm aliis pactus esse
85 videtur, ar. ff. de of. præs. l. 3. † quia indefinita locutio æquipollet
vniuersali, ar. ff. de leg. 3. si plures. ff. de vsufr. leg. vxori meæ. ff. de
test. tut. si quis ita, §. j. xix. dist. si Romanorum. ff. sol. mat. si quis sic.
Nomine enim filiorum intelligi debent etiam naturales, vt ff. de
in ius voc. quiq;. §. fi. & l. parētes. resp. j. Item pater posset cuilibet,
etiam extraneo, possessionem & dominium vtile quærere, vt ff.
de acq. pos. l. j. quare ergo non idem poterit naturalibus filiis, qui
extranei iudicantur? cùm non sint in ipsius potestate, vt C. de iu.
86 re do. l. fi. ¶ † Præterea si legaui tibi vineam, vt si decederes sine
liberis, restitueres eam T. certè sufficit ad conditionis defectum,
quòd reliqueris liberos naturales: imò, quod plus est, in seruitu-
87 te conceptos, vt ff. de leg. 3. cùm pater. §. volo. ¶ † Item si quis ro
gatus est sub conditione filiis suis restituere fundum. etiam de na
turalibus creditur esse dictum, vt ff. de leg. 2. Titius testamento. §.
d fi. Dicunt quidam[d], hoc ex arbitrio colligi posse, vt inspecta cau-
sa concessionis, re concessa, & dignitate eius, cui conceditur, præ
sumatur aliquando pro filiis naturalibus, aliquando contra eos,
ar. ff. ad Treb. ex facto. §. si quis rogatus. & §. fi. ff. de do. inter vir.
& vxo. vtrum. ext. de rescr. sedes. Si autem mulier recepit pro se
& liberis, non videntur in nomine discrepare filij naturales, & ēt
vulgò concepit, à legitimis, vt ff. de sta. ho. lex. C. quando mu. tu.
of. fun. potest, l. fin. Inst. ad O fic. §. penult. & iunge j̄. ver. clxxij. &
88 ver. cxliij. ¶ † Sexagesimooctauò quæritur[e], quid de adoptiuis?
e Resp. dico, emphyteuticum contractum simpliciter in filiis & ne
potibus factum non extendi ad filios adoptiuos. ff. de cond. & de
89 mon. & fideic. & 30. q. 3. ita diligere. ¶ † Sexagesimononò quæri
tur: pone, ecclesia concessit fundum in emphyteusim duob. fra-
tribus, ita vt post mortem eorum & filiorum nepotum suorum
f fundus ad ecclesiam reuertatur[f]: decessit alter eorum liberis non
relictis, quæritur, an defuncti portio superstiti fratri accrescat? nā
dictum fuit, quòd post mortem eorum res ad ecclesiam redeat.
At ipsi mortui non sunt, licet alter mortuus sit: ergo conditio n̄
existit, ar. ff. in ius voc. vt eant, l. fi. cùm enim dicitur in contractu,
post mortem eorum, indistinctè de omnib. intelligendum est, &
maximè de duobus: quia pluralis locutio minori numero non q
escit, vt ff. de manu. test. libertas quæ. §. fi. ff. de ver. sig. inter illam
ff. de test. vbi. 4. q. 3. c. si testes. §. item vbi numerus. Itē libertus assi
gnatus, eo, cui assignatus est, sine liberis deficiente, in familiam
redit, vt ff. de assig. lib. l. j. Quòd si duob. fuerit assignatus, & alter
deficiat, pars illius in familiam non redit, sed consorti accrescit,
vt e. ti. l. idem erit. §. fi. & l. vtrùm portio. Et ad hoc faciunt iura de
iure accrescendi loquentia, vt ff. de vsufr. acc. l. j. & l. idem. §. si so-
lum. & l. si mulieri. C. de cad. tol. j. C. quando non pet. partes pet.
accresc. l. j. C. de iure do. quidam. C. de impub. & aliis sub. testamen
to. ff. de bo. pos. ei, qui. & C. lib. x. si socius imperialis lib. decess. l. v-
nica. Item non videntur hi fratres mortui, quando superest vnus
ex illis, C. de his, qui. vt indig. l. pen. præsertim in emphyteutico
prædio, quandiu eius medietatem canonis soluet, ar. ff. cōi diuid.
l. communi. resp. j. Item melior fit ex hoc conditio ecclesiæ: nam
quod à duobus debebat exigere, nunc ab vno solo exiget, arg. ff.
fam. ercisc. planè. ff. iud. sol. non tamen. §. si. ff. de exer. ac. ne in plu
res. Ar. contrà, quòd ad ecclesiam pars defuncti redeat, ar. ff. de v
sufr. dominus fructuario. ff. de annu. leg. Seio. respō. i. ff. quemad.
ser. amit. aquam. & arg. C. de secun. nupt. auth. sed & si quis ex his.
Nec obstat, quod de iure accrescendi dictum est: quia in contrac
tibus non vendicat sibi locum, vt ff. de verb. ob. si mihi & Titio.
resp. j. ff. de acq. rer. do. per seruum. §. quod vnus. nec etiam in te-
stamentis, vt ff. de leg. j. si duobus. resp. j. ff. de leg. 2. l. vnus. Itē quo
modo petet totum, cui vltra partem non reperitur esse conces-
sum? at. ff. de du. reis, reos, §. cùm tab. ff. de re iud. Paulus. 2. C. si plu
90 res vna sent. condem. fu. l. j. & 2. ¶ † Item si testator duos filios in
stituit, & dicat, si vterq; sine liberis decesserit, hæreditatem Titio
debere restitui: primo cum liberis mortuo, secundus, si sine libe-
ris decesserit, partem restituere debet, licet verba testamenti nō
sic innuere videantur, ar. ff. ad Treb. hæredes mei. §. j. & bene faci
e. ti. Lucius §. Caio. Dic, ꝙ quamdiu omnes non decesserint absq
liberis, non potest pro parte res emphyteutica reuocari: & sic re
g spondit Azo, Acc. & Mar. de Fa. consultus[g]: & iunge j̄. ver. prox.
h & ver. clxvij. & ver. clv.[h] ¶ † Septuagesimò quærit: ecclesia con-
91 cessit duob. in emphyteusim, sic vt pars præmorientis in alterū
deueniret: præmortuus est vnus eorum, alio hærede relicto, qui
hæres possidet rem ipsam pro parte defuncti: superstes verò vult
ab eo partem illam petere: quæritur, quo iure petet? Et videtur,
quòd nullo. nam personalem actionem non habet, quia non cō
traxit, nec quasi contraxit cum consorte, sed solum cum ecclesia
adeò quòd nec socij sunt, vt ff. pro socio, vt sit. Item iudicio com
muni diuidundo agere non potest, cùm res desierit esse commu
nis: & solùm pro personalibus præstationibus datur vtile com-
muni diuidundo iudicium, vt ff. cōmuni diui. si quis putans. resp.
j. & sic nō habet personalem actionē ex eo pacto. Item in rē actio
locū n̄ habet. quomodo enim hîc emphyteuta actionē habebit
ꝑ ea parte, quæ sibi tradita nō fuit? sicut enim ad totā rē nō age-
ret, si tradita sibi nō eēt, sic nec ēt ad partē: vt idē iuris sit de parte,
i quod de toto. Sed dic[i], quòd in rem actio locū habere pt, ar. ff. de
don. q̄ sub mod. quoties. & ar. C. de don. cā mor. l. j. Nec dicat ali-
qs illius partis traditionē interuenire debuisse. cū eīn res fuerit ꝑ
indiuiso tradita duobus, nullus eorum in parte accrescente noua
traditione indiguit, ar. ff. de hær. inst. l. homo. §. Titius ex semisse.
ar. ff. de acq. hær. si ex parte. resp. j. ff. de bo. pos. l. sed eum. resp. j. Itē
etiam videtur agi posse præscriptis verbis, quia cùm certa pactio
ne rem recepit: videtur, quòd pactum, quod à concedente profe
rebatur, fieret inter eos, ar. ff. fa. ercis. si filia. §. si pariter. & iunge j̄.
92 versi. lxxv. & ver. cxliij. ¶ † Septuagesimoprimò q̄rit, qd si ēphy-
teuta decesserit duob⁹ hæredib⁹ relictis, & vn⁹ soluit. alter nō? Et
k videt, ꝙ neuter debet expelli, ar. ff. de lib. cau. liberis. Iac. tñ dicit[k]
vtrunque posse expelli. ff. fa. erc. cū idē. nec proderit ei, qui soluit
solutio sua, ne tributorum præstatio confundatur, ff. communi
l diuid. l. communi diuidundo iudicium. resp. j.[l] & ar. de pœn. dist. j.
sed si continuo. de cons. dist. j. in sancta. nam & si defunctus, dum
viueret, partem tantùm solueret, expelli posset, arg. de ver. obl. in
executione. & l. v. in fi. & ar. C. de distract. pig. quandiu. nec debet
ius immutari ex persona successoris, ff. de ver. ob. l. 2. §. fi. ff. de ꝯd.
& demō. cui fundus. ff. de præ. stip. l. 2. C. de his, qui. vt indig. Pol-
la. Sed ꝯ: nā si tota res cōmittit ꝑp partē nō soluentis, sic vnus ꝑp
peccatū alterius punitur: & pœna vlteriùs extēdetur, q̄ reperiat ī
excedēte delictū. qđ esse nō debet, vt ext. de his, quæ fiunt à ma.
par. ca. quæsiuit. C. ne vxor ꝑ ma. l. pe. ga rē, quæ culpa caret, & c.
ext. de ꝯst. c. 2. nec debet alteri ꝑ alterū iniqua ꝯditio īferri, vt ff. de
reg. iur. n̄ debet. Itē ꝯ, ff. de pub. & vec. fraudati. §. si vn⁹. Sed dic, ꝙ
quam

ADDITIONES.

a In fi. ¶ & l. seq. §. simpliciter. & vide alia iura ad idem s̄. de teste, §. nunc videndum. in ver. item agens. & super illo.

b Et Mar. de Fa. ¶ & Io. de Bla. vbi s̄. in prin. multùm plenè.

c Ver. xlvij. ¶ Quæstio est xii. Mar. de Fano.

d Dicunt quidam. ¶ Nescio quare succubuit Mar. de Fano, cuius fuit ista solutio.
ADDE Alex. cons. lxxxix. & cons. cxxviij. i. lib.

e Lxviij. quæritur. ¶ per Mar. de Fa. qui sine rubrica breuiter eā ponit, vt hic, & est 23. q.

vbi vide.Bal.¶An emphyteusis confiscetur,vide C.de bon. quæ lib.l.j.per Bar.An possit dari in societatem.videtur j.de soc.§.fin.& s.de accus.§.an ex confessiõe.j.eo.§.inimicitia priuata.¶Quid si colonus dimittit boues in pascuis sine custode,& lupus comedit,an teneatur,in §.postquam.versi.quid si locaui.G.de hoc no.ff.de neg.gest.l.si quis negotia.in glo.ord. & ibi Bar.& C.de epis.audi.l.nemo.& ibi per Cy.vide j.de sol.§.fi.¶Qui locauit operas debet habere mercedem pro tẽpore, quo stetit vacuus culpa ꝯductoris,ver.& scias.G.¶Quid de eo,qui pluuia impeditur,vers.quid si faber.G.Et ibidem, an miles captus debeat habere stipendium pro tempore,quo manet captus.G.¶An in Seruiana debeat peti possessio rei,an res,versi.porrò.& seq.G. de acquir.poss.l.3.§.fi.per Dy.¶Nota,quod in contractu emphyteutico parua ꝑstat pensio.putà anno quolibet vnus denarius:quia econtrà domino hæc accidit vtilitas:quia omnia emponemata,ædificia,plãtatiões,& cõmoda sua sunt finita emphyteusi, §.nũc aliqua.vers.secundò quæritur G.Et hoc de annexis,seu affixis.nam illa exportari possunt,ff.loc.l.sed & addes.§.si inquilinus.Bal.¶Emphyteuta est infra emptorem,& supra simplicem conductorem,ff. de ꝯtrah.emp.l.cùm manu sata.§.nemo.& potest præscribi emphyteusis,sed non simplex conductio,vide C.de præscrip.xxx.an.l.malè agitur.& l.comperit.per Cy.¶Et nota,quòd emptor dat pretium pro re, ꝯductor aũt pro vsu rei,emphyteuta pro vtroque simul,quia vtile habet dominium.nam est duplex vsusfructus,scilicet formalis & causalis:& ita est duplex dominiũ,s.formale penes emphyteutam, & causale penes dominum, id est proprietarium:& adde,quod no.ff.commo.l.si,vt certo. §.si duobus vehiculum.item lex emphyteusim vocat seruitutem,propterea est i⁹ formale,ff.de leg.j.si tibi homo.§.fi.Bal.¶Feudum datur gratis,nõ pro cẽsu:tamen ex natura feudi debetur seruitium:sed in emphyteusi debetur pensio,id est,aliquis census, qui potest esse tam in pecuniis,quàm in rebus aliis: & sic est similis contractui innominato, ff.de præscri.verb.l.naturalis.§.at cùm do.&lex census qualitate & quantitate iudicatur quis contractus sit,vt no.in l.j.§.j.ff.de superfic.in gl.ord.Bal.& vide omnino j.e.§.si debes. Bal.¶ In contractu emphyteutico requiritur scriptura:sed cùm contract⁹ in scriptis necessariò requirit, quòd partes subscripserint,dico, ꝙ scriptura nõ requiritur ad esse,sed ad probationem esse:putà publicum instrumentum:& hoc probat consuetudo,quæ seruanda est,ver.quintò quæritur.& vers.sextò quæritur.G.& facit, quod not.Azo.C.de sacrosan.eccle.in Summa in tit.fina.Bal. ¶Ecclesia potest dare emphyteusim simpliciter,putà Titio:& tunc intelligitur de se & filiis & nepotibus.vt not.in l.etiam.ff.sol.ma.Item & in perpetuum:& tunc transit in omnem hæredem, etiamsi nõ sit de descendentibus,ver.7.per G.Item in tertiam personam: & tunc intelligitur de filiis &nepotib. s.§.sequitur.ver.porrò.Item &in tertiam generationem:& tunc dicunt quidam,ꝙ prima pſona computatur,& vadit vsque ad filium & nepotem,in authenti.de non alien.§.emphyteusim. Alij dicunt,quòd etiam pronepos continetur:quia ego non sum generatio mea.nam nihil generat seipsum,vt dicit beatus August.secundum Bar.Si autem non apparet de originali forma,præsumam in tres personas,quia ita fieri consueuit. Vnde à communiter accidentibus ita præsumere đbeo,scilicet factum fuisse,quod fieri solet,C.de fideiuss.l.penult. nisi consuetudo specialis illius loci aliter se haberet. Nam in dubio inhæreo ꝯsuetudini fiendi, vtendi & interpretandi,ff.de fundo instruct.l.cùm de lanionis.§.asinam. & de leg. 3.l.librorum.§.quod tamen Cassius.& quod ibi not.Bal.s.de emp.& vendit.§.3.& j.eod.in fin.§.penultim.& §. nominum tertiæ generationis.& de testamen §.relictum.¶Aestimatio bouis dati in socidam non facit emptionem:quia tunc venditor non haberet partem đ fructibus rei,extra.de pignor.ca.ex litteris.sed sic,vt sufficiat probari culpam,nec oportet probari interesse,nisi conuentum,l.3.ff.locati,ff.pro socio,l.cùm duobus.§.quidam Bal.vide s. eo.§. instrumentum.¶Pactum factum cum emphyteuta prodest eius successori singulari ad excipiendum:non tamen conuenire potest,ver.8.& versi.seq.G.facit l.j.de actio empt.vide s.de emp.& ven.§.an pactum.& j.eo.§.pactum personale.Item tenetur restituere fructus,quos percepit emphyteuta finita emphyteusi,vers.sed pone.G.facit ff.sol.matri.l.si mora.in princ.& quod ibi no.per Iac.ff.de rei ven.l.si emptor.in princ.B.¶Emphyteuta ecclesiæ licet cadat ab emphyteusi,tenetur tamen soluere pensionem : secus in emphyteuta priuati,versic.xj.quæritur.G.Eo ipso,quòd priuatus reciperet canonem,reconciliatetur sibi emphyteusis,arg.l.2. C.de iure dot.impetrando,& not.j.ver.24.G.vide j.eod.§.recipiendo & sequen.ver.idem videtur in ecclesia.¶Sed an emphyteuta,qui vult renunciare rei,teneatur soluere censum?Dic,quòd sic:quia ad idem tenetur ex vi contractus,ff.commoda.l.in commodato.§.sicut.secus in illo,qui tenet propter rem ex dispositione legali: quia talis cedendo rei liberatur & facit ff.si ser. ven.l.& si forte.§.

Labeo

Labeo.ff.de vsufr.l.cùm vsufructuarius.ff.de damno infecto,l.p̄tor.§.hoc edictum.ff.sol.matrim.l.cùm mulier.2. & ibi per Iaco. ff.de legat.ij.l.Imperator.§.si centum. & ibi per Dyn.& facit in ratione sui ff.loca.l.in naue.in fi.& hoc per Guil.& Bar.in l.is,cuius. ff. de aqua plu.arcen. ¶Emphyteuta cadit à re nō soluendo,hoc verum,si domino placet,ver.13.nam is,in cuius fauorem dicitur aliquid non valere,potest facere vt valeat,ff.de iure dot.l.si res.§. fi.G.& est gloss.ordin.in l.2. ff.si ager vectig.vel emp.pet.& facit ff.de iniusto,rup.& irri.test.l.filio.in princ.& quod no.C.de contratab.posthumo.& C.de test.l.non dubium.Bal.vide j.eo.§.emphyteuta cecidit.ver.an ipso iure cadat.& j.eo.§.emphyteuta nō cadit.& j.eo.§.clausula. ¶ An biennium,vel triennium non soluendi canonem currat minori,C.de admin.tutorum,si damnum versic.14.G.an currat ecclesiæ,C.de sacrosanctis eccles.l.placet. versiculo,xv.An ciuitati,vers.17.Item an hæreditati iacenti,ff.d̄ neg.gest.l.debitor.vers.xix.quòd si iacet hæreditas domini,vers. xix.ff.de in diem addic.l.si prædio.G. Item an hæredi ignoranti, versicul.18.ff.de verb.oblig.l.ad diem.per Cy.& adde,quod not. C.de restit.mil l.si cum militaribus.& per Dyn.in c.is,qui in ius.d̄ reg.iur.lib.vj.ff.de mino.l.etiam.Item nota,quòd hæreditas sustinet vicem defuncti in his,quę iuris sunt,nō in facto,ff.si quis test. lib.esse iuss.fu.l.j.§.Scæuola.C.de bo.aucto.iud.pos.l.si bona.cum si. Recipiendo canonem scienter videtur dominus renunciare legi commissoriæ:secus,si ignorāter:item secus si protestet̄,ver. 23.24.&25.G.vide s.e.§.eo ipso.&§.seq.& j.§.prox.Itē si plátus, syndicus vel œconomus recipit,præiudicat ecclesiæ,ver.xxvij.G. Item si recipit partem,& non in totum, an sibi præiudicet? sic in pœna commissa,extra.de pœnis,ca.suam.non in pœna committenda,versicul.xix.¶Qui soluit pro tribus annis retrò proximis, pręsumitur semper soluisse,C.de apoc.pub.l.quicunque.libro x. vers.28.G.¶Non negare creditorem,non releuat debitorem ab onere probandi solutionem,ff.de prob.l.quinquaginta.versi.31. G.¶Ecclesia non cogitur recipere canonem,nisi de anno in annum,C.de fide instrumentorum.l.plures.ver.xxxj.G.j.eodem.§. emphyteuta non cadit:cum 3.§§.sequen.¶An diuersa pœna apposita ab homine faciat cessare pœnam legalem,versic. xxxv. G. ¶Clausula Rato manente pacto,videtur apposita in odium,non in fauorem conuenientis,vt no.in l.qui fidem.ff.de transact. ver. xxxv.G.¶Item ista clausula non mutat naturam contractus, nec pœnam,quæ venit ex natura contractus,ver.xxvj.G.Pœna legalis sæpius committitur:pœna conuentionalis non,nisi semel, etiam si clausula Rato manēte pacto,&c. nisi sit expressè dictum,q̄ pluries committatur,& tunc ex vno facto non potest committi, nisi semel:sed ex diuersis pluries,versi.xxxviij.G.¶Si primo anno quis soluet pœnam cōuentionalem,& iterum cessat secundo anno,an primus annus computetur in numero duorum annorum? dicit,quòd non:quia punitus est pro illo,secundum Vber.versic. xxxix. G.¶ A simili dicit statutum, quòd p̄ primo homicidio qs soluat centum,sed si commiserit duo homicidia,decapitetur:Titius pro primo soluit,si secundum committit,non tamen decapitabitur,quia,primum non computatur in numero.Item si est absolutus à primo.non computaretur in numero.Ergo idem,si soluit,ff.de re iudi.l.si quis cùm totum.§.planè.Sed dic contrà: quia tantum est dicere,quantum , q̄ secundo decapitetur. non enim fit condemnatio in secundo de primo: sed qualitas personæ cohærens auget pœnam.Sic dicitur C. de episcopali audient.l.3.& ff.de pœnis,l.capitalium.§.grassatores.& l.si diutino. Non obstat dictum Vberti.nam hæc pœna succedit loco debiti.vnde pro primo anno satisfactum est.Idem dico,si accusatio pro primo homicidio non possit fieri,quia fit præscriptum,tamen in numero cōputatur:quia præscriptio non debitum, factum nec qualitatem, vel maculam abstergit,sed iustitiam fieri impedit.ff.de iureiurā.l. sed si vnus.§.si ante.Bal.¶An vna p̄scriptione tollatur annua pēsio?tenet Azo,quòd sic:quia ista est diuisio præstationis,non causæ,vel debiti.nam pręscriptio elidit causam primam in radice.Vnde quicquid ex ea sequitur,elisum est:nec repeti actio,nec recitari dicitur,C.de annali excep.l.fi.§.fi.vide,quod habes C.de vsuris, l.eos.in princi. sed illud est ratione accessorij, cui derogatur,si in principio præscribitur.item vide, quod notatur C. de præscript. xxx.an.l.malè agitur.& l.competit. Argum. contrà ff.de stipulat. seruor.l.si seruus communis Mæuij.§.fi.versi.xlj.G. vide suprà de positione.§.ponit colo.versiculo,attende tamen.Si debes pro cēsu quolibet anno decem, soluit quinque per xl ann.an præscripserit?Respon.non pręscribit rei.Sed an canoni?dic,referre,an soluit quinque,vt partem decem, & nō præscribit:an simpliciter,& tunc sic,ff.quib.modis vsufruct. amit.l.is qui.ver.13.¶Emphyteuta per mille annos non soluendo,non præscribit rem,si vt emphyteuta tenet: quod præsumitur,quia non debet, nec potest sibi mutare causam,id est titulum & qualitatem possessionis.Si autem possessio interuenerit,tunc alia ratione de iure canonico nō

pręscribit,quia est malæ fidei:sed de iure ciuili præscribit,vt l.malè agitur.C.de præsc.xxx.ann.in gloss.ordin.ver.44.G.vide suprà eo.§.emphyteuta esse,&c.j.eo.§.vtrùm emphyteuta.in fin.& s. deposi.§.pono me possedisse per colonum.& §.pono,quòd Titius.& §.sequen. Emphyteuta gaudet bono casus prosperi,vt alluuionis, vel fertilitatis:sed nunquid pro isto augmento aliquid præstare tenetur?Dixit Azo,quòd sic,pro insolito incremento, opere,vel alio,de quo debuit cogitari. ideo tenet Cyn. quia ratione soliti non fit remissio,nec augmentum,sed ratione insoliti:de hoc est gloss.aurea ff.locati,l.si merces.§. vis maior.in gloss. mag.in fi.quæ ponit hanc doctrinā.Bal. ¶Inimicitia priuati conductoris locatori nocere non debet,ff.locati,l.si merces.§.culpę. sed inimicitia publica sic,eadem l.§.vis maior.nam omnes tangit publicum damnum & iniuria publica.Bal. ¶An emphyteusis,vel feudum possit confiscari?facit,quod no.C.vnde vi,l.si quis in tantam.& ff.de damno infecto,si finita.§.si qua.item,in iuribus inseparabilibus à persona vera translatio fieri non potest,ff.de nouatio.l.si vsusfructus.Hinc est quod maiore capitis diminutione vsusfructus non confiscatur,sed intercidit, ff.de vsufructu,l.corruptionem.vide infrà de feud.§.an feudum.Et quid de legitima, vide infrà de donatio.§.penultim.in fi.& suprà eo.versi. an emphyteusis confiscetur.¶Emphyteuta acquirit vtile dominium,quod subalternatur directo:vt &,sic dixerim, reddet̄ simile in feudatario Item habet naturalem possessionem:sed dominus habet directum dominium,& ciuilem possessionem:& hæc ciuilis possessio emphyteusi finita associat sibi naturalem , id est, dat facultatem domino intrandi propria auctoritate,ff.de acqui.posses.l. naturaliter.§.nihil commune. scilicet si emphyteuta non neget se emphyteutam:secus,si neget,vel alij vendiderit,ff.de vi & vi arma.l. cùm fundum.ff.soluto matrimonio,l.dotis.ver.xlv.xlvj.& xlviij. vbi omnino vide,C.de pignor.l.3.per Barto.& ita videtur intelligi suprà titulo proximo,§.emptor possessionis.¶Si emphyteuta cecidit ab emphyteusi in agendo contra tertiū,an ille tertius possit sibi hoc opponere?Et videtur quòd sic: q̄a ipso iure cecidit ab emphyteusi.ad hoc facit,quod no. ff.de cond.indebiti,l.indebiti. § si nummi.In cōtrarium,quia nisi dominus opponat,nemo potest opponere,ff.de iniusto test.l.filio & est gloss.ord.in l.2.ff. si ager vectig. & facit,quod not.in simili ff.fami.erciscundæ,l.his ꝯsequenter.§.j.Sed in priuatione,quæ desiderat sententiam hominis,non in annullatione legali,ff.ad Silan.l.necessitate.⁊ non aliàs.Dicunt quidam,quòd emphyteuta potest agere, quia non cadit à iure suo,nisi per sententiam, quæ non potest ferri,nisi domino petente:sed verius est,quòd à iure cadit: quia ius emphyteuti cum non est ius perpetuum,sed caducum.præsertim finita persona, seu generatione. nam in istis iuribus inseparabilibus à persona,vera transmissio fieri non potest,ff.de nouatio.l.si vsusfruct⁹. Item īterdum lex apponit verbum , quod est nota priuatiōis sub tempore præterito,interdum sub pręsenti,interdum sub futuro. Primo & secundo casu priuatio fit ipso iure. est enim canon latæ sententiæ.Tertio casu fit p̄ sententiam,vt no.in l.si quis in tantā. C.vnde vi:sed hic loquitur lex per verba pręsentis tēporis:sic no. ff.de capitis diminut. l.amissione,§. j.Licet tamen cadat ipso iure ab emphyteusi,non tamen à possessione naturali,vt nota.ff. pro socio,l.cùm duobus. §. idem respondit.Dico tamen, quòd cadit à iure suo,respectu domini,non respectu tertij:& ideo tertius nō habet ius opponendi de non soluto canone.Sed de generatione finita puto quòd possit opponere: quia quod naturaliter fit,omnibus prodest, quorum interest,argument.ff.de vsufruct.l. naturaliter.Argumen.contra,ff.de seruit.l.4.in principio. Sed respondeo per l.foramen.§.fin.ff.de seruit.rustic.præd.quandoque etiā, quod ciuiliter fit,omnibus prodest,quorum interest,ff.de inoffi. testamen.l.posterum.§.si quis.Bal.ver.xlvij.G.vide j.eo.§.exceptionem canonis.& s.depositi,§.positio esse debet.& suprà codē, §.emphyteuta cadit.¶ Si dominus non vult propria auctoritate colonum,vel emphyteutam expellere,sed per iudicem,an iudex de plano dabit licentiam viso instrumento, an erit necessarius libellus?Dic,quòd de plano,si constat per instrumentum:aliàs per libellum,versi.xlix.G.Sed videtur,quòd per libellum tantùm,C. de interdictis,l.prima:& ibi vide Cynum,& quod notatur in l.j.p̄ Bartolum & per Dynum institu.de interdict.§.retinendæ.glo.in l.interdicti.§.vti possidetis,& C.vnde vi,l.meminerint. Institut. de liber.§.vltimo.Primum videtur defendi iure possessionis ciuilis,officio iudicis implorato,argumen. ff. de officio proconsul.l. prima,& de officio præsidis,l.illicitas.§.ne potentiores. ff. ne vis fiat ei.l.si quis missum.Bald.¶Quis præferatur in vendicando.an ecclesia,an emphyteuta?versiculo secundo,G.ff.de vsuris,l.cuiuscunque.§.primo.Isti agunt diuerso iure ad diuersa:ideo ius suum vnicuique reddi debet: & hæc vtilis & directa se compatiuntur ī origine & executione.Sed si tamen non compatiantur se,dic,vt not.ff.de noua.l.4.cum simil.scilicet in personali.in reali dic, vel,

si quis emptionis. G. Iacobus dicit, Aut vtilis oritur ex eadem causa cum directa, aut ex diuersa, aut ex contraria, C. de præscrip. 30. annor. l. si quis emptionis. & ibi Iacob. Butri. Bal. ¶ An quis soluẽdo censum rei suæ, intelligatur rem suam tradere ecclesiæ & donare, ita quòd licet ecclesia non habeat instrumẽtum, qualiter in emphyteusim concesserit, tamen sufficiat ecclesię hoc, scilicet lõgo tempore censum recepisse? Et dixit Hu. quòd præsumitur donatio, C. de dona. l. censualis. Item præsumitur traditio, C. de don. l. quisquis. licet ecclesia acquirat dominium sine traditione, C. de sacrosan. eccl. l. fi. Sed illa loquitur in titulo vero, non in titulo ꝑsumpto. de hoc in versic. lij. G. Bar. tenet pro ecclesia, C. de iur. & fact. ignor. l. cùm falsa. per Bar. Ego dico, quòd aut liquet de proprietate soluentis. & tunc non nocet sibi soluisse censum: quia p̃sumitur errasse in dominio: aut non liquet, & tunc p̃sumitur ꝓ ecclesia, ff. de vsuris, l. cùm de in rem verso. vbi de hoc Bal. in feudo: vide j. de feud. §. si in rem meam. vide. s. de restitu. spoliat. §. an patientia. & j. §. nota, quòd in certa. vide suprà de confessis, §. an confessio facta. ¶ Si teneo rem alienam, & pro ea soluo censum ecclesiæ, an præscribam, ita quòd non soluto canone ecclesia possit vendicare? Videtur quòd sic: quia respectu ecclesiæ possedi, ff. de condict. indebiti. l. indebitum. §. fi. ff. de donati. causa mortis, l. si alienam. versi. 53. & 54. G. Non tamen dominus possidet per emphyteutam, sicut nec per fructuarium, ff. vsufruct. quẽadmo. caue. l. prima, in fine, vbi de hoc, licet contrà nota. in l. si qs in tantam. C. vnde vi, vide suprà versicul. 46. G. ¶ Quot modis ꝓbet ecclesia se dominam, agẽdo contra non emphyteutam, vers. lxvj. & 67. G. vide omnino j. eo. §. dominus potest. ¶ Ecclesia nõ habet Publicianam ex solo titulo sine traditione, versiculo, lviij. G. & vide ff. de damno infecto, l. si finita. §. si de vectigalibus. per Dynum: quod est verum volendo inchoare originem Publicianæ in se; sed ex Publiciana actoris succedit sola vsucapiendi conditio sine traditione, vt innuit gloss. ff. de Publicia. l. si autem. §. si duobus. Simile in legato rei alienæ, ff. de Public. l. sed & aliena. & l. cùm sponsus. §. is cui. & in hypothecaria, ff. de pignori. l. si ab eo. Bal. vide de titulo præsumpto suprà §. an quis soluendo. & infrà eod. §. emphyteuta non habet. in fine tituli. ¶ Nota, quòd incerta chartula ecclesiæ, quæ non exprimit possessiones & loca, nihil ꝓbat, versicul. lix. vbi de hoc plenissime, & versicul. lviij. G. Præsumitur tamen ex comparatione census magis, vel minus, argumẽ. ff. de minor. l. l. final. §. cui dulcia. de rebus dubiis. l. prima. G. vide in l. si sic. ff. de legat. primo, per Dynum. ¶ Emphyteuta cogitur d̃clarare rem, pro qua soluit, versicul. lx. G. arg. C. de transact. l. age cum Geminiano. Item si habet chartulam concessionis, vel renouationis, tenetur eam producere, ff. de actio. empti, l. Titius. C. ad legem Falcid. l. si prediorum. nam talis chartula communis videtur, quia commune commodum & communem vtilitatem continet, vt no. ff. de eden. l. prætor. §. primo: & iudex non debet pati, quòd veritas occultetur, ff. de falsis, l. j. §. primo. Et si dicatur, istud non esse verum, quia editio instrumentorum rei non debet fieri actori ad intentionem fundandam, vt C. de edendo, l. prima, & l. qui accusare. & l. final. respondeo, illud est verum ad fundandam originem petitionis: sed hîc origo petitionis est directum dominium, quod non potest negari, C. de agricolis & censit. l. litibus. Ille ergo, qui rem alienam possidet, debet docere, quo iure possidet: aliter potest expelli, saltem per iudicẽ, C. de probat. l. siue possidetis. Et si dicatur, quòd dominus accipiendo censum videtur ꝯfiteri eum esse emphyteutam, ff. de vsuris, l. cùm de in rem verso. respõdeo, quòd verum est pro tempore præterito. Et si dicat dominus replicando, quòd emphyteusis sit finita, ad istam replicationem debet fieri editio: facit ff. de probat. l. census. ff. ad legem Falcidiam, l. maritus. §. fi. Multùm ergo prodest habere fundamẽtum: & hac ratione instrumentorũ rei fit editio, C. lib. x. de discus. l. ne casu. Imò fit instrumẽtum de nouo, C. de liber. causa, sicut data. nam intentio rei est fundata sola negatione à principio. C. de except. l. si quidem. & de probat. l. quinquaginta. Bal. Quod tamẽ dixit G. suprà in prin. versi. præsumitur. videlicet ex quantitate solutionis præsumi qualitatem rei, est verum de quantitate, ex qua hoc colligi possit, vt no. ff. de superfic. l. j. §. i. putà ex simplo, vel ex quinquagesima, quæ datur nomine renouationis, non autem ex vno nummo, qui datur annuatim, ff. de acqui. possess. l. si quis ante. vers. 67. G. ¶ An verò dominus ipse teneatur ostendere chartam emphyteutæ, versicul. 63. vide suprà eodem. §. an quis soluẽdo. & infrà eodem, §. an sit reficiendus. ¶ Si emphyteuta negauit rem esse ecclesiæ, & conuictus velit se tueri prætextu emphyteusis, non potest: quia negando interuertit possessionem: & tanquã malè vtens re debet expelli, versi. lxv. G. Item in feudo: quia feudum domini beneficio conceditur, & beneficium inficianti non datur, ff. de interrog. act. l. non alienum. nisi re integra pœniteat negationis factæ, vt not. Institu. de actio. §. item mista. & ibi gloss. ordin. & facit, quod not. in authen. de trien. & semiss. §. penultim. C. de fide instrumen. l. 3. ext. de fide instrumen. c. G. perpetuus. per Inn. vide j. de re iud. §. quod in possessorio. & j. eo. §. negatio. & s. de exceptio. §. quando quis negat. ¶ Exceptionem canonis non soluti non potest opponere tertia persona, versicu. lxv. & lxvij. G. ¶ Emphyteusis ecclesiæ non transit ad filios naturales, versiculo, lxvj. etiam si legitimentur, vt x. Collat. si de feudo fuerit controuers. §. naturales. vide ff. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis. per Bart. l. j. ff. ad municip. ¶ Si emphyteusis est concessa duobus fratribus tali pacto, quòd post mortem eorum ad ecclesiam reuertatur vno mortuo pars eius fratri accrescit, non ecclesiæ, versi. lxix. G. argu. ff. de hær. instituen. l. Lucius. Et istud ius accrescendi trahit secum suum effectum sine noua possessione. ff. de hæred. instituen. l. liber homo. §. Titius. vers. lxx. G. vide infrà eodem, §. vnus. ¶ Si duobus pro indiuiso res conceditur, vno non soluente tota reuertitur ad ecclesiam, versicul. lxx. G. & versicul. 73. ff. de contrahend. emp. l. fistulas. §. qui fundum. ¶ Quidam vendidit mihi rem, dicẽs quòd proprietas erat ecclesiæ, & quòd ab ea debeã renouare, an per hæc verba quæratur ius ecclesiæ, si antè nullum ius habebat? Respondeo, quòd non, versi. 74. G. argum. ff. de arbitris, l. arbiter intra. Bal. ¶ Si vnus emphyteuta efficitur proprietarius suę partis, an perdat ius accrescendi in parte socij? Respondeo, quòd non, licet sit mutata qualitas dominij: quod est not. arg. ff. de hæredibus instituendis, l. 3. §. qui fideicommissum. versi. xxv. G. vide suprà §. emphyteusis. & infrà eodem, si quis accidit. & §. sequen. & versi. de materia iuris accrescendi. ¶ Quid si ecclesia concessit filiis omnia, quæ patri concessa fuerant? Respondeo, omnia præsumuntur emphyteutica, ver. 77. G. communia prædiorum, l. in tradendis. i. principio. Sed ego credo, quòd ecclesia debeat ꝓbare: quia eadem incertitudo est in termino referendi, quæ est in termino, ad quem fit relatio, ff. de conditi. & demonstrat. l. in testamento. la j. Item probatio ecclesiæ debet esse certa & clara, extrà de probat. ca. in præsentia. cum simil. Bald. ¶ Sed quid de eo, qui recognouit animo donandi omnia bona sua in emphyteusim ab ecclesia, an ista recognitio noceat filiis successoribus in propriis eorũ bonis aliunde quæsitis? Et dic, quòd non: quia bona hæredis non includuntur in generali recognitione defuncti, ff. de pigno. l. Paulus. & ff. de vulgari & pupillari subst. l. cohæredi. §. cũ filiæ. Nec fideicommissum, ff. de separa. bon. l. 2. §. sciendum. ff. de minor. l. ait prætor. §. penult. Bal. Et ideo in emphyteusi Comitum de Collemedio non veniunt bona, quę acquisierunt posteri donatorum. Bal. ¶ An filius hæres institutus in re certa, succedat in emphyteusi ecclesię pariter cum hęrede vniuersali? Et videtur, quòd non: quia feudum & emphyteusis non petitur ratione hæreditatis, vt not. ff. de pet. hære. l. item videndum. in fi. in re incerta, sed in quota, ff. si pars hęre. pet. l. j. in prin. Item pater, qui certam rem filio assignauit, aliud videtur alteri commisisse, seu contulisse, ff. de leg. primo, quod in rerum. §. si quis. Sed potest pater gratificari vni filio de suo lucro, arg. ff. de assig. lib. l. j. & de legatis, 2. l. vnum ex familia. item pater in dubio videtur prouidere filio, vt hæredi, ff. de pactis, l. si penes. de hoc vide infrà versi. lviij. G. Quidam distinguunt, aut pater accepit sub noĩe appellatiuo filiorum, & tunc virilis fiat distributio: aut sub nomine appellatiuo hæredum, & tunc hæres vniuersalis præferatur: d̃ hoc in ver. clxiij. G. C. vide in ver. 113. G. C. de contrahenda & commit. stipul. l. 2. & 3. Bald. ¶ Negatio debet interpretari in meliorem partem, in Spec. de locat. §. nunc aliqua. vers. lxv. G. ¶ Consuetudo eligit primogenitum: & licitum est vnum eligere ex fratribus, versicu. nonò quæritur. G. ¶ Emphyteusis debet potiùs renouari posteris ei9, qui quondam fuit emphyteuta, quàm aliis: & si aliter fit, committitur iniuria, ff. de aqua quotid. & ęstiua, l. j. §. promittitur. & ibi Bar. dicens, quòd propter hanc iniuriam poterit appellari: & allegat ca. bonę. de postul. prælat. & quod ibi not. Quis effectus horum verborum? Respondeo, vt not. in l. si mihi à Titio. per Bart. ¶ Emphyteuta non cadit à iure suo, si non soluit: cùm ideo non soluit, quia habebat exceptionem compensationis, versic. 79. G. ¶ Si nescitur, vtrùm quis sit emphyteuta, an verus conducto, tamen potest expelli, si cessat per biennium, versi. lxxx. G. ¶ Si possessor soluit, & non verus emphyteuta. an prosit vero emphyteutæ? vers. lxxxj. G. Solutio: dic, sufficere: quia possessor re ipsa gessit negotium emphyteutæ. Item quia, vbi agitur de iure conseruando, non refert à quo fiat, vt nõ. ff. de verborum oblig. l. cùm seruus. per Dyn. & Barto. & ad hoc facit ff. de pignor. l. lex vectigali. & ff. de vsufructu, l. arboribus. §. quid tamen. & ff. quemad. seruit. amit. l. qui fundum secundum Azo Bal. ¶ Emphyteuta non dicitur celeriter satisfacere, si expectat libellum, vel requisitionem, vers. 84. G. ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. idem. C. vnde vi, l. non ab re. Instit. de actio. §. item mista. Bal. ¶ An valeat pactum, quòd emphyteuta non soluendo non cadat à iure suo, versic. 88. G. Dic, quòd sic, secundum Odof. G. ¶ Nunquam emphyteuta habet ius alienandi, nisi saluo iure domini, versic. cx. C. ne rei do. vel temp. l. vniuersas. G.

¶ Domin

¶Dominus potest vendere ius suum emphyteuta non requisito, vel vasallo, versi. xciiij. G. vide gloss. ff. de fideicom. liber. l. inuitus. Bal. ¶Pactum, quòd emphyteuta possit vendere, intelligitur præmissa requisitione domini, ver. xciiij. G. quia pactum intelligitur secundum ius commune. quod not. G. Sed g̃ ossa in l. sed & si quis. §. quæsitũ. ff. si quis cautio. in fine magnæ glossæ, dicit, quòd pactum semper debet aliquid operari: vide ff. de damno infecto, l. damni. per la. ¶Pactum personale appositum cum emphyteuta, non afficit secundum emptorem, ff. de legatis, 3. l. pater §. xv. versi. xcvij. ¶Dominus, qui dicit, volo emere, non est expectandus: secus, si dicit, volo deliberare, versic. centesimò quæritur. C. ad Tert. l. filij. §. j. Bal. ¶Vtrùm emphyteuta possit donare, in dotem dare, legare, testari in extraneum, & an debeatur laudum, versicul. 107. & vers. seq. & vers. 115. G. vide C. ne rei do. vel templ. l. vniuersas. & ibi per Bar. qui malè intellexit illam legem: quia ibi loquitur, quando emphyteuta velit donare iure proprio, non iure emphyteutico: & hoc sentit in gloss. quę loquitur de pręscr. 30. annorum. nam hęc non probat contra creditorem. Si enim alienasset iure emphyteutico, emptor nõ p̃scriberet, etiam p̃ mille annos, vt l. malè agitur. C. de præscri. xxx. annorum: vide suprà eodem, §. debens & infrà eodem, §. emphyteuta possit. Bal. ¶An emphyteuta possit suum beneficium alienare, nõ seruata forma legis vltimæ? Et dic, quòd non, versic. cxix. G. ¶An emphyteusis possit transferri ad ecclesiam? versicu. cxvj. G. tenet, quòd non facit quod not. ff. de verborum obliga. l. si ita qs. §. ea lege. Si tñ emphyteuta ingreditur monasterium, tunc transit cum vniuersitate, versicul. 120. G. ¶An filius fratris dicatur nepos, no. in ca. fundamenta. de elect. lib. vj. in Nouella. ¶An emphyteuta possit permutare, vel pignori obligare, vel ad non modicum tempus locare, vel alteri in emphyteusim dare, ver. 121. & tribus versicul. sequentibus, vide suprà §. vtrùm emphyteuta. & j. §. potest. ¶Item an emphyteuta possit rem dimittere inuito domino. versic. 128. G. ¶Qui tenetur emphyteutæ dare viã, an ea destructa teneatur dare aliam viam, versic. 130. G. ¶An alluuio sit emphyteutæ, an thesaurus, versicul. 131. & versicul. seq. ff. de rei vend. l. à tutore. ¶Valet pactum etiam contra naturam contractus: tamen in vno capitulo factum, ad aliud capitulum non extenditur, versic. 133. vide suprà eodem, §. pactum. ¶An sit reficiendum instrumentũ perditum: & an emphyteuta teneatur edere domino? versic. 140. & versicu. sequenti. G. vide s̃. eodem, §. nota, quòd incerta. Porrò accrescens accrescit sine onere pignoris, ff. de pignor. l. lex vectigali. versicul. 143. G. ¶Nepos ex filia bene continetur appellatione liberorum, C. de cond. inser. l. j. sed non appellationem masculorum, versic. 146. Potest vnus ex liberis portionem suam dare, cui vult ex illa prole, versi. 147. G. Si quis accepit instrumentum emphyteusis pro se, & vxore, & liberis, vxor hẽt dimidiam, & vir aliam dimidiam, versic. 149. nam liberi partem non faciunt viuis principalibus. G. Bart. dicit, quòd ideo ibi habet locum ius accrescendi, quia interest dantis & accipientis, quòd haberet locum ius accrescendi: Bar. vide s̃. eodem, §. porrò, & §. si vnus emphyteuta. & s̃. eodem, §. filius naturalis. in fin. titul. & j. §. proximo. ¶Ius accrescendi vadit ad magis cõiunctos, qui sunt de vna parte, non de alia, argum. ff. de vulgari substi. l. cohæredi. §. qui discetos. ver. 151. G. & adde, quod not. Dyn. & Bar. ff. de verb. oblig. l. si mihi & Titio. Et nota, quòd ius accrescendi habet locum in cõtractu emphyteutico ex impedita acquisitione à principio, ff. de cõtrahen. emptione, l. fundus ille. & eorum resoluta acquisitione ex pòst facto. Nam in contractibus, in quibus habet locum natura caduci, habet locum ius accrescendi, ff. de vsufructu accrescendo, l. j. §. penult. Hac ratione habet locum in donatione causa mortis, & in mortis causa capione, ff. de fideicom. liber. l. Thais. §. Stichus seruus. C. de caduc. tollen. l. i. §. fin. Et attende: quia vbi emphyteusis sumpsit originem in vna persona, inter posteros habet locum postea ius accrescendi: quia mortis causa capio: & vt not. in l. si mihi & Titio. per Bar. & j. de feud. §. quoniam, versicul. xxxvj. per G. & quia illa verba Vsque ad tertiam generationem, videntur repetere emphyteusim in persona superstitis, l. si cùm in annos. ff. quibus modis vsufructus amit. Bart. ¶Sed quid, si vni fratri in diuisione venit allodium, feudum, vel emphyteusis, vtrùm post talem diuisionem habeat locum ius accrescendi? Et glo. innuit, quòd ad proprietatem reuertatur, C. famil. ercisc. l. si familia. in gloss. Nam nil tenenti de emphyteusi, nil accrescere potest: quia i° accrescẽdi fit rei. ff. de vulgari substitutione, l. ex facto. §. final. Argument. contrà. ff. de vsufruct. l. si Titio. §. vsumfructum. Bald. ¶Si recepi emphyteusim pro me & filiis meis, an nomine filiorum contineatur monasterium, quod ingredio? versicul. 154. & versiculo, seq. G. Credo, quòd non: quia in contractibus stricta interpretatio & propria fieri debet, non impropria. Bald. Nomine tertiæ generationis non includitur pronepos: quid ergo, si superest ex filio nepos, ex nepote alterius filii pronepos? in versicul. 155. G. Respondeo, pars defecta nepoti accrescit: Sed Bart. consuluit, pronepotem includit: quia est tertia generatio: & non computat stipitem ab eo: quia ipse non est generatio, sed generans: præsertim si verba dicunt Vsque in tertiam suam generationem. Computatur ergo stipes, quo ad acquisitionem, sed non quo ad numerationem generationum, secundum Bart. Sed Spec. dicit, quòd idem est dicere In tertiam generationem, quod In tertium gradum. Nam dinumeratio graduum à stipite fieri debet. & pro hoc in authenti. de non alie. §. emphyteusim. per Bart. Et facit, quia si charta diceret Vsque in primam generationem, quòd contineatur primus hæres: ergo stipes non computatur. Et si tu dicis, non ꝯtineri primum hæredem, verborum significationem obtundis. vide s̃. eo. §. ecclesia potest. Bal. ¶Licet quis renunciet bonis paternis, non tamen renunciet emphyteusi stipulatę à patre liberis, C. de inof. test. authen: vnde & si parens. vide s̃. eodẽ. §. an filius hæres. Nec heredes extranei illud habent in hac emphyteusi commercium, vt not. ff. sol. matri. l. etiam. in princ. versiculo. 158. G. C. de oper. lib. l. liberti. per Cyn. ff. de oper. lib. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. per Bar. & facit, quod no. in l. ex facto. §. si. ff. ad Treb. per Dy. & de ver. sig. l. in conuentionibus. per Dy. & de sepulç. viol. l. sepulchrum. Bal. & vide ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Stichus seruus meus. Bal. Si nescitur, vtrùm emphyteuta, qui per orbem vagari dicitur, viuat, vel non, quid iuris? G. versi. 154. ff. loca. l. cùm domus. ¶Emphyteuta non habet vtilem in rem ex solo titulo sine traditione quia est cessionarius rei, non actionis, ff. de rei ven. l. si culpa. ver. 162. G. vide s̃. not. versi. ecclesia non habet Publicianam. Dominus potest ab emphyteuta conducere detentionem, si dura sibi videtur dominij probatio: quod est not. §. si nummi. versicu. 159. G. vide s̃. eodem, §. quibus modis. Si tradita est emphyteusis pro me & Titio, acquiritur ius sine traditione eidem fienda: quia hoc habet propter me, versicu. 158. G. ¶Filius naturalis non excludit ius substitutionis, vel accrescendi in emphyteusi ecclesiæ, versic. 162. G. quod bene not. Bal. vide s̃. e. §. si quis accepit. quia emphyteuta habens ius in re, non potest expelli ab emptore proprietatis: secus in mero colono, versicul. 168. G. ¶Si quis accepit emphyteusim pro se & nepotibus suis, vtrùm contineatur filius fratris? Dic, vt nota. ff. de inofficio. testam. l. si iustus. §. de inofficioso per Dynum. ¶An ille, qui egit iure proprio, & succubuit, postea possit agere iure feudi, vel emphyteusis, C. de ingenu. manumis. l. pen. Bal.

a ¶De rerum permutatione [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a EX PRACTICIS auctoribus soli Roff. & Ioan. de Bla. tractauerunt hanc materiam: vterque sub rubrica de actio. præscr. verbis ex permutatione: primus inter ciuiles, secundus sui operis char. pen. Mart. de Fano in membro xxj. posuit vnum instrumentum, & duos libellos, & de quibus j̃. sub hac rubrica. In compilatione Greg. nouem decretales habemus, quarum tres, scilicet v. vij. viij. de permutatione beneficiorum loquuntur. Iura verò Sexti & Clementinarum solùm de tali permutatione tractauerunt. De hac autem parum curauit auctor. in primo enim §. vbi ponit instrumentorum formas, de illa nullam dat formam: in secundo §. vbi ponit libellos, vnicum libellum ponit, & in princ. vbi prosequitur de hoc membro, item cùm illa materia duobus abundet, de illis nullum tangit. Primum autem & tertium prosequendo, de primo videndum est, quod scripsi e. ti. quæsitum. super verbo simoniæ. Nam cautum est, quòd ab episcopo tranferre volente personas incipiat contractus: sed, vt ibi etiam dixi, not. in cle. eod. titu. super verbo. volentibus. etiam ab ipsis incipere potest tractatus: quod approbat cõsuetudo, cui etiam iura noua fauent. Item forma illa, quòd ab episcopo incipiat, nõ bene practicatur in beneficiis diuersarum dioecesium, in quibus tamẽ procedit permutatio, vt not. eod. tit. c. vno, lib. vj. in gloss. quid si. vbi vnus est episcopus, siue quia in sua dioecesi sint beneficia, siue in diuersis, sed alter sibi commisit, diuersimodè potuerunt instrumenta formari, vt scilicet in proprio dicatur, quòd cùm ipse episcopus aliàs requisierit A. rectorem, vel canonicum sancti Ioannis, & B. rectorẽ vel canonicum sancti Bartholomæi, vt translationi & permutationi, quam de ipsis inuicem propter talem causam intendebat facere, consentire deberent, declarando scilicet, quòd A. ad ecclesiam sancti Bartholomæi, & B. ad ecclesiam sancti Ioannis transferri deberent: & prædicti A. & B. huic translationi fiendę consenserunt, & de nouo consentiant. & ob hanc causam coram ipso domino episcopo conuenerunt tales, scilicet collatores, electores, seu præsentatores: qui requisiti responderũt sibi trãslationem & permutationem talem placere: ipseque A. in manibus ipsius domini episcopi renunciauerit permutationi prędictæ causa recto-

riæ, vel canoniæ sancti Ioannis: & dictus B. eadem causa renúciauit rectoriæ, vel canoniæ sancti Bartholomæi: ipse dominus episcopus renunciationes ipsas acceptans, Christi nomine inuocato, de consensu talis ibidem præsentis contulit prædictã ecclesiam sancti Bartholomæi dicto A. & ipsum de dicta rectoria, vel canonicatu per annulum inuestituit, statimque de consensu talis canonicatum sancti Ioannis contulit, &c. vt s. Isto modo transit permutatio cum vnico instrumento: & eo fortiùs, quando ad episcopum spectaret collatio vtriusque. ¶ Sed communiter fiunt plura instrumenta, scilicet quia quisque habet suum instrumentum de consensu suorum præsentantium, vel eligentium: & quandoque sunt plura, vel multa instrumenta de hoc, quãdoque plures sunt tales, vt singuli & simul haberi non possunt: vel sunt, vt collegium, & maior pars collegialiter consentit, alij ratificant. item si vnus episcopus committit alteri, vel ambo alicui tertio, de his oportet haberi instrumenta. item seruant multi episcopi morem curiæ, facientes duo instrumẽta eiusdem tenoris vsque ad actum collationis, in quorum vno ponitur solùm collatio facta vni, in reliquo collatio facta alteri: sic enim facit curia, quæ dat etiam diuersos executores, si diuersi petunt permutari. & licet daret eosdem, nihilò minus duplicat literas, vt prædixi. Posset etiam, vt s. dixi, inchoari instrumentum à partibus petentibus ab episcopo permutari, expressis causis respicientibus vtilitatem ecclesiarum, vel personam, vel vtraque. Et per prædicta sit de instrumentis pmutationum beneficialium, quæ auctor omiserat, expeditũ. ¶ Patet etiam expeditum, posse simul permutari beneficia diuersorum episcopatuum. itẽ per episcopos permutari posse personas etiam in beneficiis, quæ conferre non habent: de his in præ. glo. quid si. vbi no. quòd interuenire debet consensus illorũ, ad quos spectabat prouisio. Ibi etiam super gloss. dixi, an requiratur consensus omnium, an sufficiat consentire partem maiorem. Super eadem etiam gloss. scripsi & not. in clemen. eod. titul. cap. vno, in gloss. penultima, inferiores ab episcopis permutationibus autorizare non posse: item an numero canonicorum restricto ex iusta causa & iurato, permutatio possit fieri de excessu: item de dignitate, vel psonatu extinctis post primam vacationem. Et teneo, quòd non, & per id, quod intendo includere ecclesias vnitas adhuc viuentib. rectorib. de quo dixi s. super rubrica de præb. ad fi. quæstionis, quæ incipit, proponitur quæstio. item an actus permutationis recipiat interuallum, an habeat fieri in instanti? ibi cõsulo, quòd in instanti. item quid si sine vtriusque culpa non tenet permutatio. item quid si ex culpa alterius tantùm. item ibi super gloss. pone. tractatur, an solus excessus beneficiorum, quia alterum pingue, alterum tenue, probet fraudem expectantis? Dico, quòd ex circunstantiis iudicatur. item ibi in textu tractaui, quod non est permutatio, cùm beneficium meum renuncio tibi, vt tuum des nepoti meo, vel amico. Non obstat decret. cùm vniuersorum. eodem titul. quia tractatus permutationis erat de propriis, vt ibi dicit textu item quòd non habens ius in beneficio, quòd dimittit, nec habebit in permutato. item quòd duo expectantes, vel alter tantùm non permutant. Item quòd possunt duo beneficia permutari pro vno. itẽ ibi scripsi de præstimoniis, an cum beneficio permutentur. item de hospitalibus no. in clemen. eodem titul. ca. vno, in 4. gloss. item an capitulum cathedralis ecclesię vacantis possit permutare, ibi not. in glo. penultim. Occurrit & noua quæstio de illo, qui habens parochialem ecclesiam, xj. mense anni forte non promotus etiam in subdiaconum, permutauit aliàs licitè cum alia parociahli: de qua secunda idem facit etiam ante finem anni secundi, scilicet permutando illam pro tertia: & vt fortificetur quæstio, hanc tertiam permutauit intra tertium annum pro quarta: quæritur, an permutationes illæ valuerint, cùm in his sit patens fraus, per quam toto vitæ suæ tempore posset iste tenere vnam parochialem ecclesiam sine sacerdotio, & eius dispensatione? Et certum est, quòd in foro conscientiæ tenetur, si hoc fecit fraudulenter, de simon. Matthæus. & cap. ex tuæ. & de elect. commissa. lib. vj. §. penultim. & vlt. & hoc maximè, cùm certum erit ipsum tempore permutationis primæ necessariò, vel quasi futurum esse priuatum, vt quòd eo tempore non superarant tempora, quibus posset intra annum ordinari: licet fatear, ꝙ per hanc certitudinem priuatus nõ est ante finem anni, vt ibi notatur, vt in præalleg. decret. commissa. in v. gloss. circa quod tamẽ omnino vide, quod scripsi in decretali, cùm ex eo. super glossa, si iam. scilicet non posse episcopum dispensare cum subdiacono, si intra annum à commisso regimine non occurrit dies ordinationis. Et hac ratione, quia nondum vacat, potuit in permutationem venire: sicut & is, quem constat per sententiam hominis priuandum, potest cedere: & per cessionem tunc vacabit, de simon. per tuas. j. in fine. facit de electione, dudum. 2. in fine. probatur idem ff. de rei vend. l. non ideo. & de noxal. si quis seruum. fam. erciscund. l. & post. §. j. item fateri oportet, quòd talis vacationem.

pluralitas non concludit necessariò vitium, vel fraudẽ, quia omni vitio cessante, potuit quid nouum in singulis apparere: quia fecit secundam & vlteriores gratias ob abundantiam redituũ, viciniam patrimonij, vel consanguineorum, amœnitatem loci, salubritatem aeris, & similia: facit 22. distincti. ca. communis. 74. dist. ca. quorundam. 16. quæst. j. & temporis. hoc eod. titul. ad quæstiones. ff. de leg. j. & si æquo pretio. & de lega. 2. si cui fundus. & ibi concor. His tamen cessantibus constat, quòd voluntates hominum sunt diuersæ: de concef. præ. quia diuersitatem, vbi concor. in gloss. j. & facilè nos pœnitet eius, quod fecimus, de iure patro. cùm laici. vbi concor. in prima glo. & hoc etiam in arduis, de procur. ca. fin. in fin. lib. vj. Et non debet fraus præsumi in eo, quod iure permittente fiebat: nec debet dolus attribui ei, quod in hoc fit iuris auctoritate, decimatertia quæstione quinta, dicit. vicesimatertia quęstione quarta, qui peccat. ff. de regulis iuris, nemo damnum. Adhuc quæritur, an sit licita permutatio duarum ecclesiarum, cùm prelatus vnius deducit in pactum, quòd alter debita ecclesiæ, quam recipit, soluere teneatur? si dicas, quid interest istius? fortè creditores sunt eius consanguinei, vel amici, & non vult eis resisti: & videtur quòd sic, ex quo ponitur esse debita ecclesię, cùm sine pacto ad id teneretur, & sic nil dederit, vbi ecclesia, sit soluendo: & subintellecta possunt deduci in pactum, iuxta not. de elect. significasti. cum suis remis. Nec potest cupiditas adscribi recipienti promissum, qui nil percipit. Sol. recitat Bart. inueniri, q. xxxvj. Tancr. tenuisse hanc conditionem esse illicitam, do tibi ecclesiam, si debita eius soluas. Et hoc puto verum præcisè, si priùs obligatio reciperetur ab ipso de soluendo. idem, quando hoc in concessione ageretur, quòd desineret esse rector non soluendo. Idem, si cùm fortè de reditibus thesaurizatis non possent solui intra triennium, paciscitur, quòd soluat intra menses. Est enim hæc quædam mercatio in spiritualibus non licita, & paciscenti onerosa, contra dec. vltimam de pac. cum concor. primæ gloss. Sic dixi in permutando, vt dixi in conferendo. Fateor tamen, quòd bene fieri potest permutatio expressa, quòd quisque permutantium habeat cõmoda, honores & iura ecclesiæ, quam recipit, & onera sustineat: & si fuerunt notificata debita, bene quidem: & si non, imputet sibi, qui non inquisiuit: nec sic facilè reuocatur beneficiorum permutatio, cuius fundatur virtus ex auctoritate superioris, sicut permutatio aliarum rerum tota pendens à consensu & verbis cõtrahentium. Fuerunt etiam hîc quæstiones disputatæ de hac materia: & sit prima, de qua scripsi de consue. ca. fina. lib. vj. in princ. scilicet disputata per dominum Guidonem. & demum per dominum Azonem, quæ fuit, an consuetudo de optãdis præbendis vacantibus locum habeat in permutatis? Et tenuerunt, quòd sic, de rigore: quia verum est illas vacauisse, & habebit permutans præbendam. quæ remanebit non optata, sicut prouisus Fatetur æquitatem esse contrariam. Aliqui contrà per clem. vnicam eod. ti. ad quem quo modo responderi possit, scripsi vbi suprà. Sed prædicti tenentes ɔtrarium, dicunt, ꝙ hoc mandat Papa cum clausula, conferri certam, non autem alteri non debitam vt in præ. decret. vltim. Sed ista responsio non valet in Papa: quia propter renunciationem factam in curia cessat optio Papa conferente, vt ibi §. j. Procedit ergo dubium in permutatione facta per ordinarium, qui tamen consuetudini, dato quòd vellet, præiudicare non posset: ergo, vt s. Item in illis obstat decreta. quamuis. de rescrip. lib. vj. & hoc tripliciter: quia ibi non est clausula, alteri non debitam: item restitutio fiebat ad certam gratiam: item sicut ibi restitutio, & hîc permutatio sine præiudicio iuris alicuius procedere debet: imò fortiùs ista, quàm illa, per ibi not. in pri. primæ glossæ, item dicunt secundi, quòd mens clementinæ est n solùm, quòd non conferantur aliis, sed quòd conferantur illis. quod sonat textus qui non vult illis illudi. Et si dicatur, nõ illuditur habenti præbendam non optatam: respondet, quod non renunciauit, vt haberet illam: & sic illuditur item posset non optata habere onus, cui ille esset inhabilis. Sed parum valent hæc verba: quia voluntariè permutabat, & id præuidere debuit: & id euenire posse, debuit cogitare, de homic. is qui. lib. vj. cum concord. ff. loca. l. si quis domum. §. primo, & l. item quæritur. §. si fullo. ex quibus cau. maio. l. fin. §. si feriæ. Habuit ergo remedium abstinendi. item eundi ad Papam. item habendi consensum canonicorum de non optando. item protestandi, si admitteretur optio, quòd non procederet permutatio, sed redintegraretur stat⁹ vtriusque. Et hoc præcipuè procederet, vbi capitulum haberet conferre. & sic permutationi non consentire, vt not. eod. titu. capit. vno, libr. vj. item quid dicent tenentes contrarium, si præbenda, quam probabiliter putabat pinguem reperitur tenuis? item quid dicent in casu, de quo scripsi in prædicta decretal. vltima, de consue. super gloss. non vacantes. si permutatio fieret in fine Martij & calendis Aprilis ante possessionem apprehensam, vel post finitum illud decendium, quo præbendæ reduci debent in commune: si fate-

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter sit conficiendum, vbi res propria permutatur cum conditionata.*
2 *Permutans rem partim, & partim vendens, qualiter formabit instrumentum.*
3 *Ecclesia rem emphyteuticam permutans cum alia re emphyteutica, qualiter instrumentum conficiet.*
4 *Permutatio an sit alienatio.*
5 *Permutatio & emphyteusis genera dicuntur alienationis.*
6 *Permutatio qualiter, & quando contrahi dicatur.*

IN hoc titulo priùs instrumenta formabimus: secundò verò libellos concipiemus.

1 I. §. Si igitur † res propria cum conditionata permutetur, sic instrumentum conficietur:

a Forma [a]. A. dedit, tradidit & permutauit iure proprio in perpetuum B. pro se suisque hæredibus recipiēti talem domum in tali loco sitam, cuius confines, &c. ad habendum, tenendum, &c. vt ĩ. de don. inter vir. & vxor. §. nūc de dote. in forma, A. dedit, vsque, modo aliquo pertinente. postea iunge, & hoc nominatim pro tali petia terræ vineatæ sita in tali loco infra tales confines, &c. quam dictus B. dedit & permutauit iure emphyteuticæ conditionis, pensionis & renouationis debendæ tali ecclesiæ, ipsi A. in cambium, ad habendum, tenendum, &c. vsque, modo aliquo pertinēte. iunge, qui prædicti A. & B. videlicet quilibet eorum vicissim alterius nomine rem à se permutatam & datā constituit possidere, vsque, quo ad vnusquisque eorum rei sibi permutatæ & datæ in emphyteusim, possessionem acceperit corporalem: quam siquidem accipiēdi sua propria auctoritate sibi omnimodam dedit licentiam & deinceps etiam retinendi: promittens vnus alteri adinuicem solenib. stipulationibus hincinde interueniētibus, litem, vel controuersiam de re à se permutata alteri, vel eius hæredibus nullo tempore inferre, nec inferenti consentire: sed vnusquisque rem à se permutatam alteri, & eius hæredibus adinuicem ab omni homine ac vniuersitate legitimè defendere, auctorizare, & expedire: & prædictam permutationem, & dationem, & omnia, & singula suprà scripta perpetuò grata, rata & firma habere & tenere, nec contrà facere, vel venire per se, vel per alium aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto sub pœna centum lib. Turo. &c. vt præ. forma, vsque in fin. Hæc forma probatur ff. de rerum permut. l. j. & ij. ¶ † Si verò res partim vendatur, & partim permutetur, sic instrumentum conficietur:

2

b Forma [b]. A. dedit, tradidit, & permutauit, & vendidit pro parte videlicet permutans & pro parte vendens, iure proprio in perpetuum B. pro se suisque hæredibus recipienti talem petiam terræ pratiuæ sitam in tali loco, quam dixit & conuenit decem iugera esse, eiusque tales esse confines, &c. ad habendum, &c. vt in præ. forma vsque, & hoc nominatim. iunge, pro tali domo in tali burgo sita intra tales confines, &c. & pro decem lib. Tur. nomine aditionis, siue meliorationis: quas decem lib. dictus A. confessus & contentus fuit se ab ipso B. habuisse & recipisse, exceptioni sibi non datæ ac non solutæ quantitatis omnino renuncians: quam siquidem domum dictus B. dedit, tradidit & permutauit iure proprio, in perpetuum eodem modo in cambium dicto A. pro se suisque hæredibus recipienti ad habendum, &c. vt in præce. forma per omnia vsque in fin. Hæc probantur in præ. concor. & C. eo. ti. per totum.

c Et nota [c], quòd in huiusmodi instrumentis res, quæ permutatur & venditur, debet præmitti: quæ verò solùm permutatur, subsequi, eò quòd res debet præcedere pretium: & quia ornatiùs pro-
3 cedit series instrumenti. ¶ † Cæterùm si ecclesia rem emphyteuticam permutat cum alia emphyteutica re, sic instrumētum conficietur:

a Forma. T. vice Comes Narboñ. filius quondam talis, studens pro viribus in bonis prædecessorum suorum vestigia imitari, & acquisitum atque relictum sibi per ipsos thesaurum incomparabilem, amicos videlicet & fideles, omni, qua potest, cura & solicitudine conseruare, lecto sibi seriatim & apertè instrumento concessionis in feudum factæ olim P. patri H. ab A. quondam genitore ipsius T. de tali re, in tali loco, infrà tales confines sita, vt patet in eodem ipsius concessionis instrumento manu talis notarii cõfecto, eandem concessionem & fundum, ipsiusque rei possessionem, & omnia & singula circa hoc ab ipso A. gesta, & in præfato instrumento contenta, vt pote prouidè, ritè & benè facta ipsi H. præsentis renouatæ concessionis auctoritate plenissima confirmauit, & in confirmationis & renouationis signum ipsum H. de dicto feudo cum virga, vel pileo legitimè inuestiuit, promittens per se suosque hæredes dicto H. pro se suisque filiis & omnibus ex eo descendentibus legitimis masculis stipulanti & recipienti præfatam concessionem & renouationem, & omnia & singula suprà scripta perpetuò firma grata & rata habere & tenere, nec contrafacere, vel venire per se, vel per alium, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, sub pœna centum mercharum argenti stipulatione promissa, & refectione damnorum & expensarum litis, & extrà, & obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta, vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Idem verò H. statim ibidem de fide ac fidelitate seruãda dicto T. in omnibus & per omnia, prout quondam P. pater eius fecit, & in prædicto instrumento continetur, solennem promissionem fecit, & corporale præstitit iuramentum. Post hoc in ꝯtinenti in signum mutuæ & perpetuæ dilectionis seruandæ & fidei & pacis [b] osculum interuenit. Hæc probantur in præ. concord. extrà de feud. cap. secundo, & de iureiurand. veritatis. ext. de don. per tuas. ad hoc facit in lib. Feudorũ, qualiter dominus proprietate priue. in titulo, si de feud. controuer. fue. §. domino. & in titulo, per quos fiat inuestitura. Instrumentum autem recognitionis feudi & promissæ fidelitatis potes colligere ex sequentibus & præmissis.

ADDITIONES.

a Instrumentum. ¶ Sic confecto instrumento, vt sequitur, cessat, quod quæritur in forma tali: sicut venerandæ memoriæ genitor noster tibi, vel genitori tuo tale feudum concessit, sic & nos concedimus, &c. Et an vasallus necesse habeat primam cõcessionem ostendere? Et dicitur, quòd non, per l. ff. de dona. ex hac scriptura. & C. eod. tit. si donatio. & ibi soluitur contrarium de auth. si quis in aliquo. C. de eden. & C. de fal. causa adiect. l. j. de episc. & cleric. l. j. & extrà de verb. signifi. abbate. Mouet etiam, quia etiam si causa illa vera non esset, non vitiaretur cõcessio, ff. de condit. & demonstratio. l. demonstratio. §. quod autem iure. & inst. de lega. §. huic proxima, nisi talis esset causa, qua non existente non fuisset dans concessurus. quod haberet probare, qui hoc dicit, ff. de condit. & demonst. cùm tale. §. falsam. & hoc maximè, vbi personarum dantis & recipientis conditio præsumptionem amplæ liberalitatis inducit. facit ext. de don. c. j. de sim. & si quæstiones. ff. de don. filiusfamiliàs. de iudic. sed & si susceperit. §. j. & quod ibi not. de vsu & hab. l. plenum. §. equitii. de aur. & argen. leg. l. antepenul. §. fi. & de alimen. leg. l. pen. j. respon. de actio. & oblig. l. vlt. in fin. ADDE originaliter videndum Oldra. consil. cxxj. cuius prædictæ fuerunt vigiliæ.

b Et pacis. ¶ Inter eos: est in forma.

SVMMARIVM.

¶ De homagiis & fidelitatibus.

1 *Homagium quid dicatur.*
2 *Homo alterius si quis effici velit, qualiter de eo instrumentum conficiendum sit.*
3 *Instrumentum affrancationis, siue liberationis ab obligatione homagij, qualiter sit formandum.*
4 *Homagium ligium quid sit.*
5 *Vasallagium in Italia, dicitur homagium in Francia.*
6 *Homo alterius qualiter quis efficiatur.*
7 *Religio seruitus est.*
8 *Pactum an seruiat ad seruitutem inducendam.*
9 *Homagium an sit de iure ciuili introductum.*
10 *Longinquitate temporis an efficiatur quis homo alterius.*
11 *Promissione simplici an efficiatur quis homo alterius.*
12 *Homagia qualiter à nobilibus recipi sint consueta.*
13 *Filius coloni an possit dici colonus.*
14 *Pater & filius eadem persona reputantur.*
15 *Filius non debet dedignari paternam assequi dignitatem.*
16 *Filij ex homine alicuius an omnes dici possint illius homines.*
17 *Afflicto non est danda afflictio.*
18 *Respuens lucrum potest & onus respuere.*
19 *Opera non potest separatim præstari.*
20 *Fundus debens seruitutem viæ, vnicam tantùm viam debere dicitur.*
21 *Ius obligationis non debet ex persona hæredis immutari.*
22 *Fratribus ad homagium obligatis, an vnus sufficiat ad fidelitatis sacramenti præstationem.*
23 *Homo ligius an possit esse duorum.*
24 *Homo alicuius ligius an possit se constituere hominem non ligium alterius.*
25 *Seruitus aquæ ducendæ quo pacto per eundem riuum possit pluribus constitui.*
26 *Seruire duobus dominis contrarijs nemo potest.*
27 *Duobus dominis ab vno homagium exigentibus, si ignoretur cui sit præstãdum, qualiter prouidebitur.*
28 *Homo hominis alicuius an possit dici illius homo.*
29 *Homines baronis alicuius Regis an possint cogi contra regem militare.*
30 *Barone & rege guerram cum diuersis habentibus, cui teneantur homines baronis auxilium præstare.*
31 *Rationes duæ debent vnicam vincere.*
32 *Patrem interficere an sit licitum pro patriæ defensione.*
33 *Dominus dicitur super homines suos secundum diuersas consuetudines diuersa iura habere.*
34 *Homine alicuius tenente feudum ab alio nolente seruitia præstare, an possit illud feudum inuadi.*
35 *Homo alterius an possit de bonis suis testari, donare, aut vendere.*
36 *Feudum an possit ecclesiæ donari, vel legari.*
37 *Homo alterius an possit acquirere.*
38 *Homo de mansata quis dicatur.*
39 *Vxor hominis alterius an efficiatur vxor illius.*
40 *Maritorum radijs mulieres coruscare dicuntur.*
41 *Stante consuetudine, quòd mulier succedat in feudum ligium, an ex hoc efficiatur vasalla.*
42 *Homo ligius an teneatur pro domino suo suis sumptibus militare.*
43 *Homo alicuius domini an teneatur ipsum sequi, quocunque ierit militatum.*
44 *Rex quo casu facere debeat episcopo homagium.*
45 *Successio feudi an similis sit cæteris successionibus.*
46 *Concedente aliquo feudum solis hæredibus, an soli hæredes succedent.*
47 *Stante consuetudine, quòd mulier & agnati, &c. si non sint proximiores, succedant in feudum, an possint hæredes instituti.*
48 *Bonorum possessio est duplex.*
49 *Homagium est duplex.*
50 *Hæres censetur esse eadem persona cum defuncto.*
51 *Vasalli an teneantur iurare fidelitatem omnibus filijs domini sui defuncti.*
52 *Vasallus an possit vendere feudum domino irrequisito.*
53 *Vasalli an possint diuidi.*
54 *Vasalli an possint feuda inter se permutare.*
Vasallus alienare non potest; ergo nec permutare.
55 *Vasallus an possit diuidere.*
56 *Feudum iurisdictionis an possit diuidi.*
Seruitutes diuidi non possunt.

57 *Iudicium*

a 2. §. Quoniam super homagiis [a] & fidelitatibus frequenter quæstiones oriuntur, ideo vtile fore perpendimus aliqua super hoc ad Canonistarum instru-
1 ctionem sub breuiloquio disputare. ¶ † Et in primis sciẽdum est, quòd homagium propriè est de his, quæ ad temporalia pertinẽt, vt xxij. q. vlt. de forma, & ideo indignum est, quòd pro spiritualib. quis homagium facere compellatur, vt extrà de reg. iur. c. fi. & extrà de simo. ex diligenti. Prælati autem bene prestant fidelitatem, vt extrà de priui. antiqua. Item qñq; faciunt homagium principibus ratione temporalium, quæ ab his tenent: prout infrà dicetur.
2 ¶ † Si igitur aliquis vult effici homo alterius, hoc inde confici poterit instrumentum:
b Forma [b]. Ego P. ex causa homiciæ, siue homagii, promitto tibi B. esse perpetuus tuus homo, & stare cum meis hæredibus ad tuam maiorem signoriam, & præstare tibi annuatim tale & tale seruitium, constituens atque confitens me tuum esse hominem, & deinceps me in tui possessione tanquam domini esse, & stare in tali loco, vel alibi, vbicunque ponere me volueris. iunge, si vis, quod est infrà versi. iiij. in fi. quæ omnia suprà scripta promitto attendere, &c. Contractus iste de generali consuetudine capit vires potiùs, quàm de iure: licet aliqui trahant ad hanc materiam C. lib. x. de a-
3 gri. & cens. l. cùm simus. ¶ † Qualiter autem fiet instrumentum affrancationis, siue liberationis ab obligatione homagii, vide s. de
c seruis non ordi. ver. porrò [c]. ¶ † Et nota, quòd est homagium ligi-
4 um, quod videlicet fit Imperatori, vel regi, nullius alterius fidelitate salua. Illud verò, quod fit aliis, nõ dicitur ligium: quod fit, seu iuratur, salua Imperatoris, vel regis auctoritate, vt in libro Feu. de prohib. feud. alien. imperialem. in fin. Multi tamen putant ligium homagium esse, quando vasallus mittit manus suas intra manus domini, & sibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo
d ad osculum recipitur: quod tamen non est, vt dixi [d]. Alii dicunt [e],
e quòd est duplex homagium. Vnum dicitur ligium, in quo nullus excipitur quantum ad verba: quantum tamen ad mentem illi, qui supremam & generalem habent iurisdictionem, putà Imperator, vel Rex, intelliguntur excepti, vt extrà de iureiur. venientes. contra quos non tenetur quis dominum suum iuuare, vt infrà versi. xv. & per tale homagium in suo nullus, preterquam supremus, in telligitur exceptus. non enim potest fieri duobus, vt j. versi. decimo. Aliud verò est non ligium, quãdo videlicet aliquis excipitur: putà facio tibi homagiũ, excepta fidelitate, qua tali domino meo ligio teneor: vel saluo, quòd possim, quem voluerim, dominum ligium mihi constituere, vt infrà versic. xii. vel saluo, quia nolo te contra talem iuuare. Sed prius dictũ verius est, licet hoc vltimum communis vsus loquendi approbet: & secundum hunc vltimum modum loquimur ferè per totum præsentem §. j. Dicitur autem homo ligius, quasi ligatus domino suo, vel legius, quasi legalita-
5 tem continens. ¶ † Quod autem in Italia, & alibi vocatur vasalla gium, in Francia homagium appellatur. Nos autem Prouinciales nobiles feudatarios, vasallos: plebeiós verò, nostros homines vulgariter appellamus. Quòd autem possit quis esse homo duorum, probatur extrà de supplen. negl. prælat. grandi. ibi, vel cuidam alii
6 personæ, &c. ¶ † Primò autem circa hoc quærendum est, vtrùm,
f & qualiter quis alterius fiat [f] homo? Rñ. liber homo potest pacto mihi promittere per se, suosque hæredes, quòd sit homo meus, & certum mihi seruitium faciat: tale pactum seruandum est, vt ex trà de pact. c. j. & ij. ff. eod. l. j. §. j. & l. iuris gentium. §. ait prætor. nam per stipulationem potest quis grauare conditionem suam. Hinc est, quòd per pactionem scriptura interueniente potest quis se constituere ascriptitium, vt C. lib. x. de agric. & censi. cùm simus.
7 & religiosum, vt xxvij. quæst. ij. omnes fœminæ. ¶ † Et tamen religio seruitus est, vt liiij. dist. multos. & no. Institut. de iure person. & sententia lata contra te, quòd sis homo meus, sufficit ad hoc: quia in iudicio quasi contrahitur, vt ff. de pecu. licet. §. si filius. multò ergo fortiùs sufficiet pactum, quod in veritate cõtrahitur, ff. de re iud. ff. de lib. agnos. l. j. §. fi. & l. ij. & iij. ff. de vsufr. Pomponius. §. si ex causa. ff. de leg. j. si seruus plurium. Argument. tamen contrà, quòd pacto non fiat quis alterius homo. Nam hæc homagia aliquam speciem habent seruitutis, argumen. extrà de seruis non ordin. c. fi. imò nihil aliud est dicere, facio me hominem tuum: quia lex seruos nostros, homines appellat, vt ff. si cer. pet. si fundum. §. seruum tuum. id est, hominem tuũ, ff. de sol. qui duos. C. de episc.
8 & cler. l. j. & ij. ¶ † Vnde pactum non proderit ad hanc conditionem inducendam: sicut nec ad seruitutem sufficit inducendam, vt C. de lib. causa, nec si volens. nec etiam confessio in iure facta sufficit ad hoc, vt eodem titul. interrogatam. Hinc est, quòd si alicui legetur sub tali conditione, ne à certo loco recedat, nõ valet: quia sic fieret quasi seruus, vt ff. de libero homine exhi. neque enim. ff. de conditio. & demonstratio. Titio. Itẽ talis obligatio non tenet, cùm in infinitum obliget: quod euitatur à iure, vt argum. ff. de leg. iij. fideicommissa. §. si quis decem. extrà de rescri. cùm in multis. lib. sexto. Præterea non potest quis operas suas in perpetuum locare, ne fiat præiudicium libertati, vt suprà de loca. §. postquam. versicul. quid si quis. Sed dic, quòd pacto potest quis se hominem alterius constituere, vt extrà de supplen. neg. præ. grandi. libro sexto, ibi, fidelitate, homagio, iuramento, seu pacta, si aliquibus, &c. nam ex delatione & præstatione iurisiurandi creditur libertus homo constitui, C. lib. decimò, de decur. cùm decurionatus. & l. quoties spontaneos. ff. de in ius vocan. adoptiuum. §. j. C. de transact. l. fi. C. de tab. exhib. l. fi. Et licet quis hominem alterius se constituat, propter hoc tamen non minuitur sua libertas: imò dominus eum tenetur contra alios in persona & rebus tueri, vt xxij. quæst. vlt. de forma. in fin. In plerisque autem locis stipulatio huiusmodi sic concipitur. Nam is, qui facit homagium, stãs flexis genibus tenet manus suas inter manus dñi, & homagiũm sibi facit: per stipulationem fidelitatẽ promittit, & dominus in signum
g mutuæ fidelitatis illum osculatur, vt suprà versi. prox. [g] ¶ † Secun-
9 dò quæritur, vtrùm homagium introductum sit de iure ciuili, si-
h ue de iure scripto [h]? Responde. non, sed moribus & diuturno vsu, qui legem imitantur, vt Instit. de iure natur. gen. & ci. §. ex nõ scripto. & xxv. quæstio. ij. cùm redemptori. distin. prima, ius gentium. iuuatur tamen legibus. nam pactiones licitæ custodiendæ sunt,
10 vt suprà versicul. proximo. ¶ † Tertiò quæritur, vtrùm temporis longinquitate quis homo alterius efficiatur? putà recipiendo ab
i illo per tringinta annos seruitia per homines ligios pstari solita [i]? Et videtur,

ADDITIONES.

a Quoniam super homagiis. ADDE, quid sit homagium, & qualiter fiat, latè Bal. consil. clix. j. lib. Adde tu bonam gl. in verb. homo ligius. & ibi Card. Pet. de Ancha. gl. Abb. & Io. de Imol. in cle. pastoralis. de re iud.
ADDITIO. Adde tu Car. Zabar. post Hostien. in c. recolentes. de statu monac. Et an homagium ligium possit fieri per hominem ligium duobus pro diuersis rebus, vide Guid. Pap. in q. suis, q. cccx. & quæ. ccix. vbi, qui dicantur homines ligii, & qui non? Et adde, quòd homagium debet fieri illi, qui possidet, si sint duo contendentes de vno castro, vt voluit idem Gui. Pap. sing. cccxxvi. incip. si sint duo. Henr. Fer.
b Forma. ¶ Non fuit Rolan. nec per alium reperi.
c Versi. porrò. ¶ Super quo versic. scripsi quæstiones duas sequen. Roffr. circa id.
d Vt dixi. ¶ Verba Rof. vbi s.
e Alii dicunt. ¶ Ioan. de Bla. vbi s. versic. viso igitur.
f Fiat. ¶ Prima quæstio Martini.
g Versic. proxi. ¶ In his instat Ioan. de Bla. vbi s. in prin. dicens, per hoc solui contraria, quæ dicunt infringi per homagium libertatem: quia ponderato, quòd dominus ei tenetur, potiùs seruari potest libertas, quàm infringi: quæ etiam de facto aliter seruari non posset fortè.
h Scripto. ¶ Hoc narrauit Mar. nec posuit pro quæstione: & idem Ioan. de Bla. super j. q.
i Solita. ¶ ij. quæst. Mar. quam Ioan. de Bla. sub prima tractauit: ex dictis vtriusque formatus est iste articulus.

Et videtur, quòd sic, argumen. C. lib. xij. de fundis patri. eum qui.
& C. de agricol. & censi. cùm satis. §. cùm autem. vbi dicitur, quòd
stans per triginta annos in fundo, efficitur colonus, & C. de eman
cip. l. j. nam si idem pacto fieri potest, vt suprà, ergo & præscriptio
ne temporis fieri poterit, quę plus facit, quàm pactum, nam pacto
sociorum fundo seruitus acquiri nō potest, sed præscriptione sic,
vt ff. de seruit. pro parte. ff. de seruit. vrban. præd, sed & si. respon. j.
Item adscriptitius sine gleba pacto acquiri non potest, præscribi
tamen potest, vt C. de agrico. & censi. l. ij. & l. quemadmodum. ff.
de diuers. & temp. præs. longi. Item pactum de nō diuidendo non
valet: pręscriptio autem impedit diuidere cupientem, ff. commu-
ni diuidun. in hoc iudicio, & l. si conueniat. ff. de an. exceptio. l. pri
ma, ad idem ff. de diuersis & temporalib. præscrip. de acccessioni-
bus. ff. de regulis iu. non debet. Præterea ex tempore liber fundus
efficitur seruus, vt ff. si seruit⁹ ven. si qs diuturno. ff. de aqua quot.
& æstiua, l, j. §, ductus. & ex tempore præsumitur filius, qui non est,
ff. de ritu nup. qui in prouincia. Argumen. contrà: quia nulla tem
poris longinquitas præiudicat libertati, vt C. de lon. tempor. præs
criptione, quæ pro liber. & contra lib. in rubro & in nigro. Tem-
pus enim non est modus inducendæ obligationis, vt ff. de actio-
nib. & oblig. l. obligationum ferè. §. placet. C. de pact. si certis. ff. de
oper. lib. ope. Item plus potest pactum, de quo pręd ictū est, quàm
præscriptio, vt ff. quemadmodum seruit. amit. l. non sat. §. j. ibi, nec
fortè, &c. & ibi, possumus enim, &c. Item seruitus, quæ cōtinuam
causam non habet, non præscribitur, vt ff. de seruitut. l. seruitutes.
respon. primo. Vnde cùm homo non poterit continuè seruitia
præstare, non poterit homagium præscribi. Item liberi hominis
nullum est commercium, ff. de contrahen. emp. si emp. §. j. & ij. In-
stit. de inuti. stip. circa princip. Vnde vendi, vel donari non potest,
vt ff. de contrahen. emp. sed Celsus. Si nō potest alienari: ergo nec
præscribi, argum. ff. de fundo do. si fundum. ff. verb. signific. aliena
tionis. Super hoc dixit Mar. de Fan. quòd si quæstio sit de homa-
gio, vtrùm aliquis sit liber homo, vel non & dominus est in posses
sione homagii, pro domino iudicādum est, nisi homo se liberum
probet, ff. de probat. circa. extrà de electione, querelam. Si autem
homo est in possessione libertatis sine dolo malo, domin⁹ neces-
se habet de homagio docere, vt ibi, & C. de liber. causa, l. ea quæ.
Quòd si in vtroque casu ad probādum homagium solius tempo-
ris longinquitas inducitur, aut inducitur, tempus triginta, vel qua
draginta annorum: quo casu credo illum hominem meum esse,
quem tanto tempore præscripsi, vt in præ. l. cùm satis. & C. de fun
dis reipub. eum qui: & argumen. ff. de aqua plu. arcen. l. secunda, &
l. sequen. dùm tamen tanquam ab homine meo, & non tanquam
ab amico seruitia receperim, ff. quemadmodum seruit. amit. leg.
fin. & facit in lib. Feud. si de feu. contro. fu. c. si quis per triginta an
nos, Veruntamen ad probandum homagium non sufficit proba-
re tanto tempore fuisse præstita seruitia, nisi probetur pro homa
gio præstita fuisse, argumen. ff. si seruitus amit. l. fi. ff. de aqua quo-
tidiana & æstiua, l. j. §. sed si in rem. & §. Aristo. Nec obstat ad hoc
præ. l. seruitutes. respon. j. quia licet homo, vel vasallus non serui-
at continuè, seruit tamen quasi continuè ex quo enim homo ligi
us semel præstitit debita seruitia, in ea causa esse videtur, vt quan
docunque requiratur, debeat seruire: & sic quasi continuam cau-
sam habet: vnde præscribi potest, vt ff. de seruit. vr. prę. l. foramen.
Si autem inducitur tempus x. vel xx. annorum ad probatiōem ho
magii, hoc non sufficit, ff. de vsur. cùm de in rem verso. quia talis
præscriptio sine titulo non procedit, C. de præscrip. long. temp. x.
vel xx. annorum. diutina. Et de homine libero non potest titulus
interuenire: quia eius nullum est commercium, vt prędixi. Alii ta
men in hoc contradicunt: & facit ad hoc, C. de fundis reipub. l. ius.
& l. iubemus. Si tamen aliquis per decem, vel viginti annos præsti
tit mihi seruitia, tanquam ligius homo, possum allegare causam
interuenisse dicendo, tu es homo meus, & per stipulationem mi-
hi promisisti seruitia facere, quæ homines ligii dominis suis face-
re debent: & quòd ita fuerit, probo ex tempore: quia non est ve-
risimile, quòd tanto tempore pręstitisses, nisi causa homagii inter
uenisset: & ita ex cursu temporis inducetur causæ præsumptio, vt
in præ. l. cùm de in rem verso. & vide suprà de restitutione spol. §.
11 nunc dicamus. versicul. sed & si. ¶ † Quartò q̄ritur[a]: quid si quis
a simpliciter nulla causa adiecta promittit mihi esse homo meus,
nunquid tenet talis promissio cum effectu? Et videtur, quòd sic:
quia non inquiritur, qualis promissio facta est, sed an facta sit, vt
Institut. de leg. §. fin. ibi, nec manumissionis modo, &c. vt ff. quod
vi, aut clam, si in rem. §. j. ff. de aqua quotidiana & ęstiua, l. j. §. planè.
Item rusticus nō præsumitur à iure ciuili sine iusta causa soluere,
argumen. ff. de probat, cùm de indebito. vnde nec sine iusta causa
promissio facta esse creditur, argumen. C. ad leg. Falcid. l. fin. Item
præsumptio est contra eum, nisi probet errorem, quod vtique fa
cere tenetur, vt C. ad leg. Cornel. de fal. minorem. ff. de accu. si cui,
ff. ad municip. libertos. ff. ad Turpil, l. j. Argumen. contrà, quòd ta-
lis promissio caret effectu. obstat enim exceptio doli ei, qui sine
causa stipulatus est. ff. de doli exceptione, l. j. §. circa. extrà de fide
instru. c. si cautio. Item fideiussor eius, qui sine causa promisit, se
potest hac exceptione defendere: ergo multò magis ipse reus se
defendere poterit, vt ff. de fideius. si stipulatus esses. resp. j. ad idem
ff. de verb. oblig. stipulationum aliæ. respon. j. & l. si seruus stipula-
tus. in fin. Item si nulla causa subest stipulationi, nulla obligatio
constituitur cum effectu, ff. de pac. iurisgentium. §. sed cùm nulla,
ad idem ff. de pollic. l. j. respon. j. C. de edicto diui Adri. tollen. l. fin.
ff. de suspec. tut. hoc enim. resp. j. & in præd. c. si cautio. Super hoc
b dicas[b], quòd si quis promisit meus esse homo, & seruitia mihi fa-
cere, tenet obligatio talis. nam promissio seruitiorū intelligitur
esse homagium, nisi altera probetur causa: dico finalis, non impul
siua, C. de condic. ob causam, militem. C. de transact. l. si minores.
& l. cùm donationis. C. de iur. dot. si mulier. non est ergo necesse
cām in promissione huiusmodi interuenire, vel eam ex causa fie
ri. Alii dicunt, quòd vbi in promissione causa non apponitur, vel
non interuenit, obstat exceptio doli, per præ. §. circa. Et idem est,
si causa, propter quam promissio facta est, nulla fuit: putà promisi
c tibi decem dare, quia putabā te equum mihi vendidisse[c], vel te pa
tri, vel antecessori meo mutuasse, cùm tamen verum non esset. I-
dem etiam est, si persona promittens sit miles, vel minor, vel fœ-
mina, vel rusticus: qui sicut pręsumptione iuris in solutiōe iuuant̄
sic & in promissione iuuari debent: & tantò faciliùs, quantò quis
12 faciliùs promittit, quàm soluat, vt in prę. l. cùm de indebito. † Ho
magia autem consueuerunt simpliciter recipi à nobilibus, qui iu
d ra ignorant. Mart. de Fano consuluit[d], vt omnis oppositio cesset,
quòd in instrumento homagii sic post promissionem dicatur:
Forma. Hoc autem iedo promitto, quia talem rem mihi & hære-
dibus meis concessisti, donec sub tuo dominio steterimus, & insu
per me ac mea defendere contra omnem hominē promisisti: vel
in emēdam talis iniuriæ, quam tibi dicor intulisse, putà quia dicor
tuum patrem interfecisse, & ideo propter pacem facio me homi-
13 nem tuum: vel alia iusta causa exprimatur. ¶ † Quintò quęritur[e],
e vtrùm filius hominis mei, non tamen ex fœmina mea natus, sit
homo meus? Et videtur, quòd sic, ar. C. de agri. & censi. cùm simus.
§. illud. vbi innuit, quòd coloni mei filius, meus est colonus. Item
filius murileguli, est murilegulus, C. lib. xj. de murileg. l. fin. Idem
etiam videtur in filio liberti, vt C. de liber. & eorum liber. l. ij. & 3.
Item filius curialis videtur esse curialis, C. de natu. lib. l. communi
14 um. §. illo videlicet. ¶ † Item pater & filius eadē persona reputan-
tur: & filius est pars paterni corporis: vnde qualis pater, talis filius
erit, vt xxxv. q. iii. §. hac auctoritate. C. de impub. & aliis substit. l. fi.
& in præ. l. cùm simus. §. fi. Instit. de inutil. stipulat. §. fin. de consec.
dist. v. c. fin. in fin. Item sicut quis per arrogationem efficitur meus
f cum filiis suis, & forsan cum omnibus bonis[f]: sic & homo meus,
qui similitudinem habet cum illo in hoc, quia eodem modo tran
sit in potestatem meam, meus esse debet cum omnibus filiis, C. in
qui. caus. colon. censi. l. ij. ff. de adop. si pater. §. fi. respon. j. & l. arro-
gato. Inst. de adop. §. pe. quis enim ferre debet à patre filium sepa-
15 rari? C. communia vtriusque iudic. l. possessionum. ¶ † Item si pa-
ter sit senator, vel alterius dignitatis, non dedignabitur filius pa-
ternam assequi dignitatem; vt ff. de senat. emancipationes. & l. fi-
lios. C. de decur. nati. & l. per exempla. C. lib. x. de tabul. l. fi. Vnde
nec filius dignitatem assumere dedignetur, vt in præ. concord. C.
de agr. & cen. diffinimus. & arg. ext. de renun. nisi cùm pridem. §.
personę verò. & ext. de fil. presb. literas. lvj. dist. nasci. Item homo
meus,

ADDITIONES.

a Quartò quæritur. ¶ iij. quæst. Mar. quam etiam Ioan. prosequitur
in fine j. q.

b Dicas. ¶ Secundum Marti. & Ioan. qui respondent ad c. si cautio.
& l. cùm de indebito & similia, illa loqui, cùm ad probandam ve-
terem obligationem interponitur cautio sine expressione causæ
quæ exprimi debebat: sicut aliàs ff. si quis cau. sed & si quæsitum.
In eo autem. qui simpliciter spondet, non dicens se ex præceden-
ti causa debere, sed de nouo constituit, obligatio valet sine speci-
ficatione causæ: dicit tamen Mar. se à tribus, s. legum doctoribus, s.
Iaco. de Bel. Azo. & Bonifacio mali consilii tres diuersas senten-
tias audiuisse: confirmat tamen eum, quod not. Accurs. post Bart.
& Hug. ff. de const. pec. l. iii. §. j. s. quòd si constituit quis se debere,
quod scit se non debere, donare videtur: & idem vidit no. in l. ij. §.
circa. ff. de doli excep. & hoc cōiunxit, quod infra sequitur de no
bilibus: hîc omnino vide, quod dixi suprà de confessis, §. nunc vi-
dendum. super ver. sed quæ est ratio.

c Vendidisse. ¶ Mar. dixit procuratori meo.

d Consuluit. ¶ Ioan. de Bla. hoc non consuluit, sed bene exemplifi-
cat infrà scriptas causas fore iustas.

e Quintò quæritur. ¶ iiij. q. Mar. & secunda Ioan. de Deo.

f Bonis. ¶ Mar. sic posuit sine Forsan: Io. nil dixit.

meus, cùm non sit seruus, bene potest contrahere matrimoniū. Vnde filius ex legitimis nuptiis natus patris conditionem sequetur, vt ff. de stat. ho. cùm legitimè. Ar. contrà, quòd iste sequatur matris conditionē, vt 32. q. 4. liber. C. de lib. cau. l. fi. & idem est in seruo, vt C. de rei ven. partus. & in ascripto & censito, C. de agri. & cen. mulier. & l. ne diutius. & l. fi. ad idem C. lib. vndecimo, de agric. & mancip. l. 4. C. de incestis nuptiis, humilem. C. de nup. imperialis. Nam partus est pars viscerum: igitur qualis erit mulier, talis erit partus, ff. de ventre inspic. l. j. §. ex hoc. de consec. dist. 4. si quicquid. & c. si ad matris. & c. seq. Vnde si pater sit homo alteri⁹ mater verò libera sit, sequetur partus matris conditionem: vt extrà de seruis non ord. c. fi. In hac quæstione dixit Martinus de Fa. quòd filius hominis mei natus & conceptus ante quàm eius pater fuerit homo meus, non est meus homo, ar. C. de libertis, & eorum liberis, l. 2. xij. q. 2. cùm redemptor. Si verò natus est ex homine iam facto meo, secundum communem vsum homo meus est, & paternam fortunam agnoscit: secundum ius tamen videtur distinguendum. nam si ex matre libera nascitur, liber erit, vt C. de agric. & censit. l. fin. & in præd. dec. de seruis non ord. c. fin. Si verò mater sit tua fœmina, pater verò meus homo sit, plus fauent iura mihi, qui sum dominus patris, quàm tibi: vnde filius erit homo
a meus, ar. præ. l. ne diutius[a]. Vel potest dici[b], considerandum esse,
b ex qua causa fit homagium. si enim fit in emendam illatæ iniuriæ vt s. ver. prox. tunc non videtur, quòd filius talis hominis mei sit homo meus: & sic in plerisque locis seruatur, qa non debet filius patris iniquitatem portare, C. ne filius pro patre, per totum, & 1. q. 4. Iudæi, & c. seq. imò pœna suos teneat auctores, vt C. de pœnis, scimus. extrà de his, quæ fiunt à maio. par. ca. quæsiuit. quia si propter delictum patris filius non perdit bona, multò minus perdere debet statum & honorem personæ, ar. in auth. vt nulli iudi. §. fi. Quòd si non solùm in emendam fecit homagium, verum etiam subiecit mihi bona sua accipiendo illa à me in feudum, tunc quia videtur ea mihi tradidisse, & in me dominium transtulisse, iterum à me in feudum recepisse, vt C. de donat. quisquis. si filius velit abstinere à bonis paternis, non possum eum in hominem meum vendicare: quia cùm bona sua cum onere suo transeunt, si velit habere illa, & ea agnoscat, faciat mihi homagium, argum. C. sine censu, vel reliq. l. 2. & sic indirectè cogetur homagium facere. Ego enim vendicabo bona, tanquam directus dominus, & si ille excipiat, quòd pater eius erat vtiliter dominus, replicabo, quòd non debet habere, nisi agnoscat onus, quod pater sustinebat. Si autem aliquis se constituat hominem meum ligium, quia dedi sibi aliquam rem in feudum, & quia vult sibiipsi prouidere, vt eum debeam defendere, tunc principaliter personam suam adstringit, & res gratia cuiusdam remunerationis interuenit, vt ff. mandat. si remunerandi. & j. versi. duodecimo. Vnde quia præsumitur ita velle filio prouidisse, sicut sibiipsi, vt ff. de prob. si pactū. persona filiæ adstricta est iure homagij, licet ille velit abstinere à re, quàm pater dedit feudum. quia non fecit principaliter homagium propter illam. Nam sicut potest quis filio prouidere paciscendo & stipulando, ita etiam constituendo se hominem alicui⁹ potentis, vt ab eo ipse & eius liberi defendantur, ff. de pactis, & si hæredi. §. nos autem. & §. Iulianus. & l. auus. Magnum enim est i⁹ patriæ potestatis. nam etiam propter famem pater filium vendere potest, C. de pat. qui filios distrax. l. j. ff. de leg. primo, filiusfamilias. §. secundum vulgarem. & eum impuberem sub potestate tu
c toris constituere[c]: igitur & per consequens sub domini potestate, ff. de tutel. l. j. Idem autem, etiam si nullo sibi à me dato se constituat hominem meum ligium. Porrò in dubio cùm non exprimitur causa, vel non liquet, quare fecerit homagium, præsumit ideo fecisse, vt ipsum defendam, vt sic eius filij sint adstricti, & res
d magis valeat, quàm pereat, vt ff. de rebus dub. quoties[d]. & ext. de
16 de fide instr. inter. prope fi. ver. cæterùm. ¶ †Sextò quæritur, qd si ex homine meo plures supersint filij? dic, quòd omnes sunt ho
17 mines mei, vt patet ex præmissis. ¶ †Septimò queritur: sed quid si homo meus exhæredat vnum de filiis suis, nunquid taliter ex-
e hæredatus remanet homo meus? Dicunt quidam[e] de æquitate, quòd non, si cum effectu excluditur à paterna substantia, ne afflictio addatur afflicto. vt extrà de cleric. ægro. c. penul. septima quæstione j. cùm percussio. talis enim pro mortuo habetur. vnde conditio eius nulli adstricta erit, sicut nec hominis mortui conditio, ff. de coniung. cum emancip. lib. l. j. §. si pater. 23. distinct. quorundam. Item sicut pater non potest filium exhæredatum legando onerare, ita videtur quòd non possit conditionem personæ ipsius grauare, vt C. de fideic. quidam filium. Nec obstat, quòd potest filio exhæredato tutorem dare, vt ff. de testam. tut. pater. quia illud inductum est ad prouisionem filij, non ad onus: hoc verò. sci. homagium facere, quamuis possit esse inductum ad prouisionem filij, vt s. no. tamen onus est, nec est æquum filium exhæredatum onerari per patrem. Sed adhuc punitur. nam ex pœna non debet quis consequi immunitatem, vt j. ver. xxvij. ad fi. Exhæredatio autem in pœnam inducta est ob culpam ingratitudinis, vt in auth. vt cùm de ap. cog. §. causa. C. de inof. test. omnimodo. extrà de donat. c. fi. Vnde non videtur, quòd filius propter exhęredationem ab homagio sit immunis. Sed dic, quòd licet regulariter pœna principaliter non tribuat immunitatem, fallit tamen hoc quādoque, vt absurditas, vel impossibilitas euitetur, vt patet per exemplum ff. de excusat. tut. l. sed & milites. §. sed & ignominia. Absurdum autem esset exhæredatum adstrictum remanere ex facto paterno. Alij tamen contrà. nam hæc obligatio personam afficit, sicut lepra. per hanc enim viam posset quilibet ab homagio libera
18 ri. ¶ †Octauò quæritur: sed quid erit, si filius non fuit exhæredatus, abstinuit tamen ab hæreditate paterna? Dicunt quidam, ꝙ licet in rigore iuris conditio eius adstricta sit, tamen de æquitate, postquam lucrum paternæ hæreditatis ad eum non pertinet, nō erit ex facto paterno adstrictus, vt sit homo meus, & seruire teneatur, ff. de contrah. emp. l. fi. imò respuendo lucrum poterit etiam respuere onus, ff. de reg. iur. secundum naturam. Et sic in plerisque locis Narbonensis prouinciæ obseruatur, vbi rem deferendo, & se aliò transferendo, dominij iugum euadit, vt j. ver. xix. in
f fi.[f] ¶ †Nonò quæritur: ecce ex homine meo tres filij supersunt,
19 qui iuxta præmissa homines mei sunt: isti diuisim habitant nunc quæritur, an quilibet eorum in solidum teneatur mihi præstare operas, quas pater eorum mihi debuit, & solitus est præstare? an verò pro virili, vel pro hæreditaria portione? Et videtur, quòd qlibet eorum in solidum teneatur. opera enim non potest separatim præstari: vnde in solidum præstanda est, ar. ff. de ope. lib. l. 3. & l. libertus. ff. de verb. obl. stipulatio. 23. dist. quorundam. Non em̄ præstant operas ideo, quia sunt hæredes, sed quia sunt homines. Sicut ergo pater præstabat in solidum, quia homo meus, & sic qlibet filiorum, quia homines mei, in solidum præstabit, ff. de rei ven. si possessor. ff. comm. l. 2. §. si hęres cùm eadem ratio sit hincinde, ff. de verbo. obl. à Titio. extrà de constit. nam concupiscen-
20 tiam. ff. ad leg. Aquil. l. illud. ¶ † Item si fundus debet mihi seruitutem viæ, vnicam viam debet, vt ff. de seruit. si cui. Si autem de hoc fundo duo fiant, certè iam duæ viæ debentur. nam vterque fundus in solidum debet mihi viam, ff. quemad. ser. amit. l. non satis. §. penul. & fi. Sic & hic: licet plures vni successerint, tamen videtur quòd quilibet mihi teneatur seruitia in solidum exhibere. Idem etiam est videre in pluribus hæredibus, vt in re indiuisibili quilibet in solidum teneatur, vt ff. de seruit. viæ. ff. fam. ercisc. hæredes. §. in ea. Idem & in maleficiis & in pluribus compromittentibus: quia quilibet in solidum tenetur, ff. ad l. Aquil. item Mela. §. sed si plures. ff. de iurisd. om. iud. si seruos. §. fi. & l. seq. Idem est in actione noxali, ff. de noxali. si seruus communis. Idem in exercitoria, vt ff. de exercit. act. l. j. in fi. & l. seq. Ar. contrà, quòd quili-
21 bet teneatur pro virili: & quòd omnes tenentur ad vnum serui-
21 tium præstandum, & tale, quale pater eorum præstabat. † Nam ex persona hæredis non debet ius obligationis immutari, vt ff. đ verb. obli. l. 2. Item non plus debet transferri in filios, quàm fuerit in defuncto, ff. fi. regun. sed & loci. §. si communis. Cum ergo ille præstaret vnicam tantùm operam, similiter & ipsi tres filij vnicam tantùm præstabunt, & non plures, ne sint deterioris conditionis, quàm defunctus, ar. ff. de fundo dot. l. dotale. §. dotale. ff. de re iud. hæredem. & l. inuitus. §. cùm quis. & l. si hic. §. j. C. lib. x. qui num. libe. nepotes. in prin. Inst. de excus. tu. §. item nepotes. vnius enim personę vicem gerunt: vnde vnam operam exhibere cogūtur, ar. ff. de pactis, si plures. resp. 1. Item filij libertorum operas exhibent pro virili: vnde & filij hominis pro virili præstabunt, ar. ff. de operis lib. in res. §. penul. ad idem ff. de leg. j. si hæres. & ff. de stipul. seruor. si communis seruus ita. in principio & in fi. Sed videt, quòd illa seruitia debent pro hæreditaria portione præstari. nam hæc onera ad filios transeunt & hæredes, vt C. de hære. act. l. 2. & sunt velut æs alienum. Vnde qui hæredes sunt, pro hæreditaria parte

ADDITIONES.

a Ne diutius. ¶ Dixit Mar. verùm illæ leges aliter intellectæ scibuntur: & sic est, quia probant contrarium pro ipso tamen faciunt casus ibi in gl. notati.
b Dici. ¶ Secundum Io. de Bla. vbi s. cuius ad literam sunt verba sequentia.
c Constituere. ¶ Fatetur ipse Io. quòd illud est debile arg.
d Quoties. ¶ Secundum Io. qui subdit. per prædicta liquere regulariter filium hominis mei meum esse: fallit in casu, in quo s. & ext. de fide instr. inter. prope fi. ver. cæterùm.
e Quidam. ¶ Sc. Io. de Bla. qui incidenter posuit hanc quæstionem & seq. sub sua secunda vsque ad ver. alij.
f In fi. ¶ v. q. Mar. & tertia principalis Ioannis.

parte soluere cogentur, vt C. lib. x. quando, & quibus quarta pars deb. l. 2. & facit C. de periculo tut. l. j. Nec dicat quis non posse diuisè præstari, sicut nec ipsa opera diuidi posset, vt s. in principio, quia earum æstimatio diuidi potest, arg. ff. de cond. indeb. si non sortem. §. libertus. ff. de ope. lib. l. 1. Absonum autem esset dicere aliquem plus cogi soluere, quàm fortè hęreditatis pars ascendat C. si vnus ex plur. hæred. l. 2. C. de bon. auctori. iud. possid. vxor. & C. de hæred. actio. l. si adulta. C. de exercit. action. l. 1. Super hoc dixit Mar. de Fano, quòd aut seruitium debetur ratiõe alicuius mãsi, vel feudi, aut ratione personę tantùm. Si quidē sit ratione mansi, vel feudi, illi qui possident illa, ad seruitium in solidum tenentur, C. lib. x. de annon. & tribut. l. 2. & 3. & hoc, si sunt hæredes, etiam pro parte: vt C. de her. act. l. 2. §. pro hæreditariis. vbi d̄ hoc[a].

a ¶ Si verò non sunt hæredes, non possunt ad seruitia conueniri, s. versiculo prox. Si autem hoc seruitium debetur ratione personæ ad homagium obligatæ, si res, quæ in seruitio continetur, est diuidua, debet cõueniri quilibet pro virili, cùm non iure hæreditario teneatur, ar. ff. ad Treb. quoties. & l. nonnũquam. ff. de le. 2. cùm pater hæreditatem. & l. Lucius. §. Lucius. ff. de fundo instruc. & instr. leg. l. 2. Si verò indiuidua est, tunc potest vnus in solidum conueniri: sed illo exacto cæteri liberãtur. Is tamen, qui soluit, conueniet fratres. Quòd si conuentus in solidum velit præstare domino interesse pro sua parte, non vltrà tenebitur, vt ff. fami. ercisc. hæredes. §. contrà si promissor. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. j.

b & ff. deposi. si duo. §. si is qui. in fi.[b] Alij dicunt, quòd in hac quæstione refert, vtrùm à defuncto homine incepit causa & occasio homagij, an verò cœpit à domino. Si à defuncto, putà quia cùm esset pauper miles, dixit alicui magno Baroni, domine, si me velletis in iuribus meis defendere, vellem fieri homo vester, & sic fecit ei homagium, & fortè omnia bona sua ei subiacet in feudum tunc distingue: quia quędam sunt seruitia, quę consistunt, in non faciendo, vt in non vocando in ius sine venia: item in non mouẽdo turpem actionem: item vt vasallus non sit aduocatus contra dominum: quæ iura videtur dominus habere in homine suo, vt j. ver. xvij. & talia iura, q̃ sine difficultate præstantur, bene transeunt in solidum ad quemlibet hæredum, & quilibet filiorum ad ista in solidum tenebitur quędam verò consistunt in faciendo, vt venire cum armis ad adiuuandum dominum, & similia, quæ homines dominis suis facere tenentur: & in his seruitiis, cùm sint indiuidua, quilibet est in solidum obligatus, vt ff. de seruit. Vno tamen præstante, cæteri liberantur, vt dixi, Debent igitur vnum ex seipsis eligere, qui vadat ad dominum iuuandum cum armis, nec dominus poterit eos in plus grauare: & sic non erit eorum conditio deterior, quàm patris. Si autem nolunt cõcordare, quis eorum seruitium facere teneatur, agetur contra quemlibet eorum in solidum, & quilibet condemnabitur ad interesse pro ea parte, pro qua est hæres, vt ff. deposi. si duo. in fi. vel fortè per iudicem cogentur concordare, vt ff. de leg. 1. l. huiusmodi legatæ. §. fin. Itẽ quædam consistunt in dando: & tunc quilibet tenetur pro ea parte tantùm, pro qua est hæres, vt C. lib. x. de anno. & trib. l. j. C. de p̄diis nau. l. j. & 2. & facit ff. de alimen. & cib. leg. solent. resp. 2. Et ex his declaratur consuetudo quorundam locorum: quia si aliquis est homo meus, & omnia bona sua à me tenet in feudum, primogenitus eius filius mihi faciet fidelitatem, & me iuuare cõtra me os inimicos tenetur. nam, vt dixi, in iuribus, quæ in faciendo consistunt, licitum est vnum eligere, ac consuetudo eligit primoge-

22 nitum. ¶ † Et tantum faciet hæc electio consuetudinis, quãtum aliàs faceret electio hominis: sed licet primogenitus tantùm, qui electus est à consuetudine, præstet sacramentum fidelitatis, tamen nihilominus omnes sunt homines mei, quantum ad iura, q̃ consistunt in non faciendo. Et sicut consuetudo primogenitum grauat in vno, ita etiam releuat in altero, vt ff. de iureiu. eum qui. quia minores tenentur ei facere homagium, & sacramentum p̄

c fidelitate præstare: & sic in quibusdam locis seruatur[c]. Porrò si causa & occasio homagij cœpit à domino, vt quia Baro dixit alicui pauperi militi, quòd aliquam rem immobilem sibi daret, si ei faciat homagium, & dedit, tunc si pater, vel iudex familię erciscũdæ iudicio, vel communis fratrum consensus alicui ex filiis illam assignauerit, ille solus homagij iure seruire tenetur, vt ff. de ali. & cib. leg. l. 3. ff. commod. l. 3. §. si hæres. quia res cum onere suo trãsit vt C. lib. xij. de præ. naui. l. 2. extrà, de statu mo. recolentes. ext. de deci. cùm non sit. Et quia ad quem pertinent commoda, ad eũ & c. vt ff. de reg. iur. secundum naturam. Et talis res vocatur feudũ ligium, & pro ea Baro debet habere homagium ligium. Præmissa bene probantur in lib. Feudorum, si de feu. contro. fue. omnes

23 filij. ¶ † Decimò quæritur, vtrùm quis possit esse homo ligius duorum? Et dicunt quidam, quòd non: quia duo non possunt eē domini eiusdem rei in solidum, ff. commo. si vt certo. §. si duob⁹

d vehiculum[d]. extrà de fid. inst. inter. ver. vt tamen, nec potest aliqs duobus dominis seruire, vt j. ver. xij. sed bene potest esse quis ho

e mo non ligius duorum, vt j. ver. xij.[e] ¶ † Vndecimò quæritur: sed

24 nunquid homo meus ligius potest se constituere hominem nõ ligium alterius me inuito, vel irrequisito? Videtur, quòd non: qa ex quo in eo habeo talem seruitutem, videlicet homagij, non videtur, quòd seruitutem homagij possit alteri constituere in persona sua me irrequisito, vel contradicente, vt ff. de aqua plu. arc. in concedendo. & in duabus legibus seq. liiij. dist. si seruus absente. at si seruus, sciente. Ar. contrà: quia in homagio non ligio exci

25 pitur fidelitas, quæ mihi debetur, vt s. ver. ¶ † Et no. quòd vnde in nullo mihi præiudicatur: quare si id fieri prohibeo, videor facere, vt officiam, non vt consulam: & ideo non sum audiendus, ar. ff. de rei ven. in fundo. Nam & seruitus aquæ ducendæ per eũdem riuum potest pluribus cõstitui, ita tamen quòd per diuersas horas ducatur, vt ff. de serui. rust. præ. l. 2. §. fi. Dicas, quòd si subest causa prohibitiõis, putà quia vult facere homagiũ inimico meo, tũc non potest: imò eum prohibere possum, ar. ext. de acc. repellantur. Si autem non subest causa, tunc potest se hominem non ligium alterius constituere me irrequisito & contradicente, arg.

f C. de inof. test. lib. in fi. ff. de leg. 1. filiusfamiliâs. §. diuus[f]. ¶ † Duo

26 decimò quæritur: quid si aliquis est homo non ligius duorum:

g hoc enim potest esse pro diuersis feudis, quæ à diuersis dominis tenet, vt extrà de sup. neg. præl. grandi. lib. 6. ibi, vel cuicunque alij personæ. contingit, quòd isti duo domini sibi adinuicem mouent guerram: vterque requirit eum: quòd iuuet eum contra alterum dominum: nunquid tenetur aliquem iuuare? Et videtur q̄ non. videntur enim domini concurrentes se mutuò impedire, ff. de vsuf. l. quoties. Item nemo potest duobus dominis contrariis seruire, vt de pœ. dist. 1. §. hoc idem. ver. item, vt Christus ait. 21. q. 1. c. 1. Sed videtur, quòd vtrique debeat seruire: alioquin amitteret feudum: quia difficultas præstationis ex parte promissoris proueniens, non vitiat obligationem. Vnde licet non possit vtrique seruire, tamen obligatio illius, cui non seruit, videtur perempta: imò ille potest feudum reuocare, ff. de verb. obl. continuus. §. illud. Item bene potest quis duobus dominis seruire, vt de operis lib. duorum. Super hoc dicunt quidam, locum esse gratificationi: & excusatur, quantum ad illum, cui non seruit, ad instar serui duorum, qui si viderit vtrunq; dominum interfici, potest gratificari ei, quem eorum maluerit adiuuando, ff. ad senatusc. Syl. l. si quis in graui. §. si cùm esses. Sed verius videtur de rigore iuris, q̄ eum, cui primò fecit homagium, iuuare teneatur, & non secundum, vt in lib. Feu. de prohi. feu. ali. imperialem. §. illud. & ff. loc. ī operis. C. de qui po. in pig. hab. l. 3. quia priorem fidelitatem semper indubitatè seruare tenetur, arg. l. dist. c. tua. prope fi. ibi, prima opera. facit ext. qui cle. vel vo. veniens. & illa excepta intelligitur secunda. Aequum tamen mihi videtur & tutum, quòd eum, cui primò

ADDITIONES.

a De hoc. ¶ In prima gl. quæ excipit septem casus.

b In fi. ¶ Hucusque Mar. allegans etiam l. 2. ī fi. ff. de ver. ob. fatebatur tamen, quòd difficilis erat ista solutio: & pro simili alleg. ff. de manu. test. si ita fuerit. j. & 2. respõ. quæ sequuntur, fuerunt verba Io. de Bla.

c Seruatur. ¶ Fundatur hoc dictum super hoc: quia de toto ipse facit homagium domino: & tamen illud totum non occupat, sed æquis partibus dimittit fratribus. hanc igitur æquitatem ponderat illa consuetudo.

d §. si duobus vehiculum. ¶ Secundum Host. contrà, s. quòd potest quis esse homo ligius secundi, saluo iure primi: & tertij, saluo iure primi & secundi, vt scripsi de statu mo. recolẽtes. super ver. homagia. & vide, quod scripsi de simo. c. ex diligenti. in prin.

ADDITIO. De hac q. vide Bal. consil. ccxcj. incip. ad euidentiam. in 2. vol. & ibi latè, quid sit homagium. & qualiter fiat, & per Guid. Pap. in quæstionibus suis. quæstio. cccx. incip. homagium ligium. & adde, quæ dixi suprà isto titulo, in apostil. Henric. Ferrand.

e Ver. xii. ¶ Est sciendum, quòd Io. de Bla. secundum hanc opinionem, supposito, quod dicitur j. versic. xij. scilicet quòd mulier de consuetudine succedat in feudo ligio, formauit quæstionem intricatam, quam autor propterea non curauit: & erat de homine ligio, qui recepit in vxorem filiam hominis ligij ducis, qui succesit in homagio. quod dedit viro ī dotem: & sic videtur habere duplex homagium ligium. Sequar autorem, & quando illam appetis, ibi quære in 3. col.

f §. diuus. ¶ Secundum Io. de Bla. cuius etiam est sequens q. huic 2 tigua per eundem, & quasi ad literam.

g Xij. ¶ Adde Ro. cons. xlvij. vbi ponit, cui obedire debeat duobus confœderatus, si eodem tempore fuerit requisitus.

primò fecit homagium, personaliter iuuet: illum verò, cui secun
dò fecit, iuuet per substitutum iuxta vires ipsius feudi. nam tales
operæ bene possunt per substitutum præstari, vt C. de caduc. tol.
l. vnica, §. fin autem. Nec obstat, quòd promisit priorem, & nullũ
alium iuuare, excepto domino ligio: quia non videtur præstare
auxilium contra eum, licet secũdum iuuet per substitutum. hoc
enim non faciat animo nocendi priori domino, sed causa sibiip-
si consulendi, ne feudum à secundo domino sibi datum amittat,
ar. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. denique. ff. de neg. gest. atqui. §. cùm me
a absente[a]. & vide s. de aduoc. §. 1. ver. quid si aduocatus. ¶ † Deci-
27 motertiò quæritur, quid in dubio, si nescit, cui primò in iure ho
magij teneatur: quia fortè, quòd feudum incepit ab antecessori-
bus, iam est magnum tempus? Et videtur, quòd hoc casu de rigo-
re iuris neutrum iuuare tenetur. Nam cùm non teneatur iuuare
de rigore iuris nisi primum, & non apparet quis sit primus in iu-
re homagij, neutrum iuuare tenetur, ff. de rebus dubiis, si fuerit.
ff. de test. tu. duo sunt Titij. Arg. contrà, quòd vtrunque debet in
dubio iuuare, xiij. q. 2. non æstimemus. De æquitate tamen dicen
dum est, quòd potest gratificari, cui maluerit, personaliter illum
iuuando, vt ff. de relig. & sump. fun. & l. si. alterum verò per substi
28 tutũ, vt s. ver. prox. ¶ † Decimoquartò quæritur, vtrùm homo
b hominis mei, sit homo meus[b]? Resp. non, ff. de verb. sig. Modesti
nus. sicut nec libertus liberti mei est meus libertus, vt ff. de liber.
agnos. si quis à liberis. §. si quis à liberti. ff. de ali. & cib. leg. alimen
ta. §. j. & facit lxxxi. di. legitur. Ex quo patet, quòd licet magni Ba-
rones, s. Comites Palatini, duces, & alij similes, sint immediatè va
salli, siue homines ligij Regis, in cuius regno sunt, vel Imperato-
ris, si sunt in Imperio, tamen homines ipsorum Baronum nõ sunt
homines ipsius Regis, vel Imperatoris, xj. q. 3. null[9] primas. & ex
tr. de of. ord. pastoralis. & c. Romana. li. 6. Bene tamen omnes ho
mines, qui sunt in regno Franciæ, sunt sub potestate & principa-
tu regis Franciæ, & in eis habet imperium generalis iurisdictiõis
& potestatis. Nam verbum Potestatis, pluribus modis accipitur,
vt ff. de verb. signifi. l. potestatis verbum. sicut omnia sunt Impe-
ratoris, quantum ad iurisdictionem, cùm sit Mundi dominus, vt
C. de quadri. præs. bene à Zenone. ff. ad leg. Rho. de iac. l. depreca
tio. & 24. q. 2. futuram. Sic & omnia quæ sunt in regno, Regis sũt
29 quantum ad iurisdictionem generalem, 8. dist. quo iure. ¶ † De
cimoquintò quæritur: quid igitur, si aliqs baro Regis Franciæ fa-
cit guerram ipsi Regi: Baro ipse præcepit ex debito sacramenti fi
delitatis hominibus suis, quòd ipsum iuuent, nunquid tenentur
cum contra regem iuuare? Et videtur, quòd sic. nam graue est fi-
dem fallere, vt ext. qui cleri. vel vo. veniens. & c. seq. & ff. de pact.
l. j. 22. q. 2. his autem. & c. seq. tenentur enim illum iuuare contra
omnem hominem per sacramentum, nisi à sacramẽto per eccle
siam absoluantur, vt ext. de hæreticis, c. fi. xv. q. 6. c. 2. 3. & 4. Item
si generaliter iurauerint illum contra omnem hominem iuuare
ergo videtur, quòd etiam contra Regem, qui non fuit exceptus.
Verbum enim generaliter prolatum, generaliter est intelligen-
dum, vt ff. de leg. præstan. bo. pos. contra tab. pet. l. j. §. generaliter.
ff. de seruit. vrb. præd. si seruitus. xix. dist. Romanorum. ext. de pri-
uilegiis, quia circa. Et præceptum domini eos excusare videtur,
sicut aliàs præceptum patris excusat filium, ff. de his, qui no. infa.
fur. §. qui iussu. Dicendum tamen est contrà. nam Baro insurgens
contra dominum, videtur incidere in legem Iuliam maiestatis:
quia directè videtur contra principem fecisse, vt ff. ad l. Iul. maies.
l. j. 6. q. j. §. verum. ver. quisquis cum militibus. lxxix. dist. c. 2. Nam
rex Franciæ princeps est in regno suo, vt pote qui in illo in tem-
c poralibus superiorem non recognoscat[c], vt ext. qui fi. sint leg. p
venerabilem. & ideo homines sui illi non tenetur in tanto crimi
ne obedire. non. n. opem fert, qui ad peccandum adiuuat, 14. q. 6.
si res. nec præceptum illius illos excusaret, ff. de act. & obl. seruus.
11. q. 3. non sunt. & c. si dominus. & c. qui resistit. & c. seq. Nec eti
am sacramentum eos ad hoc obligat: quia non est institutum, vt
sit vinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. inter cæteras. & rei turpis nul
la est obligatio, ff. de verb. obl. generaliter. ext. de pac. ca. fi. ext. de
condi. app. c. fi. Et in iuramento superioris auctoritas intelligitur
30 excepta, vt s. ver. & no. & extr. de iureiur. c. venientes. ¶ † Deci-
mosextò quæritur: sed pone aliquis Baro regni Franciæ habet
guerram cum alio Barone: Rex verò habet guerram cum alio,
putà cum rege Alemaniæ, qui vult sibi subiugare regnum Fran-
ciæ: Baro præcepit hominibus suis, quòd iuuent eum contra aliũ
Baronem: Rex verò præcepit eisdem, quòd iuuent eum contra
regem Alemaniæ: quæritur, cui magis obedire tenentur? Et vide
tur, quòd Baroni, cui dupliciter sunt alligati, sc. ratione homagij,
& ratione iurisdictionis, quam in eis habet, tanquam hominibus
suis, vt in authẽ. Col. vj. de quæstore. §. si verò forsan. Regi verò
31 sunt obligati tantùm ratione generalis iurisdictiõis. † Vnde duæ
rationes vincere debent vnam, vt in auth. de consan. & vter. frat.
§. i. extrà de re iud. cùm æterni. in fi. lib. 6. 13. dist. c. 1. Item speciale
derogat generali, ext. de rescr. c. j. Ar. contrà, quòd potiùs debeat
obedire Regi. nam vocati sunt ad maius tribunal, ff. de re iud. cõ-
tra pupillum. §. fi. xviij. distin. si episcopus. Et hoc verum est. nam
Rex, qui habet administrationem regni, vocat eos pro commu-
ni bono, s. pro defensione patriæ & coronæ. vnde sibi iure genti-
um obedire tenentur, ff. de iust. & iur. veluti. & j. dist. ius gentium
32 23 q. 3. fortitudo. & q. 8. omni. & c. si nulla. † Nam pro defensio-
ne patriæ licitum est patrem interficere, ff. de relig. & sum. fun. l.
minimè. & publica vtilitas includens in se priuatam, præferenda
est priuatæ, vt ff. pro socio, l. actione. §. Labeo. extrà de postul. bo
næ. j. Si tamen rex vocaret eos pro aliquo negotio non tangente
publicam vtilitatem, potiùs tenerentur obedire Baroni domino
33 suo. ¶ † Decimoseptimò quæritur, quid iuris habeo in homine
d meo, eiusq; bonis[d]? Super quo dic, quòd secundum diuersas con
suetudines diuersa iura habet dominus in homine suo. In primis
si quidem ratione homagij vendicat sibi iurisdictionem in eo: nõ
dico mistum, vel merum imperium. eo enim ipso, quòd aliquis
est homo meus ligius, hoc ipso est iurisdictioni meæ subiectus,
& sum eius iudex, vt in præ. §. si verò forsan. & C. de epis. & cle. q̃
quis. Et omnia bona eius, quæ non habet ab alio in feudum non
ligium, sunt mihi subiecta ratione iurisdictionis, licet illa non te-
neat à me in feudum. Eo enim ipso, quòd personam suam mihi
principaliter subiecit, videtur per consequens omnia bona sua
subiecisse, arg. ff. de adop. si pater. secundum ea, quæ no. extrà de
cle. coniug. quod à te. Si autem sit homo non ligius, non habet
dominus eius iurisdictionem in eum, nisi in quantum feudum se
extendit. Ratio diuersitatis est: quia homo ligius principaliter se
adstringit gratia personæ suæ, licet aliqua res, quæ vocatur feu-
dum ligium, gratia remunerationis interueniat, vt s. ver. 8. in fin.
Vnde obligando personam principaliter, per consequens subie-
cit omnia bona: non ratione feudi, quãuis hoc facere posset prĩ-
cipaliter, sed ratione iurisdictionis. Homo autem meus non ligi-
us non obligat, vel adstringit personam suam, nisi ratione feudi,
vt s. ver. 6. & sic tantùm ratione feudi sit mihi subiectus, in quan-
tum se feudum extendit. Item vasallus non debet famosam actio
nem mouere contra dominum: nec eum vocare in ius sine ve-
nia: nec contra eum esse aduocatus, ad instar patroni, qui hæc iu-
ra obtinet in liberto, ff. de dolo, non debet. ff. de in ius vocando.
sed si hac lege. §. prætor. C. e. ti. l. venia. ext. de ser. non or. de famu
lis. ex. de postulando, c. fi. Item non potest dominum accusare, vt
s. ver. prox. Item debet dominũ iuuare contra inimicos eius, ff. ad
senatusconsul. Syllan. si quis in graui. §. si cùm omnes. exceptis q̃
busdam personis coniunctis, contra quas eum non iuuabit, vt 4.
q. 3. c. item in criminali. quas habes ff. de sta. ho. lex. C. de testi. pa-
rentes. Nec dominus potest ei præcipere, quòd ipsum adiuuet cõ
tra illas. hoc enim esset contra bonos mores: quia nemo vnquã
carnem suam odio habuit, vt 13. q. 2. non æstimemus. Nec etiam
contra seipsum illum iuuabit, nec contra ecclesiam suã: quæ dic,
prout no. ext. de iureiur. petitio. Item non debet vitam suam præ
ferre vitæ domini. Hinc est, quòd si dominus debet facere duel-
e lum, dicunt quidam[e], quòd ei dominus potest præcipere, vt pro
ipso ineat duellum, ff. ad Syl. l. 1. §. iuxta hoc. xliij. dist. sit rector. p̃
pe prin. ibi, non ascendistis, & c. xxv. quæ. 1. sunt quidam. Item ho
mo debet domino indigenti præstare alimenta, ff. de libe. agnos.
f necare. Item si p̃ feudo debet dare par caponum, vel aliud[f], illud
34 soluendum est, C. de rer. perm. in rebus. ¶ † Decimooctauò q̃rit:
q̃d si homo meus tenens feudũ à me, non vult mihi seruitia præ
stare, nunquid possum feudum propria auctoritate inuadere, &
mihiipsi

ADDITIONES.

a §. cùm me absente. ¶ Secundum Io. cuius etiam ad literam est se
quens quæstio huic contigua.
b Homo meus. ¶ Ista quæstio cum duabus seq. eodem ordine fue
runt Io. de Bla. & incipiunt ibi 4. col. sed quæritur, vtrùm homo.
allegationes autem iuris canonici addit autor.
ADDITIO. De hac quæstione vide Guid. Pap. in quæstionibus
suis, in q. cccccl j. incip. de hoc anno. col. 3. ver. & venio. Henr. Fer
ran.
c ADDITIO. Non recognoscat. ¶ Adde eundem Spe. in ti. de ap.
§. nunc tractemus. in prin. & vide, quæ ibi dixi in apostil. ad ipsum
in ver. præter regem Franciæ. Hen. Ferran.
d Bonis. ¶ Iterum quinta Martini. sunt enim duæ descriptæ sub v.
numero: sic in emphyteusi duas posuit sub num. 8. vt dixi s. ti. 2. §.
fin. versic. 17. est autem hæc vltim. Ioan. de Bla. ex principalibus
& rubricatis: & illam prosequitur auctor: quia Mart. parum dixit.
e Dicunt quidam. ¶ Io. de Bla. vbi s.
f Vel aliud. ¶ Vt tenere stafam, cum ascendit equum, dicit Io.

a mihi ipsi facere ius de illo[a]? Videtur, quòd non, ff. de iur. om. iud. q iūs dicenti. ff. de iud. l. 4. C. ne quis in causa sua iud. l. j. ff. quod met. cau. extat. C. vnde vi, si quis in tantam. C. de hær. inst. cùm propo
b nas. in fi. contrà, quòd possum ad instar locatoris[b], ff. de dam. inf. vtiq;. ff. in quibus causis pig. tac. contrah. Est differentia. nam homo meus, siue colonus videtur assimilari seruo, ar. C. de his, qui ad eccl. conf. l. præsenti. §. sanè. C. de agri. & censi. ne diutius. At ī seruo habeo potestatem, quam volo exercere, ff. de his, qui sui, vel ali. iur. sunt, l. fi. ff. de pecu. sed si donanti. §. persona. & l. peculij resp. j. C. de emen. seruor. l. vnica. Nam & pater filio inuito adimit peculium pro suæ arbitrio voluntatis, ff. de excep. do. apud. §. fin. C. sol. mat. filiæ. Item filius cogitur & corrigitur à parente, C. de pat. potest. si seruus. C. de emend. propinq. l. 1. Item dominus cogit colonum talibus obsequiis fungi, C. de epis. & cler. quisquis. Super hoc dicit Martinus de Fano, quòd colonus non potest ꝑsistere in iudicio cum domino, accusando eum in publicis criminibus, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, ar. C. lib. xj. in quibus causis colo. censi. do. accus. pos. l. 2. C. qui ac. non pos. l. penul. & fin. Excusare tamen se poterit accusatus, vt C. si seruus ex por. l. pen. In ciuili autem dominus sua auctoritate potest debitū suum exigere, si sit certum illum esse hominem suum. Si verò dubium est, & ipse se gerit, quasi non sit homo eius, vel velit vltrà exigere, quàm debeatur, non debet hoc auctoritate sua agere, vt ff. de iuris. omn. iu. qui iurisdictioni. imò recurrendum est ad iudi
c cem ordinarium, ff. de li. causa, ordinata. quod si fecerit, poterit[c] à seruo in iudicium vocari, vt C. de ag. & censi. litibus. C. quibus ad
35 lib. procla. non licet, l. fi. ¶ † Decimononò quæritur, vtrùm ho
d mo meus possit de bonis suis testari, donare, & vendere[d]? Et vr, quòd sic: quia iustum est vnicuiq; sua committere, vt C. de Iudæis & cælic. nemo exterus. & liberum est cuilibet de suis contrahere, C. de contrah. emp. dudum. & testari, vt C. de testa. l. testandi. Cùm ergo isti hoc facere non vetentur, concessa eis esse videntur, C. de relig. & sump. fu. statuas. extrà de translat. inter corporalia. Item pactum speciale factum ab aliquo, ne liceat ei sua vendere, non valet, vt C. de pac. l. nemo. Multò ergo minus generali pacto homagij intelligitur esse prohibitus vendere, argu. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. ff. de pign. obligatione. Absurdum esset enim, quòd homo meus non posset in peculio suo contrahere, cùm seruus hoc possit, vt ff. de pecul. si quis seruum. §. etiā & etiam curialis, cui agnati succedunt, vt C. lib. xj. de decur. in successione. Et quòd vasallus non possit alienare, probatur in libro Feud. de alien. feud. c. 1. & in l. imperialem. & j. versic. 38. nec permutare, j. ver. 32. Arg. contrà, quòd homo meus non possit alienare sua, vt C. lib. xj. non licere hab. Metro. l. j. quæ lex loquitur in villanis. Idem etiam videtur in curialibus, vt C. lib. x. de præd. cur. l. j. 2. & 3. Nam & filiusfamiliàs, qui habet proprietatem in aduentitiis, non potest illam alienando transferre, vt C. de bonis, quæ lib. l. fi. Item si homo meus est, ergo iura sua mea sunt: vnde absq; meo consensu non possunt à me discedere, ff. de reg. iur. id quod nostrum. ff. de iure dot. si ego. Item homo meus nil habere videtur, qui seipsum non possidet, sed ab alio possidetur, vt ff. de acqui. pos. cùm hæredes. §. j. Si nihil habet, ergo nil alienare potest, vt C. de leg. l. fi. ff. de acq. hær. traditio. j. q. 7. Daybertum. ff. de reg. iur. nemo. extrà de deci. dudum. Sed dic, quòd homo meus, cùm sit liber, liberè testari potest inter suos, & directè, & per fideicōmissum, vt in præ. l. testandi. sicut & libertus, vt ff. de bonis lib. si non. §. fi. Potest etiam alienare propter suas necessitates, ff. fam. ercis. alienationes. de pac. qui filios. dist. l. c. 1. & 2. & alienabit ea, quæ minus vtilia sunt, ff. de fundo do. mutus. §. j. & l. fi. & l. ita ff. de leg. 2. Imperator. in fi. Si autem spontè alienat, dicit Mart. de Fan. quòd non alienat cum effectu: imò repeti poterunt alienata per eum, nisi fortè domino sciente alienare consueuerit, ar. C. quod cum eo, qui in al. pot. est, l. fi. salua tamen semper consuetudine vniuscuiusq; regionis, quę pro lege seruanda est, vt j. ver. 27. Item dicit, quòd nō potest extraneis donare: quod patet ex præmissis, & C. de his, quæ in frau. cre. l. pe. Bene tamen potest in dotem & ī donationem propter nuptias donare, vt s. de loc. §. nunc aliqua. ver. cix. ¶ Quid si homo, vel libertus meus ingreditur religionē, nunquid ego succedam illi, & an testari potest? de hoc no. s. de e-
36 dit. instr. §. compendiosè. ver. quid de adscriptitio. & seq. ¶ † Sed nunquid feudum potest donari, vel legari ecclesiæ? de hoc plenè no. in Summa domini mei in tit. de immu. eccle. in quantum.
37 sub §. sed nec illa. ¶ † Sed nunquid homo meus poterit acquirere? Resp. sic, C. communia de leg. auth. res, quæ in auth. Col. 4. de rest. resp. j. In plerisque autem locis prouinciæ & diœcesis Narbonen. homo de mansata, quicquid acquirit post acquisitam mansatam. ipsi mansatæ acquirit: & quod acquirit, eiusdem naturæ est. cuius & ipsa mansata, & de ipsa mansata efficitur, C. de rei vx. act. l. vnica. Est autem natura, seu conditio mansatæ, vt alienari n̄ possit: & quòd homo se transferens aliò mansatam amittit, ipse tamen liberabitur, vt s. ver. 8. & quòd mansata redeat ad dominū homine suo sine liberis decedente: & multæ aliæ sunt conditiones secundum diuersas locorum consuetudines, & contrahen-
38 tium pactiones. ¶ † Est autem mansata, quando dominus dat alicui mansum, cum diuersis possessionibus: & propter hoc ille facit se hominem domini, & ad certum seruitium tenetur: & talis dicitur homo de mansata, qui est homo ratione possessionum: ꝑsona tñ eius libera erit, secundum ꝯsuetudinem regni Franciæ, si dimissa māsata aliò se transferat, vt prædixi. Itali tamen, secundū quosdam, vocant homines de mansata, quasi de familia: & illi quasi pro seruis habentur: vide s. de locat. §. nunc aliqua. ver. cvij.
39 & seq. ¶ † Vigesimò quæritur, vtrùm vxor hominis mei, cum il
c lo longo tempore viuens, mea fœmina efficiatur[c]? Et videtur, ꝙ sic. nam vxor priuilegium, dignitatem & nomen recipit à viro, ff. de senat. l. j. C. lib. x. de profes. & medic. medicos. & l. fi. & C. lib. 12. de agentibus in reb. l. fi. & de priuil. scholarium, l. fi. C. de episc. & cler. l. 2. C. lib. xj. de prox. sacrorum scri. l. in sacris. extrà de foro ꝯ.
40 ex parte. 2. † Coruscant enim mulieres radiis maritorum, in auth. Col. 4. de consul. §. si verò. C. de nup. l. fi. Si igitur beneficium recepit per maritum, cur non & onus sentiet per eundem? arg. ff. de reg. iur. ex qua. ff. si quis omissa causa test. si non dolus. resp. 1. Vxor enim conditionem viri sequi debet, vt C. libr. xij. de dignit. mulieres. & C. lib. x. de inco. l. fi. & domicilium, ff. de iur. om. iu. cū quædam. ff. de iud. exigere. & quandoque vxoris minuitur dignitas per maritum, ff. de senatorib. fœminæ. & l. nuptæ. & viri carni debet participare, ff. solut. matr. si cùm dotem. quia vna caro sunt extrà de bigamis, debitum. & vna est domus viri & vxoris, ff. ad Syllan. l. j. §. si vir. & vna societas, vt C. de crim. expil. hær. aduersus & 27. q. 2. cùm societatis. extrà de sponsalib. c. 2. & vxor mei adscriptitij mea est, ar. præ. l. aduersus. & C. commu. vtriusque iud. l. possessionum. & eadem est lex viri & vxoris, vt extrà de secund. nup. c. penul. & fi. nec debet vir & vxor ad imparia iudicari, vt 32. q. j. si quis. & ext. d diuor. gaudemus. §. quia verò. in fi. Ar. contrà, quia vxor ꝑ marito non obligatur, C. ne vxor pro marit. l. 1. & fi. Item licet vxor splendeat viri fulgore, vt s. no. tamen non debet eius affici infortunio, C. de donat. inter virum & vxorem, res vxoris. extrà de consue. ex parte. extrà de pig. ex literis. Nec obstat, ꝙ mariti sui domino seruiuit: quia non vt ipsa, sed vt mariti obsequio hoc fecit: & ideo sibi non præiudicabit, ff. de offic. eius, cui man. est iur. si prætor. C. de admi. tu. cùm quidam. Super hoc dic, quòd est nō obest mulieri, quia hominis mei fuerit, vt C. de agr. & cen. l. fi. quia ex periculo viri nihil vitij vxori accidere potest, ff. de dona. inter virum & vxorem, sed & si mor. Multò ergo minus nocebit viro, quòd meam accepit fœminam in vxorem, vt
f C. de liber. & eo. lib. mulier[f]. C. de ag. & cen. l. fin. & l. ex ingenuo.
g communia de suc. ancillæ. secūdum Vber.[g] ¶ † Vigesimoprimò
41 quæritur: ecce consuetudo est in aliquibus locis, quòd mulier succedat in feudum ligium, extrà de rescr. significauit. quæritur, qualiter seruiet feudo? Dic, quod ipsa erit vasalla, & iurabit per se fidelitatem, ar. ff. de iur. om. iud. l. 2. sed seruiet feudo per substitu
h tum. nam hæc opera bene pt diuidi[h], ar. C. de cad. tol. l. vnic. §. sin
i autem. & s. ver. ix.[i] ¶ † Vigesimosecundò quæritur, vtrùm homo
42 ligius teneatur sequi dominum ad exercitum suis sumptibus? Dic

ADDITIONES

a De illo. ¶ Hanc prosequitur Mar. sub v. & Io. sub pen. ver. item si certum est.
b Locatoris. ¶ sup. qui inuecta & illata includit propria auctoritate: hoc volunt leges allegatæ.
c Poterit. ¶ sup. etiam, tamen Mar. dixit ab homine suo: suis facere quod vult al.
d Et vendere. ¶ Hæc v. Mar. Io. non facit de hoc quæstionem, sed assertiuè sic expedit, vbi s. ante finē: homo meus, qui liber est, testari potest, & me inuito de bonis legare: lege, testandi. quæ sequitur.
e Efficiatur. ¶ Hæc 7. Mar. in scriptis tamen in vero numero est 8. & vlt.
f Mulier. ¶ Hanc l. & l. ex ingenuo. statim alleg. inuenire non poteram: sed recurrens ad scripta Mar. de homicidiis, in fin. vidi, quòd hîc debet dicere C. de lib. causa: si lib. & post. l. fin. de agr. & censi. debet sequi, & C. de agri. & man. l. ex ingenuo. etiam lib. xj.
g Secundum Vber. ¶ Nescio, si etiam Vbert. scripsit hoc, sed quasi ad literam hæc est vltima quæstio Martin. de Fano.
h Diuidi. ¶ Io. cuius fuit iste ver. 3. col. ver. sed nunc quæritur. dixit per alium explicari, & meliùs.
i Ver. ix. ¶ Cessante consuetudine, si filia vniuersalis hæres petat mitti in possessionem omnium bonorum patris, & agnatus resistit de quibusdā, dicēs illa feudalia, & illa negat, mittetur in possessionem

a Dic[a], quòd si habeat pingue feudum, vel est diues, dominus non tenetur sibi facere sumptus, vt ff. de oper. lib. suo victu. & l. opera rum. §. fi. extrà de vi. & honest. cler. cùm ab omni. Secus, si feudũ est modicum, & si ipse pauper est. non enim propter modicam
b rem debet sustinere magnam exactionem[b], vt auth. de fide instr. §. vt autem. Hoc tamen potiùs dependet ex pactis in feudi cõces-
43 sione expressis. ¶† Vigesimotertiò quæritur, quid si dominus vult ire ad partes remotas: putà vltra mare ad pugnandum cum
c barbaris: nunquid homo suus eum sequi tenetur? Dicũt quidã[c], quòd si dominus est talis, qui possit & consueuerit ipse, aut prædecessores sui pugnare cum barbaris, sicut est rex Franciæ, tũc homines sui tenentur eum sequi ad instar patroni, qui operas consuetas potest indicere liberto, ff. de pig. act. vel vniuersorum. ff. de
d oper. lib. operæ[d]. & l. penult. Rex tamen tenetur eis, vel in toto, vel in parte expensas prouidere arbitrio boni viri, considerata, feudorum qualitate, ff. de adimen. lega. l. Mæuia. §. fi. Si autem sit talis, qui non possit, vel non consueuit contra barbaros pugnare, non tenetur eum vltra mare sequi, nec ipse potest tale seruitium illis iniungere, vt ff. de proc. sed & hæ. §. 2. ff. de oper. lib. quod
44 nisi. §. fi. & facit ff. de arbi. si cùm dies. §. si arbi. ¶† Vigesimoquartò quæritur: ecce Rex Aragoniæ, qui est dominus Montispessulani pro maiori parte, tenet ab episcopo, vel ecclesia Magalonensi in feudum, quicquid ibi habet, & sibi ex hoc facit homagium: episcopus verò tenet in feudum ipsam villam, quæ est in regno Franciæ à Rege Franciæ: & ei ex hoc homagium facit: pone igitur, quòd Rex Franciæ acquirit aliquo titulo dictam villam, quia fortè emit à rege Aragoniæ episcopo consentiente: nunquid
e Rex Franciæ tenebitur facere episcopo homagium[e]? Et videtur quòd sic: cùm succedat in locum regis Aragoniæ, qui homagiũ episcopo faciebat, ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. ff. de do. inter virum & vxorem, si donatæ. §. si sponsus. ff. de condit. & demonstr. filiæ. §. Titia. nam & fiscus priuato succedens præstat onera, quæ priuatus præstabat, ff. de iure fisc. fiscus. arg. extrà de statu monac. recolentes. Item res transiuit ad Regem Franciæ cum onere suo, vt s. versic. ix. in fin. Argumen. contrà, quòd non teneatur homagium facere: nam res redit ad suam naturam & statum Item quidam circulus esset, si ecclesia teneretur facere regi ho-
f magium, & rex ecclesiæ: & circuitus reprobatur à iure[f], ff. de condictio. indeb. dominus testamento. Item si Rex faceret homagiũ ecclesiæ, esset feudatarius: ita haberet vtile dominium, vt ff. si ager vectig. vel emphyteu. petat. l. j. Si autem ecclesia teneretur regi facere homagium, Rex haberet ex iure directo dominium: & sic ex duplici causa haberet dominium rei: quod esset inconueniens, ff. de acq. pos. l. 3. §. ex pluribus. extrà de fide instr. inter. prope fi. versic. vt tamen. Item si ecclesia faceret homagium regi, rex esset potior: si verò Rex faceret ecclesiæ, ecclesia potior esset rege: & sic per consequens rediretur à primo ad vltimum, quòd idem esset seipso potius: quod inconueniens esset dicere, vt ff. de diuer. & tempor. præscri. de accessionibus. Sed fit argu. contrà, ff.
g qui pot. in pig. hab. l. Claudius Felix g. Super hoc dicit quidam[h],
h quòd Rex non tenetur episcopo facere homagium: imò sibi obiiciet quasi quandam compensationem dicens, tu tenebaris mihi facere homagiũ: & Rex Aragoniæ, cui succedo, tibi: vnde volo, quòd sis liberatus ab homagij præstatione, & ego similiter: ff. si pars hæred. pet. l. j. §. penultimo, & eo ipso quòd compensationem obiicit, videtur onus subire, & homagium facere. non enim refert, quid ex æquipollentibus fiat, ff. si cert. petat. Compensa-
i tio enim & solutio ad paria videntur[i].

Alij dicunt, quòd Rex tenetur homagium facere, vt sic sibi inuicem bona fide seruiant, arg. si cer. pe. l. eius, qui in prouincia. in fi.
45 & vide de loc. §. nunc aliqua. ver. 129. ¶† Vigesimoquintò quæritur, vtrùm similis sit successio feudi cæteris successionibus? Et
k dic, quòd non[k]: quia neque mulier, neque monachus succedit ĩ feudum: licet consuetudo in plerisque locis in contrarium se ha
l beat, vt s. ver. 21.[l] Breuiter scias, quòd in successione feudi certa non potest regula dari, propter diuersas locorum cõsuetudines, & propter diuersa pacta, & conuentiones, quæ in eis apponi cõsueuerunt. nam contractus ex conuentione legem accipiunt, ff.
46 depositi, l. j. §. si conuenerit. ¶† Vigesimosextò quæritur: si ita dictum est, concedo tale feudum hæredibus tuis solùm, dicunt qui-
m dam[m], quòd non succedent, nisi hæredes de suo corpore descendentes: quia donans de illis tantùm cogitasse videtur, ff. ad Tre-
47 bellian. l. ex facto. §. fi. ¶† Vigesimoseptimò quæritur: ecce de cõsuetudine alicuius loci mulier & agnati & cognati, si non sunt proximiores, succedunt in feudum: & etiam extraneus potest hæres institui in illo: vnde secundum hoc pone, quòd P. habens vnum agnatum tantùm, decesserit absque liberis: agnatus iste succedit illi ab intestato: quæritur, vtrum iste agnatus eo ipso, quòd hæreditatem hominis mei & feudi, quod ille à me tenebat, adiuit, & per consequens feudum agnouit, videatur esse homo meus, cũ feudum sit inter res hæreditarias, & non potest pro parte hæredita-
n tem agnoscere, & pro parte repudiare? vt ff. de acq. hær. l. j.[n] & videtur, quòd non. nam aditio hæreditatis non facit hæredem possessorem: igitur multò minus faciet ipsum ab alio iure homagij possideri, ff. de acq. poss. l. cùm hæredes. Item si verũ est, quòd hoc ipso, quòd adit hæreditatem hominis mei, fit homo meus, frustra mihi postea faceret homagium, cùm amplius homo meus esse non possit, vt s. ver. prox. Ar. tamen contrà, quòd eo ipso, quòd adit hæreditatem hominis mei, fit homo meus. nam sicut ex sola aditione tenetur omnibus creditoribus hæreditariis, vt ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. 3. §. fi. C. de hær. act. l. 2. & 3. ita videtur, quòd sit mihi adstrictus iure homagij. Item eo ipso, quòd adiit hæreditatem solo animo, est hæres, vt C. de iure delib. si auia. Sed eo ipso, quòd est hæres

ADDITIONES.

☞ sionem bonorum omnium, si de feu. contro. fuer. c. 2. & dicam de hoc post Gui. de Suz. j. de test. §. pen. ad fi.

a Dic. ¶Secundum Io. in col. 4. ver. sed ponamus, feci.

b Exactionem. ¶aliàs afflictionem: & sic est ibi multiplex litera.

c Quidam. ¶Io. de Bla. & continuatur hæc quæstio s. prox.

d Operæ. ¶Hæc enim lex dicit operas patrono edendas sumptu & vectura patroni: l. pen. addit, vel tempus tantùm relinquendum liberto, quod ad quæstum alimentorum sufficiat: ad idem e. tit. l. si suo victu. cum duabus legibus seq.

e Homagium. ¶quæstio fuit Io. quam dicit se de hoc facto vidisse in ecclesia Matisconensi, & eius comitatu: quam vide in v. col. ver. se ponamus. vt vidi.

f A iure. ¶Vt in cle. de rescr. auditor.

g l. Claudius Felix. ¶Cuius casum vide in Summa dec. pen. de concess. præb. lib. 6. & ad solutionem facit, quod ibi dixi super gl. contrarium.

h Quidam. ¶Io. vt s. cuius totum fuit, quod sequitur, vsq; ad vltimam remissionem.

i Videntur. ¶de compen. l. 4. & qui pot. in pig. hab. l. 4.

k Quòd non. ¶secundum Io. in ver. ad euidentiam. & & paulò ante finem, vbi est sequens q.

ADDE, quando fœmina succedat in feudum, Roma. consil. 1. & consil. 33. Et an clericus succedat in feudo, Cald. consil. x. de feudis.

l Ver. 21. ¶Pil. q. lxxvj. tractat de filiis duobus vasalli defuncti, quorum alter vtilis, alter inutilis ad seruitium, an solus vtilis consentiente domino habere debeat feudum? quæ quæstio not. & non soluitur de prohib. ali. feu. per Fed. §. præterea. 2. Pil. & Iac. de Are. pro vtili allegant, quòd ex quo habet onus, & emolumentum debet habere, ff. de re. iur. secundum naturam. Item filius inutilis haberi debet, ac si non esset, C. de an. & tribu. l. 1. & de transa. c. 2. ver. sicut iuxta. ibi vide similia: & ff. quod cuiusque vniu. no. l. 1. §. quib. nec valet dicere, quòd per alium seruire poterit: cui respõdetur per l. vnam, C. de cad. tol. §. ne autem. Item secũdum id nullus deberet impediri feudum assequi: quia fœmina, mutus, surdus, & omnes prohibiti possent seruire per alium. Item si in tutela, vel successione vnus est habilis, alter inhabilis, defertur habili: patet primum ff. de leg. tut. l. 1. §. interdum. & si apud secundum, ff. de contra tab. l. j. §. pen. & vlt. & Inst. de succes. lib. §. sed nostra. In contrarium: quia inter liberos tales, nec apud deum, nec in iure successorio debet esse discretio, in authẽ. de mon. §. huic autem. C. fa. n. ercis. inter filios. Item afflicto compatiendum est, qui non peccauit, C. de lib. præter. l. maximum. C. de leg. hær. l. si maior. & l. pen. in prin. Pil. distinxit, an possit, vel non possit sine parte feudi sustentari? Primo casu totum habeat vtilis. Secundo casu de parte sibi aliàs obuentura assignetur, vnde sustentari possit. Iaco. dicit, secundum Oldradum & Gulielmum, ambos debere succedere: quia si ambo essent inutiles, simul succederẽt: vt quod iuris est in toto, quo ad totum, sit in parte, quo ad partem, ff. de vsuris, quid sit. & de rei vendic. de tota. dicit ipse, quòd contra hoc facit rubric. episcopum, vel Abbatem, c. 1. & de eo, qui sibi & hæred. suis ma. & fœ. inuest. accepit, ca. 1. Refert alios dicere, quòd solus vtilis succedat. pro quibus Rubrica, an mutus, vel aliter imperfectus. c. 1. satis æqua solutio Pil. poterat in his terminis tolerari, per qua facit præ. capitulum primum rubricæ, episcopum, vel Abbatem. in fine.

ADDE, an in feudis succedant mutus & surdus. Alexandr. consil. cxxxvj. j. libr.

m Quidam. ¶Io. vbi s. proximè.

n l. 1. ¶Sic formauit quæstionem Io. sub præ. ver. ad euidentiam & ver. seq. ibi, pars ipsius.

est hæres defuncti,fingitur eadem persona cum defuncto. Sicut ergo defunctus erat homo meus,ita videtur, quòd iste similiter erit,in auth.iusiur.quod præst.ab his, qui admin.accip.in prin. ¶
48 †Super hoc dicunt quidam,quòd sicut est duplex bonorū possessio,s.edictalis & decretalis,quæ sunt idem in substantia,licet decretalis plus tribuat in effectu,vt ff.de succes.edic.l.i.§.decretalis. & edictalis tempore finiri potest,vt C.qui admi.ad bon.pos.pos.
49 emancipata.†ita etiam est duplex homagium,s.edictale,siue hæreditarium:quod habet aliquis eo ipso,quòd est hæres:eo enim ipso,quòd adit hæreditatem hominis mei,repræsentat eius personam,& videtur onus homagij subiisse: & tale homagium potest finiri tempore,si domino placebit: est & decretale. nam hæres hominis mei,siue sit filius,siue alius sit, qui de consuetudine possit in feudum,& per consequens in homagium succedere,debet intra certum tempus me in dominum agnoscere, & fidelitatem præstare:& ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere, & recipiendo videor sibi ius feudi decernere: propter quod dici potest decretale: & sicut bonorum possessio non tribuit ius,nisi sub conditione,s.si ius habet is,qui eam sibi fecit decerni,ita & in hoc homagio. Vnde & si postea veniat aliquis,qui si proximior,& talis,qui possit in feudum succedere,receptio, quā fecit de primo,non præiudicat postea venienti:quia sub cōditione primum intelligor recepisse,ff.de leg.præstan.contra tab.pos. per.filium.§.si quis bonorum possessor. & ideo in curia Franciæ semper recipiuntur fidelitates & homagia,alterius saluo iure, ix. quæstione 3.saluo. Sic igitur decretale plus iuris tribuit in hoc: quia post illud non potest alius vasallus per dominum à feudo repelli:sed edictale hoc non tribuit:quia postquam est hæres hominis mei, homo meus est : tamen nisi intra certum tempus remouet homagium faciendo mihi fidelitatem, si mihi placet,feudum amittit. Bene dico,si mihi placet:quia si non placeret, non amitteret feudum:imò agerem contra ipsum,vt me dominum agnosceret:& hoc,ne ex contumelia sua, vnde puniri debet,me inuito,vt consequatur immunitatem:quod esse non debet,vt ff.de interdict.& releg.l.penult. §.fi.ff.ex quibus causis ma.si cui. extrà de rescr.ex tenore.in fi.s.ver.7.in fi. Est autem prædictum temp⁹, intra quod debet renouare,vt videtur in ascendentibus & descēdentibus,annus:si autem de collateralibus,centum dies,vt ff. de suc.edic.l.1.§.Largius.C.qui adm.ad bo.pos.possunt,l.2. Sed dic, quòd[a] annus est dies,vt libro Feud.in tit.quæ fuit prima causa
a feu.amit.circa prin.[a]Si super hoc tamen diuersæ sunt in diuersis locis consuetudines,eæ seruandæ sunt,ff.communia præd. venditor.§.si constat.lxxvj.dist.vtinam. Ex prædictis ergo patet solutio propositæ quæstionis:quia eo ipso, quòd adiuit hæreditatem hominis mei,homo meus est homagio edictali, quod potest tempore amittere,si volo, vt dixi:sed si volo,etiam post tempus co-
50 gitur subire homagium decretale. ¶†Vigesimooctauò quæritur:sed nónne satis est,si dimittit feudum,vt sic possit euitare, ne mihi faciat homagium, ad quod tenetur, vt prædixi? Respon. nō credo de rigore iuris,quia eadem persona fingitur cum defuncto:vnde sicut ille se non poterat liberare ab homagio deserendo feudum,vt arg. C. de ac.& ob.sicut in initio. C. de cond. ob causā da.l.fin.C.de iur.emphy.l.1.sic nec iste poterit: est enim contractus feudi & homagij contractus nominatus à consuetudine inuētus:vnde non est locus pœnitentiæ,vt in præ.concordan. Sed & si esset innominatus,scilicet ille, Do,scilicet in feudum, vt facias, scilicet homagium,non tamen esset locus pœnitentiæ : quia res non est integra ex parte defuncti, qui feudum recepit & homagium fecit:& licet ille homagium non fecisset,cogi tamen posset facere per actionem præscriptis verbis. C.de rerum permut.reb⁹ De consuetudine tamen quorundam locorum deserendo feudum,ab homagio liberatur,vt s.ver.7.& ver.xix.& vide s.de loc.
b §.nunc aliqua.ver.cxxviij.[b]¶†Vigesimonono quæritur, vtrùm
51 vasallus tenetur iurare fidelitatem omnibus filiis domini sui de
c functi? Respondeo,non[c]: quia non cogitur pro vno feudo plures dominos habēre, maximè in comitatibus,& marchionatib⁹, & ducatibus, qui hodie diuidi non debent:nec potest dominus sine voluntate vasalli ea alienare,vt in consti.feu.de prohib. feud. ali.per Fed.imperialem.§.præterea.& de feu.sine culpa non ami.
52 §.scimus.ver.vel si qua. ¶†Trigesimò quæritur, vtrùm homo, siue vasallus possit vendere feudum domino irrequisito? Dic, quòd
d non[d],arg.C.de iur.emphy.l.fin.ext.de locat potuit. Si autem dominus post requisitionem emere nolit, tunc poterit alteri venderere,dum tamen vendat homini suæ conditionis,vel melioris vt si sit nobilis,vendat nobili. si enim vendit burgensi,siue ignobili,non tenetur dominus illum recipere in hominem suum, præsertim si feudum sit nobile: imò poterit occupare feudū,vel saltem poterit eligere venditorem adhuc esse hominem suum. nā per subrogationem burgensis non videtur ab homagio liberatus,ar.C.de contrahen.& com.stipul. veteres. ff.de duobus reis, nemo.C.libro xj.de fundis limit. l. 2. & sic in plerisque locis seruari videmus. De rigore tamen iuris videtur,quòd inuito domi-
e no,etiam emere nolente,non potest feudum alienare[e]. si enim hoc posset,per consequens posset alium in homagium subrogare: quia emptor feudi in homagio subrogatur, cùm res in eum transeat cum onere suo, C.sine censu,vel reli.l.2.& s. ver.ix.in fi. quod esse non debet.nam tenetur præstare operas,quæ in faciendo consistunt,s.iuuare dominum contra inimicos,& similia:in quibus non videtur,quòd alium valeat subrogare,vt ff. de sol.inter artifices. Descendentes autem de corpore suo, vt filios & nepotes,bene potest subrogare:& hoc de homine ligio, & vide j. ver.
53 38.¶†Trigesimoprimò quæritur, vtrùm vasalli possint diuidi? Et videtur, quòd non, arg.ff.fam. ercis.quendam.in fi.& ff.de iure pat.l.fi. Dicunt quidam,quòd vasallorum diuisio non possit directè fieri,sed bene per consequentiam:quia domini diuidunt īter se feuda:quod eis licet, cùm habeant dominium directum, ar.ff. vsuf.quemad.ca.si serui.quædam enim conceduntur per consequentiam,quæ directè non concederentur,vt ff.de prob.cùm probatio.
54 ¶†Trigesimosecundò quæritur, vtrùm vasalli possint feuda inter se permutare? Et videtur,quòd non : quia vasallus a-
f lienare non potest,vt s.ver.xix.[f]ergo nec permutare : quia sub alienationis verbo continetur vt extrà de reb.ecc.non ali.nulli.ff. ad l.

ADDITIONES.

a Circa princip.¶Si minor 25.ann.filius vasalli intra annum & diem non petiit inuestituram à domino, vel mortuo domino intra idem tempus non petiit ab eius hærede,vt ibi j.resp.vel interpellatus neglexit,vt ibi j.resp.an restituatur,vide per Host. in Sūma,§.quibus modis.ver.sed nunquid.gl.in l.imperialem.§.præterea.j.tenet,quòd sic,sub dubio fortè.Iac.ibi simpliciter. Item vidi dubitari:si mortuo vasallo eius filius non petita inuestitura decimo mense decessit relicto filio adulto,an iste nepos habeat solū residuum anni,an integrum annum? videtur tempus patris sui in suo anno non computandum:quia non venit ad feudum ex sua persona, sed à lege : quia filius, sicut nec admittitur ad paternam militiam iure paterno,sed munificentia principis,quia filius, ī auth.de exhi.& intro.reis,§.optimum.sic ēt, quia non venit ad ius patronatus iure paterno,sibi non nocet, quòd ipsius pater accusauerit libertum aui sui,ff.de iure pa.diui.§.si pater. Sic igitur hîc negligentia patris non nocebit,nec illius tempus sibi imputabitur: facit ff.de in ius voc. adoptiuum.§.fi.
ADDE Alex.cons.lxxix.& seq.j.lib.& cons.cxxxiiij.e.lib.
b Ver.cxxviij.¶Vide,quod ibi plenè dixi.
c Non.¶Secundum Host.cuius fuit iste versi.in Summa, §.fi.ante fi.ver.sed nunquid tenebitur.sed ibi Accu. arguit contrarium,ff. de vsufr.si cuius rei.§.j.allegat tres leges:facit etiam.l.1.ff.de ven. inspic.§.quamuis.in fi.pro Gul.facit ff.de exhær.lib.l.2. & est expressum in §.præterea.2.inferiùs alleg.& tenet ibi gl.quòd vasallo dabitur electio,cui iuret ex dominis:debitor enim est : alleg.l. plerisque.§.fi.ff.de iure dot. Quod ibi Iac.putat verum , nisi in diuisione ad vnum ipsorum peruenerit,vel aliter inter cos conuenerit,quòd vnus haberet:allegat ff.fam.erciscun.l.2.§.fin.& l.planè.& l.puto.§.j.communi diuidun.l.communi.diuidundo.§.1.
d Quòd non.¶Secundum Io.in vltima col.versi.item homo non potest.& seq.
e Alienare.¶Et hanc rationem inducit Azo in quæstione,qua quæritur,an possim vasallum, vel hominem meum inuitum alij delegare,vel in alium transferre. Nam , vt dicit, cùm vasallus inuito domino non possit vendere feudum,ne vni parti liceat, quod alteri non licet,facit C.de fru.& lit.expen.l.fi. non debet licere domino eum alienare:& videtur expressum de prohib.ali.feud.per Fed.§.præterea.2.in fi.& incipit,quæritur,an dominus rex.& Dy. idem ff.sol.ma.l.2.nisi casus necessitatis immineat: quia tunc sibi non expedit vasalli seruitium ff.de oper.lib. patronus.& l.medicus.& vide Cy.C.de don.l.j.de obligatione quæritur, cùm vasallus feudum pignorare non possit,vt in c.imperialem.in princ.an dominus sine consensu vasalli obligare possit proprietatē suam & tenet gl.1.in d.c.imperialem.quòd sic:idem ibi Iaco.quia non est prohibitum:alleg.ff.de pig.act.tutor.in fin.& C.de vsufru.l.2. vbi tenet idem Gui.de Suza.ita tamen,quòd per id non sit vasallus obligatus creditori:alleg.l.si quis arbitratu.ff.de ver.obl.
ADDE,an dominus possit vasallos inuitos delegare,vide Ro.cō sil.ccccix.
f Ver.xix.¶Vide,quòd dixi s.ti.2.§.fi.super ver.lxxxvij.
ADDE,an feudum possit diuidi, Ale.cons.lx.2.lib. Ab.cons.3.2. lib.vbi multas q.vide ad præcedentia & sequentia, & per Pau. de Cast.cons.lviij.& cliij.

ad l.Fla.de plag.l.lex Flauia.ff.de lib.causa,rectissimè.& l.in tantū & l.seq.C.de præd.minor.non solùm.ff.de iure dot.Titia cum esset.in prin.Ar.contrà C.de prædiis curi.l.3.[a] ¶† Trigesimotertiò
55 quæritur, vtrùm possit diuidere? Et videtur,quòd non:quia diuisio vicem emptionis obtinet,vt C.communia vtriusque iu. l.1. ff.communi.di.l.3.& permutationis, vt ff.fa. ercisc.l.si filia.§.si pater.Et hæc vera sunt de feudis non prouenientibus hæreditario
b iure[b]. ¶† Trigesimoquartò quæritur,vtrùm feudum iurisdōnis
56 diuidi possit[c]? Et videtur,quòd nō,ad exemplum seruitutis, quæ
c diuidi non potest,vt ff.si quid in frau.pat.l.j.§.quamuis.& ff.fa.er. hæredes eius.§.an ea.ff.de ver.obl.l.2.& l.stipulationes non diuiduntur.ff.si serui.ven.loci corpus.§.si fundum.in fin. Dici tamen posset,vt diuidi possit,ad exemplum vsusfructus,nisi sit feudum iurisdictionis marchionis,vel ducatus,vt in præ.c.imperialem.§. præterea.& facit ff.si serui.ven.& si fortè.§.si ædes.& arg.ff.communi di.l.communi diuidundo.in §.si duo.& §.cùm de vsufruc. ff.ad l.Fal.l.1.§.si vsusfruct⁹.& l.si vsusfructus.ff.de accep.l.&per
57 iusiurandum.§.j. ¶† Trigesimoquintò quæritur,vtrùm inter dominum & vasallum possit cōmuni diuidundo iudicium intentari? Resp.non,cùm nulla sit communio inter eos,vt ff.de reb⁹ eor
58 qui sub tut.& cu.sunt,magis.§.fi.& l.fi. ¶† Trigesimosextò quæritur,vtrum ius accrescendi locum habeat inter plures vasallos eiusdem feudi? Resp.aut ab initio fuit vni tantum data res in feudum:& ille feudatarius decessit pluribus in feudo relictis:& tunc secundum Odof.locum habet inter eos ius accrescendi, si fortè alter eorum feloniam cōmittit,& propter hoc portione sua priuatur,vel alio modo desinit pars eius. Aut ab initio fuit pluribus data in feudum,& tunc vno illorum perdente, redit ad dominū portio illius,nec accrescit aliis. Et est ratio:quia cùm pluribus defertur hæreditas,vel bonorum possessio,si alter repudiat,cæteris accrescit portio eius:quia nunquam agnouerat repudians.si eñi agnouisset,non repudiasset,nec locus esset iuri accrescendi. Sed hoc fallit in pluribus fructuariis,vt ff.de vsufr. accrescendo, l.j.§. interdum.& in donatione principis,vt ĩ,de do. ver. quid si pluribus.Cùm autem pluribus feudum datur,cuilibet sua portio quæ
59 sita est:& ideo aliis non accrescit. ¶† Trigesimoseptimò quæri-
d tur:quid si vasallus decedit relicto filio[d],qui vult feudum habere & paterna bona repudiare:vel econuerso,illa habere,& feudum repudiare? Et videtur, quòd non possit,vt C.de iure delib. quidā eulogio.in fi.& C.lib.xj.de omni agro deser.l.hæredes. De consuetudine tamen plurium locorum hoc potest,si est filius: si aūt sit agnatus,non potest,vt in lib.Feud.de vasal.qui feu.ali. ca.1.&
e de suc.feu.c.j.[e] ¶† Trigesimooctauò quæritur,an vasallus possit
60 dare alij in feudum,quod ipse habet in feudo? Et dicūt quidam[f],
f quòd sic,arg. C.si pignus pig.datum sit,l.j.in prin. tamen secund⁹ vasallus tamdiu habebit feudum,quamdiu vixerit primus vasall⁹ vel eius filij,quia vasallus non potest aliter alteri dare in feudum quàm ipse habet,vt in lib.Feu.lege Corradi,de beneficiis.& 1.q. 7.Daybertum.& vide s̃.ver.30.Et quòd feudatarius possit alij infeudare,probatur in lib.Feu.in const.si clientulus.& in const.imperiali.aliàs autem non potest dare,vel alienare,vt ibi,&extrà de feu.c.j.extrà de constit.quæ in ecclesia.& in dotem pro filia,vt e.
g xtrà de do.inter virum&vxorem,nuper[g]. ¶† Trigesimonono q̃
61 ritur,qualiter reuocetur feudum ad primum dominum? Dicūt quidam, quòd per mortem primi vasalli sine liberis decedentis fit præiudicium secundo.Alij tamen dicunt contrà,vt no.in Summa in ti.de feu.Si autem primus renunciat, non fit præiudicium
62 secundo,vt dicunt. ¶† Quadragesimò q̃ritur: ecce P.tenens ab aliquo quædam bona in feudum,commisit crimen læsæ maiestatis contra principem illius patriæ,vel aliter factus est eius proditor,vel rebellis,propter quod oīa ipsius bona publicantur: quæritur

quòd deterior est conditio filij,quàm agnatorum. Et ratio: quia agnati potiùs legis,vel principis prouidentia,quā iudicio,vel voluntate defuncti ad feudum perueniunt.quæ ratio cessat in filio. Item fortiùs ad debita paterna tenetur filius,quàm agnati:meritò igitur isti permittitur, quod illis negatur. Scire debes, quòd ista est materia brocardica:de qua Azo ĩ rubrica,qui repudiat hæreditatem,cui videtur,quòd de iure communi repudians hæreditatem,potest feudum retinere,in auth.ex exhib.reis,§.optimum de moribus feudorum secus.Vnde Dy.suo secundo consi.tenuit, ꝙ pactum de diuidenda hæreditate certo modo,non cōphendit feudalia,per præ.c.agnatus.in quantum loquitur de agnato, & per l.ff.de acq.hære.pro hærede.§.si quid tamen.& vide,quod no.ff.de pet.hær.item videndum.in fi.Ia.de Bel.& remittit ad Iac. Vero.rub.generali de success.feudi, in rubricella, nunquid repu. hære.possit feudum retinere,vbi alleg.vltra 30.iura pro parte filij,vt repudiata hæreditate possit feudū retinere, si in inuestitura sit adiectum,ꝙ fiebat patri & liberis.Recitat etiam ibi dictum Bu. & Dy.hoc procedere,cùm feudum est auitū vel ꝓauitū,vel,vt dixi paternum pro se & liberis concessum. Dicit tamen in fine, valde æquum videri,ꝙ qui noluit patris esse hæres,vt beneficiū aui consequi possit:quod consequi debet mediante patre, etiam legis beneficio:alleg.in auth.de nup.§.si quis enim ex eis.ff. de bo. lib.si ex patronis.§.Iulianus.& quia quis in beneficio & honore succedens,successor est patris,& non aui,remittens ad ea, quæ ĩ eadem Summa dixerat,ver.sed nūquid nepos.Vnde cùm c. agnatus.generaliter de filio loquatur,& in quantum ponit de iure agnatorum,loqui videtur de feudo antiquo,cùm nouum non aperiatur agnatis,vt rubrica,si vasallus feu.pri.cui debeat deferri,c.vno,videtur indistinctè de quolibet feudo intelligendum,ꝙ repudiet aut vtrunq;, aut neutrum:facit tamen illud c.quòd consentientibus agnatis dominus posset illum quasi de nouo feudo inuestire:& tunc hæreditate repudiata feudum poterit retinere nullo sibi onere hæreditario imminente. Nec putes, quòd omni casu quo vasallus perdit feudum, in retradendo requiratur consens⁹ agnatorum.Distinguitur etiam nouum à paterno: & quomodo sumatur paternū in hoc casu,habetur in rubrica de grad.suc.ĩ feudum, c.j.ibi,quod ita,& cætera.& de natura successionis feudi,c.j. ibi,paternam quidem voco,&c.Et breuiter venit per modum stipitis,vt propagati à patre feudum habere dicantur agnati, reliq non.In perdendo autem,vel causis perdendi non distinguimus nouum à veteri:sed cui perditum aperiatur,hîc est distinctio : q̃a si nouum est,indistinctè ad dominum,vt s̃.si antiquum, & ꝑditū propter offensam in dominum,indistinctè aperitur dño:& dr̃ Offensa in dominum,quando contemnit petere inuestituram ĩtra annum & diem:& ideo aperitur domino,vt in l.imperialem.§.ꝑterea.Idem his casibus,cùm feudum aperitur domino,planum ē, si dominus vellet facere gratiam perdenti, agnati requirendi nō sunt,cùm nil illorum intersit.In casibus ergo,in quibus aperitur agnatis,consensus illorum requiritur:& sic loquitur præ.ca.hoc etiam patet rubrica,quæ fuit prima causa benefi.amit.in §.pen.& vlt.& si de feu.contro.fuer.c.si vasallus.

ADDE,an filius repudians paternam hereditatem,admittitur ad feudum.Alex.cons.cxxvij.4.lib.&cons.lvij.e.lib.Bal.cons.cccxx. 1.lib.

f Quidam. ¶Pileus,cuius dictum plenè exponit Host.in Summa, & e.ti.§.quid hodie.ver.sed an possit.vsque in fin.& multùm plenè tractat hoc G.de capitulis Corra.l.i.§.j.& Pileus, Azo, Iac.Vero.v.char.quando feu.infeudare possit.

g Nuper. ¶Hîc vide,quod dixi s̃.ti.2.§.fi. ver.cix.Redeūdo ad principale dictum:pone:primus vasallus infeudat secundo,& secundus tertio, & tertius illud vendit ꝓ allodio: quæritur, quis illud reuocet,& vendicet? an primus,vel secundus? dubitatur, & not. de hoc in c.imperialem §.illud.Pro primo inducitur ff.de ser.expor.l.pe.& ibi de hoc per Vb.qui inducit etiam ff.de acq.pos.qui vniuersas.de contrah.empt.si quis sub hoc pacto.de vi & vi ar.l. cùm à te.de relig.& sump.fu.l.ossa.§.fi. de pet.hæ.sed & si lege.§. si autē.& de bo.pos.secundum tab.l.2.§.fi.C.de acq.pos.l.vlt.Pro vltimo inducit ff.pro socio.nam socius.ff.de lib.ag.si quis à liberti liberto.& tenet hanc partem per dictum §.illud.dicens, quòd ibi videtur quasi casus:sed ibi gl.plus accedit ad primum: & apertiùs de lege Cor.§.si mulier in fi.& Iac.de Bel.vtrobique tenet id præcisè hac ratione:quia primus habet directum dominium : secundus verò dans,vel quis vlterior nullum dominium habet:& sic eis reuocatio,vel vendicatio non congruit.vtile enim datum non remanet penes dantem,quia non diuiditur,C.fa.erc.ea,quę ff.si ag.vec.l.j.& ij.& immediatè.

ADDITIONES.

a l.3. ¶lib.x.q curiales non possunt vendere immobilia,vel rustica mancipia sine interpositione decreti,tamen possunt donare & ꝑmutare.Dicit ibi gl.quòd illud specialissimum contra regulam, cui ius.ff.de reg.iur.& rationes specialitatis vide.

b Hæreditario iure. ¶Innuit illa,quòd possunt.

c Possit? ¶Vide,quod dixi super rubr.ad finem ver. non omittam.

d Filio. ¶Hærede ex testamento,vel ab intestato.

e c.j. ¶Directè ꝓrium dicitur in rubrica,an agnatus,vel filius de functi,&c.& c.i.&idem habetur de filio cap.qui curiam vendidit,c.filius.& sic ponit Host.Summa in fi.ver.penul.& capita, quæ allegat auctor,non probant.Ad id autem,quod dictum est,respōdet

ritur,ad quem dicta feudalia bona peruenient, vtrùm videlicet
a ad principem, an verò ad immediatum dominum feudi[a]? Super quo quidam consulti,responderunt, quòd illa publicari non debent,nec ad principem,sed ad dominum redibunt,qui alieni criminis infortunio ius suum perdere non debet, vt C. de donat. inter virum & vxorem.l.res.in auth.Col.ix.de eccl.ti.§.si quis in sua.ff.de public.& vec.l.cotem.§.dominus.ad hoc etiam facit C. de inof.test.si quis in suo,C.de pœnis,sancimus.extrà de his,quę fiunt à maio.par.cap.quæsiuit.lvj.distinctione, satis peruer. extrà
63 de constit.cognoscentes.¶†Alienatio enim in potentiorem prohibita est,ne domini conditio durior fiat,vt C.loc. & con. curia. & l.milites.ff.de alie.iud.mu.causa fa.l.j.extrà eodem,capit. 2. At princeps intelligitur esse potentior,tum ratione excellentię suæ tum quia multipliciter priuilegiatus est, 16.quæstio.2. visis. ver. humanum est,&c.ff.de alien.iu.mutandi cau. fa.l.3.resp.j.Item si serui,vel filiifamiliàs militis ob eorum delictum bona publicantur,peculium serui domino,vel castrense peculium filiifamiliàs patri auferri non debet,vt C.de bonis dam.l.j.in princip.& l.si filius.ad idem C.de epis.&cle.si quis presbyter.Liberti quoque bonis publicatis ius patroni non intelligitur esse publicatum, ff.de bonis lib.si in libertum.& ff.de bonis damna.l.fi.§.j.hoc etiam bene probatur in auth.Col.ix.de alien.& emphy.§.j.in fi.§. vbi dicitur,quòd si res ecclesiastica in emphyteusim cōcessa aliquo modo peruenerit in imperialem domum,aut in aliquam curiam,ec clesia.quæ illam concessit,poterit eam intra biennium recuperare. Alij verò responderunt, quòd bona huiusmodi publicari, & ad principem venire debent:pro quibus facit C.ad l.Iul.maiest.l. pen.& fi.ff.eo.l.fin.in auth.Col.ix.vt nulli iud.in fi.Cùm enim omnia à principe descendant,vt 8.distinctiōe,quo iure. C. de quadri.præscr.bene à Zenone.non est mirum, si huiusmodi bona propter delictum contra eum commissum reuertantur ad ipsum:quia res de facili ad naturam suam reuertitur,vt ff.de pactis,si vnus.§. sed si pactum. Nam & si mater rogata restituere post mortem suam filio hæreditatem, condemnatur, & eius bona omnia publicantur,bona ipsa peruenient eauiuente ad fiscum,non ad filium, ff.de iure fisc.l.Statius.§.finali. Tertij dixerunt, quòd princeps tenebit feudum illud, donec ipse P. naturaliter vixerit, vel saltem quamdiu debuit ille tenere:postea verò ad dominum redibit, argumen.ff.de legat.2. peto.§.prædium.& in lib.Feud.de capitulis
b Cor.cap.fin.[b]in authen.vt nulli iud.§.quia verò. ff. de vsufructu leg.vxori vsufructu villæ.& medio tempore seruiet per substitutum,C.lib.x.de decur.nullus,qui nexu.C.de episc.& cle.ad similitudinem.& l.si quis.Ego dico,quòd ius in re ipsi P.comperens,vi
c delicet vtile dominium,publicari[c]&ad principem peruenire debet,directo dominio apud immediatum dominū feudi,sicut priùs,manente.arg.ff.de dam.infec.si finita.§.si de vectigalibus.ver. sed decernendum,&c.Veruntamen quia non expedit domino feudi habere principem & dominum suum in vasallum nec etiā debet quis effici inuitus socius,cui non vult,ff.pro socio, l.actione.§.societas.nec decet principem huiusmodi tributaria bona,& quæ alteri seruitium debent,tenere:imò,secundum legem Caroli,vasallus alterius non potest fieri princeps,quia per consequēs oporteret eum seruitii debiti onus subire,vt ff.de iure fisci,fiscus. nec seruire posset per substitutum,vt C.de decur.l. ς.quia tunc ipsemet seruire intelligeretur,vt ff.de vi & vi ar.l.j.§.deiecisse.extr. de resti.spol.cùm venisset.feudum vendi debet, & princeps partem de pretio pro æstimatione vtilis dominii capiat,& dominus aliam partem pro æstimatione directi,per l.ff.de lega.2. qui solidum.§.1.ad idem ff.de rei ven.l.item si verberatum.§.1.& §.fina, ff.locat.si fundus.respon.1.ff.de euic.l.Lucius.Nam fiscus vendere potest rem,quam cum alio communem habet, partem pretij alteri restituendo pro rata,C. de commu.rerum alie.l.2. C.lib.x. de ven.rerum fisc.cum priua.commun.l.vnica : vel saltem princeps det,vel vendat illud vtile dominium tali , qui velit & possit domino directum habēti seruire,iuxta conditionem ipsius feudi vt in lib.Feu.de capit.Cor.c.ex eadem lege.Sed contrà in li. Feu. de prohib.feud.al.in const.imperialem,§.illud.vbi dicitur,quòd feudalia committuntur immediato domino feudi. Sed illud intelligendum est secundum præmissam determinationem:vel intelligitur de offensa contra alium superiorem dominum , quàm principem, commissa: quia quod ex eo patet:quia innuitur ibi, quòd vasallus potest inferiorem dominum contra maiorem iuuare:quod de principe intelligi non potest, qui in omni fidelitate excipitur,vt ibi dicitur in fi.& extrà de iureiur.venientes.Item contrà:quia cùm feudi alienatio prohibi a it,vt in præ. const. Imperialem.resp.j.extrà de loc.c.fi.non videtur,quòd propter delictum possit feudum in principem alienari.Sed dic, præmissa & similia iura loqui de voluntaria àlienatione,quę dum prohibetur necessaria intelligitur permitti,ff.fam.ercis.alienationes.& ī prę. §.prædium l.peto.de leg.2.sicut aliàs fundi dotalis alienatio prohibita est,vt Inst.quibus al.licet,circa prin.C.de rei vxoriæ ac.l.vnica, §. & cùm lex.& tamen necessaria illius fundi alienatio permissa est,ff.de fun.do.l.j.Idem quoque iuris est in crimine incestᵘ & hæresis,& aliis,quod in crimine læsæ maiestatis dixi,vt videlicet ius domini feudi debeat illæsum seruari,vt extrà de hære. excommunicamus,j.§.moueantur.in fin.Regulariter tamen bona damnatorum de iure non publicantur,vt in auth. Col.ix. vt nulli iud.§.fina.Non interest etiam,quo ad præmissa,siue res confiscata sit feudalis,siue emphyteuticarię,siue libellariæ conditionis vt probatur in lib.Feu.de feudo non habente prop.feudi natur. cap.vnico:nam huiusmodi contractus eiusdem naturæ sunt, vt no.C.de sacrosſ.eccl.auth.ingressi.& habentibus bona ex eis vtiles competunt actiones, vt s.de loca.ver.xlv.Ar.tamen contrà, quòd aliud sit in aliis contractibus, quàm in feudali, C.de falsa
d mon.l.j.§.domus.& in libro Feudorum, de alien.feud.c. 1.[d]

For

ADDITIONES.

a Feudi. ¶De confiscatione,quæ fit per statutum,tractat Guido de Suz.in suis quęstionibus statutorum,ante fi.&C.de bo.lib.l.1. recitat primam opinionem,sed tenet tertiam in quæstionibus, & concor.Gul.

ADDE,an feudum veniat in publicatione bonorum,Alex. consil.23.& xxix.j.lib.

b c.fi.¶Vbi dicitur,quòd si prælatus ecclesiæ habentis feudum delinquat in dominum,reuertetur feudum ad dominum illo viuente:quo mortuo,vel remoto, redit ad ecclesiam.

c Publicari. ¶An vasallus habeat vtile dominium, disputat Hostiens.in Summa, §. quod ius acquiratur. accedit, quòd habeat.

d c.1.¶§.domus.Dicit.quòd domus,in qua fabricatur falsa moneta,confiscatur,si dominus erat præsens:&hoc propter eius negligentiam,vel incuriam : & sic ex propria culpa,nec ibi dicitur domum fuisse feudalem:c.primum permittit partem feudi dari in libellum.Est sciendum,quòd in emphyteusi fuit hæc qō multum agitata in partibus Gallicanis,in his terminis: clericus tenēs rem in emphyteusim à domino temporali habente plenum dominium in loco,vbi erat emphyteusis,damnatus fuit per episcopum suum pro graui crimine, pro quo episcopus bona illius episcopatui applicauit : dominus temporalis dicebat illa ad se spectare, Pro episcopo allegabatur, quòd res sequitur conditionem personæ,C.de impo.lucra.descrip.l.1.lib.x.in auth.de ec.ti.§.ad hoc. facit de iure patro.c.vno,lib.6. creauit dominus res propter homines,non econuerso,ff.de vsur.l.in pecudum.& scripsi de vsur. in c.salubriter.super 2.gl.Item minus dignum sequitur, quod est dignius,de consec.ec.vel altar. quod in dubiis.Cum ergo clerici cū suis rebus sint de foro ecclesiæ,& res ipsorum gaudeant priuilegio ecclesiarum, 12.q.1.ecclesiarum seruos.xvj.q.1.similiter.ergo episcopus iurisdictionem habens in rebus clerici, sicut in persona,res potuit applicare accessorias damnationi personæ: facit de reg.iur.accessorium.libro 6.cum concor. Ad contrarium dicitur esse casus C.de exac.trib.l.fin. lib.xj.& de vect.& commis.l.ex præstatione.Item ad hanc partem facit xj.q.1.cùm ergo.cum capitulis seq.8.dist.quo iure.Item non personarum,sed rerum habetur consideratio in iurisdictionibus,C.de an.& tri.l.3.Item coram domino feudi quæstio feudalis etiam inter clericos tractari debet,de fo.comp.ex transmissa.& c. seq. Et si de crimine clerici actum & pronunciatum sit per iudicem ecclesiasticum,executio in temporalibus debet fieri per dominum temporalem, C.de episc.aud.auth.si quis.Nec est nouum,quòd vnus exequatur sententiam alterius,de foro comp.postulasti.Item feudum ecclesiasticum damnato laico per iudicem secularē reuertitur ad ecclesiam, de pœnis,in quibusdam.& c.felicis.libro vj.Sic ergo erit econtrà,vt damnato clerico per ecclesiam,feudum reuertatur ad domino temporalem, à quo tenebatur, vt contra se recipiat ecclesia,quod recipit pro se,4.quæstio.3.si quis testib.Inducebatur in facto generalis consuetudo regni Fanciæ,quòd bona mobilia clericorum damnatorum applicantur episcopis, immobilia dominis temporalibus,à quibus tenebantur pro qua seruanda inducebatur ff.de legib.l.minimæ.ff.de sep.viol.l.2.§.diuus.in fine, & C.de emancipat.l.j.& vltima C.de diuers. offic. l.viros. libro 12. Sic & lex Federici distinguit inter res mobiles & immobiles, de

pace

¶Forma autem iuramenti, quod vasallus domino præstat, habetur 22.q.vlt. de forma. & in lib. Feu. qualiter vasal. iurare debet, cap. j.

64 ¶† Hodie Prælati, Comites, Barones & milites imperij iurant Imperatori in hac forma:

FORMA. Ego talis iuro fidelitatem domino meo, vel vobis domino Imperatori, & vasallagium: & suis, vel & vestris successoribus nō ero in facto, dicto, seu cōsilio, quod personam, aut vitam, aut membrum, aut honorem suum amittat, aut quod mala captione detineatur: & si ad meā notitiam peruenerit, quòd aliquis aliquid prædictorum contra dominum meum vellet committere, pro posse meo disturbabo: alioquin quā citiùs potero, vel per me, vel per meum nuncium, vel per literas meas sibi nunciare curabo. Imperium, quod habet, & terram pro posse meo manutenere iuuabo, & defendere, & aliam terram acquistare: & consilium, quod à me petierit, fideliter sibi secundum à deo mihi datam prudentiam, dabo: secreta mihi ab eo commissa nulli sine sui licentia manifestabo: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta dei euangelia. Hæc forma satis colligitur ex præd. capi. de forma. & extrà de iureiur. ego

65 ¶† Eodem quoq; modo iurant Barones Comitibus: & milites Baronibus: hoc excepto, quòd omnes isti iurant homagium salua fidelitate Imperatoris: prædicti verò iurāt Imperatori ligium ho

66 magium, vt s. ver. & no. ¶† Porrò in regno Franciæ faciliùs se expediunt. nam nobilis homo flexis genibus coram Rege & immissis manibus iunctis intra manus regias, sibi fidelitatē iurat, & homagium facit: & rex illum ad osculum recipit, vt s. in principio. Si verò sit ignobilis, licet habeat nobile feudum ex regia permissione, non recipitur ad osculum. Sed & prælati habentes stolam ad collum euangeliis ante illos appositis promittunt fidelitatem, vel homagium, vel etiam vtrunq; faciunt, prout feudi conditio, seu natura requirit: & sic ex chirographis, seu priuilegiis ecclesiarum suarum facere tenentur, xciij. dist. iuxta. & extrà de stat. mona. c. re

67 colentes. extrà de simo. ex diligenti. ¶† Et no. [a] quòd vasalli Co

a mitum, vel Baronum Imperij tenentur dominis suis in sex obedire & seruire propter feuda, quæ ab eis recipiunt. Primò pro exercitu Imperatoris tenetur cōferre vasallus secundum qualitatem & quantitatem sui feudi. Secundò pro corredo imperiali, vt videlicet quando imperator transierit per illum locum, cōtribuat in sumptibus eius: & in his duobus casibus seruit vasallus pro curia: in quatuor verò sequentibus seruit pro vtilitate domini. Tertiò pro filia maritanda. Quartò pro se, vel filio milite faciendo. Pro filio autem vxorando non confert vasallus. & est ratio: quia tunc dominus recipit, & fit ditior: sed quando maritat filiam, tunc dat de suo, & sic fit pauperior, ideoq; vasallus tūc de iure conferre tenetur. Quintò si dominus captus est, tenetur conferre pro eius redemptione. Sextò pro emēda aliqua terra. In primis autem duobus casibus regem, seu imperatorem tangentibus, nō potest dominus liberare vasallum. In quatuor verò sequentibus sic: quia eum principaliter tangunt. Sed & si dominus in aliis, quàm in prędictis sex, vel etiam illis sex vltra qualitatem & quantitatem feudi sui velit grauare vasallum, sicut censitus directò intentato officio iudicis, vt releuetur ab illo onere, ita & vasallus vtiliter iudicis officium intentabit: ideò dico Vtiliter quia vasallus non est censitus: & sic, cùm verba deficiant, sententia locum habet: ideo datur officium iudicis vtiliter, arg. ff. si quadru. paup. fec. dic. l. penul. ti. ff.

b de iurisd. om. iudic. si quis id. quod [b]. & concipitur libellus, vt j. de censi. §. nunc dicendum. versi. sæpe. & seq. Quòd si vasallus in his obedire recusat domino, concipitur libellus contra eum, vt s. de

68 maior. & obe. versi. eodem modo dominus. & j. §. proxi. ¶† hoc etiam no. quòd licet iurans prælato & eius successoribus fidelitatem, & homagium faciens, non cogitur iurare, vel facere successori, (quod dic, vt extrà de iureiur. veritatis.) hæres tamen feudatarij, vel filius mortuo patre debet iurare fidelitatē domino, vt probatur in lib. Feu. in constit. Federici. §. præterea. Petens ergo iuramentum à fidelibus ecclesiæ, cautè faciat sic iurari.

FORMA.

ADDITIONES.

☞ pace tenen. §. si pacis violator. facit ad casum ea. l. §. si clericus. & C. de epis. aud. l. addictos. & quod ibi not. scilicet clericum puniri in patrimonio per iudicem secularem. Et ad illam distinctionem bonorum mobilium ad immobilia, facit extrà de testam. ad hæc. & c. relatum ii. §. licet. C. famil. ercisc. und. l. filius. j. respon. & ver. prædia. de imp. lucrat. descrip. l. j. libro x. ff. de supel. leg. ii. Item sciendum duplicem esse confiscationem: vnam extraordinariam, s. in casibus non expressis à iure, quæ conceditur illustribus in summa potestate positis, C. ne sine iuss. princ. lic. consis. l. vna. Alia est ordinaria, scilicet in casibus expressis à iure, vel consuetudine, vel quod vicem iuris habeat: & hanc facit quisque iudex habens merum imperium. Secūdum leges videtur, quòd iudex secularis, cuius propriè est territorium, habeat tales sententias exequi, C. de epis. aud. auth. si quis litigantium. sumpta de Corpore de sanctissimis epis. Si hoc verum esset in omni ciuili, fortiùs in casu proposito, cùm ab ipso tēporali dño res teneat in feudum, vel emphyteusim. Nec est i[illegible] priuū quod vnus habeat onus, & alter cōmodū, vt patet. ff. de leg. 3. l. his verbis. §. fin. Concluditur ergo, quod domino, de quo queritur, qui duplex ius habet, s. iurisdictionē territorij, & directū dominiū rei emphyteuticæ: & sic duo ipsius iura & vincula vincāt vnicum episcopi, quod habebat in psona, Inst. de adopt. §. ij. C. eod. tit. cū in adoptiuis extr. de iure patro. suggestū. in fine. Videmus etiam, quod si pupillus sub diuersis iudicibus habet bona, alter illorū de bonis in alterius territorio sitis non ordinat, sed de suis tm, ff. de excus. tut. l. iurisperitos. §. j. & nor. eo. tit. non solùm. §. & qui in testamento. & C. vbi pet. tu. l. j. per quæ iura probari videtur, & bona condemnati applicentur domino, sub cuius iurisdictione sunt, non condemnati: ad idem decre. de fo. comp. Romana. §. contrahentes. & quod ibi scripsi super ver. decernere. De dānato de hæresi. satis scripsi de heretic. cùm secundum. lib. vj. in gl. mag. Inducitur etiam, quòd feudales & emphyteuticę res ita sunt conditionatæ, quod in ecclesiam (quæ perpetuò viuit, de rescr. si gratiosè. libro sexto) transferri non possint. De feudo datur plena remissio s. ver. xix. ver. sed nunquid feud. De emphyteusi vide s. de locato, §. vlt. ver. cxvj. & seq. & vers. cxx. & cùm res prohibetur in alium transferri, etiam per publicationem bonorum ad id perueniri non poterit, ff. de fideicommis. liber. l. cùm verò. in prin. Item constat, quòd res emphyteutica sine voluntate domini alienari non potest, C. de iure emphyteu. l. fi. Sed vbi sic prohibitus ex necessitate suæ personæ alienat, nō tenet vltra tempus, quo ipse retenturus est, ff. de iure fisci, l. status. §. si. de leg. ij. l. vnum ex familia §. quòd si talia. & l. peto. §. prædium. facit in vsib. feu. de cap. Cor. c. j. §. si. ergo proprietas remanere non potuit apud ecclesiam. Itē si episcopo, vt pronunciauit, esset ius quæsitum, illud domino restituere teneretur, ff. de stipul. seruor. l. pe. de act. emp. & vend. l. si seruus. si cer. pet. l. cùm fundus. §. j. & ff. de pecul. l. hîc quæritur. §. j. Item constat, quòd ius illud emphyteuticum clericus non habebat in re. quia clericus. & hoc est certum. & si vis fingere aliquam connexitatem esse, nō tamen noceret Baroni, in cuius territorio sunt bona: ad quod bene facit de fundo instru. l. quæsi: ū. §. Alphenus. & §. si fundum instructum. iuncta l. Seiæ. eodem titulo, §. prædia. in fi. Est simile ad prædicta C. libro x. de mu[illegible]. & quo [illegible] mu. & c. l. vna, cum ibi notatis. Item quando prædictum dominium quæsitum est patri: facit C. de bo. proscri. si filius. Item æquitas facit. vt res redeat ad eum, à quo manauit, ff. quemadmodum serui. amit. l. aquam. ad hoc etiam ff. de cap. & postlim. reuer. l. si quis in bello. & l. si captiuus. §. j. cum sua glossa.

ADDE, quòd quæstionem de clerico, Oldradus, cuius prædicta sunt verba, latè examinat in suo consilio xvij. Et quid econtrà, si laicus tenet ab ecclesia, vide Paulum de Castro consilio clviij.

a Et no. ¶ secundum Ros. vbi de sacramento cuiusque vasalli: & est rubrica in tractatu officiorum.

b Si quis id, quod. ¶ Hucusq; Ro. vbi suprà, cui quidam resistunt dicentes, hoc legibus, vel consuetudinibus feudorum nō probari: & potissimùm resistunt 3. 4. & 7. dicto: fatetur tamē, quod Imperatore eunte Romam pro coronatione, vassalli dominorum euntiū dare debent eis, quòd habetur in l. ad decus. §. fi. & l. imperialem. §. firmiter. & de capitulis Corradi, §. similiter. Item contra hostes debent dominum iuuare, vt in Lombarda, de his, qui ad patriam defen. l. j. & ij. & hoc, si iustam facit guerram, tubrica, hîc finitur lex, c. j. & dic, vt ibi. Item cùm dñs transit per loca vasalli, debet habere hospitium, & alia ad victum necessaria iusto pretio, & secundū forum consuetum, & conuiuium suum, in Lombard. C. libr. x. vt episcopi & comites inuicem sint vniti, l. ij. §. j. In tertio casu de filia maritanda, dicunt se non videre, quare dixerit: nam mater non tenetur filium dotare: nec filius matrem: nec frater sororem nec tutor pupilli talibus munera nuptialia conferre: quod dic, vt ff. de administratione tutor. l. cùm plures. §. cùm tutor. & l. sequē. de tutelis & rat. distra. l. j. §. propterea. De quarto etiam casu dicūt se non videre, quare dixerit. Ad quintum dicunt, posse in arg. induci, in authentica, vt cùm de appellatio. cog. §. casus. versiculo, si quemliber. & §. vnum. De sexto dicunt, se non videre, vnde dixerit: nam etiam filius causa ciuilium munerum, vel causa sui debiti à patre conueniri non potest, C. ne filius pro patre, l. patris. nam licet patrem alere teneatur, non tamē tenetur eius debita soluere. ff. de liberis exhibend. l. si quis à liberis. §. si vel parens. bene in vsibus feudorum, si de feu. defunc. controuet. fuerit. c. licet. in fi. vbi etiam pro euitando periurio domini, qui iurauerat certa die soluere, vasallus habens etiam pecuniam paratam, illam soluere, vel credere non tenetur.

69 FORMA.¶† Ego talis iuro, ꝙ tali ecclesiæ, & tibi domino meo P.episcopo, & tuis successoribus fidelis ero: vt extrà de verb.sig. cùm clerici. licet enim ibi non dicatur Successoribus, intelligitur tamen iurare successoribus, dummodo dicat Ecclesiæ, vij.q.j. scire. De consuetudine tamen cuilibet successori iuratur specialiter extrà de elec. qualiter. Super hoc not. Vinc. extrà de maio. & obe. cap. his quæ. quòd præ. decr. veritatis. intelligitur de indulgentia: quia potest quis se alicui & suis successoribus obligare, ff. si seruitus ven. harum. De iure tamẽ est, quòd cuilibet successori fiat homagium, ff. quemadmodum vsufruct. cau. si vsusfructus. §. si plu-
70 res. 23. dist. quanquam. ¶† Et no. ꝙ non debet induci nouitas in homagij, seu fidelitatis exactione, vt extrà de maio. & obed. dilecti. extrà de consuet. cùm consuetudinis. alioquin negari potest,
71 arg. extrà de exces. prælat. sanè. ¶† Qualiter autem episcopus iuret domino Papæ, habes extrà de iureiur. ego. Item qualiter Im-
72 perator Papę, & de aliis iuramentis vide s̃. de iureiur. ¶† Nos verò dum patrimonium beati Petri regeremus, à ciuitatibus & maioribus loci sacramenta fidelitatis à singulis personis recepimus
a in hac forma [a]:

FORMA. vobis domino Guil. Durandi, domino Papę capellano patrimonij beati Petri in Tuscia, ciuitatis quoque ac dioec. Reatinæ in spiritualibus & temporalibus rectori & capitaneo generali, recipienti vice ac nomine Rom. ecclesiæ & sanctissimis patris domini Nicolai Papæ III. & successorum eius canonicè intrantium, ego H. promitto pro me meisq́ue hęredibus in perpetuum & iuro, quòd ab hac hora in antea ero fidelis ecclesię Ro. & dicto domino N. Papæ III. domino meo, & eius successoribus canonicè intrantibus, contra omnem hominem & vniuersitatem, & nũquam ero in facto, vel consilio, quòd ipse, vel ipsi, vel vos vitam, vel mẽbrum perdant, vel perdatis: vel in persona, vel in personis recipiant, vel recipiatis aliquam læsionem, iniuriam, vel cõtumeliam: vel quòd mala captione capiantur, vel capiamini: vel quòd aliquem honorem, vel regalia, quem, vel quæ non habet ipsa ecclesia Rom. hîc, quæ alibi, vel in antea habebit, amittat: & si sciuero, vel audiuero aliquem, vel aliquos contra ipsos, vel cõtra vos, quicquam velle facere, pro posse meo impediam: & si impedire nequiuero, sibi, seu vobis, quàmcitò potero, nũciabo: & si quod secretum mihi manifestauerint, seu manifestaueritis. illud sine ipsorum, seu vestra licẽtia nulli pandam, vel per quod pandatur, faciam: sed & si cõsilium, vel auxilium meum postulauerint, seu postulaueritis, id bona fide impendam, nec vnquam in persona mea aliquid scienter faciam, quod ad eius, seu eorum, vel vestrã pertineat iniuriam, vel iacturam. In minoribꝰ autem locis, qui sunt de dominio dictæ ecclesię Rom. homagium & fidelitatem recipimꝰ
73 à singulis hominibus, vt s̃. vers. porrò. ¶† Sed etiam quando primò ciuitas Bononię & prouincia Romandiolæ ad ecclesiã Rom.
b peruenerunt [b], prout not. s̃. de præben. rescripti. §. ratione causæ. ver. item quod est obtentum sacramenta fidelitatis à Baronibus, & à syndicis omnium vniuersitatum in generalibus parlamentis, necnon & à singularibus personis recepimus sub hac forma:

FORMA. Iuro, quòd ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro principi apostolorum, & vobis, sanctissime pater, domino N. Papæ III. vestrisq́ue successoribus canonicè intrantibus, sanctæq́ue apostolicæ Romanæ ecclesiæ: non ero in consilio, aut consensu, vel facto, quòd vitam perdatis, seu membrũ, aut capiamini mala captione: consilium, quod mihi credituri estis ꝑ vos, aut per nuncios vestros, siue per literas, ad vestrum damnum me sciente nemini pãdam: & si sciuero fieri, vel procurari, seu tractari aliquid, quod sit in vestrum, vel ecclesiæ prædictę damnum, illud pro posse impediam: & si impedire non potero, illud vobis & ipsi ecclesiæ significare curabo. Papatum Rom. & regalia S. Petri iura, & iurisdictiones vestras, & successorum vestrorũ ac Rom. ecclesiæ, tam in ciuitate eiusq; territorio & districtu, quàm alibi vbicunq; existentia, adiutor ero vobis, & ipsis successoribꝰ, ac etiam ad retinendum, defendendum, recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Hæc forma sumitur
c lxiij. distinctio. ego. & c. tibi. extrà de iureiur. ego [c]. ¶† In summa
74 no. quòd regibus, ducibus, marchionibus, Baronibus, & aliis iurisdictionem habentibus datur coadiutor, si nesciunt terram suã defendere, vel in ea pacem & iustitiam seruare, præsertim personis & rebꝰ ecclesiasticis, vel deperdita recuperare, vt extrà de sup. neg. prælat. grandi. lib. vj. & xcvj. dist. boni. & hoc debet fieri ad petitionem subditorum illius per proximum superiorem eius, vel per Papam, si ille alium non habet superiorem, vt in præd. decre. grandi. & extrà qui fi. sint leg. per venerabilem. ff. de tut. & cur. da. ab his, §. diuus. xv. q. vj. alius. Item ex causa cognita, C. de cur. fur. l. fin. §. cùm antiquitas. & talis curator satisdare debet, & inuentarium facere, vt in præ. l.

ADDITIONES.

a In hac forma. ¶Rof. etiam ponit formam iuramenti, quam ꝑ Federico Imperatore receperat à principibus & prelatis, tit. de sacramento vasalli, ver. hodie.
b Peruenerunt. ¶in §. statim allegato dicit, quòd redierunt.
c Ego. ¶Scias, quòd in vsibus feudorum habetur noua fidelitatis forma, rubrica. de noua fidelitatis forma, c. est & alia. quam ponit & exponit Hostien. in summa huius tit. §. quid si fidelitatis. versi. est & alia.

SVMMARIVM.

1 *Libelli qualiter in materia feudi concipiantur. & num. 3.*
2 *Felonia à patre commissa, an filio noceat, an non possit in feudo succedere.*
4 *Homo alicuius gerens se pro non homine, & ita existens in quasi possessione libertatis, qualiter sit contra eum libellandum.*
5 *Libellus qualiter sit contra hominem alicuius fugientem concipiendus.*
6 *Agere volens ad proprietatem, quod minus securum est, qualiter libellum concipiet.*
7 *Contra dominum in quasi possessione homagij existentem qualiter sit libellus formandus.*
8 *Agricolæ diuersimodè dicuntur.*

1 3.§. Nunc dicamus, qualiter † libelli concipiantur: & quidam concipiunt sic libellum:

Lib. Coram, &c. propono ego H. prælatus talis ecclesiæ contra vasallum eiusdem ecclesiæ, quòd ipse talem feloniam in me cõmisit: puta quia me verberauit: vel vitæ meæ insidiatus fuit: vel ꝑdecessorem meum, vel talem canonicum ipsius ecclesiæ interemit, & huiusmodi quid commisit, propter quod tali feudo, quod à dicta ecclesia, vel à me tenet, debet de iure priuari: quare peto ꝑ vos ipsum dicto feudo p̃riuari, & priuandum fore sententialiter declarari: peto etiam satisfactionem iniuriæ, quam facio tantùm & damna & interesse, &c. ext. de poe. in quibusdam. de don. c. vlt. & in lib. Feu. ex qui. cau. feu. amit. §. prima autem. & §. preterea. & §. seq. xcvj. dist. si Imperator, 22. q. vl. de forma. extrà de exces. præ
2 lat. graue. ¶† Sed quæritur vtrùm felonia [a] à patre meo commis-
a sa mihi noceat, vt non possim in feudo succedere? & videt, quòd
b sic [b], arg. ff. de stat. hom. l. & seruorum. §. ingenui. ibi, quòd non debet, & c. ff. de senat. emancipatum. §. fin. ff. de in ius voc. adoptiuũ. §. si. non enim debet filius patris iniquitatem portare, vt ibi, & j. q. iiij. c. j. & cap. crimen. & c. iam itaque. Arg. contrà, ea. q. c. ecclesi. §. item peccato ciuium. de poen. dist. iiij. quid est, quod dicitur. ego enim videor commisisse, cùm vna persona cẽseat cum ipso, vt C. de impub. & ali. sub l. fin. & xxxv. q. iij. §. hac auctoritate. nam & iusiurandum cõtra legem Aeliam Sentiam per patrem exactum nocet filiis, ff. de iure patr. l. qui contra legem. ad idem extr. de poe. in quibusdam. j. q. j. cito turpem. vj. q. j. qui crimen. extr. de hæret. ver gentis. Dicunt quidam, quòd si feudum cœpit à patre meo, putà quia fuit ei concessum de nouo, tunc ego succedere nõ possum, arg. C. de fru. & lit. expen. l. ij. & facit C. de bo. liber. l. ij. extrà de renun. nisi. §. personæ. Si verò cœpit ab auo, aut ego non fui conceptus auo viuente: quo casu mihi nocet factum patris: quia ex persona aui nihil petere possum, cùm inter eum & me nulla consanguinitas fuerit, vt ff. de iniusto, irri. testam. si quis exhęredato. ver. cęterũ, ff. vnde cog. l. j. §. si qs proximior. Aut conceptus sum auo viuente: & tunc aut pater cõmisit feloniã auo viuente: quo casu mihi ñ nocet: qa nõ ex ꝑsona patris, sed aui volui ad feudũ admitti, arg. ff. de iure pat. diui fratres. & l. iura. ad idẽ C. de bo. lib. l. j. Aut cõmisit auo iã defuncto: & tunc mihi obest: quia ex persona aui non possum admitti: nã tempore mortis eius pater meus erat illi proximior, & erat capax feudi, ad hoc Insti. de hęr. qual. & dif. §. siue. & hoc verum est, si pater meus adiuit aui mei hæreditatem. nam si

ADDITIONES.

a Felonia. ¶de duplici felonia, scili. quæ dominum respicit, & quæ non respicit, Hosti. in summa, §. quibus modis. versiculo, propter culpam, & sequentibus.
b Quòd sic. ¶Debet dicere, ꝙ non: & sic ponit Ioan. de Blan. cuius fuit in penult. col. Et scias, ꝙ Iacobus de Ra. & Pe. se expediunt de quæstione, dicendo, ꝙ præiudicat, quãdo feudum non potest venire in filium, nisi per successionem patris: alleg. auth. iusiu. quod à mori. præs. §. j. secus, si aliàs venire poterit, quia concessum fuit patri & filiis: allegat ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. si quis. simile, quod no. in l. diui. inferiùs alleg. prædicta vide per Cy. C. de lib. & eorum lib. l. ij. in fi.

nam si repudiasset, tūc bene possem a uo suc cedere, & ex ei⁹ per-
a sona feudū habere, ff. de bo. pos. vnde lib. l. fi.[a] ¶†Potest etiā sic li
3 bellus concipi: Lib. Coram, &c. conqueror de P. filio H. à quo peto, vt mihi restituat talem vineam, quam pater suus habuit iure feudi: à quo iure dico eum cecidisse, quia fidelitatē nec fecit, nec iurauit: ad quod propono condictionem ex moribus, vel condi-
4 ctionem ex lege Federici, imperialem. ¶†Ceterùm si homo meus gerit se pro non homine meo, & ita est in quasi possessione libertatis homagij, acceptabo ꝯ ipsum præiudicialem vtilē, in qua
b sic libellus concipitur[b]: Lib. Coram, &c. propono ꝯ P. ꝙ ipse est homo meus ligius: vnde cū nō gerat se vt homo meus, nec mihi tanquā suo dño obediat, vt tenetur, peto per vos sententialiter ipsum hominem meum esse declarari, & mihi debere præstare seruitia, ad quæ homo ligius dño suo tenetur, & ad hoc ipsum sententialiter condemnari. Si autem sit homo non ligius, cōcipe eodem modo, hoc saluo: qa vbi dr̄, ligius, dicat, non ligius: & iungas ratione feudi. & hoc ideo, quia homagium non ligium principa-
5 liter fit gratia rei, vt s̄. ver. prox. ver. xvij. ¶†Potest etiam sic concipi libellus contra meum hominem fugientem: Lib. Corā, &c. conqueror de P. quem vt hominem meum possedi recipiens ab eo tale & tale seruitium pro homagio, siue homicia: ipse verò tā homagii sui, quàm seruitiorum prædictorum me possessione, vl' quasi, priuauit: quare in dictam possessionem, vel quasi, homagij & seruitiorum me restitui postulo: ad quod propono iudicis officium, & protestor condictione ex l. C. lib. x. de agri. & cēsi. si coloni. per quam l. probatur iste libellus: & per l. eo. tit. omnis. in auth.
6 de man. prin. §. pen. ¶†Si autem velim agere ad proprietatem, quod minus securum est, sic cōcipit libell⁹: Lib. Corā, &c. cōqueror de P. petens ab eo, vt stet ad meam maioriā & signoriā, & mihi talia seruitia præstet, quæ omni anno præstare, ꝓmisit: vel, quę ipse & sui antecessores mihi & meis prædecessoribus prestare cōsueuerunt. allego enim pacta & promissiones intercessisse. & hîc non proponatur actio, sed condictio ex moribus: & hoc propter primam partem libelli, s. vt stet ad maioriā, &c. quia cùm hęc consuetudo de homagiis sit in plerisq; regionibus, ex ea sicut ex lege oritur actio. arg. ff. de condi. ex leg. l. vnica, Inst. de iure natur. §. ex nō scripto. & protestetur actionē ex stipulatu: & hoc propter seruitia, si sint incerta: si verò sint certa, tunc certi cōdictionem protestetur, quæ competit ex promissione vera, vel præsumpta, vt iā dicam. Item bene dicit, quæ omni anno præstare, &c. nā & si non promisisset, præsumeret tñ ex tēporis diuturnitate ꝓmissio ꝓcessisse, arg. ff. de vsur. cùm de in rē verso. ff. si seruit. vē. si quis diuturno. Vel cōcipit libellum, vt j̄. de natis ex libero vētre: vbi etiā not. quid iuris sit, si quis se vēdi promittit ad pretium participandum.
7 ¶†Si autem dominus est in quasi possessione homagij, homo ꝯ
c eum sic libellum concipiet[c]: Lib. Coram, &c. propono cōtra talem Baronem, ꝙ ipse indebitè à me exigit seruitia, tanquā ab homine suo ligio. vnde cùm non sim eius homagius, ago cōtra eū, & peto per vestram sententiam declarari me non esse hominem ipsius, & super petitione dictorum seruitiorum eidem perpetuū
8 silentium imponi: & facit s̄. §. prox. ver. 3. ¶†Vltimò ad euidentiam huius materiæ not. ꝙ agricolarum alij sunt asscriptitij, alij censiti: alij perpetui: alij coloni conditionales: alij inquilini: alij originarij: alij simplices coloni: alij asscriptitij: quæ dic, vt in summa do. mei in tit. de natis ex libero ventre, §. fin. Item qualiter quis petat aliquem in vasallum, vel ab eo subsidium, vel seruitium, not. s̄. de ma. & ob. versi eodem modo. Si verò quis neget se esse vasallum alicuius, vel se non debere præstare seruitia petita, cōncipe libellum, vt j̄. de censibus, §. 2. ver. vasallus. & j̄. de nat. ex lib. ven. ver. porrò. & ver. cæterùm.

ADDITIONES.

a L. fin. ¶Reuoluitur hęc quæstio, an scilicet ingratitudo, vel felonia filij noceat patri? Gui. de Suz. in l. fi. C. de lib. & corū liber. Ad negatiuā inducit de pœnis, l. sancimus. de decur. l. ij. facit de c. quæ fiunt. de his, quæ fiunt à maiori parte cap. In ꝯrium, Instit. de inut. stipul. §. ei qui. & C. de impub. & ali. sub. l. fi. tenēt, ꝙ auferri potest nisi pater legitimā satisdationem per filium fieri faciat: aliàs feudales constitutiones non exprimūt: sed hoc habes in l. imperialē. §. insuper. de prohi. feud. ali. per Federic. per quē §. soluitur secunda quæstio, ad q̄ arguit Cy. in l. fi. C. de lib. & eorum lib. per ipsam legem. s. ꝙ mortuo patre ipse filius superueniens priuetur feudo quod dic, vt ibi. per aliā reuolutionē venit tertia quæstio de vasallo, qui feloniam commisit ꝯ dñm, per quā debebat perdere feudum, sed dñs non abstulit, nec cōtrouersiā mouit: tenuit Odof. in l. j. C. de reuocan. don. ꝙ filio mortuo patre auferre nō poterit per finem illius legis: & sit ratio, quia tales reuocationes sunt producta ad vindictam: vnde non dantur hæredibus, nec ꝯ hæredes, ff. de iniuriis, l. iniuriarū. in princ. & de in ius vocan. l. pen. & idem not. in præ. §. insuper. in gl. penult. & quæ fuit prima causa benefi. amit. §. porrò. Hæc tamen intelliges esse vera, si dominus fuit sciens, & sufficiens tempus habuit ad reuocandum: aliàs secus, ff. de confir. tut. l. in cōfirmando. & l. vtilitatem. Casus conuersus, quādo vasallo non fuit mota quæstio, quia nec filio moueat, no. de do. c. fi. in fi. vlt. gl. Meliùs tamen ibi textus facit ad casum præmissum, vt ibi scripsi.

b Concipitur. ¶secūdū Io. de Bla. vbi s̄. ante fi. Ro. formauit tres q̄stiones ꝯ dominum, in quibus censitus, vel vasallus petit vltra debita & solita exacta restitui, & in futurum prohiberi. Contra hos libellos ipse opponit: primū, ꝙ exactum non veniat restituendū. aut enim sciens se non debere, soluit: aut ignorans: primo casu n̄ petit, quia donasse vr̄, ff. de cond. indeb. l. j. & ij. de reg. iur. cuius ꝑ errorem. Secundo casu in facto proprio non debet admitti ignorantia, extrà de rescri. an excōicato. vel circa qualitatem rerū suarum, C. de rescin. vend. l. quisq; ff. ad Vel. l. quanquam. pro suo, l. fi. rñdet, ꝙ sciens soluit, licet inuitus exactus, ff. de neg. gest. si in autem. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si rem. Ad secundam partem opponit de l. j. ff. de vsur. de l. non quemadmodum. ff. de iudi. Solue, vt ibi de ho. prælatis. libr. vj. cum suis remis. Item quomodo saltē censiti agant, cùm sint quasi serui eorū, & ipsorum non vasallorum domini sint iudices, in auth. de q̄store, §. si verò. Col. vj. Sol. pro talibus exactionib⁹ agunt: nec obstat, quòd sint iudices: quia illud, cùm agitur contra eos non, cùm ipsi cōtra dominos: quia tunc essent in causa sua, quod esse nō potest, C. ne quis in sua causa, l. vna.

c Concip. ¶secūdum Ioan. de Bla. & est, vbi s̄. sic vltimus, sicut hîc.

ADDITIONES NOVAE.

Qui negat feudum perdit feudum, Inn. in c. cæterum. de iud.

Not. si aliquis dñs dat castrum suum alicui in feudum, ꝙ inuito ipso vassallo dominus potest facere custodiri munitionem dicti castri, Cy. in l. si ita legatur. §. dominus. de vsu & hab. Dy. in l. j. de damno inf.

Qualiter diuidantur fructus inter dñm, & feudatarium, nota. x. col. hîc finitur l. Conradi. c. domino guerra. §. his quentis, in text.

Not. ꝙ vassalus pt̄ dñm suum in ius vocare venia non petita, ita not. x. col. de mil. vas. qui fuit cōtumax, c. j. super verbo cōgruētia.

An feudum dicatur peculium castrense, vel quasi, vel aduentitium, no. x. col. de fratrib⁹ de nouo benef. inuestitis. c. si duo fratres.

Pone ego sum vassallus tuus, tu es vassallus alterius, an ego dicar vassallus eius cuius tu es. gl. in l. de accessionib⁹. de diu. & tēp. præscr. & l. Modestinus. de verb. sig. & l. Claudius. qui pot. in pig. hab. contra x. col. de prohi. feudi alien. per Federic. c. Imperialem. §. illud. Vnde dicas aut ego sum tuus vassallus propter illam rem, ꝓpter quam tu es alterius, & tunc censeor esse illius: secus si propter aliam rem. Doct.

In l. si id quod. de acq. pos. §. i. hæc l. facit ad quæstionem de illo qui dedit in feudum alij rem sibi in feudum datam, ꝙ remaneat ipse meus vassallus, & ille suus: sed hoc fortè verum si de mea voluntate, arg. l. fi. circa fi. de epis. aud. Iac. de Aret.

In l. qui vniuersas. §. si ego. de acq. poss. hæc l. facit ad quęstionē de illo qui dedit in feudum alij rem sibi in feudum datam, & ille cui secūdò data est in feudum alienat pro allodio: cui est apta via vindicandi, & est argumentum quòd primo, arg. l. in causæ lo j. & l. seq. de min. & l. si quis sub hac. de contrah. empt.

An bannito domino vassallus liberetur à sacramēto fidelitatis. dic quòd non, vt not. x. col. & hîc finitur l. Conradi. in princip. & not. in l. 2. §. miles. de his qui not. infam. & l. Deo nobis. de episc. & cler.

Pone, pater meus habens vasallos, mandauit mihi in testamento ꝙ liberarem vassallū suum: ego liberaui quibusdā seruitiis mihi retentis, quæ ipse mihi iuramento promisit, an teneat retētio: & dic ꝙ non, per l. vxorem. §. patris. de leg. 3. & l. qui vsumfructū. de verb. oblig. Bal. in l. manumissiones. de op. lib. C.

An fideles in prin. teneantur sequi Imperatorem, si fructus feudi ad impensas non sufficiant, Bar. in l. Mæuia. §. vxore. de annuis leg. Dy. & Bart.

An vassallus cedendo vel renunciando feudo sit liberatus à seruitio, Bar. in l. is à quo. de aqua plu. arc. & etiam Dy. in c. j. de proh. feudi alien per Federicum, & c. j. de capi. qui cur. vend. econtra videtur de vassallo qui contra constitutionem, de loc. c. j.

Quid si emo rem à vassallo tuo, an propterea efficiar vassallus tuus. not. in l. in his in prin. de præd. & omnibus rei nauic. lib. xj.

An possit præscribi seruitio, & iuri feudi, And. de Baiu. in l. fi. de fund. patr. lib. xj.

An vassallus possit præscribere sibi liberationem spatio xxx. annor. per And. de Ba. in l. si cohortalis. de cohortal. lib. xij.

An vassallus teneatur iuuare dominum, licet dominus non iuuauerit

nauerit vassalum,dic quòd sic.Io.An.in nouella,in c.breui.de iu-reiur.

50 An vassallus ecclesiæ teneatur iuuare dominum episcopum in factis propriis,Io.And.in nouella in c.breui.de iur.iur.

In l.diem.in fi.de aqua plu.arc. hæc l.est in argumentum ꝙ vassallus non potest inuestire aliũ sine voluntate domini.Item est argumentum ꝙ vasallus qui habebat feudum antiquum inuitis cõsortibus suis non consentientibus nequeat filiam suam facere inuestire de illo feudo x.col.quib.mod.feudum amit.c.propterea. & de successione feudi.c.j.

In l.qui in vtero.in fi.de stat.hom.not.arg.ꝙ mortuo Rege relicta vxore prægnante,fidelitates,& homagia debentur ventri,& puero,si iam natus esset in mundum,Bald.in d.l.qui in vtero.

In l.tale pactum.§.fi.de pact.no.ꝙ stipulor,vel accipio feudum pro me,domino Angelo,& domino Petro fratribus meis,& hæredibus.ꝙ si posteà nascant̃ mihi filij,istud feudũ potiùs pertinebit ad filios meos,qui posteà reperiuntur mihi hęredes,quàm ad fratres meos,Bal.in d.§.fi.

In l.prætor.de damno inf.in fi.not.arg.ad quæstionem de illo q̃ habebat,vsumfructum in domo,& domus publicata est,occasione fortè viæ publicæ faciendæ,& habitum est pretium à communi,arg.l.2.C.ex quib.cau.serui pro pręmio accipi lib.quòd vsufructuarius debeat habere suam partem pretij,arg.l.inter.§.si seruus. de furt.& l.si postulauerit.§.si vsusfructus.de adult.& sic quantũ jus habebat in domo,tantum ius habebit in venditione.& est ar. ad vassallos,Iac.de Aret.

In l.inter tutorem.de admi.tut.pone,cuidam Comiti fuit concessum feudum àprincipe de pluribus castris:filij postea diuiserũt inter se dicta castra,Bal.ibi dicit quòd non est diuisa iurisdictio, q̃ non potest diuidi à seipsis, l. Imperialis.§.persona.de proh. feudi alien.sed est diuisa administratio seu exercitium iurisdictionis,vt hîc.Ex hoc sequitur,si quis ex ipsis deliquit in territorio alterius, non potest ab illo priuari:quia cum iurisdictio sit communis,par in parem non habet imperium. Item ex hoc sequitur,quòd propter delictum alterius ex eis possit superior exercere iurisdictionem in bonis vtriusq;: quia illa diuisio quantum inter eos habet locum,non quò ad alium,vt hîc Bar.de quo Ang.ff.de iuris.om. iud.l.& quod.§.j.

In l.sed ⁊ hac l.§.fin autem.de in ius vo.Pone sumus duo feudatarij adinuicem,sc.ꝙ tu habes fundũ à me,& ego à te:cõmisimus feloniam adinuicem,ego ꝯ te,& tu ꝯ me,quæritur an vterq; nostrum perdat feudum,an neuter:& vr̃ ꝙ neuter,quia paria delicta &c.vt l.virõ.sol.mat. contrarium videtur per istam l.non obstat l.viro.quia ibi circa idem matrimonium fuit commissum delictũ hîc circa diuisas res,An.de pisis.facit l.qui fidem.de trans.& quod not.Dy.in l.cum pater.§.libertis.de leg.2.

Pone concedo feudum tibi,& hæredibus tuis.solùm:an succedant descendentes ex corpore tuo tantùm,not.in l.ex facto.§. fi. ad Treb.Cy.in l.liberti.de op.lib.Bart.in l. Gallus.§.etiam,de lib. & posthum.

In l.quod dicitur.§.sed si impensis ff.de imp.in re dot.factis.Pone dicit consuetudo feudi ꝙ frater fratri succedere debet in feudo paterno,vel auito acquisito à fratre,vt in vsibus feud.quando do duo filij de feudo simul sunt inuestiti.c.j.&seq.modo pone,ꝙ vnus cõmisit feloniam,& amisit feudum,& dominus posteà cõcedit ei iterum,nunquid dicatur paternum nunc,vel de nouo acquisitum,& videtur esse idem feudum,arg.literæ istius.econtra p̃ l.qui res.§.aream.de solu.quòd si seruus manumittatur,& posteà seruus efficiatur,videtur alius seru⁹ esse:sic in domo destructa, & posteà reædificata,l.inter stipulantem:§.sacram.de verb.oblig.facit.l.2.in fi.de decur. & l.peculium.§.2.de pecu. Vbert.de Bobio.

In l.liberti.C.de op.lib.quæritur de eo qui præscripsit feudum: vtrum feudum quæsitum ex præscriptione transeat ad hæredem Item an hæredes feudatarij sint periuri non faciendo seruitia.Itẽ quid significant ista verba,concedo tibi,& cui dederis.Item quid significant ista verba,concedo tibi, & cui vis dabis. Item pone ꝙ frater renunciauit feudum fratribus:posteà illi decedunt absque hærede,an est aperta via domino feudi.

Item not.quòd feudatarij ęquiparantur libertis.contra est tex.cũ gl.in vsibus feudorum.qualiter olim feud.alie.po.§.donare.&in §.quædam.de consuet.recti feudi.Item no.ꝙ si instrumentum dicat.concedo tibi rem in feudum pro annua quantitate frumenti quòd istud non est propriè feudum,sed magis emphyteusis, vel contractus innominatus.

Item quęro,quid si in instrumento dicitur,ꝙ est concessio facta sibi recipienti pro se,& hærede suo masculo, an transeat ad hæredem masculum. Item quæro an vassalli possint diuidi inter dominos. Item an iudex ecclesiasticus cognoscet de omni feudo. Item nunquid vassallus possit capi pro debitis domini, vt soluat creditori censum,Bal.hæc oĩa examinat in d.l.liberti.C.de op.li.

Quid si feudatarius vel vasallus qui alienauit feudum,postea ipsum redemit,an possit ipsum retinere,Barto.in l.sequitur.§.item Labeo.de vsucap.& l.si à me.ad l.Falc. & potest idem dici de emphyteuta.

An propter delictum patris filius perdat feudum, & possit ipso priuari,Bart.in l.3.de interd.& releg.& l.emancipatum.de senat. per Guido.de Suz.Bal.in l.multum.C.de bon.lib.& Dy.in c.non deber.de reg.iur.lib.vj.

In l.si vero negotium.§.item quicquid.sol.mat.quid si domin⁹ permittit feudatario alienare,an possit donare,vt sic in ꝑtio nullum ius habeat.& certè potest dici quod sic,arg.huius l.& l.prox. s̃.Nam & creditor qui permittit debitori pignus vendere,ius pignoris remisisse videtur,l.placet. §.insulam.de le.2.sed dominus consilio legis vtens cum alienare permittit vassallo, expresse dicat,vt idem ius in pretio habeat, quod in re vẽdita habebat,sicut dicit in præd.l.& l.si debitor.§.j.quib.mod.pig.vel hypo.sol.

In c.nummi.de iureiu.inver.tenentur quod nec recognoscant nec conuicti sint.no. Hostien.quòd hoc ipso quòd aliquis tenet temporalia,scilicet regnum,vel prouinciam alicuius, non debet illi fidelitatem,nisi ipsa se habere in feudum recognoscat vide de hoc Io.And.in d.c.in nouella.

Si aliquis accepit in feudum pro se, & filiis, & hæredibus, non sufficit esse filium nisi sit hæres,Bald.in l.tale pactum.§.fi.de pact.

An dominus possit in alium ius feudi,vel vassalli alienare inuito vassallo,gloss.quod non. in l.inuitus.de fideicommis.libertat. contra not.glo.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.& ibi tenetur per doct.quòd sic.

De vasallo qui intra annum non recognouit feudum mortuo patre,vide Bald.in l.solennibus.de rei vend.C.

An feudatarius possit refutare feudum inuito domino,nota.in c.j.de capi.qui cur.vend.& ca.j. de proh.feudi alien.per Freder.& Bart.in l.is eum quo.de aqua plu.arc.In contrarium videtur text. in c.j.de vass.qui contra const.loca.bona vendi.vide Bal.in supra scriptis,& glo.formauit,in c.quę in ecclesiarum.extra de constit. & ibi Io.de Casti.

¶Baldus de feudis.

An vasallus possit compromittere de feudo, s̃.de arbit.§.vasallus & quomodo filius bannitus non succedit in feudo, s̃. de procur. §.secundum stilum.¶Forma instrumenti cõcessionis feudi: item ipsius reformationis forma: item forma recognitionis feudi:itẽ forma homagij & fidelitatis,in §.quoniam.in principio.G.¶Libellus contra vasallum,& econtrà,de nat.ex lib.vent.¶Homagium est duplex,scilicet ligium,quod fit Regi & Imperatori:&non ligium,quod pluribus fieri potest,saluo iure Imperatoris,vel Regis,in §. quoniam.versicul.&not.G.¶Item hoc vocabulum Ligium,pro hoc significato vsus loquentium adinuenit:sicut&Homagium,iure ciuili non inuenitur,sed iure consuetudinario,versiculo ij.quia & est homagium seruitus quædam minor,non maior, vt not.Institut.de iure pers.& not.ff. de vsufruct.l. si cuius.in princi.Et potest quis pacto eam subiici,vt quia promitto eum defendere& tueri facere sicut hominem meum,de supplen.neglig. prælat.c.grandi. ver.primò autem.G.aliàs si causa non subsit,dic, vt j̃.eod.§.4.& §.an filius.& §.homo ligius.versic. vtrùm homo meus.¶Vtrùm temporis longinquitate quis fiat homo alterius dic,aut allegatur tempus in modum causæ,aut in modum pręscriptionis,aut in modum probationis promissionis,ff.de vsuris,l.cũ de in rem verso.dic.vt hîc in versiculo,quartò quæritur.G.¶Nũquid tenet promissio sine causa.quòd aliquis sit homo meus?Respon.promissio non est efficax,sed recognitio,si aliquis recognoscit se hominem meum.nam in personali requiritur causa, non in reali,C.de iuris & facti ignor.l.cùm falsa.versi.3.quæritur.G.Si quis se facit hominem meum,filius eius postea conceptus etiam erit homo meus: si autẽ hoc facit ratione feudi,tunc si filius non vult esse hæres patris,non nocet sibi patris promissio,vel submissio,versiculo,quintò quæritur.Hac ratione dico,quòd si pater fecit se fieri ciuem,filius postea natus erit ciuis,& ligabitur lege illius ciuitatis:alij dicunt contrà,nisi filius consentiat.hæc distinctio est de facto Aretij.Bal.vide s̃.eod.§.ij.an filius.¶Si rem meam recognosco in feudũ,valet:quia breui manu videor donasse & recepisse,ff.si certum petatur,l.si tibi.versic.v.quæritur.G.vide s̃.de loca.§.an quis soluendo. ¶An filius hominis mei ab eo exhæredatus sit homo meus?dico,ꝙ sic.iure geniture,ff.de interd.& releg.l.3.versicu.vj.quæritur.G.Et idem,si repudiat hæreditatem:si tamen dimittit bona, & ex illa patria aliò se transfert, in Narbonensi prouincia obseruatur,quòd liberatur ab homagio,versi.8. quæritur.G.Ego dico,quòd possit vendicari,si iã fuit homo meus. ff.ad municip.l.de iure.vide j̃.versicu.sed nunquid feudum.& versi

ver.28.¶Sed si sunt plures filij vnius mei hominis,an quilibet te neatur insolidum ad seruitia personalia,ver.9. quæritur.G.ibi ple nè no.G.&facit ad q.an plures fratres seorsum,non simul habitā tes,teneantur facere factiones pro vno fumante,vel pro plurib. nam viuo patre pro vno fumante debent computari,vt not.in l. 2.C.qui ætate.libro x.in glossa ordin.quod bene no.¶Quē tene atur iuuare vasallus duorum, si domini habent guerrā inuicem? dic,quòd iustiorem:si id non constat,priorem,vers. 12.G.vel vni per se,alteri per substitutum opem feret,ver.13.G.¶ Vasallus va salli subest domino principali: putà regi,quo ad generalem iuris dictionem:& ideo ꝯ regem esse non potest,versi. 14.Sed contra tertium priùs tenetur iuuare suū immediatum superiorē , quàm mediatum,cæteris paribus,vers.xv.& xvj.G.Publica vtilitas inclu dens priuatam,præfert̄ soli priuatæ: & tunc generalis iurisdictio derogat speciali, ver.xvj.G.¶Homo ligius est verè subditus sim pliciter,sed non ligius est subditus secundum quid, id est,quate nus feudum se extendit,ver.17.G.¶Contra vasallum mea aucto ritate ius mihi dico,si sum ibi in quasi possessione:aliàs ñ.Item in lite ordinata nō dicam mihi ius:quia pro libero interim habetur, vers.19.G.¶Vtrùm homo meus possit liberè vendere bona sua, ver.19.plenè nota G.& ff.si quis in frau.patro.l.si.&l.si quis à pa. fu.ma.l.non vsq;.¶Licet maritus sit vasallus,vxor non sit vasalla quia qualitas ista non migrat de persona ad personam,ver.xx.qri tur.G.¶An vasallus teneatur sequi dominum cis sumptib⁹, vers. 22.& seq.G.¶An possint duo in inuicem sibi esse vasalli,ff.si cer. pet.l.eius,qui in prouinciam.§.fi.ver. 24 G.In feudo edictali suc cedit heres hæreditatis aditione,sed in feudo decretali demū pr̨ stito iuramento fidelitatis,& confirmato sibi feudo:& est vnum feudū in substantia, sed decretale feudū plus tribuit in effectu: q̄ edictale,ver.27.quæritur.& not.hęc noua verba.G.¶An vasall⁹ vendi possit,ver.29.An possint vendi vasalli diuidui.¶An vasal li possint in inuicem permutare,ff.de transactio.l.cùm hi.§.si vni. ver.30.cum vers.seq.G.¶Item not.ꝙ meum dicitur,quod bona fide possideo,ff.ad Vell.l.si mulier intercedendi.¶In l.si.ff.de ꝯsti. pec.dicitur,ꝙ confessio nō obligat cōfitentem:in l.quidam.ff de const.pec.dr̄ ꝯrium.Sol.ibi inscribebat vt alius,non vt ipse.¶Itē ibi potest fingi cōfessio officio probationis,sed in l.quidam.non probat ꝯ Titium:& ideo vt aliquid operetur,obligat scribentem de consti.pec.Bal.¶An in feudo habeat locū ius accrescēdi,vers. 30.G.vide s̄.de loca.§.ius accrescendi.¶Filius potest renunciare hæreditatem paternā,& accipere feudū:secus in agnato,vers.37. G.¶An feudum ex delicto publicetur,latissimè tractatur in vers. quæritur,ecce.G.& Acc.in l.si quis in tātam.C.vnde vi, & vide s̄. de loca.§.an inimicitia.G.Vasallus iurat sex,& vltra ista non tene tur,vers.& nota,quòd vasalli in sex tenētur obedire.An dēt coad iutor regibus,ver.fi.G.¶Forma iuramenti quando Aretini&Bo nonienses iurauerunt ecclesiæ fidelitatem,in vlt.col.G.¶An fe lonia patris noceat filio.§.nunc dicamus.vers.sed quæritur.& qđ no.s̄.§.quoniam.ver x.G.¶Qualiter concipiatur libellus contra vasallos,§.fin.G.C.de libertis & eorum liberis,l.ij.G.

a ¶De pignoribus,& aliis cautionibus [a]. Rubrica.

ADDITIO.

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui cùm T. in iudicio defenderet, satisdedit mihi pro eo iudicatum solui: quẽ tamen non defendit, vel in defensione dolum commisit: vel fuit mihi condemnatus, cùm sine mandato defendisset: vnde quia mea interest in decem, quòd illum defendisset, vel quòd dolum non commisisset, ideo illa decem peto: & ad hoc propono certi condictionem ex stipulatu. Si verò agis ex vltima clausula, dicas sic: vnde quia fuisti condemnatus in decem, ideo illa decem peto: & ad hoc propono certi condictionem ex stipulatu, ff. iud. solui, iam tamen. §. ij. & l. cùm quaerebatur. l. iudicatum solui stipul. ¶ Actor ergo sic ponet:
f Pos. Act.[f] †Pono, quòd talem sponte defendisti, C. de procur. inui
7 tus. Item quòd pro eo satisdedisti iudicatum solui, ff. eod. iam tamen. §. videamus. Item quòd ante litis contestationem, C. de satisdat. l. vnica, ff. de procur. Pomponius. §. ratihabitionis. Item quòd es maior xxv. annis, ff. de procur. minor. Item quòd coram tali iudice, qui adhuc durat, ff. iu. sol. si quis apud aliquem & l. cùm apud Sempronium. Item quòd omisisti defendere, ff. eo. l. iii. §. si reus. & l. iudicatum solui. Item quòd dolum in defendendo commisisti. Item quòd fuisti condẽnatus, nec appellasti, extrà de procur. non iniustè. in fi. Item quòd defendisti sine mandato. Item quòd lis illa adhuc durat, C. de iudic. properandum. C. quomodo & quando iudex, authen. qui semel. Item quòd citari fuerint omnes, qui haberent defendere: & omnes defuerunt. Reus verò sic ponet:
Pos. rei. Pono, quòd defendi. Item quòd non petiisti satisdari. sed haec est negatiua. Item quòd sum minor. Item quòd ille iudex mutatus est. Item quòd lis illa periit, C. de iudic. properandum. Item quòd defendi fideliter vsque ad sententiam. Item quòd fui abso-
8 lutus, Item quòd illa sententia appellaui. ¶†Caeterùm in stipulatione damni infecti sic libellus concipitur.
Lib. Coram, &c. ꝯqueror de P. qui cùm domus sua ruinosa minaretur ruinam domui meae, promisit mihi nomine damni infecti: vnde quia domus illa cecidit, & domum meam, vel parietem destruxit, quod damnum aestimo xx. vel in domo, vel in pariete reficiendo expendi xx. ideo peto illa xx. & ad hoc propono certi condictionem ex stipulatu. Si autem non damnum aestimare, dicas: vnde illud damnum mihi resarciri peto: & ad hoc propono actionem ex stipulatu, ff. de dam. infec. damni. §. Sabini. & l. fluminum. §. hęc stipulatio. §. idem seruus. & §. quanquam. Et hoc intelligas, quando vitio operis damnum datum est: secus si extrinsecus, vt in prae. concor. Hîc autem pone, vt dicam in actione praetoria, in
g frà de oper. no. nun. §. nunc dicamus g. ¶†Quid si timeo de ali-
9 quo ne mihi insidietur: nũquid possum agere, vt mihi caueat, ne
h me offendat[h]? arg. quòd sic, ff. de dam. infec. dies. in princ. ibi, ex causa, &c. vt ff. de statu hom. l. j. Item quia animae hominum, &c. vt C. de sacros. eccle. sancimus. Si ergo in aliis satisdatur, vt suprà: ergo multò fortiùs, ne me offendat: quia circa maiora maius periculum vertitur, vt xlij. dist. quiescamus. & ideo circa ea cautiùs, id est, cum maiori cautela & cautione est agendum, vt vij. q. ij. ca. ij. liberum enim corpus non recipit aestimationem, ff. de his, qui deiec. vel effud. l. fin. & vide suprà de offic. de leg. §. sequitur. versi. quid ergo. Item saepe, is, cui nouum opus nũciatur, cauet de opere dem

ADDITIONES.

a Actionem ex stipulatu directã. ¶ Et sic posuit Rof. vt de xiij. cautionibus, vel fideiussionibus, rubrica j.
b §. pe. ¶ Est sciendum, quòd, vbi s. opponit satisdationem, ex qua libelli praedicti formati sunt, esse superuacuam, cum ista sit stricti iuris, & actio tutelae sit bonae fidei: & quae in ista veniunt, & in illa, ff. eod. cùm pupillus. in fi. ergo ista nõ expedit: & sic nec exigenda, nec interponenda, ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. haec stipulatio respondet interesse pupilli, cũ in hac fideiussor detur. in illa non, C. de verb. sig. sancimus. Item plus cauet sibi tutor, ne fideiussorem habeat hostem, quàm si primum tantum. Item plus timeri solet, &c. extra. de haere. si aduersus. facit ff. de iniur. l. idem apud Labeo. An autem ista actio sit praetoria, vel ciuilis, disputare non curo: sed curiosus de hoc videat, vbi suprà.
c Pos. Act. ¶ Non formauit Rof. positiones has, vbi s. sed ibi scripsit quatuor esse necessaria, ex quibus autor has formauit: & idem dico de sequentibus.
d Pos. Act. ¶ Vt dixi suprà in prox. positiones non fuerunt Roffr. sed formatae sunt ex his, quae dixit necessaria. Nec mireris, si sextum non ponitur, quod specialiter ponit, cùm agit pro minore, quia cauerit, quòd restitutionem non petet, ff. rem rat. hab. l. iij. Multum autem instat Roff. in hac satisdatione, de quibus aliqua posuit autor s. de satisdatione.
e Iudicatum solui. ¶ Obiectionem & solutionem, quam fecit Rof. contra istam, scripsi s. de satisda. §. expedito. super ver. haec autem cautio.
f Pos. Actoris. ¶ Has positiones actoris & rei posuit Roff.
g Nunc dicamus. ¶ Roff. etiam breuiter hanc posuit, remittens ad ea, quae priùs dixerat in stipulatiõe damni infecti. & per praedictũ §. Sabini. & per l. praetor. eo. ti. §. hoc edictum. soluitur, quòd haec cautio super incerto interponitur, & super futuro: nam, vt dicunt leges illae, statim cùm coepit esse ruinosum, incipit damnum.
h Offendat. ¶ Gui. de Suza. quaerit de offendente, qui hoc petit ab offenso per se: allegat ff. de iudic. in omnibus. de of. praes. illicitas. & l. congruit. vt in prin. de vsuf. aequissimum. Ad contrarium inducit l. non caueri. Ergo superuacua cautio illi imponenda non est, ff. de procur. sed & hae. §. non solùm. nec omnibus est facile satisdare, de iudic. l. ij. §. si dubitetur. Instit. de satisdat. §. sed hodie. Item si iste intulit iniuriam, ex delicto non debet sibi parari actio: concord. quaere de collu. c. ij. in vlt. glo. soluit, quòd non satisdabit per fideiussores: sed aliter iudex prouidebit praecipiendo, ne offendat sub poena, quam timere debebat, s. vt lite non contest. quoniam. ad finem: vel prohibebit eum ire per certos confines, ff. de off. praefe. vrb. l. j. §. fi. vel, vt dicit, coget eum satisdare, si talis sit, qui possit, C. de his, qui ad eccle. confu. denunciamus. vbi de hoc per Gul. ff. de var. & extraor. cog. l. de vsufruct. vbi offensa illa esset iudicialiter punita, facilis debet esse iudex ad satisdationem recipiendam: aliàs facit praeceptum, sed onus satisdationis non imponit.

re demoliendo, si constiterit eum iniustè ædificasse, extrà de no-
ui oper.nun.c.pe.& fi.cuius cautionis forma habetur suprà de sa
tisd.§.fi.super qua stipulatione sic concipietur libellus:
10 ¶Lib.†Coram,&c.conqueror de P.cui cùm nouum opus,nun
ciassem propter opus,quod in tali loco faciebat,ipse mihi satisde
dit illud opus tollere,si appareret eũ iniustè ædificasse:vnde quia
apparet eum iniustè ædificasse,vel quia cùm vellem contra eum
a contendere, quòd iniustè ædificauit, se non defendit[a], ideo ago
contra eum,vt prædictum opus tollat: & ad hoc propono actio-
nem ex stipulatu.vel,si vis:potes dicere:vnde ago contra eum,vt
b præstet mihi meum interesse.& pone [b] hic, vt infrà de no. oper.
nunc.¶Pone etiam sic:
Pos.actoris.Item pono,quòd satisdedisti de opere destruendo,si
iniustè ædificares,ff.de no.oper.nun.prætor.§. hoc autem inter-
dictum.& §.perinde.& l.stipulatio.extrà eo.c.fin.Item quòd iudi
catum est te iniustè ædificasse,extrà eod.capi. pen. Item quòd li-
licet satisdederis, non tamen defendere voluisti,ff.eo.stipulatio.
c §.siue autem [c].¶†Porrò vsufructuarius de duobus cauere tene-
11 tur,scilicet quòd re non malè vtetur,& quòd vsufructu finito re
stituet,quod ex re ipsa extabit,ff.de vsufruct.quemadmo.caue. l.
d j.extrà de pig.c.fi.[d]quæ cautio sic scribetur:cùm vsusfructus con
stitutus est in re aliqua,cuius substantia vsu non perit,vt in vine-
is,campis,syluis,animalibus,seruis,domibus,an[illegible]alis,gemmis, &
similibus:
e ¶Forma [e].Ego A.promitto tibi H. vsumfructum,quem mihi in
tali vinea concessisti, ex causa donationis vti & frui arbitrio bo-
ni viri,rei saluando substantiam:& quòd quandocunque vsusfru
ctus finietur, vineam prædictam, vel quod supererit, pleno iure
restituam,& dolum malum abesse faciam: quæ omnia suprà scri-
pta promitto attendere,&c.ff. vsufruct. quemadmod. caue. & si
12 vsusfructus.ff.de vsufruct.l.j.extrà de pign.c. fin.¶†Si autem v-
susfructus constitutus est in rebus, quæ vsu consumuntur, vt in
pannis,pecunia,auro,argento ponderato, vino,frumento,oleo
& his similibus,ita dicetur:
Forma.Ego A.cõfiteor me ad vsumfructum habere à te H. quin
que vncias auri,quas mihi traditas confiteor:& renuncio excep
tioni rei non traditæ:&promitto,quandocunque dictus vsusfru
ctus finitus fuerit morte,vel capitis diminutione, tantam quanti
tatem in eodem genere,aut æstimationem reddere sine aliqua di
minutione:quæ omnia,&c.ff.de vsufruct.earum re.quæ vsu con
sumun.si vim.extrà de pigno.c.fin.Hic tamen no.quòd vestes,&
similia, quæ non consistunt in quantitate, debent æstimari: & de
æstimatione reddenda promittitur,ff.vsufructuar. quemadmod.
caue.si vsusfructus.§.secundo, ff.de vsufruct. earum rerum, quæ
vsu,l.i.ij.iij.& iiij.& l. si tibi.& l.si vim.& l. in stipulatione. & quasi
per totum.Qualiter autem scribetur venditio,vel donatio vsus-
fructus,not.suprà de emp.& vend.§.j.versi. si autem vsusfructus.
13 ¶†Si igitur iste A. malè fruatur, contra eum sic libellus conci-
pitur:
Lib.Coram,&c. conqueror de P. cui cùm vsumfructum talis vi-
neæ,vel domus constituissem,&ipse satisdedisset mihi se vsurum
fruiturum arbitrio boni viri,re illa malè vsus est: vnde ago cõtra
eum,vt illud,in quo malè vsus est,mihi soluat: & ad hoc propo-
14 no actionem ex stipulatu:& hoc,cùm damnum datũ est. ¶† Si
f verò velis rem tibi restitui,sic concipies[f] libellum:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.cui cùm vsumfructuum consti-
tuissem,vel fuisset sibi constitutus, vel relictus à patre meo in re
tali,&vsusfructus sit finitus,qa mortuus est,vel quia nõ fuit vsus
decem annis inter præsentes, ideo rem ipsam mihi restitui peto:
& ad hoc propono actionem ex stipulatu,ff.vsufruct.quemad.ca
15 ue.l.j.ff.de vsufruct.si vsusfructus legatus.¶†Si autẽ vsufructua
rius,qui rem possidet,non vult satisdare,vt suprà dictum est,pro
prietarius,si non vult rem vendicare,poterit cautionem petere,
& sic libellum concipere:
Lib.Coram, &c. conqueror de P.cui cùm relictus esset vsusfru-
ctus in vinea, vel domo tali, ego vineam illam, vel domum sibi
tradidi, non præstita ab eo satisdatione mihi de vtendo fruendo
arbitrio boni viri:vnde ago cõtra eum, vt mihi satisdet prædicto
modo,& ad hoc propono cõdictionem incerti,vel actionem in
factum,vel condictionem ex l.ff.de vsufructu earum re.quæ vsu
consu.l.hic senatus.§.si pecuniam.ex l.ff.vsufruct. quemad. ca. si
vsusfrus nomine.& l.si vsusfructus.§.illud.& facit extrà de pig.c.
fi.& ff.de vsufr.ea.rerum,quæ vsu consu.l.ergo.§.si pecuniæ.Qua
liter autem libellus concipiatur super vsufructu,no.suprà de cau
sa pos.& propri.§.in confessoria.versi.si verò agis.& versi.& not.
Actor ergo sic ponet:
g Pos.Act.[g]†Pono,quòd vsusfructus talis rei tibi relictus est,ff.v-
16 fruct.quemad.caue. si vsusfructus quoque. Item quòd nomine
illius satisdedisti te vsurum arbitrio boni viri,ff.eod. l. j.§. j. extra.
de pig.c.fi.Item q malè fuisti vsus, scilicet hoc modo.Item quòd
finitus est vsusfructus.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,quòd re illa sum bene vsus.Item quòd est in eo sta
tu,in quo erat,cùm fuit vsusfructus relictus. Item quòd vsusfru
h ctus adhuc durat [h].¶†Alia quoque actio ex stipulatu datur con
17 tra vsufructuarium pro rebus,quæ vsu consumuntur: in qua sic
libellus concipitur:
i Lib.[i]Coram,&c.conqueror de P.cui relictus,vel constitutus fuit
à me,vel à T.patre,vel fratre meo quasi vsusfructus xx.libr.Tur.
vel summatarum frumenti, vel vini,vel tot mensurarum olei:&
& ipse satisdedit de tot libris restituẽdis, vel vino vel frumento:
vnde cùm sit vsusfructus finitus,quia passus est capitis diminutio
nem

ADDITIONES.

a Non defendit.¶Hîc instat Roffr.in eo,quod etiam in fine huius
membri dicitur,defendere noluisti:mirandum est enim opus de
bere destrui hoc solo,q non defendit: sed secunda positio, quæ
sequitur,iustificaret hoc dictum,si sic esset:statim prosequitur.
b Et pone.¶Id est,positiones fac.
c §.siue autem. ¶Roffr. hunc §. intelligit, quando ædificans facta
nunciatione satisdedit de opere demoliendo,si non defendat̃,ac
si dicat, non probauerit se iustè ædificare. Si ergo non defendit
ex forma cautionis, venit opus demoliendum. Vbi igitur cauis-
set de demoliendo, si apparuerit eum nõ iustè ædificare,planum
est,quòd eo solo,quòd non defendit,non demolietur opus, nisi
denuncians probet ius suum.Posset tamen locus esse missioni in
possessionem propter contumaciam, maximè cùm denuncians
eget in aliqua positione respõsione aduersarii:item nuncians in
tra tres menses satisdationem recipere non tenebatur,& interim
debebat quiesci ab opere,extr.de no.ope.nun.c.fi.Item quando-
cunque non fit nunciatio,sed agitur cõfessoria, vel negatoria ad
opus tollendum:&tunc etiam si non defenditur,locus est missio
ni in possessionem,nõ destructioni noui operis,ff.de dam. infec.
à quo fundus.& l.priusquam.ff.de noui oper.nun.non agitur de
demolitione:quia nil erat ædificatum,vt dicit in princ.Iubebitur
ergo cauere,vt dicit tex.si non cauet,fiet missio, vt dicit ibi gl.
d c.fi.¶Ibi finito textu colligit gloss.per modum summæ,quæren
do de nouem,quæ per glo.expediuntur:& quod ibi breuiter scri
psi super iij.gloss. proximè prosequitur:&tenet hîc Roffr.scilicet
satisdationem,de qua loquimur,nõ esse de substantia vsufructus
e Forma.¶Mar.de Fano,membro xlix.& seq.
f Conci.¶Secundum Rof.cuius fuit iste libellus,& sequens,& vl-
tra medium tertius,ibi in fi.tit.
g Pos.Act.¶Secundum Roff.
h Durat. ¶Si vsufructus debebatur per annorum numerum, putà
decem, & duobus annis ꝓpter hostilitatẽ vsufructuari⁹ frui non
potuit,Io.de Deo,lib.iij.q. xv. dicit, si sine culpa vsufructuarii id
euenit,facta pace illos duos annos debere suppleri:alleg.decret.
ij.de cond.appos.apertiùs facit ff.de vi& vi arm.l.si de fundo.&ff.
quib.mod.vsusfruct.amit.si ager.j.& ij.Quid si vsusfructus relin-
quatur omniũ bonorũ vxori,altero instituto hærede, vsufructu
finito primò tractatũ est,C. si secũdo nupserit, auth. hoc locum.
de verbis communibus, quibus maritus reliquit vxorem domi-
nam & vsufructuariam,&quomodo per hæc verba consuetudo
interpretata est, quòd habeat alimenta, propter repugnantiam,
quæ est in concurrentia dominii & vsusfructus:& vide,quod ibi
no.facit infrà q fil.sint leg.§.j.ver.si quis ita.vbi videas.Sed in ter-
minis predictis est repugnantia:constat enim relicta in testamen
to non deberi prius,quàm ex illo adeatur hereditas,de fideicom.
eam,quam.ff.de reg.iur.si nemo. Constat etiam, q ex institutio-
ne concepta ĩ diem incertum,vel sub conditione hereditas adiri
non p̃t,anteq̃ eueniat dies,vel ꝯditio,C.de cad.tol.l.vna,§.in no-
uissimo.ff.d hæ.inst.l.in tp̃s.in prin.&l.si qs instituatur.&l.q filio.
Vt huius veritas habeatur,intermittitur quæstio,cùm filius insti
tuitur hæres in solidum,& vxori relinquitur vsusfructus in soli-
dum, an filius agat de inofficioso?Et videtur, q non, p l.vxori.ff.
de vsufruct.leg. Sed s̃m hoc fili⁹ ñ habẽs vnde sustentetur, fame
necabitur:pp quod dicũt quidam, q habere debet tertiam vsus-
fructus,C.de inoffi.test.sancimus.§.j.& auth. nouissima.eo.ti.po
sita super l.cùm q̃ritur.sed casum istum ad literam ponit §.prohi
bemus.in auth.de trien.& semis. vnde sumpta fuit illa authen. &
Vbert.de Bob.placet illa opinio ex ibi notatis,quòd lex,vxori.sit
correcta.Plus dicit, quòd etiam hoc casu habeat locum interpre
tatio consuetudinis not.in auth.hoc locum.de qua dixi in princ.
& bene vides,in quo differt: quia ibi relinquit dominam & vsu-
fructuariam. Sed ex prædictis patet quæstio soluta, si diceremus
illum institutum heredem fuisse de descendentibus,cui non po-
test tardari legitima,etiam in fructu,remanet dubiũ in extraneo.
ADDE soluendo hoc dubium,secundum Pau.de Cast.cons.ccc.
incip.super quæstio.& Rom.consilio septuagesimoprimo.
i Lib.¶Roff.& sequens,vbi de hac in fine.

a nem[a] peto xx.lib.vel frumentum, vel vinum, vel oleum mihi sol
ui:& ad hoc propono actionem ex stipulatu:vel melius, certi con
dictionem ex stipulatu,si certum quid in stipulatione deductum
18 sit,ff.e.si vini.ff.si cer.pet.si quid certum.¶†Pro vestibus autem,
vel bobus,vel talibus,cæteris retentis,dicas sic:
Lib.vnde cùm finitus sit quasi vsusfructus, & ,ꝓpter vsum illum
res illæ in decem deterioratæ sint,ideo illa decem peto:& ad hoc
propono certi condictionem ex stipulatu, ff. eo. si vini. & pone
19 hîc,vt in præ.pro.lib.¶†Sed & hæres cuiuscunque status,seu fa
b cultatis[b] sit, cauet legatario etiam datis fideiussoribus de legato
c præstando[c],ff.vt leg.seu fideicom.ser.cau.l.i.super qua stipulatio
d ne sic concipitur libellus[d]:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. hærede T. qui mihi stipulanti
promisit soluere decem,vel domum talem in testamento,vel co
dicillis T. per fideicommissum mihi legatam tradere : vnde ago
contra eum, vt mihi soluat, vel tradat: & ad hoc propono certi
e condictionem ex stipulatu: & hoc, cùm legatum est purum[e]. Si
verò sit conditionale,vel in diem,sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c.vt s. in prox.lib.vsque,tradere.iunge,sub condi-
tione,si nauis ex Asia venerit:vel in diem,putà calend.Martii:vel
si dies incerta,putà cùm filia nupserit:vel cùm talis consul factus
fuerit:vnde cùm conditio extiterit,cùm dies aduenerit, vel cùm
filia nupserit,vel talis cõsul factus sit,prędictam rem mihi legatã,
mihi peto restitui:& ad hoc,&c.ff.vt lega.seu fid.no.ca.legatorũ.
& l.non tamen.& l.sicut.& l.hæc stipulatio.& l.etiam.ff.quando
20 dies leg.vel fide.ce.si post diem.& l.si cùm dies.§.i.¶†Potest eti
am petere fructus & pensiones.Actor ergo sic ponet:
f Pos.actoris[f]. Pono, quòd T. in testamento, vel codicillis legauit
mihi decem,vel talem domum,C.de codicil.l.fi.ff.vt leg.vel fidei
com.no.caue.l.i.in prin.Item quòd tu hæres mihi satisdedisti no
mine talis legati conditionalis,ff.eod.tit.hæc stipulatio.respon.j.
& l.etiam.resp.j. Item quòd hæreditatem adiuisti,ff.vt in poss.le.
l.j.§.fi.Item quòd cõditio extat,quia dies venit,ff.de reg.iur.quæ
legata.ff.quando dies leg. ced.si post diem. Item quòd sum talis,
qui possum ex testamento capere,ff.de leg.ij.qui Titio decem.ff.
de his,quæ pro non scrip.hab.l.iiij.§.pen. suprà de edit. instru. §.
compendiosè.ver.ij. Item quòd T. potuit cõdere testamentum,
vel codicillum,ff.de don.inter vir.& vxor.cùm hic status.§.si ma
ritus.& in præal.§.versi.j.ergo. sed hæ duæ iuris sunt. Item quòd
paratus sum iurare me non calumniosè petere,ff.vt in pos.le.l.si
is,à quo.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,quòd T.ab intestato decessit.Item quòd testamen
tum,quod fecit,fuit illegitimũ.sed hæc est iuris.Item quòd licet
tibi legatum fuerit,tu tamen satisdare recusas.Itẽ quòd nondum
conditio extat,vel dies aduenit: & aliàs fac, vt dicetur in actione
21 ex testamento,infrà de testam.§.j.versi.& not.¶†Econtrà quo
g que[g]quoties legatarius petit ab hærede legatum,& dubium est,
an Falcidia locum habeat,satisdat legatarius,vt quod amplius no
mine legati recepit,quã ratio legis Falcidiæ patitur, illud hæredi
restituet,ff.si cui plus,quàm per l.Fal.leg.esse dic.l.j.§.hæc cautio.
& in hac actione ex stipulatu sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.cõqueror de P.cui cùm relicta essent xx.à T.qui
me hæredem instituit,& dubium esset de lege Falcidia,quæ mihi
hæredi debetur,dum legatum à me peteret, mihi stipulanti pro-
misit & satisdedit,vt si legi Falcidiæ locus esset,pro rata mihi red-
deret legatum:vnde quia legi Falcidiæ locus est,vel quia æs alie-
num apparuit,peto illa xx.mihi reddi,& solui.& hoc,quando to
tum legatum debet repeti.Si verò pro parte debet reuocari,adii
cias.pro parte:& ad hoc propono certi condictionem ex stipula-
tu,ff.eo.l.j.in princ.& §.hæc verba.¶Actor ergo sic ponet:
22 Pos.actoris.†Pono, ꝙ talis tibi reliquit tale legatum. Item quòd
dubium erat,an esset legi Falcidiæ locus,ff.eod.l.j.§.j.& l.ii. §. si in
plures.Item quòd in illo testamento T.me hæredem instituit.I-
tem ꝙ tu petebas à me legatum. Item ꝙ satisdedisti mihi de lega
to restituendo pro rata,si legi Falcidiæ locus erit.Item quòd cer-
tum est,quòd legi Falcidiæ locus est,ff.eo.l.j.§. in quibusdam. C.
ad leg.Falcidiam,in testamento.& auth. si cùm testator. extrà de
testamen.c.Raynutius.Item quòd relicta fuit res magnæ quanti
h tatis,ff.eo.l.iij.§.quamuis.Item quòd testator fuit paganus[h] Item
quòd tu es diues,ff.eo.non facile.¶Reus verò sic ponet:
Pos.rei.Pono,quòd talis reliquit mihi legatum. Item quòd satis-
dedisti.Item quòd non est locus Falcidiæ.Item quòd testator fu-
it miles,vt in concor.quæ sunt suprà in positione illa.Item quòd
23 certum.¶†Verùm hæredes quãdoque legata soluere nolunt[i]:
i vnde legatarii ꝯtra eos agunt, vt pro eis præstandis caueant:quod
si nolunt,mittuntur in possessionem rerum,etiã hereditariarum
ff.vt leg.seu fideicom.no.ca.Iulianus.& l.verum.& l.etiam.¶Sic
ergo libellus concipitur:
Lib.Coram, &c. conqueror de P. qui cùm sit hæres institutus in
tali testamento,& mihi res talis sit à testatore legata,ipse hæredi
tatem adiuit,& mihi satisdare noluit: vnde peto, vt mihi satisdet
de illo legato præstando : & ad hoc propono officium vestrum,
domine iudex,per quod hoc peto,vt ff.eo.l.j.& l. etiam.¶Actor
ergo sic ponet:
Pos.actoris.Pono,quòd talis in suo testamento,vel codicillis mi
hi talem rem legauit,ff.eo.postquam.§.si dies.& l.etiã.§.fin.Item
quòd ipse instituit te hæredem.Item quòd adiuisti hæreditatem
illius,ff. vt in pos.leg.l.j.§.fin.& l.ij. Item quòd modò in primis à
te satisdari mihi peto:secus,si esset lis contestata,ff.eo.l.j.§.non so
lùm.Item quòd paratus sum iurare animo calumniandi non pe-
tere,ff.eo.postquam.§.si dies.ff.vt in poss.leg.si à quo.§.j. Item ꝙ
testator sine aliqua prohibitione pręcepit mihi legata præstari,ff.
eo.licet.& l.fi.¶Reus verò sic:
Positio rei.Pono,quòd talis fuit minor xiiij.annis.hoc concesso,
patet,quòd non potuit testari,ij.quæst.vj.§.diffinitiua,Insti.de te-
stam.C.quãdo prouoc.non est neces.l.j.Item quòd talis tantùm
te hæredem instituit:ergo non iste,per consequens,C.de procu.
maritus.xxv.distin.qualis.sed hæc est implicita negatiua,extrà de
causa pos.& propri.cùm ecclesia.Itẽ quòd decessit sine testamen
to & codicillis.Item quòd hæreditas fuit omissa,vel repudiata ex
testamento,& fuit adita ab intestato,C.de fideicommis.eã quam
Item quòd cœpisti à me petere legatum. Item quòd cùm petii,
recusasti de calumnia iurare,C.de iur.calum.l.ij.extrà e.c.fi. Item
k ꝙ non petisti tibi caueri.ff.vt in pos.leg.l.j.§.non exigit[k].¶†Ar-
24 rogator quoque stipulatur seruo publico, ꝙ restituet arrogato,
quæ ab eo habuit: vel eis, ad quos peruẽtura sunt: & ꝙ sibi dabit
quartam de bonis suis,si eum sine causa emancipauerit,vel exhæ
redauerit,ff.de adop.nec ei.& l.seq.& l.si arrogator. & Inst. eo. §.
sed & si decedens.Sic ergo libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui cùm me arrogauerit,& satis
dederit mihi de omnibus bonis meis,scilicet talibus restituendis:
& nunc arrogatio sit dissoluta,quia me emancipauit,ideo illa bo
na mihi peto reddi:& ad hoc propono actionem ex stipulatu: &
25 hoc,cũ maior quatuordecim annis arrogatur. ¶†Si verò sit mi-
nor,sic concipitur libellus:
Libel.Coram,&c.conqueror de P.qui cùm me arrogauerit,pro-
misit seruo publico, quòd omnia bona restitueret illis, ad quos
peruentura essent, si arrogatio facta non esset: vnde quia disso-
luta est arrogatio , quia me emancipauit, omnia illa bona mea
mihi

ADDITIONES.

a Capitis diminutionem.¶Maximam, vel mediam: & vide in præ.
decre.vlt.in fin.pen.gl.quod super ea dixi.
b Seu facultatis.¶Vtitur verbis legis, quam statim alleg.tamẽ plu
res casus excipiuntur, qui ibi no.scilicet l.j.in prin. Sunt casus,qui
bus sufficit nuda promissio,vt e.ti.si quando.& l.seq.quæ incipit,
filio. & sunt casus ibi legato reipublicæ facto, vel filio, vel seruo
sub ꝯditione:& debetur à patre,vel domino instituto,qui eman-
cipatur,vel manumittitur ante conditionem.satis enim tunc est,
patrem,vel dominum cauere sub hypotheca omnium rerum su-
arum,vt ibi.
c Pręstando.¶Sit tale,quod pręstari possit.nam legatum liberatio
nis non præstatur, nec est penes hæredem: qui si ageret, obstaret
sibi exceptio doli,ff.vt in poss.legat.l.j.§.debitori.
d Conci.lib.¶Secundum Roff.& iste & sequens.
e Est purum. ¶Licet ad tale legatum statim agi possit tamen non
semper prompta est exactio,ff.de leg.vel fidei.l.j.in prin.habet e-
nim moras exceptio iudicii,vt ibi:& ideo vtile est legatario priùs
egisse ad satisdationem habendam. facit., quod dixi super prima
cautione:aliàs videretur fatuum duo subire iudicia, vbi sufficeret
vnum.Item extra iudicium dari potuit fideiussor spõte per hæ-
redem.
f Pos.act.¶Formatę ex nouem,quę dixit Rof.interuenire debere.
tamen autor de duobus nõ curauit:scilicet quòd producatur scri
ptura legati, & quòd legatarium dolum malum abesse promise-
rit hæres.
g Econtrà quoque. ¶Hic turbat ordinem Roff. secundum quem
hic est vltim.& xiij.sed iustum motum habuit autor continuan-
do eam proximæ,& sit noua:& eius est totum,quod sequitur.
h Paganus.Quasi non miles,in cuius testamento cessat Falcidia,vt
in præd.l.in testamento.& quod de diuite sequitur, dicitur: quia
pauper satisdare non tenetur,vt ibi.
i Soluere nolunt.¶Transgreditur materiam Rof.& satis congruè
ipse enim hoc tractat in finali rubrica edictorum, scilicet de satis-
dando pro legato pręstando,ante rubricam de primo & secundo
decreto:& ad literam sunt ibi,quæ sub isto versi.ponit.
k §.non exigit.¶xv.& quicquid sub isto versic.ponitur,totum est
Roffre.

mihi reddi peto: & ad hoc propono vtilem actionem ex stipulatione: & quia me sine causa emancipauit, peto quartam partem omnium bonorum suorum mihi ab eo præstari, quę debetur mihi ex constitutione diui Pii: ad quam partem petēdam propono condictionem ex lege, vel constitut. diui Pii, ff. de col. bonor. l. j. §. si impubere arrogato. & ff. de inof. testa. Papinianus. §. si quis im-
a pubes [a]. ¶† Si verò arrogator defunctus eum exhæredauerit, vel
26 præterierit sine causa, sic libellus concipietur:

Lib. Coram, &c. ago contra P. hæredem patris mei arrogatoris, vt restituat mihi omnia bona mea, quę ad ipsum arrogatorem deuenerunt, scilicet talia, cùm arrogatio ipsa sit ipsius morte dissoluta: & ad hoc propono vtilem actionem ex stipulatu, & præterea peto quartam partem omnium bonorum ipsius mihi debitam ex constitutione diui Pii: quia sine causa me præteriit, vel exhæredauit: & ad hoc propono condictionem ex constit. diui Pii, vt su-
27 prà. ¶† Porrò hæres arrogati impuberis mortui contra arrogatorem, vel eius hæredes, sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. ego hæres T. cui ab intestato successi, ago contra P. vt reddat, vel restituat mihi omnia bona, quę fuerunt quondam T. quem ipse P. arrogauit, cauendo seruo publico, vt bona restitueret his, ad quos peruentura essent, si arrogatio facta non fuisset: vnde quia illa bona ad me, tanquam proximiorem, pertinent, ideo illa bona, scilicet talia, peto: & ad hoc propono vtilem actionem ex stipulatu: præterea peto quartam partem omnium bonorum ipsius P. mihi præstari delatam ipsi T. arrogato, & mihi suo hæredi, ex constit. diui Pii: & ad hoc propono condictionem
28 ex constitut. diui Pii: ff. e. si arrogator. ¶† Si autem legatarius, cui relictum fuerit in testamento pupillari, id est in substitutione, velit agere, sic concipiet libellum:

Lib. Coram, &c. cōqueror de P. qui cùm arrogasset T. pupillum, cui fui pupillariter substitutuss, & promisisset seruo publico, scilicet H. quòd restitueret omnia bona illis, ad quos peruentura essent, si arrogatio facta non fuisset, & T. ille mortuus fuerit intra pubertatem, & sic bona ad me substitutum deuenerint, peto bona illa mihi restitui: & ad hoc propono vtilem actionem ex stipulatu, & specificet bona, si velit. ¶ Actor ergo sic ponet.

Pos. actoris. Pono, quòd ego fui paterfamiliàs, siue mei iuris, ff. de adop. l. j. in fi. Item quòd me interrogasti, an vellem esse tuus filius: & consensi. Item quòd arrogasti me coram principe, vel eius rescripto, ff. eo. l. ij. C. eo. arrogationes. ff. de autor. tut. l. iij. Item quòd mei curatoris auctoritas interuenit, C. e. arrogationis. Item quòd fui minor xiiij. an. vt in præd. l. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei Pono, quòd fuisti in potestate. Item quòd te volui arrogare, sed contradixisti. Item quòd arrogatio fuit facta coram magistratu. Item quòd absente tuo curatore. Qualiter autem forme
b tur instrumentum super arrogatione, not. infrà de cog. legali [b].
29 ¶† Rogatus [c] quoque restituere, si sine liberis decesserit, quic-
c quid post mortem de hæreditate extabit, cogitur cauere illi, cui restitutio fieri debet, quòd seruabit ei quartam partem, in auth. Col. viij. de restit. §. si quis ei. quod est positum C. ad Trebel. auth. contra. & sic libellus concipitur:

Lib. Coram, &c. ago contra P. hæredem T. vt det mihi quartam partem omnium bonorum, quæ fuerunt quondam M. qui M. T. instituit hæredem, & rogauit illum, vt mihi restitueret, quicquid de bonis suis post mortem Sempronii extaret: qui etiam T. de quarta mihi restituenda promisit: & ad hoc propono actionem ex stipulatu. & hoc, quando T. diminuit bona vsque ad quartam. alioquin cùm possit quartam tunc retinere, vt in præ. auth. cōcipitur sic pro tribus partibus.

Lib. Coram, &c. ago contra P. hæredem T. vt det mihi & assignet tres partes omnium bonorum, quę fuerunt quōdam M. qui M. T. hæredē instituit, & rogauit eum, vt mihi restitueret, quicquid de bonis suis post mortem ipsius T. superesset: qui T. promisit mihi de bonis illis restituendis, & ad minus quartam: & ad hoc, &c. vt in præ auth. ¶ Actor ergo sic ponet:

Pos. actoris. Pono, quòd M. fecit testamentum. Item ꝙ in eo rogauit patrem tuum, vt quicquid superesset, &c. vt s. in li. prox. Item quòd pater tuus mihi promisit se restituturum. Item quòd pater tuus mortuus est, vt præd. auth. ¶ Reus verò sic ponet:

Pos. rei. Pono, quòd M. ab intestato decessit. Itē quòd bona eius habent venientes ab intestato, vel fiscus. Item dato, quòd sic dimisisset, tamen pater meus pauper fuit. Item quòd ex illis bonis diminuit causa vescendi. Item quòd diminuit illam quartam causa dotis, vel donationis propter nuptias, in authen. Col. viii. de testi. §. si verò. & ipsam alleg. etiam: fac, prout no. in actione ex testamento: de qua habes infrà de testam. §. j. Item de actione ex stipu-
d latu [d], quæ datur contra eum, qui promisit aliquem in iudicio sistere, dixi suprà de dolo & contu. §. restat. versi. porrò. Item de illa, quæ interponitur pro morbo, vel euictione, cùm aliqua res venditur, dixi suprà de emp. & ven. §. fi.

ADDITIONES

a §. si quis impubes. ¶ Quæstio, an arrogatus institutus & rogatus de restituendo detrahat duas quartas, s. Trebellianicam iure institutionis, & quartam ex constitutione diui Pii, non videtur Roffr. dubia, cùm secundam non habeat, nisi in duobus casibus his libellis expressis. Vbi ergo instituitur, secunda non debetur: ergo non detrahetur. de hoc vide per eum versi. antepen.

ADDE, vt per Bar. in l. si arrogator. ff. de adop. vbi in vij. col. vers. not. hîc, quòd si impubes arrogatus instituatur solus, & grauatur de restituendo, non detrahit duas quartas: secus in legitimo & naturali.

ADDITIO. Adde tu Gui. Pap. in quæstionibus suis, in q. lii. incip. licet doct. vbi latè, an filius rogatus possit indistinctè detrahere duas quartas. Hen. Fer.

b De cognat. legali. ¶ Roff. vbi suprà, de ix. cautione, versic. pen. & vlt. ad libellos fundandos super stipulatione facta per seruum publicum, opponit de §. alteri. Insti. de inuti. stip. item de leg. j. C. per quas pers. vbi dicitur excepta causa possessionis nil nobis acquiri posse per personam liberam nostro dominio non subiectam. Respondet, vtrumque generale. Fallit in casibus, quibus alteri stipulatur, & acquiritur per seruum publicum, & ratione publici officii actiones vtiles competunt: sicut & aliàs ff. de const. pec. cum, qui. §. Iulianus.

c Rogatus. ¶ x. lib. & xi. est in totum ad literam Rof. j.

d Item de actione ex stipulatu. ¶ xj. & xij.

ADDITIONES NOVAE.

So An pignoris, vel fideiussionis datio obtineat vicem solutionis, & quando, Alb. in l. rescripto. §. debitores. de mun. & hon.

In l. j. C. ob chirogr. pec. quid si aliquis rē meam voluntate mea obligauit: an si volo ei creditori soluere debitum pro quo fuit obligata, poterit retinere ob chirographariam pecuniam: dicunt quidam quòd sic, arg. l. emptor. de rei vendic. tu dic contra, arg. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc.

An vsurarius teneatur ad petitionem debitoris ostendere pig-
9 nus emere volenti, no. ff. de pign. act. l. vij.

Nota, licet aliàs pign⁹ possit retineri propter chirographariam pecuniam: non tamen est hoc in fideiussore, l. fideiussor. in princ. ff. de neg. gest. & etiam ille tex. allegatur, quòd hypothecaria interdum transfertur absque principali.

An creditor possit defendere domum sibi pignori datam, quæ venit deuastāda ex forma statutorum propter maleficium commissum per debitorem, Bar. in l. j. §. seruus pignori datus. ad Silan.

Pone duo Barones promiserunt sibi adinuicem non acquirere aliquid in territorio alterius sub magna pœna: contigit quòd vnus ipsorum accepit in pignore castrum alteriùs: an per hoc videatur incidisse in pœnam, no. in l. si seruus. §. j. de nox. act. & l. qui habebat. de leg. iij. per d. Nicol. de neap.

Pone, Titius habet multos debitores, & vendit quandam rem, & obligat in instrumēto venditionis prout moris est, omnia sua bona, in qua veniunt etiam nomina debitorum: modò si emptor denuntiat debitoribus dicti Titii, ne sibi soluant vigore iurium suorum vtiliū: impediet quòd dicto Titio nulla fiet solutio à debitoribus suis, nisi forte dicatur quòd vendens obligat sub conditione, si bona euincantur. cogita.

Nota quòd in obligatione omnium suorum bonorum, veniunt & nomina debitorum, l. si legatarius. §. j. ad Treb.

Pone, posterior creditor agit contra priorem possessorem pignoris, & vult soluere, & offerre priori, nunquid possit, dicitur ꝙ sic, l. si res. cum glo. de leg. j. Iac. de Ar. in l. non omnino. de his qui in prio. cred. loc. succ.

Pone quod aliquis obligauit pignori omnia sua bona, & iste tunc temporis tenebat quandam rem quam præscribebat: ante completam præscriptionem decessit, & hæres compleuit præscriptionem: an creditor pro illa re possit hypothecariam intentare, Iac. de Ar. in l. Paulus de pig. l. fi. C. qui pot. in pig. hab.

Pone. obligaui tibi rem meam, sed ipsam tibi non tradidi: sed ipsa res mea posteà ad te peruenit, an potero agere contra te pignoratitia actione.

Item nunquid pro pignore prætorio habeat locū pignoratitia actio, Bar. in l. vtique. de dam. inf. & dic quod sic.

Not. quod pignoratitia actio quę datur debitori est in personā, sed illa quæ datur creditori est in rem, hoc probatur ex l. pignus. C. de pign. & ex l. fi. de distract. pig.

Pone. obligaui panceriā meā ꝓ flor. x. nūc volo ipsā exigere: tu ostēdis mihi quādā pāceriā. ego dico ñ est illa ꝗ tibi obligaui: tu dicis, imo est. ꝗritur cui magis debeat credi, & videt̃, ꝙ actori, l. inter stipulātē. de verb. ob. dic ꝙ si creditor est melioris ꝯditionis, & famæ, potiùs ei creditur. l. diui fratres. in princ. de lib. cau. & l. fi. de act. & ob. & l. j. c. si quis Imp. maled. de incendio, ruina, naufra. l. Pedi⁹. l. legitimos. ꝺ leg. hær. l. ñ ois. §. à barbaris. ꝺ re milit. Odof.

Pone quòd quidã obligauit bona sua duobus, vni primò, & alteri secundò. iste secundus creditor egit hypothecaria cõtra quendam possessorem rei debitoris, & consecutus fuit æstimationem dictæ rei: vult prior creditor auocare ab isto secũdo creditore dictam pecuniam quam habuit pro æstimatione dictę rei, nunquid possit: videtur quod nõ per l. idemque in fi. qui pot. in pig. hab. & l. quamuis. in quib. cau. pig. taci. contrah. cõtra pro hoc facit l. qui vas. ff. de furt. ècõtra videtur per l. creditor. §. si simpliciter. q pot. in pig. hab. & l. res. §. j. de iur. fisci. pro hoc l. si rem & pretium. de pe tit. hæred. l. 3. ff. quod cum eo.

An imputetur creditori qui permisit præscribi pignus, vt non possit agere contra fideiussorem, & vt obstet exceptio cedendarum, vide glo. in l. pignoribus datis. C. de fideiuss. Alber. in l. iubemus circa fi. C. ad Vellei.

Nota quòd cedens iura sua, non tenetur pignoratitia: nec etiam cessionarius, l. fideiussor in princ. de neg. gest. & ibi Bald.

An si creditor efficiatur dominus pignoris possit agere hypothecaria, not. in l. ex sextante. §. latius. de excep. rei iud. per doct.

Nota, quòd hypothecaria nudam possessionem aduocat, quãuis sit in rem, l. si cum venditor. in princ. ff. de euict. faciunt not. in l. cum res. C. si res al. pig. data sit.

An hypothecaria possit cedi sine personali, not. in l. si pignori. ff. fam. ercisc.

Nota quòd agens hypothecaria nihil aliud vult, nisi quòd sibi soluatur, c. ex literis. de pig. & c. significante. eo. tit. facit Cy. in l. j. C. ob chirogr. pec. Roffr. in libellis suis collectarius in d. c. significante.

Quid si plures obligauerunt se mihi in aliquo instrumento: pecunia tamen ad vnum solùm peruenit, & obligauerunt mihi omnia bona sua, q omnes cõstituerunt se possidere nomine meo: modò ille ad quem pecunia peruenit, alienauit bona sua, & non est soluendo: alij autem sunt soluendo. ego vellẽ conuenire possessores bonorum ipsius qui vendit non excussis alijs qui sunt obligati: an possim. Iac. Butr. in l. est in arbitrio. C. de act. & oblig.

Quid si debitor qui tenebatur ad sortem, & vsuras, dederit creditori suo pignus simpliciter, non declarato quòd daret pro sorte, vel pro vsuris, not. per doct. in l. solutũ. §. si in sortẽ de pig. act.

Pone debitor volens obligare creditori suo fundum, aut domum: creditor ad maiorem securitatem, & cautelam vult quòd sibi fiat instrumentum venditionis simulatum, cum in veritate sit pignus. consule debitori quòd antequam fiat contractus agatur per pactũ quòd emptio sequẽs sit simulata: quòd si postquam cõtractus esset perfectus, ageretur inter partes quòd esset simulatus, nec esset propterea, arg. l. in bello. §. fratre. ff. de cap. & postlim. re. nisi quia bene obstaret cõfessio nostra Ray. in l. 4. §. si ab ignoto. de manum. & ibi Iac. de Aret.

In bonis quæsitis post vtramque obligationem pariter admittuntur creditores. glo. in l. si is qui. ff. de iur. fis. quid de fructibus natis in fundo post vtramq; obligationem, ad hoc facit glo. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. & quòd pariter admittantur creditores procedit quãdo agunt cõtra debitorem extraneum, vel inter se: alias autem melior est conditio possessoris, l. si debitor, l. si fundus. §. si duo. de pig. not. j. de solut. l. 2. ff. de Salu. interd. hoc verum quando res obligata est, cuilibet in solidum: secus si pro parte, quia tũc tantùm pro parte, vide Alb. in l. 1. C. quæ res pig. obl. poss. & in prima constitutione C. §. quibus.

Quidam vendidit certos drapos ad credentiã Titio, antequam pretium soluèretur, Titius aufugit: veniunt creditores, & volunt concurrere in istis drapis cum venditore: sed ipse dicit se præferendum, Bal. in l. si dotis in fi. ff. sol. matr. etiam ibi ponit aliã quæstionem de concursu in bonis debitoris. facit ad hoc quod not. i. dẽ Bal. in l. prætextu C. comm. facit Bal. in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poss.

An res litigiosa possit pignori obligari, gl. quòd sic, in l. 1. cõm. diui. licet doct. contrà.

Pone aliquis baro obligauit feudũ vxori suæ pro restitutione dotis cum consensu regis, à quo dictum feudum tenebat: deinde moritur Baro non relictis liberis, ita quòd feudum reuertatur ad regem: an remanebit obligatum dictę vxori pro dote sua. videtur quòd non, per l. Paulus. §. domus. de pign. veritas tamen est in cõtrariũ, vt c. veniens. extr. de don. int. vir. & vx. Bertilius de Cabua.

Pone, tu obligasti creditori tuo rem meam me ignorante: ego posteà eandem rem obligaui creditori meo, deinde ego habui ratam obligationem, quam tu feceras creditori, quis erit potior in dicta re: an tuus creditor, an meus, not. in l. cum mihi. §. si fideiussor. de solut. Albr. in l. fi. C. ad Maced. Ang. in l. decem. §. cum fideiussor. de solut.

Pone, creditor habens pactum quod posset vendere pignus, ipsum vendidit infra dimidiam iusti pretij, & promisit de residuo non mouere quæstionem, nec controuersiam: ac etiam conuenit quòd si dictum pignus reperiretur fore melius pretio prædicto, vel reperiretur dictum creditorem vendentem esse, deceptũ in dimidia iusti pretij, vel vltra de ipso pluri, ex nunc fecit donationem dicto emptori, modò vult debitor cuius erat dictum pignus venditum, agere actione ex eo contractu secundum formam. l. 2. de resc. vend. contra dictum emptorem, an possit Dom. Signorolus in consilijs suis hoc planè examinat.

Pone, timeo ne aliquis me offendat, an possim agere vt mihi caueat ne me offendat, Cy. in l. denunciamus. de his qui ad eccl. cõf. & l. qui mihi bona, §. si quis. de damn. inf. Bart. in l. si fideicommissum. in fi. de iud. & l. 1. C. vbi de ca. agi. Guil. de cu. in l. illicitas. §. veritas. de offic. præs.

An prohibitus alienare incidat in pœnam obligando generaliter omnia sua bona, Bal. in l. volũtas. C. de fideiuss. dicit quòd non facit quod not. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2.

An obligando quis generaliter, videatur obligare vsumfructũ, quem habet in aliqua re, vt aliquod ius simile, Host. in summa de pign. §. quæ res. vers. hinc autem. facit quod not. Bart. & Bal. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. & Bal. in l. voluntas. C. de fideiuss.

Pone obligo tibi omnia mea bona, deinde emo prædium à Titio, & obligo sibi omnia bona mea, quis præferetur in isto prędio, Alb. in l. obligationem de pig. dicit quòd secundus creditor. l. 1. in fi. cum l. seq. de reb. cor. & quod not. Bal. in l. pro debito. C. de bon. auct. iud. poss. vide Albert. de galioto. in summa de pig. quæst. xxx.

Si quis emit rem obligatam, & in ea fecerit meliorationes, sufficit quòd creditori agenti det æstimationem primã, scilicet quãti empta est, Bart. in l. in his. C. de præd. nauic. lib. xj.

An cauendo quis de non offendendo aliquem, videatur etiam cauere de non offendendo amicos suos Nicol. de Neap. in l. qui bona. §. quod damni. de damn. inf.

Pone pignorasti mihi rem emptam, deinde venditor auocat à te tanquam deceptus vltra dimidiam iusti pretij, an liberetur pignus. dicitur quòd non, Bart. in l. si res. quib. mod. pig. vel hyp. sol.

Qualiter concludatur in hypothecaria, Bart. in rem alienam. de pig. act. & quæ sit differentia inter pignoratitiam, & hypothecariam, Bart. in prima constit. digestorum. §. his igitur.

An in obligatione generali veniant fructus nascentes in fundo, not. in l. 1. §. cum prædium. ff. de pig. & l. quamuis. C. in quib. cau. pig. tac. contrah.

Si nomen est datum pignori, an pignus sit etiam pignori, Bal. in l. si à creditore. C. de act. & oblig.

An merces quas mercator quotidie emit, & vendit, veniant in obligatione generali, Albr. in l. fi. C. quę res pig. ob. poss. quòd nõ, & in l. fi. de pig. & in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.

An vir obligando omnia bona videatur obligare bona dotalia, Bal. quòd non in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matr. conttà facit l. in rebus. de iur. dot.

An creditor possit agere contra debitorem debitoris sui, Alb. in rubr. quando fisc. vel priu. Cy. in l. fi. de act. & obl. Bal. in l. vt hæredi. C. de hæred. act.

Quis præferatur in bonis quæsitis per debitorem post vtramque obligationem, not. in l. is qui. de iur. fisc. & vide j. de solut.

Venditor constituit se tenere rem venditam nomine emptoris: & quia emptor non soluerat pretium vult agere hypothecaria contra istam rem. Bal. in l. fi. C. commod, dicit quòd ista res vendita non erit hypothecata. glo. contra in l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.

Pone aliquis obligauit rẽ meã, deinde ego obligo: posteà ratũ habeo, quis creditor erit prior, seu potior? Alb. in l. fi. C. ad Maced.

Mutuo tibi pecuniam, & tu obligas mihi omnia bona tua, an ista pecunia erit obligata, Alb. quòd non in l. obligationem. ff. de pign. facit l. cum tabernam. §. creditor. eod. tit.

An in tacita hypotheca veniãt futura, vel bona heredis, vel bona debitoris. Bal. in l. 1. ff. sol. matr. & quod not. in l. fi. quæ res pig. ob. poss.

An sufficit probare debitorẽ possedisse per x. ann. licet non probetur tit. Alb. in l. & quia nondum. ff. de pig.

Quando præscribatur pignoratitiæ actioni, Alb. in l. si rem. de pig. act.

Quid debeat probare agens hypothecaria, Albr. in l. & quia nondum. §. 1. de pign. Bart. in l. si rem alienam. de pign. act.

An fructus fundi hypothecati cadant in hypothecam, not. in l. quamuis. C. in quib. cau. pig. tac. & l. si conuenerit. §. penult. de pign. act. facit l. adeò. §. cum quis. de acq. rer. dom. & l. 1. §. cum prędium de pig.

Quid si reperiuntur duo instrumenta eadem die cõfecta, vnum mutui, aliud dotis: quid iuris. Bal. in l. 1. ff. sol. matr. dicit quòd instrumentum dotis præsumitur priùs factum.

An creditor fructus quos percipit compenset in debitum, vel retineat loco pignoris, & si creditor dimisit prædium pignori datum

tum incultum, de hoc per Alb. in l. si conuenerit. de pig. act. Host. in summa de pignorib.

¶ Baldus de Pignoribus.

Creditor si agit contra nomen obligatum vtili hypothecaria, quia non tenetur debitor reali actione, item nec possidet, sed cõuenitur vtili quasi cessa, & non est necessaria excusatio, nisi in prætorio pignore nominis, vt ff. de re iu. l. à diuo Pio. nam in con uentionali non est iure cautum, in §. j. ver. sed pone, debitor. in au th. de fideius. §. sed neque. G. vide s. de procur. §. penul. Agens hy pothecaria debet probare de dominio debitoris, versi. sed quæritur, an. G. Imò dic, vt per Dyn. Inst. de act. §. item Seruiana. Qualiter probetur rei amissio, & casus fortuitus, vers. sed qualiter. & §. seq. G. & exemplificat in proditione castri, scilicet qualiter probetur, an per sacramentum, vel probationes. Item qualiter habeat probare, quòd perdiderit sine culpa, habes hîc in princip. in vers. nota, quòd creditor. cum seq. Bald. vide Bart. in l. si quis ex argentariis. §. fi. & l. seq. ff. de eden. Pro chirographaria pecunia potest retinere pignus: secus pro hypothecaria. nam nõ retinetur illud pignus, versi. pone, mittis. Si creditor iudicis auctoritate ingreditur possessionem, quã ex pacto ingredi poterat, si causa cognita, est possessio iudicialis: si autem sine causæ cognitione, nõ dicitur possessio iudicialis, sed conuentionalis, versi. quid si iudex creditori. G. Si creditor inhabitat domum, computat sibi mercedem, quam ipse aliis daret, versi. quid si obligasti mihi. G. Qualiter formetur libellus in satisdatione damni infecti, legatorum, & similibus, §. sequitur. G. ad materiam vide infrà de solut.

a ¶ De fideiussoribus [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Ex practicis auctoribus nullus nominatim prosequitur hanc rubricam: dixi tamẽ super rubrica de satisdationibus, qui de illis tractent. Roff. etiam & Ioan. de Blan. aliquos inseruerunt sub contraria mandati: in remittendo dicam infrà §. fin. Alber. Gal. fecit de hoc rubricam, & quicquid dixit, ponit hîc autor. Mar. de Fano vnam formam posuit, de qua infrà dicam: vltra id de materia recurrendum est ad Summistas: de illo, qui iurauit non fideiubere, vide super rubrica de iureiurando, super. Et quia, vt dixi, auctor hîc posuit, quicquid Alber. Gal. posuit in opere, quæstionem hic præmittam, quam ipse scripsit extra opus de debitore, qui creditori sibi minanti obligauit omnia sua bona, & duos fideiussores dedit: egit creditor contra vnum fideiussorem, qui soluit dimidiam debiti, & habuit iura cessa per creditorem: egit contra debitorem, & eius bona, quæ non fuerunt defensa, & sic data fuit omnium illorum tenuta, & demũ in solutum: nec sufficiebant ad quantitatem, quam soluerat: egit contra secundum fideiussorem creditor, & ille soluit aliam dimidiam, & habuit iura cessa: agit iste fideiussor contra primum, petens dimidiam bonorum sibi datorum in solutum: ille dicit, se non teneri: quia non habet plus de re sua: quærebat, quid iuris? quòd teneatur, allegat constare de tribus, quę requirit hypothecaria, debitum, obligationem, & rem fuisse in bonis tempore obligationis in speciali, vel etiam pòst in generali: de quo s. tit. proximo, Item cùm primus dimidiam debiti soluerit, & secundus dimidiam, æquum est per dimidiam competere bona debitoris, vt emolumentum cum damno conueniat: hodie sufficit regula, qui sentit. libro vj. vbi concor. item facit C. de fideiuss. non rectè, Instit. eod. §. si plures. ff. pro socio, verum. §. si tres. Ad contrarium allegat: quia primus habet cessa iura competentia creditori, & creditor, quandiu integrè sibi solutum esset, posset pignus retinere, C. de distract. pign. quandiu. & C. si vnus ex pluribus hæ. l. ii. & ff. de pig. actione, si necessarias. Item pro eo, quòd res non valet vltra partem suam, C. de posi. l. fi. ff. pro socio, l. si Titius. Item diligentia debet proficere, ff. de separat. debitor. C. de alluuion. l. fin. Soluit distinguendo, an simul, vel diuisim facta fuerit cessio. Primo casu sunt æqualiter diuidenda, ff. de pign. si debitor. & l. si fundus. §. si duo. & de Salui. interdic. l. j. §. j. Secundo casu prodest primo vigilasse, ff. de bon. auctor. iud. possid. si expedierit. §. i. & quæ in fraud. cre. l. pupillus. nam & ipsi cedenti præfertur cessionarius, si contestatus est, vel denunciauit, vel partem debiti recepit, C. de nouat. si delegatio. æquè, vel fortiùs præferri debet secundo cessionario: nam emptori obstant, quę obstarent venditori, ff. communi diuid. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. facit de hoc C. de rei vend. l. quoties. de hær. vel act. ven. qui fratribus. Quærit demum, quid si primò cessit vni, & demum alteri, prius quàm alter ageret, quis præferetur? Putat dicendum, vt in præd. l. si delegatio. C. de nouat. hic Alber. Gal. plus insistit, quia extra volumen. Item sciendum, quòd Vber. de Bob. & Alber. Pap. super l. j. C. de fideius. tenent, quòd si committens maleficium dedit fideiussores communi, & propter illud bona sua sunt publicata, vel confiscata communi, & condemnatus est etiam in centum, quòd fideiussores non tenebuntur ad illa centum: licet plures aduocati teneant contrarium, per ipsam l. & per l. in fraudem. §. si principalis ff. de iure fis. & per l. iij. in fi. C. de sen. pas. Sed, vt dicunt illa lex primò loquitur de his, qui fideiusserũt alii, pro quibus ius contractus, non fisco succedente pro parte: & sic etiam responde tur ad l. iij. de sen. pas. Ad §. si principalis dic, quòd loquitur, cùm expressim intercessit pro eo, quod ab illo non posset exigi: & vide, quod ibi no. quia diuersimodè legitur. Dicũt ergo, quòd cùm commune successerit illi, quasi mortuo, ff. pro soc. actione. §. publicatione. & Instit. pro soc. §. publicatione. sunt ergo absoluti, cũ creditor successit debitori, & confusa est obligatio ipsorum, ff. de sol. l. Stichum. §. aditio. & C. de pact. debitori. facit ad prædicta ff. e. tit. de fideius. l. si debitori creditor. & l. Vranius. in prin. & §. j. ff. de leg. j. si id quod mihi. §. j. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. tutoris. Ego puto bene dictum per prædictos, vbi ex maleficio fit propriè confiscatio: sed si poneres maleficium fuisse in fraudandis rationibus communis, & repertus fuisset debitor in mille, & nonaginta habeat in bonis, quæ sunt propriè confiscata, sed in solutum recepta, condemnatio ad centũ bene exigeretur à fideiussoribus. Idem quando pro maleficio non debebatur confiscatio, sed pœna mille librarum, & ad eandem fuit cõdemnatus, & recepta fuissent bona, quæ valebant nonaginta, in centum fieret à fideiussoribus ex actio per primas leges. Et tunc procederet aduocatorum opinio Confiscatio enim recepisset totum, quantumcunque multum: sed in prædictis casibus non sic. Vt contineum Lombardos, scias, quòd prædicti super l. fideiussor. ff. eod. ti. & Guido de Suza. super l. nulla. C. de solut. tenent, quòd dato, quòd fideiussor non inquietetur à creditore, poterit ei offerre debitum: & cogi debebit creditor sibi cedere actiones contra debitorem, per l. fideiussoribus succurri. ff. eod. Nec obstat præd. l. nulla. quæ loquitur in eo, qui non habebat ius, vel causam offerẽdi. Vber. de Bob. dicit hoc placuisse Plac. non insto, quia Cyn. hoc satis tractat in l. fin. C. eo. tit. vbi dicit Dyn. tenere primam. Item pone, quòd debitor duos fideiussores dedit creditori, & omnes sunt insolidũ obligati. transegit creditor cum vno: quæritur, an possit alium conuenire? Dicit Vbert. etiam alium liberatum esse pro illa, quam recepit credi tor à transigente. Illud. n. extenuat debitum, ff. de transa. l. & post. & de condic. indeb. l. eleganter. §. j. & dicit casum expressum ff. de tut. & ratio. dist. si ex duobus. in fi. & ff. eod. ti. si stipulatus. §. j. Hoc etiam scias, quòd fideiussor contra fideiussorem non agit, nisi habeat iura cessa, ff. eo. ti. vt fideiussores. Et quare aliud in tutoribus, qui sine cessione habent vtilem contra contutores, ibi not. in l. j. C. de transac. vbi etiam vide pleniùs per Cyn. in iiij. q. item pone, Bononiæ, & in locis aliis est statutum, quòd si creditor silet per quinquennium quòd non agit, ex instrumento sit præscriptum suæ actioni: habet ille debitorem, & fideiussorem: quæritur an sibi sufficiat egisse contra alterum, vt etiam alteri noceat? Et videtur, quod non: quia res inter alios acta, C. res inter alios act. in rubro, & per totum, ext. de re iud. c. pe. Vber. in l. cõsus. C. de fi. inst. tenet cõrium, quòd interpellatio facta cõ vnum, cõ reliquum prodest creditori, cùm vnum sit debitũ ex eodẽ fonte, & eadem scriptura: & sic vnus contractus, quem per id apparet creditorem non neglexisse: & sic statuto punienti negligentiam, satisfactum est. Item si vocato fideiussore solo liberatus esset debitor, iam non posset creditor cedere illi iura de duobus reis stipulandi: dicit tenendum, quod habetur in l. fi. C. de duobus reis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter sit in fideiussoria substitutione formandum.*
2 *Fideiussor an semper in ipso contractu principalis debiti adhibeatur.*
3 *Satisdatum non videtur nisi cautum duret.*
4 *Instrumentum qualiter sit conficiendum, vbi quis negotiandi causa in aliqua arte, pecuniam recepit, & fideiussor intercessit.*
5 *Instrumentum mutui, vbi datur fideiussor, quem partes volunt principaliter obligari, qualiter sit formandum.*
6 *Venditore maiore xxv. annis fideiussorem præstante, qualiter sit post instrumentum venditionis scribendum.*
7 *Constitutor, fideiussor & mandator in quo differant.*
8 *Fideiussor an possit se in duriorem causam obligare.*
9 *Fideiussor soluens vsuras creditori, an eas possit à debitore recuperare.*
10 *Creditor accipiens fideiussorem, & pignus, an poterit fideiussorem conuenire.*
11 *Agens contra aliquem actione legis Aquiliæ, si dederit fideiussorem, an ille teneatur ad duplum.*
12 *Fideiubens pro re certa, non potest teneri pro alia.*
13 *Inesse videntur, quæ in continenti fiunt.*
14 *Fideiussor intercedens pro promissore de iudicio sisti, an lata sententia teneatur. &*

tur.& num.sequen.
16 *Exceptiones reo competentes an competant & fideiussori.*
17 *Iniuria facta fideiussori an nocere possit debitori.*
18 *Fideiussor omittens exceptionem perpetuam & peremptoriam, an possit conuenire debitorem.*
19 *Debitore promittente soluere certa die, dato fideiussore. si post hoc creditor illum terminum prorogauerit, an fideiussor amplius teneatur.*
20 *Oblatione facta de debito, & consignatione, & depositione, an sit sublata & obligatio.*
21 *Fideiussore denunciante creditori, ne numeret pecuniam debitori, an si postea numeret, obstabit exceptio.*
22 *Fideiussor priusquam fideiubeat, dicens se nolle teneri, si contingat eum fideiubere, & creditor consensit, an tenebitur, si post ea fideiubeat.*
23 *Obligatio fideiussoria an, & qualiter soluatur per aditionem hæreditatis.*
24 *Obligatio fideiussoria principalis dicitur per dationem in solutum extingui.*


N hoc titulo priùs instrumenta super fideiussionibus trademus: secundò super conseruationibus indemnitatis formabimus: tertiò verò concipiemus libellos.
1 I. §. Si † igitur in contractu debiti ex causa cambii contracti, de quo habetur ĵ. tit. prox. §. j. vers. porrò. fideiussor, vel debitor substituatur, vel detur, sic instrumentum conficietur:

Forma. Cùm A. Parisien. & B. Narbon. scholares Bonoñ. obligati ad debitum, & in debito centum lib. Bonoñ. C. & D. ciuibus & mercatoribus Bonoñ. promisissent & iurassent ipsis mercatoribus non exire suis pedibus, vel alienis[a] districtum Bon. contra ipsorum voluntatem, quousque fuerit eis integrè satisfactum, vt hoc patet in ipso instrumento debiti scripto manu talis notarii: quia ipsi creditores dicto A. roganti & instanti, quòd districtum Boñ. egredi posset, & ad suam patriam proficisci, licentiam concesserunt: idem A. E. scholarem Bitereñ. pro principali debitore eisdem creditoribus assignauit: quapropter dictus E. precibus & mandatis dicti A. lecto sibi & in eius præsentia prædicto instrumento debiti, se ad id debitum principalem constituens, promisit principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando dictis C. & D. stipulantibus & recipientibus in solidũ pro seipsis, & talibus eorum sociis, ita quòd quilibet eorum in solidum possit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu: vni tamen eorum facta solutione, ab aliis liberetur, soluere ac dare eis, aut alteri eorum, vel sociorũ suorum, seu certo eorũ nuncio dictas centum lib. Boñ. termino & loco, quibus ipsi A. & B. dictis creditoribus in eodem instrumento tenentur, omni tamen ipsorum creditorum in omnibus, & per omnia iure saluo: & eisdem A. & B. ad dictum debitum & ad omnia & singula in ipso instrumento contenta integrè nihilò minus remanentibus obligatis: quasi dictis loco & termino eisdem E. non soluerit, nec obseruauerit, vt dictum est, promisit eisdem creditoribus stipulantibus, vt dictum est, eis soluere ac dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, &c. vt infrà tit. prox. versic. item instrumẽtum. Et facies eum obligari, quàm breuiùs poteris, ad ea, quæ tibi videbuntur ex forma dicti instrumenti positi in præd. versi. porrò. & in fine renunciet beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus[b], fori priuilegio, exceptioni doli, condictioni sine causa, & in factum actioni, nouæ ac veteri constitutionibus de duabus dietis, & omni alii auxilio, secundum Roland.[c] De his renunciationibus dic, vt s. de conclu. & renun. ver. quoniam. & sequen.[d] ¶ † Sed licet hæc forma vix alibi, quàm Bononię, locum
2 habeat, eius tamen thema ad quædam alia potest extendi. nam sæpe fideiussor non in ipso contractu principalis debiti, sed dudum pòst adhibetur. Item etiam sæpe non tantùm pro reo principali, sed etiã pro fideiussore fideiussor accipitur, vt ff. de fideiuss. si plures. §. fin. & ideo aliqua subiiciamus exẽpla. Contingit ergo quandoque, quòd reus principalis solus se obligans in eodem instrumento de fideiussore dãdo paciscitur: de quo dixi suprà de emp. & vend. In prima forma sup verbo, fideiussoris prę̃statione. quandoque etiam de fideiussore nil dicitur: sed dudum pòst ex aliqua causa eum probet, vt quia creditor vnum fideiussorem absoluit, vel prorogat terminum reo, & similia. In his ergo & similibus casibus fiat decẽs procemium, veram, vel verisimilem causam continens, propter quam adiungitur fideiussor, vt in hoc exemplo:

¶ Forma. Quoniam A. ad debitum & in debito centum lib. Tur. ex causa mutui obligatus B. in instrumento eiusdem debiti promisit P. eidem B. pro fideiussore eiusdem debiti consignare, ideo ipse P. lecto sibi & in eius præsentia instrumento dicti debiti scripto manu talis notarii dicti A. precibus & mandato se ad dictum debitum principalẽ constituens, & se principaliter & in solidum obligans, promisit solenni stipulatione dicto B. soluere & dare eidem dictas cẽtum libras hinc ad talem terminum, siue à die dicti instrumenti ad sex menses: quòd si tunc non soluerit, promisit se soluturum, &c. Item aliud tale exemplum:

Forma. Cùm A. obligatus B. ad debitum, & in debito centum librarum Tur. ex tali causa instaret elapso die solutionis sibi adhuc terminum prorogari: & ipse B. eidem iterum terminũ aliorum sex mensium duxit statuendum, idem A. ipsi creditori P. fideiussorem eiusdem debiti consignauit. igitur idem P. dicti A. precibus & mandato lecto, &c. vt suprà. ¶ † Sed quæritur: ecce duo super
3 discordia, quam habebant adinuicem, pacem fecerunt, datis hinc inde fideiussoribus: deinde alter fideiussor decessit nullis relictis hæredibus: quæritur, an is, qui illum dedit, possit cogi alios dare fideiussores? Et videtur, quòd sic: quia non videtur satisdatum, nisi cautum duret, ff. de noui oper. nuncia. prætor ait. §. hoc interdictum. ver. & satisdatum. & C. quorum leg. l. i. §. quod ait prætor. & arg. ff. de in rem verso, si pro patre. §. versum. de pœn. distinct. j. diuortium. extrà de verbor. signifi. nam & ego. & hoc tenent qui
4 dam. ¶ † Quid autem, si quis[e] negotiandi causa in aliqua arte pecuniam recipit, & fideiussor intercedit? sic instrumentum conficietur:

Forma[f]. A. confessus & contentus fuit se habuisse, & recepisse, ac sibi integrè datas & solutas & numeratas esse ad laborandum, & ex causa laborandi & negotiandi in arte & mercatione pannorum de Francia exercenda tantùm in Montepessulano, & non alibi, ad quartam partem lucri, à B. quinquaginta lib. Tur. exceptioni sibi non datæ & non receptę ex causa prædicta pecuniæ, omnino renuncians, & promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligando dicto B. pro se suisque hæredibus stipulãti, fideliter negotiari atque mercari cum ipsa pecunia in mercatione prædicta, hinc ad vnum proximum annum. Quas si quidem quinquaginta libras idem A. ex ipsius precibus & mandatis C. se principalem constituens, promiserunt solenniter vnusquisque eorum principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti, integrè soluere in pecunia numerata cum dicta quarta parte lucri debiti, vel eo minus, quantum fuerit totum damnum ex operata mercatione cùm ipsa pecunia subsecutũ, soluere, dare, ac restituere eidem, aut eius certo nuncio in fine dicti termini in Montepessulano: ita tamen, quòd damnum totum, quod diuino iudicio, seu casu fortuito sine ipsius A. culpa. vel dolo fuerit subsecutum, ad ipsum pertineat creditorem. Veruntamen quòd dictum iudicium, casum, vel damnum non alleget, sibi computare creditor teneatur, vbi dictus A. per duos, aut tres legales, & bonę opinionis testes. non eius familiares, vel consortes legitimè probet illud. Quòd si dictis loco & termino non soluerint, vt dictum est, & omnia & singula suprà & infrà scripta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt vnusquisque eorum principaliter. & in solidum se obligãdo eidem creditori stipulanti, vt dictum est, sibi persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecunię pœnæ nomine stipulatione in singulis capitulis huius cõtractus in solidum promissæ, &c. iuxta formam libellorum contractus debiti ĵ. ti. proximo positorum. In fine verò renuncietur priuilegio fori, nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factũ
5 actioni, & omni alii auxilio. ¶ † Cæterùm si in istrumento mutui detur fideiussor, quem partes volunt principaliter obligari, ita dices:

FORMA. A. contentus & confessus fuit se ex causa mutui habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, & sibi numeratas esse à B. xx. libras Tur. exceptioni sibi non datæ, & non mutuò acceptæ pecuniæ omnino renuncians: quapropter dictus A. & ipsius p̃cibus

ADDITIONES.

a Vel alienis. ¶ Hoc addit autor.
b Constitutionis de fideiuss. ¶ De epistola diui Adrian. Hosti. multum plenè in Summa huius tit. sub §. pen. cuius verba vide suprà de renunc. & conc. §. j. versi. quoniam.
c Secundum Roland. ¶ parte iij. forma vij.
d Et sequ. ¶ hæc verba cum duabus formis sequentibus sunt Roland. in Aureola super proxima forma, non in Summa: & ista prima verba plus conuenientia fuerunt Rolan. quàm autori.
e Quid autem, si quis. ¶ Si autem quis.
f Forma. ¶ Roland. xiij. tertiæ partis.

ctibus & mandato C. se principalem constitučs, promiserunt per se suosque hæredes vnusquisque eorum principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se obligãdo B. pro se suisq; hęredibus stipulanti soluere, dare ac restituere eidem, aut eius nuncio, die tali dictam pecuniæ quantitatem: quòd si dicto termino non soluerit, &c. continuando secundum formam alicuius instrumenti mutui, de quibus dixi infrà titulo, proximo

a ¶ Vel sic simpliciter scribatur promissio fideiussoris[a]:

FORMA. Ego B. purè, liberè & absolutè promitto ex causa fideiussionis, principaliter me obligans tibi, me soluturum tibi decē, quæ mutuasti B. hinc ad pascha, renuncians beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, & omni alij legum auxilio: quæ omnia promitto per me, meosque hæredes. &c. Inst. & C. & ff. de fideius. per totum. Si verò minor vendens rem seruitutem debentem debet fideiussorem dare, dic, vt suprà de emp. & ven. §. nunc

6 dicendum. in prin. ¶ † Quid si venditor maior xxv. annis fideiussorem præstet, ita scribes post instrumentum venditionis:

FORMA. Ad hoc P. dicti A. precibus & mandato se principalem constituens principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti, se oligando, promisit dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti prædictam rem ab ipso A. venditam ipsi B. & suis hæredibus ab omni homine & vniuersitate legitimè defendere, auctorizare & expedire, ac se facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd dictus, A. prædictam venditionem, pretij solutionem, & omnia & singula suprà dicta à se promissa & facta, perpetuò firma, grata & rata habebit, & tenebit, obseruauit, & ad

b implebit [b]: nec contraueniet aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto, sub pœna quinquaginta lib. Tur. stipulatione solenni ꝓmissa, & restitutione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omniũ bonorum suorum: qua pœna soluta. vel non prædicta omnia & singula firma perdurent: renuncians nouæ cōstitutioni de fideiussoribus, beneficio fori, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio, ff. de fideius. l. j. Multas autem fideiussorias obligationes in diuersis ꝯtractibus in hoc opere positis, poteris sub certis titulis reperire.

7 ¶ † Quæ autem [c] differentia sit inter constitutorem, & fideiusso

c rem, & mandatorem, not. ff. de constit. pec. l. j. §. j. [d] item cui obli

d gationi fideiussor accedere possit, not. e. tit. l. 2. ¶ † Sed nunquid

8 in duriorem causam potest se fideiussor obligare? Dicũt quidam, quòd sic, quando durior est causa re. Alij contrà, & veriùs: de hoc

e no. ff. e. l. Græcè. §. illud commune. & l. his qui. in fi. [e] An autem te

9 neatur fideiussor ad vsuras, no. ff. locat. qro. §. fideiussor. ¶ † Quid si fideiussor soluerit vsuras creditori, nunquid recuperabit eas à debitore? Videtur, quòd non, cùm sint indebitæ, vt extrà de vsur. c. 3. 47. dist. quoniam. & qui sciens soluit indebitum, non repetit, ff. man. si procurator. §. si ignorantes. extrà de solut. c. fi: Dicunt q-

f dam [f], quòd si iurauit se soluturum vsuras, tunc repetet à debitore: quia parcit eius pudori, ff. man. Quintus. in fin. j. respon. de hoc

g extrà e. c. 2. [g] Item an ipse possit agere prius, quàm soluat, vel cōdemnetur? dic, quòd non, nisi in casibus, vt C. man. l. si pro ea. ff. e.

h l. Lucius [h]. Potest etiam fideiussor opponere exceptionem cessionis, etim post sententiam, suprà de except. §. dicto. versic. in hoc

10 tamen. & vide suprà de concl. vers. postremò. & seq. ¶ † Quid si creditor accepit fideiussorem & pignus, nunquid poterit conue

i nire fideiussorem? dic, quòd sic, ff. e. inter eos. §. creditor [i]. Dicunt tamen quidam, illud hodie correctum per authen. C. e. pręsente. & in authent. eo. tit. §. si verò non valuerit. sed supplent ibi, commodè. & ibi de hoc, & vide super hoc tit. quod no. suprà de emp. & vend. in prima forma super verbo, fideiussoris præstatione.

11 ¶ † Sed pone: egi contra T. actione legis Aquiliæ, quæ crescit ꝑ inficiationē: dedisti fideiussorem: quęritur, an ille teneatur ad du-

k plum? Accur. not. ff. qui satisd. cog. l. 2. quòd non [k], per l. ff. de petit. hær. item veniunt. §. cùm prædiximus. de fideius. l. fin. ff. de in litem iur. l. j. ff. ad municipal. libertus. §. penult. Sed Pil. contrà, per l. ff. de fideius. si quis pro eo. §. si nummos. ff. vt leg. no. caueа. l. j. §.

12 pen. ff. quorum leg. l. fi. & hoc videtur verius. ¶ † Sed pone: T. vulneratus à P. illud curiæ denunciauit: P. citatus hoc negauit, & fideiussorem dedit: demum T. obiit, & ideo P. non comparuit, propter quod iudex eum habuit pro confesso, & secũdum legem municipalem condemnauit in mille lib. pro vulnere, & pro morte: hęc condemnatio petitur à fideiussore: ille verò dicit, quòd tantùm pro vulnere fideiussit: quæritur, quid iuris? Et videtur, ꝙ non teneatur soluere. nam fideiussit ꝓ vulnere, & sic pro certa re: vnde ꝓ alia non tenetur, ff. de eo, quod certo loco. centum Capuæ. ff. de fideiussor. l. fideiussor. §. j ff. qui satisda. cog. l. 2. §. fi. Nec enim in pœnalibus, &c. ff. ad municip. libertus §. fi. & arg. in præ. §. item cùm prædiximus. Argum. contrà, quòd teneatur, si ex eo vulnere obiit: occisus enim videtur, qui est lethaliter vulneratus, ff. ad

13 l. Aquil. huic. §. j. & l. ita vulneratus. † quia quæ in continenti fiunt, in esse videntur. arg. extra. de ele. officij. & not. ff. de test. mil. l. pe. & ad hoc facit ff. de fideius. si quis pro eo. §. 2. & ff. quorum le.

l l. fi. & ext. de cler. percus. c. 2. & verius [l] est. Secus tamen, si vulnus

m non fuit lethale, vt ff. ad legem Aquil. qui non occidit. §. final. [m]

14 ¶ † Quid si fideiussor intercessit pro promissore de iudicio sisti,

n nunquid lata sententia tenetur? dic, quòd nō, vt ff. e. l. j. [n] ¶ † Qua

15 liter ergo cousuletur actori? Dic, quòd reus satisdabit de soluendo id, in quo cōdemnatur, vt ff. de iud. si debitori. Instit. de officio iud. De fideiussore, qui promittit aliquem iudicio sisti, vide ff. de satisdat. l. 2. item quære circa hoc, vt suprà de dolo & contum. §.

16 restat. vers. porrò. & seq. ¶ † Hoc etiam nota, quòd exceptiones reo competentes competunt & fideiussori, nisi in casibus, quos

o dic, vt not ff. eodem titulo, l. vbicunque [o]. ¶ † Sed nunquid iniu

17 ria facta fideiussori, nocet debitori? Quidam dicunt, quòd sic: alij contrà & veriùs. de hoc not. ff. eodem, lege, exceptiones. in fine.

18 ¶ † Quid si fideiussor omisit exceptionem perpetuam, & peremptoriam, nunquid potest conuenire debitorem? de hoc notatur

p ff. mandat. si fideiussor. §. quædam [p]. ¶ † Illud autem quæritur: ec

19 ce debitor ꝓmisit soluere certa de dato fideiussore: post hoc creditor illum terminum prorogauit: quæritur, an fideiussor amplius teneatur? Dic, quòd non, nisi ipse consenserit, vt ff. de arbi. l. Labeo. ff. loca. item quætitur. §. qui impleto. C. loc. & conduct. si cũ Hermes.

ADDITIONES.

a Fideiussoris. ¶ Secundum Mar. de Fano, membro x.

b Et adimplebit. ¶ Hic plus ponit Roland. parte j. forma v. scilicet quòd non dicet, vel opponet se obligatũ pro minore, certificat⁹ & sciens eum esse minorem.

c Quæ autem. ¶ Hic incipit ꝓsequi verba Albe. Gal. e. ti. quæ quasi ad literam durant vsque ad fi. §. & premitti poterat, an supplicium rei non venientis infligatur fideiussori? de quo habetur 23. qu. v. cũ homo. & pulchrè adaptatur illud Valerij lib. 4. c. pe. quod scripsi de elect. innotuit. super gl.

d §. j. ¶ Excusari posset, si diceret. §. eũ, qui & §. seq. sed remittere debuit ff. & C. eo. tit. de fideius. super rubricas, & apertiùs ff. mand. si verò non remunerandi. §. si post creditam. & per Hosti. in summa huius tit. in principio.

e Is qui. in fine. ¶ Extrà de iureiur. & si Christus. super v. gl. cum sua remissione. An verò cùm restituitur minor, restituatur eius fideiussor? distingue, vt dicit lex, in causę. ff. de minor. ver. de muliere. An obligetur fideiubendo, plenè per Host. in summa huius tit. §. 3. vers. mulier. & sequen.

f Dicunt quidam. ¶ Scilicet Alber.

g C. 2. ¶ Distingue, vt plenè scripsi in quæstione, quam disputaui & locaui super regula, damnum. de re iud. libro sexto.

h Lucius. ¶ Non debuit omitti dec. vlt. e. tit. & de his casibus ad libellos remmittam ĩ. §. vltimo.

i §. creditor. ¶ Vide l. 2. C. eod. titulo. & quod ibi nota. qui satisdar. cogan.

k L. 2. quòd non. ¶ In l. 3. quæ continuatur, quæ est gloss. & loquitur de eo, qui fideiussit de iudicio sisti, & quando creuit pes inficiationem.

l Verius. ¶ Secundum Alber. Gal. idem Guido de Suza. in præ. l. 3. cùm de sui natura actio sit pœnalis antè & retro.

m §. fi. ¶ Secundum Albr. Gal. cuius ad literam e. tit. fui iste vers. & ad hunc finem addit ff. quorum legat. l. fi. ad materiam facit suprà de accusatore post prin. ver. sed pone. Ia. de Bel. disputauit hanc quęstionem de accusato, quam ponit in solutione contrariorum. C. de fideius. Exprimit tamen fideiussores sub certa pœna promisisse quòd illum præsentarent: & distinguit, an in accusatione ante fideiussionem facta fuisset mētio de vulnere mortifero, necne? & facit, quod dixi super rubrica de inquisitione, & an sit, qui prosequatur causam homicidij, vel non: ibi vide, vbi in eo casu, quo tenetur, tractat, quomodo exigatur, & dicam ĩ. in fi. tit.

n L. j. Fecit enim, quod promisit, vt ibi, & no. de iniur. & damno dato. c. vno, lib. vj. in 3. gl.

o Vbicunque. ¶ An laicus fideiussor clerici possit coram iudice laico conueniri, vide s. de comp. iud. adit. §. j. vers. 22. in fin.

p §. quædam. ¶ Si omittit exceptionem contra procuratorem, vide s. de procur. §. ratione autem formæ. ver. item nota, quòd fideiussori. & quod ibi not.

a Hermes.& no.secundum Gof.extrà eodem,in c.cōstitutus[a]. Sed videtur,φ solùm ꝑ tempore præterito,& non pro futuro teneatur,vt ff.man.l.qui mutuam §.nō ideo.& no.in præa.l.si cùm Hermes.& vide ff.de præt.stip.l.pe. Alij dicunt,φ si solutio collata est in diem,tunc adhuc tenetur fideiussor:secus si obligatio. Vel dic, quòd si debitor ex nouo contractu factus est debitor, & pristina obligatio remansit,tunc tenetur fideiussor de præterito:si verò e

b andem obligationem prorogauit,tunc exæquatus est[b], ff.de pt.

20 stip.l.pe. vbi de hoc. † Quid si tibi obtuli debitum,& consignaui,& deposui:& ita videtur obligatio sublata:nunquid fideiussor amodò poterit cōueniri, si re accipio pecuniam? Resp.non sum debitor prima actione,C.de vsur.l.acceptam.secundum R.

21 ¶† Quid si fideiussor denunciauit creditori,ne numeret pecuniam debitori:nunquid,si postea numerauit, obstabit exceptio? Respon.non,si obligatus erat ad numerandum:alioquin sic,de hoc

c ff.e.si fideiussor creditori.& ff.de constit.pec.vtrùm[c]. ¶† Quid si

22 fideiussor prius quàm fideiuberet,dixit se nolle teneri,si contingeret eum fideiubere,& creditor consensit, nunquid tenebitur, si postmodum fideiussit? Pileus dixit,φ non,nisi dixerit, non obstante eo,quod dictum fuit,ff.de leg.j.si cui.&l.si mihi & tibi.§.in

d terdum.ff.de leg.3.si quis ī principio.[d] ¶† Item pone: A.fideius-

23 sit pro B.in decem demum B.obiit,& A. sibi hæredem instituit, qui hæres inuentarium fecit:nunc A.conuenitur,quia hæreditas nō est soluendo: ipse verò dicit, obligationem fideiussoriā fuisse solutam per aditionem hæreditatis,vt ff.e. generaliter. & obligatio semel extincta,&c.ff.de solut. qui res.§.aream. de consecrat. dist.4.quæris,versus prin.ver.non potest. Argum.contrà,φ teneatur. nam beneficium inuentarij faciendi in aliorum non porrigitur iniuriam,C.de emanc.nec auus,de leg.& sen.con.quod fauore,Sed dic,φ tenetur: quia non debet creditori obesse: quia sibi diligenter prospexit,ff.de separat.debitor.in fi.secundum Alb.

24 Gal.¶† Pone:cùm deberes mihi decem. dedisti mihi fideiussorem,& obligasti bona tua:post hoc datus fuit mihi fundus in solutum à iudice,qui à me est euictus:tu non es soluendo:nunquid habeo recursum contra fideiussorem? Videtur,φ non:quia extincta est obligatio principalis per dationem in solutū,ff.de pig.act. elegāter.& in præ,§.aream.& in præ.ver.non potest.& C.de ten.& inter.liberam.C.de euict.si prędium.Sed videtur,φ restituatur

e vtilis contra fideiussorem[e],ff.de iure fisci,Titius.ff.ad Trebel.de

f bitor.ff.de sol.si creditor.& l.qui res.in prin.[f] item quære hîc,vt

g infrà de obligat.§.j.versi.illud etiam quæritur[g].

ADDITIONES.

a Constitutus,¶ Vt ibi scripsi post princ.& de app.præterea.2.sup ver.Sempronio.& hîc & ibi scripta iuuantur per quęstionē hîc olim disputatam in ꝑ Lamber.de Ramp. de fideius. custodū castri deputatorum pro tribus mensibus ad custodiam qui postea manētes ī castro illud deseruerūt:terminauit fideiussores nō teneri principaliter,per leges hîc alleg.si cùm Hermes.C.locati,& ff.eod.itē quæritur.§.qui impleto, alleg.etiam ff.de pactis,l.fi.inducens gl. ibi notātem libertatem semel competentem esse perpetuam,nisi liberatus vellet iterum obligari: quod coadiuuat per authē.de dignit.§.illud.& per regulam,id quod nostrum.ff.de reg.iur.item inducit ff.de iure dot.l.stipulatio.&sol.mat.insulam,§.fi.Item inducitur l.nouatione.C.e.tit.de fideius.q̄ vult φ si fiat nouatio,fideiussores primi contractus liberantur,si in sequenti se non obligauerint. Ad cōtraria respondet primò ad l.illud.in prin.ff.quod met.causa,quòd ibi non potuit dici liberatio,vbi prætor pollicetur se in integrum restituturum,ff.de in int.rest.l.nemo. Ad l.si vnus.§.pactus,ff.de pact.respōdet, quòd ibi fideiussor consenserat vltimo pacto petendo.Nec obst. si dies expressa in obligatiōe custodum,non fuerit repetita in obligatione fideiussorum,cùm in hoc accessorio intelligatur repetita:facit ff.de verb.oblig.l.Titia, §.idem respondit.& de pactis,idem quia.in fin,ff.de dam.infect.si finita.in princ.ibi,in quem aliquando caueri etiam solet.item nolunt iura plus esse in obligatione fideiussoris,quā principalis,Inst. de fideius.§.fideiussores.Sed etiam in tempore est plus & minus, vt in d.§.in fi.& ext.de plus petit.c.vno:hoc certum est,φ in plus non obligaretur,&,quod plus est,si vera esset opinio,φ obligans se ī duriorem causam in nullo teneatur: de quo tactum est suprà ver.nunquid,eo fortiùs iuuarentur fideiussores,si per non repetitionem temporis dicerentur se in tempus amplius obligasse, Guid.de Suz.in quæstionibus statutorum idem tenet,& per easdem leges mihi sub litera C. de aliis eius quæstionibus dicam in fine.

ADDE,quæ ad hanc addit.vt per Alex,l.j.ff.de in litem iurā.post Bart.quo ad vers.Spec.vide Bal.cons.386.3.lib.vbi ponit,an per arbitramentum principalis sint liberati fideiussores:& an illis noceat reseruatio,quam facit creditor,cùm compromittit de habēdo regressum contra fideiussores.

b Exæquatus est.¶ Respectu legis,quam alleg.sonat,vt exemptus, Alb.Gal.dixit,exemptione tutus est.

c Vtrùm.¶ Quæstio fuit Pilei xxxj.satis prolixa, in qua distinguit, an habuerit fideiussor iustam cām nunciandi: vt quia debitor factus est post fideiussionem non soluēdo:& tunc sibi subuenitur, ff.mand. si hominem.aliàs non:& ad l.pen.ff.de proc.multipliciter respondet.

d Si quis in principio.¶ quæstio Pilei est xxv.

e Contra fideiussorem.¶ Non puto Ia.de But.sensisse contrarium in quæstione,quæ incipit,debitor conuentus. vbi in terminis tenuit creditorem agere non posse pristina actione:quia sententia tenuit,licet non præiudicauerit domino:alleg. ad principalem l. si prædium,proximè alleg.& eodem ti.si ob causam.ff.de euictio. si plus.§.j.Item φ dicit esse rem alienam,non vitiat contractum,licet domino nil præiudicet,ff.de contrahen.empt. rem alienam. sic ergo de sententia.Item ad vsucapionem est necessarius titul', vel quod habeatur loco tituli:sed re aliena adiudicata,dixit lex vsucapionem procedere: ergo sententia & adiudicatio tenuit, licet domino præiudicet, alleg.l.prætoris.ff.de dam.infec.&quod ibi no.& ff.si ex nox,cau.ag.l.2.per hæc verba non puto,quòd deneget vtilem.

f l.qui res.in princ.¶ Alber.Gal.hoc tit.in fi.ff.de leg.j.non quocūque.& ff.de excep.rei iu.l.pe.§.Latinus.

g Versi.illud etiam quæritur.¶ 2. extarent quæstiones Guid.de Suza.in quæstione statutorum sub litera,an si debitor non soluens debitum ex forma statuti, condemnatus fuit in duplum? & fideiussor si simplum & duplum soluit,an totum repetat? Et tenet,φ sic.per l.si mandato meo.§.fideiussor.ff.man.item sub litera E,an fideiussor,qui promisit repræsentare aliquem officialem, quoties vocaretur, & Potestas banniuit officialem, quia vocatus non comparuit,possit condemnari,quia illum non repræsentat? Et tenet,φ non, nisi priùs ante bannum fideiussorem requisiuerit, vt illum repræsentaret:quia tūc potest,ff.qui satisdar.cog. si decesserit.si quis cau.sed & si quis.in prin. Abbreuiata etiam est ibi sub litera S.quæstio dom.Thomæ de Piperata, quæ incipit,statutū est in ciuitate Boñ.cuius narratio longa est de statuto,quod vult delatum de crimine,cuius pœna sit pecuniaria,relaxari,datis fideiussoribus,qui promittant illum repræsentare,vel condemnationē soluere,& aliter securitatem exigi vetat statutum : datur demum arbitrium potestati super maleficiis:Titius commisit tale maleficium,de quo accusatus comparuit:promisit stare mandatis Potestatis se repręsentare,& cōdemnationem soluere,& fideiussores dedit,qui obligauerunt se in omnem cām, qui postea illum condemnatum præsentarunt. Potestas vult φ condemnationem soluant:tenuit,φ non tenentur:quia præsentando satisfecerunt statuto,cuius verbis est standum,ff.de excercit.l.j.§.igit.& §.si is,qui nauem.Et arbitrium super maleficiis nō lædit ius fideiussorum obligatorum ex pacto, Instit.de verborum oblig.§.in hac.& cū talia arbitria sint odiosa,restringenda sunt,ff.de legib.q̄d verò.vtrobique quære.Latiùs habet in simili consilium Dy.&est 18.de illo.q fideiussit communi pro aliquo sub certa pœna,pone mille librarum: ille commisit id pp quod cōdemnatus est in tribus millib. fideiussor nō tenebitur vltra mille,quia non in plus se obligauit,ff. qui satis.cog.l.j.§.si.ff.de fideius.fideiussores.§.ꝑ Aurelio.& l.fideiussores & in partem.& no.ff.loc.l.qro.item fideiussores obligāt stipulatione tantùm,ff.de verb.oblig.l.j.§.verbis.C.de fideius.blāditus.& no.ff.man.si verò non renumerādi.§.si post creditā. Effectus autem stipulationis nunq̄ extenditur vltra verba,ff.de dā.infect.damni.§.si is qui.& de verb.oblig.l. quicquid.vbi aūt de cōdemnationibus soluendis nil fuit dictum,plus quàm absurdū est dicere,φ stipulatiōes extendant ad illas,nec earum verba sunt extendēda:q̄ etiāsi generalissima sunt,restringunt ad id quod est actum,C.de contrah.emp.l.in lege.& ff.de pign.fideiussor.§.Lucius.item φ pactum liberatorium fauorabilius esse debet quàm obligatorium,probant duæ leges coniunctę,ff.de pactis,si vnus.§. pactus.& de solut.Stichum.§.naturalis.vbi no.in l.Adrianus.Sed primum non extenditur ad ea,de quibus non apparet actum, ff. de pactis, l.tres fratres.de transactio.cùm Aquiliana.ergo multò minus obligatorium.Item videtur casus ff.ad munici.libertus.§. fi.C.de peric.eorum,qui pro mag.inter.l.vnica:lib.xj.

SVMMARIVM.

¶De conseruatione indemnitatis.

1 *Forma promissionis seu obligationis,à qua quis indemnis promittitur conseruari,duplex esse potest.*

2 *Instrumentum qualiter confici debeat, vbi fit promissio de conseruatione indēnitatis et,qui non precibus & mandato, sed vt principalis se cum principali obligauit.*

2.§.Sequitur videre de conseruationibus indemnitatis quæ cùm causent vt plurimū ex obligationibus

tionibus, ideo quia variis & diuersis modis se quis pro altero obligat, promissiones de conseruatiõe indemnitatis varias & diuersas habent formas: vnde sedulo animaduertenda est promissio & obligatio, à qua quis indemnis promittitur conseruari: & exempli gratia, promissionum ipsarum hîc duas formas supponamus.

1 ¶† Si igitur aliquis se alterius precibus & mandato in instrumẽto obligauit, super conseruatione indemnitatis sic instrumentum conficitur:

a FORMA [a]. Quoniam A. in debito & ad debitum centum librarum precibus & mandato B. & cum ipso se Titio principaliter & in solidum obligauit, vt patet in instrumento scripto manu mei subscripti notarij, & eadem pecuniæ quantitas, prout ipse B. confessus & contentus fuit tota ad se, & nihil ad ipsum A. peruenerit. idem B. promisit solenniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto A. pro se suisque hæredibus stipulanti se liberaturum eum & eius hæredes, & bona ab ipsa fideiussione, & obligatione, promissione & debito ad terminum, & in termino in dicto instrumento contento, scilicet hinc ad sex menses, se facturum & curaturum, ꝙ ipse A. dicti debiti occasione nullum dãnum incurret, nullaque sibi lis, vel molestia inferetur: quodque ipsum, eiusque hæredes & bona conseruabit ab obligatione & fideiussione, & huiusmodi, & ab omnibus & singulis in dicto instrumento contentis penitus sine damno sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa. qua pœna soluta, vel non, rata maneant omnia & singula suprà & infrà scripta: obligans se nihilò minus dicto A. solenni stipulatione: & promittẽs, si prædicto termino eum non liberauerit, vt dictum est, & omnia & singula suprà scripta nõ obseruauerit. se liberaturum eum, & prædicta omnia & singula obseruaturum, & nihilò minus pœnam prędictam soluturum, vbicũque locorum & fori ipse A. petierit ab eodem. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extra & super hoc credere suo simplici verbo sine sacramento, vel alia quauis probatione. Insuper promisit præceptum talis iudicis recipere & adimplere, nec ab eo appellare de præmissis obseruandis & adimplẽdis intra tertium diẽ, postquam ei denũciatum fuerit, sub pœna quinquaginta lib. Tur. stipulatione promissa: qua soluta, vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauit eidem omnia bona sua, quæ precario iure se eius nomine constituit possidere, vsque ad integram obseruationem omnium prædictorum: renunciãs fori priuilegio, exceptioni doli, condictioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio. Accedat ad hoc ff. ad Velleia. l. vir & vxor. §. fi. & ff. de in rem verso, si pro patre. §. fi. ff. de condic. indeb. l. indebiti causa. ff. mand. Lucius. ff. de fideiuss. l. fideiussor pro vẽdi. &

2 l. fideiussor, qui minor. extrà eodem, ca. fi. ¶† Si autem sit promissio de conseruatione indemnitatis ei qui non precibus & mandato: sed vt principalis se cum principali obligauit, licet sit in veritate fideiussor, sic instrumentum conficitur:

FORMA. A. fuit confessus & contentus. ꝙ promissio & obligatio, quam ipse & B. fecerunt C. in debito & occasione debiti centum lib. Tur. promissarum ab eis ambobus ipsi C. ex causa mutui, vt patet in instrumento scripto manu mei notarij subscripti, pro se solo A. facta fuit, & ipsum debitum ꝓ se solo cõtractum: quodque tota ipsa pecuniæ quantitas ad eum peruenit, & nihil ad B. prædictum: & ꝙ ipse B. ex causa fideiussionis pro ipso A. & eiusdem A. precibus & mandato se ad dictum debitum obligauit, licet in instrumento principalis debiti non fuerit hoc expressum: quapropter dictus A. promisit solenniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti; se obligando dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti, & se liberaturum eum, & eius hęredes, & bona, &c per omnia, vt in præal. proxima forma.

ADDITIO.

a FORMA. ¶ Roland. & est pen. 3. partis: sequens autem est vltima iuxta actionem mandati, sup. contrariũ, ff. mandati, qui mutuam. §. j. & l. qui fidem. & l. si mandato. §. si fideiuss. & C. eod. si cùm ex causa. & l. si fideiussores. & l. post.

SVMMARIVM.

¶ De libellorum conceptione.

1 *Libellus qualiter sit formandus in hoc titulo.*
2 *Libellus qualiter sit contra fideiussorem concipiendus.*
3 *Libellus an possit sub incerto concipi.*
4 *Libellus qualiter sit formandus contra nolentem recipere fideiussorẽ idoneum oblatum.*
5 *Fideiussore volente agere, vt ab obligatione liberetur, &c. qualiter sit libellus concipiendus.*

3. §. Iuxta positionis ordinem sequitur de libellorum cõceptione videre. in hoc igitur titulo sic potes libellum formare.

1 ¶ Lib. † Coram, &c. conqueror de P. quia olim eo apud Bon̄. disciplinis scholasticis insistente, necessariis expẽsis carẽte, pro eo apud tales mercatores fideiussor ꝓ tãta summa pecuniæ intercessi: ipse verò exhibiti seruitij immemor & ingratus in solutiõe dicti debiti cessauit: quare coactus extiti eisdem mercatoribus pecuniam soluere memoratam, & grauia ex hoc damna subire: quare peto ipsum cogi ad soluendum mihi pfatam pecuniam cũ dãnis omnibus & expẽsis & interesse litis, & extra, & eum ad id per vestram sententiam condemnari, extrà de fideiuss. c. 2. & 3. ff. eo. exceptione. ff. de euict. si per imprudentiam, Inst. de fideiuss. §. creditor verò. ¶ Vel sic:

Lib. Coram, &c. cõqueror de P. cuius mandato fideiussi apud T. pro decem, & solui: vnde iustitiam postulo: & ad hoc ꝓpono actionem mãdati. ff. mand. qui mutuam. §. j. & l. qui fidem. & l. si mãdato. §. si fideiussor. & C. eod. cùm ex causa, & l. si fideiussores, & l.

2 post. ¶† Contra fideiussorem sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. ꝓpono ꝯ P. qui mihi promisit, quod Seius debet vel pro eo fideiussit se soluturum, quod ipse mihi debet videlicet centum. vnde peto, ꝙ ipse mihi ea soluat: & peto eum ad hoc sententialiter condemnari: & ad hoc propono actionem ex stipulatu, inst. de fideiuss. in prin. vel libellus concipitur, vt infrà de oblig.

a & sol. §. sequitur. ver. si verò [a]. ¶† Potes etiam concipere sub in-

3 certo, vt scilicet nihil dicas de quantitate: vel si dicis, dicas sub alternatione, vt centum, vel hominem. hæc enim incertitudo admittitur, ff. de fideiussor. tutor. §. ei. ff. de re iudi. ait prætor. §. si iudex. In sentẽtia autem certificabitur, inst. de actio. §. curare. quod dic, vt suprà de plus petit. & suprà de solut. §. consequenter. vers.

4 item contra. ¶† Qualiter autem concipitur libellus contra nolentem recipere fideiussorem idoneum oblatum: dic, vt suprà de

5 dolo & contum. §. restat. versic. notandum. ¶† Item si fideiussor velit agere. vt ab obligatione liberetur. vel sic, vt sibi restituatur, quod occasione fideiussionis soluit, concipitur libellus, vt suprà de iud. §. specialia. vers. si verò. ¶ Item qualiter concipietur libellus contra fideiussorem tutoris promittentis rem pupilli saluam

b fore, dixi suprà de pig. §. sequitur. in prin. [b]

ADDITIONES.

a Vers. si verò. ¶ Adde, & ver. porrò. ibi præc. ponit enim libellum de eo, qui soluit: in ver. si verò. ponit libellum, quo comprehendit quatuor casus, quib' agit, qui nondum soluit. & ibi scripsi, qd de quinto casu scilicet superuenientium inimicitiarum. item qd de illo, qui deposuit & ꝯsignauit, dixi e. tit. c. fi. ver. fuisti. item qd de illo, qui pignoratus est, & damna sustinuit, ibi dixi super prima gl. item super præd. c. ver. si verò. dixi, an fideiussor condemnatus teneatur appellare: & an liberationem possit petere fideiussor euictionis, eò quòd diu stetit sic obligatus.

b §. sequitur. in prin. Hic quæro, an necessariò offeratur libellus fideiussori, qui sub pœna promisit in iudicio reum sistere: vel promisit reum præsentare pro parte, ꝙ dandus sit libellus: faciũt no. suprà de dolo & contum. §. restat. vers. porrò. in secundo libello. Sed si aduertas, ibi libellus ad interesse formatur, quod est dubiũ: non ad pœnã promissam, quæ est certa. Tamen ꝙ sit dandus, inducuntur communia, quæ volũt libellum dari, & esse de substantia libus iudicij. & per illum discerni litis speciẽ. ff. de eden. l. j. C. e. tit. l. edita, & competit actio ex stipulatu: de quo vide in prædicto libello: & bene facit C. e. tit. scimus. vbi dicitur, ꝙ contra talem cõpetit actio pœnalis. Aut dixi dicentes, ꝙ si ex dolo fideiussoris ꝓcessit reum non sistere, vel non, præsentare, tũc iudex ex officio poterit illum punire in pœna promissa, & plus extra ordinem, cessante dolo dicũt esse locum libello, ff. de cust. reor. l. si quis reum. & per ratiões communes, vt dixi suprà §. i. super ver. sed pone, in solutionibus. in fi. Ia. de Bel. solenniter disputauit hoc, & est quæstio ꝯtrariorum super C. in tu. de fideiuss. artic. 2. ver. super secunda quæstione. & ꝙ extraordinariè & sine libello exigatur pœna, inducit notorietatem actuum iudicialium, & obligationem hãc liquidam fore, & conscientiam rei, quam habet vt iudex, & ꝙ ex officio punit calumniam, C. de calum. l. j. & per l. si quis reũ. itẽ ꝙ hæc pœna succedit in locum mulctæ, quæ extra ordinem imponitur, ff. de verb. sig. si qua pœna. Inducit id seruari in fideiussione iudicatum solui, C. de vsu. rei iud. l. fi. & qđ ibi not. &, vt dicit. videtur casus, secundũ quosdam, C. vbi qs decurio, vel cohor. l. 2. §. fi.

Ad cont

Ad contradum allegat eandem legem, & iura, quæ volunt libellũ dari, nec posse expressè remitti. itẽ actionẽ edi. & quod casus iste nõ numeretur inter exceptiones, item quod in casibus fisci ordo seruatur, C. de app. quoniã. C. de iure fisci, l. fideiussor, & in tribus, in auth. de mand. princ. §. si verò, soluit, quòd si fideiussor confitetur, vel negat summariè, & de plano, cogetur ad soluẽdum per prima iura, facit ff. de iud. si debitori. & de re iud. l. debitor. Si negat, & petit libellum, dicit ordinem in iure debere seruari: & respõdet ad contraria. Consuluit tamen, quòd repræsentationis tempore iudex fideiussoribus præcipiat sub pœna promissa, vel illam inducendo per modum mulctæ, quòd reum ad certum terminum repræsentent: quam mulctam certum est iudicem exigere posse, vt præced. l. si quis reum. & C. hoc eo. tit. l. si Barsatorem. & ff. si quis ius dic. l. j. transglutiui: & ibi plenè videas.

ADDITIONES NOVAE.

In l. si arbiter. §. si per fideiussorem. de arbitr. in gloss. not. æquè bonum.

Not. quòd si statutum dicit quòd fideiussores possint petere se conseruari indemnes, etiam si dies debiti, vel conditio extiterit: quòd si debitor vult dare æquè bonos, quòd creditor cogitur recipere, & non incidit in pœnam, si paratus sit dare æquè idoneos, nisi poni possit in carcerem. & ita credo verum esse arg. istius §. & seq. & gl. Imol. nec fideiussores dati petentes se cõseruari indemnes possant cogere debitores ad dandum alios fideiussores creditori ad sui libitum.

Si statutum dicat, quòd quis possit petere ad sui petitionem se conseruari indemnẽ, & se extrahi ab obligatione, Cy. hic in additionibus, & sic fideiussor tutoris durante tutela, potest petere se extrahi ab illa obligatiõe: quod videtur impossibile, nisi hoc modo quòd æquè idoneus detur, & ipse liberetur: quod poterit fieri per contutorem cum auctoritate iudicis, cùm hoc nõ lædat pupillum: non tamen credo quòd cogatur ad hoc pupillus, non obstat. hic §. quia loquitur in fideiussione futura, si in facta, l. si mandato meo. §. j. mand. quid ergo tunc debet facere ille qui dedit fideiuss. tra s? Resp. æquè idoneum offerre, & protestari quòd per eum non stat, arg. l. Celsus. §. j. s. e. facit quod not. Ia. de Are. in l. facere posse. sol. matr. Bal. vide j. e. vers. pone Titius. circa finem penultimæ columnæ.

Not. quòd differentia est inter expromissorem, & fideiussorem nam expromissor est qui se obligat pro nõ obligato, & sic potest esse sine principali obligatione, l. eleganter. §. seruus pactionis. de dolo, secus in fideiussore, l. si heres pecuniam. ad Treb. cum simil. Item expromissor non habet exceptionem vt conueniatur priùs principalis, quam habet fideiussor, vt d. §. seruus pactionis. vide l. j. §. exceptionem. quar. rer. act. non dat.

An possit dari fideiussor per hũc modum: do tibi fideiussorem. si apparuerit me tibi debere, gl. in l. cum quis. §. si quis pro reo. de solut.

Pone, vendo rem pro decem, & accipio fideiussorem: posteà conuenit vt esset empta pro quinque, vel pro sex: an primus contractus sit ipso iure sublatus, ita quòd fideiussor nullatenus teneatur, Bal. in l. pacta nouissima de pact.

An si fideiussor soluat totum debitum non apposito beneficio epistolæ diui Adriani, possit aliquid repetere, dic quod non l. si testamento. §. j. de fideiuss. & inst. de fideiuss. §. plures. in gl.

An fideiussor possit renunciare epistolæ diui Adriani, gl. in l. nisi. ff. de pact. & in auth. de fideiuss.

Si sunt plures accusati vel inquisiti, aliàs simul inuenti cum armis, an vnus possit fideiubere pro alio, vide in l. Romanus Apulus. ff. de tut. & cur. dan. ab his. per Barr.

An debitor inuito creditore possit soluere partem debiti pro vno ex fideiussoribus, gl. in l. in his. §. si duos. de solut.

An fideiussor possit agere contra debitorem antequàm soluat, Bal. in l. si procurator. C. mand.

Not. quòd si aliquis accusatus, vel inquisitus de crimine, det aliquem fideiussorem de condemnatione soluenda, quòd si talis datus fideiussor sit præsens quando scribebatur prõ fideiussore, nec contradixit, quòd obligatur, cum nihil dicatur. ita no. in l. cum ostendimus. §. fideiussores. de fideiuss. tu. per Bart.
tis tot, vt sic de contemptu teneatur facere, l. si quis rem. de arb. & l. pœnam. de vsur. facit Bal. in l. promissis. C. de transact. & l. cum al legas. C. de vsur.

50 Sed quid si creditor die statuta solutioni se absentat, vt debitor nequeat sibi soluere, & sic incidat in pœnam: debitor autem vadit ad domum creditoris, & ipsum requirit, & dicit, & denũciat quòd est paratus soluere: an per hoc excusetur à pœna, an requiratur ꝙ pecuniam consignet, & deponat, Alb. & Cyn. in l. acceptam. C. de vsur. & in l. euictis. §. post traditam. ff. de vsur.

An creditor possit cogi recipere vnã pecuniam pro alia, gl. in l. si quis argentum. C. de don. no. in l. Paulus. de sol. facit Bal. in l. di uortio. §. ob donationes. ff. sol. matr.

Quid si antequàm soluat denuncietur sibi per aliquem vt soluere non debeat: an si non soluat incidat in pœnam, videtur ꝙ ñ, per l. mulier. in fi. de lege comm. & ibi Alb. & per illam dicit Ray. Odof. & Bar. talem docuisse cautelam, quia cum quidam promisisset alicui soluere pecuniam ad certum terminum sub certa pœna, cum dictus debitor non haberet pecuniam, fecit per quẽdam sibi denunciari ne solueret, & sic non incidit in pœnam: tamẽ de hac sequestratione facta debet notificari creditori, alias posset sibi imputari culpa, vide Ray. in d. l. mulier & not. in c. significauit. extr. de cens. & l. fideiussor. §. fi. qui satisd. cog. Bart. in l. non solũ. §. morte. de op. no. nuntiat. & l. nomẽ. C. quæ res pig. ob. per Alb. & hoc non haberet locum in deposito.

Pone, creditor agens contra debitorem vigore instrumenti petit consilium suis impensis: an ipsam expensam recuperabit à debitore vigore instrumenti in quo promisit debitor creditori de expensis, damnis, & interesse, Bar. quòd non, in l. damni. ver. idem consulit. de dam. inf.

An petere, soluere, accipere, procedant iisdem regulis, not. in l. non solùm. ff. sol. matr.

Quid probare debeat creditor agẽs hypothecaria, Bar. in l. rem alienam. de pig. act. & l. notandum. §. quod dicitur. de pign. Iac. de Aret. in l. bonorum. de verb. sig.

An personalis, & hypothecaria possint simul intentari, facit in auth. de fideiuss. §. contra principalem. Dy. in c. nullus. de reg. iur. & instit. de act. §. item seruiana. per Dy.

Quid si aliquis obligat se ratione alicuius officij quod habet: finito dicto officio an teneatur, & possit coueniri, Guil. de Cu. in l. Lucius Titius. de instit. & ff. quando ex fac. tut. l. post mortem. & l. j. C. e. tit. & l. 2. de adm. tut.

An obligando omnia sua bona, videatur obligare nomina debitorum, no. in l. bonorũ. de verb. sig. & l. nomen. quæ res pig. ob.

An creditor teneatur recipere solutionem quã vult facere debitor tempore noctis, Bal. quòd non. in l. more. ff. de feriis. & l. acceptam. de vsur. & l. cum quidam. de condit. ins.

De materia oblationis, & consignationis, vide Bart. in l. si ita hæres. de cond. instit not. in l. acceptam. C. de vsur.

An personalis & hypothecaria possint simul intentari, facit in auth. de fideius. contra principalem. Dy. in d. c. nullus.

Pone, ego & tu fecimus sponsionem ꝙ qui minus currat daret alteri prandium. fuimus in campo, ego cucurri, & tu non: an tenearis soluere prandium, Guil. de Cu. in l. illud. §. minus. de trib.

Pone, habebam equum valentẽ centũ florenos: promisi hunc tibi vendere pro florenis xx. minus quam possem ab alio habere: contingit ꝙ equus deterioratus est, ita ꝙ non possum reperire nisi xx. tu petis quod dem tibi pro nihilo vigore dictę promissionis Guil. vt s.

In l. sed hic detrahi. ff. quod cum eo. hæc l. facit, Pone, ꝙ aliquis prior, vel aliqs clericus, antequàm esset prior, vel clericus ꝯxit cũ aliis: quæritur vtrum creditores qui contraxerunt cum eo postquàm factus fuit prior, sint potiores quantum ad fructus prioratus. dicit quòd sic, argument. istius text. & l. ille. §. filius. de separ. Guil. de Cum.

Quis præferatur in bonis quæsitis per creditorem post vtramque obligationem, not. in l. is qui. de iur. fis. & l. idem quod. in fin. qui pot. in pig. hab. & l. licet. C. eod. tit. & l. si ignorante. de remis. pig. nihil practicatur glo. in l. is qui. de iur. fis. quòd pariter concurrant: tamen quòd si secundus creditor est in possessione bonorũ post vtramque obligationem quæsitorum, erit eius conditio melior: cum in pari causa melior sit causa possidentis, vt l. si debitor. de pig. & l. si fundus. §. si duo pariter. eo. tit. & ff. de salu. interd. l. ii.

An fiscus habeat tacitam hypothecariam, not. in l. aufertur. §. si fiscus. de iur. fis. Bar. in l. post contractum. de donat. & l. rescriptum. in prin. de pact. Dy. in l. si quis post hac. de bon. dam.

An regula, qui prior est tempore, potior est iure, habeat locum in creditoribus hypothecariis tantũ, non chirographariis, & personalibus, no. in l. scimus. §. in computatione. de iur. delib. & l. priuilegia. de priuil. cred. & l. 2. qui pot. in pig. hab.

In l. magis puto. §. fundum autem. de reb. eor. facit, an debitor cui legatnm est factum, possit legatum repudiare in præiudicium sui creditoris. & videtur quòd non per istum §. & l. si paratus. in fi. quemad. seru. am. & l. j. §. bonorum. de suc. ed. In contrarium facit l. qui autem. in prin. ff. quæ in fraud. cred. & l. j. §. vtrũ. quæ in frau. patr. & l. si tibi homo. §. cum fundus. & l. legatarius. §. si legatum. de leg. j. & per gl. in hoc §. Nicol. de Neap. vbi format quæstionẽ, quòd, teneat repudiatio. Resp. ad hanc, & hunc §. quòd hic est speciale fauore pupilli. idem tenet Petrus in l. si fundum. §. si Titius. de leg. j. & Resp. ad l. si paratus. in fi. quòd ibi ius emptori iam erat irreuocabiliter acquisitum, quod non est in legatariis, nisi demũ cũ agnouerunt legatum, fac. l. heres in fundo. de vsuf. leg. Ray. in d. §. si Titius. tenet quòd non possit repudiari per iura pro hac parte allegata, & respõ. ad l. hæres in fundo quòd ibi erat proprietas rei ipsius hæredis, hic non erat legatarij, Bar. sequitur opinionem Ray. in d. §. si Titius. & Dy. etiam concordat per l. liberto octoginta. de bon. lib. nec obstat l. seruum filij. §. j. de leg. j. quia aliud in testatore, quo nolente nullum ius est acquisitum legatario: & aliud in hærede. nam testatore mortuo statim iᵒ quæritur legatario in re legata, interpretatione, & spe, vt l. à Titio. de fur. no. in l. qui autem. circ. prin. ver. sed illud probandum. q̃ in frau. cred. quid de iure quæsito ex contractu, Bart. in l. si. de solut. quid de iure quæsito ex statuto, facit Bal. & Bart. in l. si arrogator. de adopt. & l. j. ff. de acq. hær.

In l. si is qui de furt. C. quærit Bal. an ille qui debet alicui pecuniam, remittendo eam per fidum nuntium, liberetur, si pecunia casu perdatur. dic, aut est debitor generis, & non liberatur: aut speciei, & tunc, aut erat actũ tacitè, vel expressè quia ipsemet reportaret, & non liberatur: si verò non erat actum, & tunc aut familiaris erat, & notus dictus nuntius, & qui consueuerat esse bonus, & diligens, & tunc excusatur, l. argentum. ff. commo. nisi suscepisset in se casum fortuitum: aut non erat notus nuntius, & tunc secus, l. non ob eã rem. ff. pro so. Dy. in l. si quis vxori. §. apud Labeonẽ. de fur. & c. significante. extr. de pig.

An recipiendo partem mihi præiudicem, & quando, vide Bart. in l. si ex toto. de leg. j.

An per instrumentum cancellatum probetur debitum solutũ, Bar. in l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt.

Pone, aliquis credens se debere ex vna causa soluit indebitè: sed ex alia causa verè debebat: an id quod est solutum continetur in vero debito, Bartol. in l. creditor. in fin. de solut. & ibi etiam Iaco. de Aret.

Si debitor vnus de expulsis de ciuitate coactus sit soluere: an sit liberatus, Bart. in l. creditor. de solut. Bal. in l. falsus. C. de fur. & in l. nouissimè. quod fal. tut. auct. Cyn. & Bal. quod met. cau. l. ij. facit Io. And. in addit. Spec. in tit. de solut. facit Bald. in l. si te. de iur. del. Alb. in l. Paullo Callimaco. §. fi. de leg. 3.

An sit licitum cuilibet extraneo offerre pro altero inuito creditore, Bal. in l. acceptam. de vsur. distinguit in extraneo, & creditore. Alb. contra Bal.

Quid si dico, debeo habere à te centum: posteà volo petere à te. Et idem quid si debitor meus in ducentis, portat mihi centum & dicit: ecce centum quæ tibi debeo: ego creditor accipio: an ex hoc videatur liberatus à residuo? Bart. in l. si cum dos. rer. am. & l. si ex toto. de leg. j.

Pone, erãt tuus debitor, sed commune cuius eras debitor compulit me soluere, quid iuris? vide l. creditor. in princ. de solut. per Alb. in statutis, & not. s.

An procuratori constituto ad agendum possit fieri solutio, no. in l. hoc iure. de solut. Bart. in l. eum qui. §. si quis filio. de verb. ob.

Pone aliquis soluit procuratori, cuius mandatum est reuocatũ & scit reuocatum esse, an videatur donare, Dy. in l. dispẽsatorem. de solut. & l. falsus. de furt. per Cy.

An filiusf. possit debitores paternos liberare, vt sic facto patrefam. sibi præiudicet, Bart. in l. cum dominus. §. si filius. de pec. leg.

An debitor existẽs in carceribus possit creditori suo dare insolutum de bonis suis, Iac. de Aret. in l. qui neque. de verb. sig. no. in l. qui in carcerem. quod met. cau.

Pone, debitor petit à creditore instrumentum debiti, quod soluit, creditor dictum instrumentum non habet, ad quid tenebitur debitori, Bar. in l. qui tabulas. de furt.

Nota quòd consilium, & cautela est creditori quòd solutione facta retineat instrumentum debiti, & faciat confessionem debitori ad hoc vt possit semper probare de debito, si debitor vellet dicere se soluisse indebitum, vt d. l. qui tabulas.

An dominus possit liberare debitorem antequàm sibi cedatur actio contra ipsum per procuratorem suum, Bart. in l. apud Celsum. §. mandaui. ex exc. doli.

Pone aliquis debet habere à Titio x. ex causa mutui, & xx. ex causa depositi: fecit liberationẽ, & pactum de non petendo dicto Titio dicta decem, & generaliter de omni, & toto eo, quod ab eo

petere posset:an præiudicium sit factum creditori in illis viginti, Iac.de Aret.in quodam suo cons.denunciauit quòd non:nã verba generalia restringuntur in petitionibus,pactionibus,& quitationibus,l.si.de cond.ind.§.idem quærit. Item in computatione l.emptor.§.Lucius.de pact.Item in renunciatione l. iubemus.ad Vellei.Item in sententiis l.licet.C.de iud.Item in transactione,l.si de certa.C.de transact.& l.qui cum tutor.§.si.ff.de transac.Item in compromisso,l.si cum dies.§.plenum de arbit.Aliter enim p̃sumeremus creditorem donasse reliqua non soluta : quod non est verisimile in dubio,& resp.ad l.doli clausula.de verb.oblig.& ad l.alimenta §.basilicæ.de alim.& cib.leg. & ad glo.d.l.emptor. §.Lucius.de pact.quia illa glos.sequitur,quando non super certa re,nec occasione certæ rei fiebat remissio generalis:& ideo non habebat restringi:aliàs secus: imò plus si dicerem⁹ quòd solutio debiti decem esset causa remissionis aliarum quantitatum principaliter debitarũ,vt qualiter noluit soluere,nisi alia sibi remitterentur,turpis esset cã remissionis, & sic infringeretur doli replicatio,l.2.& l.si ob turpem.de cond.ob turp.causam. de quantitate generali not.Bald.in l.sub prætextu lo.ij.de transf.de hac materia vide Ang.in l.obligatione generali.ff.de pig.

Not.quòd licet soluens indebitum scienter non possit repetere,l.cuius per errorem.de reg.iur.habet tamen retentionem indebito,si id non reddat,l.si cum aurum.de solut.

Nota,quòd vbi moneta est diffinita,seu taxata per legem,de illa est statutum legis,intelligendo de moneta vulgari,seu currẽte,& si dicatur illa est perempta,Respon.non est ita.quia non est peremptum quod in sua initia redigi potest, l.quæsitum.§.illud. de lega.3.quia bonitas intrinseca,& pondus perire non potest,l.cum quid.& l.vinum.si certum pet.& in c.si.de decim.de moneta mutata,not.in c.olim.extra de censibus.& ca quanto.extra de iureiur.per Hostien.& l.Paulus.aliàs,creditorem.de solu.pe Bar.in l.in minorum.in quib.cau.in integ.rest.non est neces.per Cy.in l.vinum.si cert.pet.l.vxori.§.vxor.de leg.3.per Dy.Albr. in d.l.quicquid.& l.2.de iur.emphy.& in l.vxori.§.j.de leg.3.

Pone,mutuasti mihi florenos tempore Bonifacii,quo tempore valebant xxvj. grossos pro quolibet: posteà in processu valet xxiiij.an teneor ad restituẽdos florenos tantùm.an ad restituendum tantum,quantum valebãt tempore mutui facti.dic quòd si idem est pondus floreni,quod erat tempore Bonifacii,quo tempore mutuum fuit cõtractum, restituendo florenos satisfactum est:nam in his considero bonitatem intrinsecam,vt l.cum quid. si cert.peta.vbi per Albr.per quam soluitur hæc quæstio:secus si pondus esset diminutum. Et hoc quod dixi est verum, quando non agitur de mora:nam si præstiti tibi florenos,& valebant tũc temporis grossos viginti sex, & petij eo tempore quo valebant xxvj.& non soluisti, ex quo fuisti in mora,licet pretium floreni decrescat,tamen teneris restituere grossos vigintisex pro quolibet floreno & ita loquitur l.vinum.si cert.pet.glos.tamen videtur tenere contrà in l.sed inter virum.de iur. dot. tamen ibi posset responderi.quòd illud habet locum in expressa æstimatione pro hoc l.si ita legatum.§.illi si volet.de leg.j.Rich.malum.&no. & facit Bal.in l.si.§.si duobus.C.commu.de leg.

Quid contineatur appellatione pecuniæ,Bart..n l.talis scriptura.de leg.j.

Quòd qs teneatur recipere monetam pro ea æstimatione,quę taxata est à principe:& qui non recipit,punitur de falso,Bar.in l. qui falsam monetam.de fal.

An& quando creditor teneatur recipere aliud pro alio,Bar.in l.creditorem.aliàs l.Paulus.de solut.& not.in l. 2.si cert.pet.& l. non ampliùs.de leg.j.& debitor non potest pro parte soluere in inuito creditore.Sed quid in hærede debitoris,Bal.in l.si plures.de cond.ins.quòd sic.

Pone,aliquis promisit mihi soluere ad certum terminum,& ñ soluit:post terminum mihi offert,an tenear recipere nisi interesse commoditatis medij temporis mihi offerat, & si recipiam vsq; interesse:an posteà possim illud petere,Nicol.de Neap. in l.solidum,de solut.

Pone, in libro mercatorum reperitur sic scriptum: Confiteor me recepisse à tali pro residuo talis debiti centum:an ex hoc p̃sumatur totum debitum fuisse solutum,nota.in l. si ex pluribus.in princ.de solut.per Nicol.Ray. & Bart.an habeant ista verba vim pacti liberatorii.& donationis,vel vim meræ solutionis,& realis, vide Ang.in d.l.si ex pluribus.& l.j.quæ in fraud.cred.& l.si acceptolatum,§.j.de accept.Bal.in rub.C.quę in fraud.cred.facit Bar. in l.si ex stipulatu.& l.Modestinus.de donat.facit Bal.in l.si marito.sol.matr.facit Ang.in l.tale. in prin.& l.contra iuris.§.si filius. de pact.& gl.ibi dum dicit,idem si minus.

Pone aliquis promisit mihi dare vnum par caponum: vult dare ipsos mortuos,an possit?Guil.de Cu.in l.quod te.si cert. pet. & l.qui decem.§.si.de solut.

An adultus possit soluere absque auctoritate curatoris,glo.in l.j.§.fuit quæsitum.ad Treb.& l.ait prætor.§.permittitur.de min. & l.quod si forte.§.si.de solut.

An quis possit soluere creditori sui creditoris. not.in l.si opera.de exce.doli.per doc.& Alb.ibi plenè.& l.solutum.§.solutam. de pig.act.& ibi gl,& Bart.

In l.sed si posteà.de arbit.Bal.no.quòd ille qui simpliciter dicit nolo accipere,non liberat debitorem,quod not.Bal.

Pone aliquis mihi debet ducenta:peto centum:an in aliis centum videar mihi præiudicare. & quid si debes ducenta, & soluis centum,dicendo,ecce centum quæ tibi debeo:an in aliis fiat prę iudicium?vel quid si dicas,ecce centum quę tibi tantùm debeo, & nihil dicis, sed accipis.de hoc per Bar.in l.si cũ dos.ff.rer.amo. & l.si ex toto.de leg.j.

In l.qui solidum.de leg.2.not.quòd si aliquis obiicit exceptionem pro parte,nisi creditor offerat se recipere aliam partem,nõ est in mora ille à quo petitur,l.fideicommissi.ĩ prin.de vsur.Bar. de hoc in d.l.qui solidum.& rationem assignat ipse.

Nota, quòd aliquis non potest cogere alium, vt sibi fiat quietatio specialiter: bene potest fieri de aliqua solutione, vt l.sicut datam.de lib.cau.& l.plures apochis.de fid.instr.& l.cum Aquiliana.de transact.

An debitor teneatur portare debitum ad domum creditoris. not.per Bar.& Bald.in l.idem illa.de const.pec.& l.acceptam.C. de vsur.per Bal.& Ray.in l.quod nisi.in princ.de op.lib.& l.cum hi.§.in causa.de transf.per Vbert.de Bo.Bald.in l.cum quidam.de condit.inser.

Qui si testator grauauit dare alimenta aliquibus, qui non sunt in domicilio testatoris,vide Iac.But.in l.quod nisi de op.lib.

In l.huiusmodi.§.si ita de leg.j.hic §.facit ad quæstionem.statuto cauetur quòd creditor cogatur reddere instrumentum debitori cancellatum,aliàs nõ possit agere ad solutionem:modò creditor non potest reddere instrumentum,quia amisit.est argumẽtum hîc quòd sufficit si liberet per acceptilationem,& probatur instrumentum perditur per iuramentum.l.si.C.de fid.instr.Item not.hîc secundum Iaco.de Aret.quòd creditor tenetur reddere instrumentum cancellatum si habet,vt hîc.& l.dissolutæ.de con dict.sine causa.Sed contra hoc facit l.qui tabulas.de fur.& l.si fullo.eod.tit.Sol.dixi in d.l.dissolutę.quòd verum est quòd possum petere cum creditore instrumentum cancellatum si faciam scripturam, & sibi dem qualiter solui:secus si non faciam vt dict.l.si fullo.& hoc verum quando non tollitur debitũ suo delicto:sed si priuatur debito suo delicto , tunc omnia instrumenta debent auferri sibi,l.iudices.de dig.lib.xij.Bart.

An id quod debet solui in pluribus terminis,possit solui simul & semel,& econtrà,Bar.in l.cum quis.de an.leg.& l.qui ratione. in prin.de verb.oblig.

Si p̃mitto tibi quando voluero,quid iuris?Bal.in l.j.ff.sol.mat. Cy.in l.3.de dot.promis.

An hæres debitoris possit soluere patrem suum creditori inuito.Bal.in l.si plures.de cond.inser.

Quid si creditor dicit sibi deberi mille ex instrumento. in quo erat debita maior summa : an videatur confiteri non deberi sibi plus,Bal.quòd non in l.siquidem.C.de transact.

Quod creditor idem quòd debitor nõ potest liberare debitorem suum in præiudicium sui creditoris,Bar.in l.si quis.ff.quę in fraud.cred.

In qua moneta debet fieri solutio,si est aureata:an de illa quæ currebat tempore contractus, vel tempore solutionis fiendæ, Alb.& Bal.plenè in l.cum quid.si cert.pet.vbi recitat multas opiniones,& etiam in l.2.& l.3. B.de iur.emph,no.in c.olim.de cẽs. & Host.Io.And.& Bald.in c.quanto.de iur.not.in clem.2.de decim.32.q.4.si quis ignorans.in glos.Alb.in l.vxori.§.j.de leg.3.& Bal.in d.l.cum quid.dicit prædicta habere locum in obligatione commissa,sed in committenda dic,vt not.Dyn.in l.vxor.§.testamento.& §.filio.de leg.3.

An possit solui conuenienti personæ,& an possit solui sponte procuratori constituto ad exigendum,Bal.in l.j.C.quib.res iud. non noc.fac.l.qui hominem.§.si genus.ff. de solut. & l.qui aliena.de neg.gest.facit Bar.in l.vero procuratori.de solut.& de procuratore,not.in l.hoc iure.eod.ti.Bar.in l.cum qui.§.si quis filio. de verb.oblig.

An creditor recipiens solutionem teneatur facere confessionem generalem,Bald.in l.j. §.contrarium.de contr.iud.tut.& de confessione generali,not.Bal.in l.sub prætextu.C.de transact.

Quod creditor recipiens duplicem solutionem teneatur crimine stellionatus,Alb.in l.qui duobus.de fals.& l.si fideiussor.§. in omnibus. ff.man.& de debitore qui soluit,& posteà repetit instrumenta,Alb.in l.j.de iur.& fact.igno.& l.Iulianus.de condict. ind.& l.j.C.eod.

An pend

50 An pendente exceptione solutionis possit peti instrumentum cancellatum reddi ex causa solutionis, Bal. quòd nõ, in l. si iudex. de his qui sunt sui vel al. iur. & l. edita. de edend. quam Paduæ repetiit.

No. quòd creditor tenetur reddere instrumentum debitori, & ipsum liberare, Bal. in l. huiusmodi. §. sicut legatum. de leg. j.

An quis possit soluere creditori suo ante diem solutionis, Alb. in l. qui Romæ. & l. stipupulatio ista. de verb. oblig.

An sufficit offerre se paratum soluere, vel deponere, dato ꝙ id non fiat realiter, & verè, & nisi fiat consignatio, de hoc in l. acceptam. de vsur. facit quod no. in l. pen. de resc. vend. facit Bar. in l. prętor. §. si quis paratus. de op. noui nũc. Bal. in l. j. ne lic. in vna ead. cau. ter. prou.

De solutione facta creditori absenti, vide Bald. in l. si reus. ff. de procur. & si creditor abest, an debitor possit facere ipsum citari, Bal. ibidem. & est tex. quòd sic. in auth. dos data. de don. ant. nup.

De eo qui soluit, & posteà condemnatus de nouo soluit, sed posteà reperit instrumentum solutionis, qualiter cõsulitur. not. in l. j. de cond. ind. Io. An. in Spec. de instr. ed. §. postquàm. Alb. in l. j. de iuris, & facti ignor.

¶ Baldus de Obligationibus & solutionibus.

An syndicus vniuersitatis possit obligare singulos de vniuersitate, dic, vt in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. per Bar. ¶ Quòd quis possit se obligare ad priuatũ carcerem creditoris, vide gl. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. vide s̃. de appel. §. casus talis est. ¶ Qui promittit nõ opponere exceptionẽ, intelligitur non ire ꝑ ambages & si vadit, incidit in pœnam efficacem: tamen exceptionem bene potest opponere, vt not. hîc per G. C. de adult. l. ita pudor. per Cy. ¶ Verbum Pertinentia, restringit obligationem generalem pignoris, quin porrigatur ad futura, in ij. col. ¶ Vxor non potest se obligare pro marito, sed pro se, vel alio cum marito, sic, si renunciat Velleiano, ver. sed quæritur. & seq. G. Et præsumitur obligata pro marito, secundum quosdam, eo ipso, ꝙ est obligata in eodem instrumento, scilicet in dubio, versi. sed pone, vir. G. vide ff. ad Velleia. l. Seia. Bal. ¶ An valeat renunciatio iuri hypothecarum, ver. quæritur. G. ¶ Instrumentum mutui, quando ciuitas accipit mutuũ, & ꝙ singuli ciues non sint obligati. ver. cęterum. G. ¶ Item in magnis vniuersitatibus singuli non sunt nominandi, sed pauci sic, ibidem, versi. seq. G. ¶ Item aliud est contractus, aliud statutum factum ad robur contractus, ibidem. G. Argumentum contrà C. de donat. inter virum & vxorẽ, l. pen. per Bar. ¶ Instrumentum pro residuo pretij mercantiarum, vel aliarum rerũ qualiter fieri debeat, ver. verum. & seq. G. ¶ Quid debet creditor probare in hypothecaria, ver. sed quid debet. & versi. seq. G. ¶ Si dubitetur de tempore, præsumitur cõtra actorẽ, vers. quid si ago. & C. de petit. hęred. l. si post moram, G. vide ĩ. eo. §. in obligatiõe. ¶ Et an ratificatio medio tempore actui pręferatur, ver. item pone, obligasti. G. & ver. quid si pen. ¶ Et an possessor possit offerre debitũ post sñiã, sic, vers. qd sit. T. G. Item an, possit peti pretium redactũ ex re pignorata: vel pone ti. & fuit de facto. G. ¶ Item si Titius obligauit de facto rem Seij: & hæres Titij compleuit præscriptionem, an valeat hypothecaria, tanquam in re hæredis, vt l. Paulus. & ff. de petit. hæred. l. non tantùm. §. ꝙ si partem. Et dicẽdum videtur, ꝙ valeat: quia originem habeat à defuncto, quod est verius, ver. sed quid. T. G. ¶ In obligatione expressa pro dote inspicitur tempus obligationis & contractus: in tacita, temp⁹ numerationis, ita intelligitur tex. & gl. in l. assiduis. C. qui pot. in pignor. hab. versi. sed pone, cõtraxi. quod notat G. ¶ Et an debitor expulsi liberetur soluendo communi, §. nunc aliqua. ver. pen. G. ¶ Obligatio legalis intelligitur de moneta currente tempore ꝯuentionis: sed obligatio conuentionalis de currente tẽpore obligationis, §. nunc aliqua. ver. fin. G. & hoc est no. propter condẽnationes, quę fiunt ex forma statutorum. Bald. ¶ Si mercator cõfitetur se recepisse, & se teneri in literis, quas scribit socius eius, an inde oriatur actio de cõstituta, §. prænotãdum. ver. pone, mercator. quem §. bñ not. pro literis cambij mercatorum: & tene bñ menti, quia est valde no. ¶ Qualiter formetur libellus in l. vinũ. in §. sequitur. ver. ad huius autem. Et an lata sentẽtia super vino, possit peti æstimatio, versi. quid si petij vinum. G. ¶ Item quid si petij alternatiuè vinum, vel ęstimationem, an erit electio rei: idẽ enim de iure vr̃ petitum, & quod de iure videtur extendi petitio actoris: & in iudiciis non est electio rei, vers. quid si libellus. G. & vide s̃. de libel. concep. §. procedit. ¶ Quidam perdidit boues meos, vult reddere consimiles, an possit? versi. quid si commodatarius. G. ar. C. de fideiuss. l. post mortẽ. vide s̃. de loc. §. qd si boues.

a ¶ De Donationibus a. Rubrica.

ADDITIO.

a Pro materia huius rubricæ debet recurri ad Summistas. Practici enim auctores hanc rubricam, vel ipsius tractatum specificè nõ posuerunt. Nam licet leges ponant tit. pro donato. ex quo vsucapitur, ff. pro donato, tamen actio specialis huius nominis, vel condictio non est inuenta. Nam si donasti & tradidisti, hæc actio est necessaria: si promisisti tradere, hîc agitur ex stipulatu, si stipulatio interuenit, quæ olim erat necessaria: hodie sufficit pactũ cũ vtriusque consensu, patet vtrunque C. de donat. si quis argentũ. ante fin. & vt ibi no. cessante stipulatione ageretur condictione ex illa lege. Fateor tamen, ꝙ ad reuocandum donationem ꝑpter ingratitudinem. Rof. formauit libellum: dè quo hîc in fi. ¶ Quæstionem secundam dominicalem de episcopo donante ecclesiã collegio dando solùm canonico, scripsi & not. de præb. si is cui. li. vj. in vlt. gl. venerabilẽ. Lxvj. determinat gl. iiij. in decr. apostolicæ. eo. tit. Ioan. de Deo. primam vide s̃. de instru. edi. §. nunc aliqua. in fi. ¶ Quęstionem dñi mei, quam prosecutus est Petrus de Ceruotis, de illo, qui donauit indiuiduum ob cãm partim inhonestam, vide super regula, in pari li. 6. Si ecclesiæ donetur sine insinuatione, an insinuationi renunciari possit, an remissio debiti vltra summam legitimam requirat insinuationem? & de solido, quomodo insinuatur in hoc casu, scripsi super §. porrò. in fi. de instru. edi. item in eo. §. super ver. quid si filia. ¶ Prosequor quęstionem de sorore nupta, quæ donat fratri, cùm ambo sint in patria potestate. ¶ De donis factis per Imperatorem Constãtinopolis ambasiatoribus Mediolani, est quæstio Rof. vj. & no. ff. de procu. qui proprio. §. qui ꝓcurator. vt in cęteris, & clarius ff. soluto mat. l. si verò. ¶ Quæstionem Fede. & aliorum de bannito instituto, q donationis causa cessit auiæ, scripsi de ces. actio. super versi. illud etiam quæritur. ¶ An propter liberos nouiter natos donationẽ reuocet non patronus. scripsi eo. tit. c. vlt. super prima glo. Et hîc addo, quòd subintellecta conditio in donatione, per quam fit reuocatio, intelligitur ẽt in iuramento, cuius virtute non obstaret reuocationi: facit de iureiur. quemadmodum. cum ibi not in gl. ij. bene faciunt l. indubitati. & l. si libertus. ibi alleg. item l. vlt. ff. q satis. cog. quæ concor. cum decre. ad hoc. ij. de app. ¶ Quęstionẽ de instituto & rogato restituere hereditatem, an donando possit diminuere partem debitam substituto, Dy. suo cons. 28. tenet, ꝙ non: vnde si filia erat sic instituta & rogata de restituendo, si decederet sine liberis, si institutio illa excedebat suam legitimam, illum excessum non potuit donare, nec cedere, ff. de leg. 2. l. si. §. filiæ. & ff. de pac. do. cùm maritus. § fi. sed quatenus contingebat legitimam, pater nec onus fideicommissi imponere potuit, nec substitutus in præiudicium filiæ sibi potuit, stipulari, ff. de leg. 2. cùm pater. & §. pater certam. & C. de inoff. test. l. quoniam in prioribus. ¶ Quæstio domini mei in leg. quæ incipit, Petrus donauit. fuit hæc, si dono seruitutem altiùs non tollendi vicino meo & vni ex filiis, quem elegerit, an possit eligere superuenientem aliis? & hanc Bar. de Neap. reassumit domino meo non nominato: ipse dominus meus tenuit, quòd non, per l. si cui. ff. de serui. q̃ vult illum, cui relicta est seruitus viæ, debere illam viam eligere, quæ sit cum minori incommodo prædii seruientis. Item ista electio fit onerandæ libertatis causa, quam habet dominus in ædificando: & sic non debet concedi, arg. ff. quar. rerũ actio nõ datur l. j. §. quæ onerandæ. & verè huic solutioni satis conueniunt mẽs & verba donantis. De mente patet, quia de vno voluit grauari, non de omnibus: & hoc verbis expressis: sed electio talis necessariò comprehendit omnes: & sic est fraudulenta, & non sequẽda, ff. de rei ven. in fundo. extr. de rescrip. sedes. in fi. & c. seq. Item cũ tacitè videbatur actum de certo, habeatur pro expresso, ff. si cert. pet. cùm quid. de iureiur. quemadmodum. Prædictus Bar. reassumens, tenuit contrarium, per iura quæ dominus meus allegauerat ad illam partem scilicet ff. de leg. j. si seruus legat⁹. § huiusmodi. vbi dicit, valere legatum vsusfructus & proprietatis, cùm testator legat vsumfructum libertis, & proprietatem illi liberto, qui aliis superuixerit: ad idem ff. de rebus dub. l. quoties liberis. & C. quando di. leg. ced. l. ij. quæ lex etiam de legato proprietatis loquitur facto pluribus, ita quòd ad superuiuentem pertineret. Et fateor, quòd hæc iura bene approbant talem formam relicti, ita quòd donãs bene potuisset sic donare, per iura prędicta: sed quęstio nostra est de donatario, an cum magno præiudicio hæredis donatoris potuerit sic eligere non vnum tantùm in effectu, sed omnes, vt prædixi. Sit ergo hoc dubium de incertitudine, cùm sit incertitudo de cæteris: sed est dubium de potestate eligentis: vnde tenet, quod dominus meus dixit. Est etiam aduertendum, quòd hæc electio erat voluntaria: non enim tenebatur donatarius eligere, sed potestatem habebat eligendi: & sic hunc casum non contingat: quod dicam ĩ. titul. prox. super rubric. versi. Lambertinus. ADDE, quæ posuit in dict. §. nunc aliqua. in materia de donat. & de ambasiatoribus Mediol. adde Bald. consil. lvij. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Laicus conferens ius patronatus aliquibus clericis, quibus verbis debeat in instrumento vti.*
2 *Donatione pluribus facta, si alter repudiet donationem, an portio eius cæteris accrescat.*
3 *Insinuatio an sit necessaria, vbi pater emancipans filium, dat ei partem suam.*
4 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
5 *Donatio facta ratione ingratitudinis potest reuocari.*
6 *Donatio monasterio facta, an aliquo casu possit reuocari.*
7 *Donatio bonorum si fiat filio à patre intendente maleficium committere, ad cōsequentiam ne confiscarentur, an postea ea repeti possint.*
8 *Venditio omniū bonorum videtur facta in fraudem legis & hominis: & ideo secundum quosdam non est tenenda.*
9 *Libellus qualiter sit in donatione causa mortis concipiendus.*
10 *Donatio causa mortis similis est legato.*
11 *Libellus qualiter sit in donatione inter viuos concipiendus.*

IN hac materia forma instrumenta donationis causa mortis & inter viuos, vt s. de instru. edit. §. porrò. ver. nunc [a] quia. Itē formā donationis factę monasterio, quod quis ingreditor. vide j. de reg. vers. hæc quoq;.

1 ¶† E not. ꝙ si laicus cōfert ius patronat⁹ aliquibus clericis, vel collegiis. debet vti instrumento donationis talibus verbis [b] concedo & do talem ecclesiam, & presenti charta confirmo vt extrà de iure patronatus, quod autem. & idem in aliis donationibus.

2 ¶† Quid si pluribus [c] donatum est, & alter eorum repudiat donationem, nunquid portio eius cæteris accrescit? Videtur, quòd sic, vt C. lib. xj. de his, qui īperialis don. lib. me. l. fi. C. li. x. si socius. lib. imperialis sine hær. decest. l. j. Sed dic ꝯ: nā in ꝯtractib⁹ inter viuos non habet locum ius accrescendi, excepto vsufructu, ff. de vsufruct. accrescen. l. j. §. in ꝓprietate. & quod in primis concor. dicitur, speciale esse in donatione principis. Item pone: pater plura donauit filio in potestate constituto: non tamen fuit donatio inofficiosa: postmodum cùm pater testaretur, dixit, quia nullam fecerat alicui donationem [d], quæritur, an per hoc videatur donationem huiusmodi reuocasse? Et videtur, quòd sic. & verbis & factis: cùm per verba æquipollētia hoc fecerit, extrà de verb. sign. igitur in his. & plus est facto ostēdere, quam verbo declarare. ff. de æ..dic. si tamen. §. ei qui. & arg. ff. de adimen. leg. libertus. & extrà de app. dilecti. Item legata & fideicōmissa nuda voluntate tolluntur: igitur & donatio, quę in sola donantis voluntate consistit, ff. de adim. leg. l. 3. in fin. & facit ff. de fundo dot. l. erit. Arg. ꝯ C. de testa. verba. vbi hoc vr̄ expressum: ad idem C. de prob. instrumenta. & l. ratiōes, & auth. ibi posita. Super hoc dicunt, ꝙ si appa ret, ꝙ fuit de donatione oblitus, non est reuocata: si vero sciēter dixit, secus. In dubio autem aut nouiter fecerat donationem, ita quòd præsumitur memor esse: & tunc vr̄ reuocasse: aut ꝙ fecit, iam est diu: & tunc præsumitur oblitus, & non intelligit̄ reuocasse. nam memoria labilis est, & ideo fiunt scripturæ, vt C. de testa. iubemus. ff. de acq. pos. peregrè. & facit in auth. de trien. & semis. §. illud quoq; bene haberet. & quod no. C. de fide inst. in exercēdis. Vel distingue, vtrùm donatio fuerat inofficiosa, vt tunc videatur reuocasse ꝑp inuidiam inter filios tollendam, vt C. de colla. l. pen. Aut non fuit inofficiosa, vt tunc non videat̄ reuocasse, per iura præmissa. Nec obstat, si dicis, ꝙ donatio habet vim legati: vt sic sola nuda volūtate intelligitur tolli, vt s. quia hoc verum est, si expressim ꝯfirmetur [e]: aliàs non, vt ff. de don. inter vir. & vxor. donationes [f].

3 ¶† Quid si pater emancipans filiam, dat ei partem suam, nūquid est necessaria insinuatio? Videtur, ꝙ sic: quia nō cogitur dare, vt C. de collat. vt liberis. in fi. & sic vr̄ donatio. Quidā [g] tamen ꝯ quia nō est donatio, cùm soluit debitum naturale vt ff. de donat. hoc iure. §. 2. C. de cur. fu. l. fi. §. i. Item est datum ob causam, vt se inde nutriat: quod onus aliàs patri incumberet, si non daret, j. dist. ius naturale. Item vr̄ quædam derisio, ꝙ viuente patre filius quasi dominus videatur, ff. de liber. & posthu. in suis. Instit. de hęred. qual. & differ. §. sui. Sed cōtrà, ꝙ sit donatio ob causam, in præd. l. hoc iure. in fi. Sed dic, ꝙ vsque ad debitum bonorum subsidium non est necessaria insinuatio: sed si sit vltra illud, consilium est, ꝙ interuenit.

4 ¶† Quid si aliquis dat oīa bona sua fortè secretò: & dicitur in instrumento donationis, ꝙ si bona illa valent vltra quingentos sol. [g] tot intelligantur. & sint donationes, quot sunt res: & aliqua earum non valet vltra, nunquid per hoc euitabitur pœna illius l. C. de don. si quis pro redemptione? quæ inhibet fieri donationes vltra predictā summam sine insinuatione. Videt̄ quod sic, cùm actū sit, vt tot sint donationes, quot sunt res, arg. ff. si cert. pet. cùm quid contractus enim ex conuentione legem accipiunt, ff. depositi. l. j. si conuenerit. Et quòd sint tot donationes, quod res, facit ff. de verb. oblig. scire. in prin. & facit eo. tit. qd̄ dicitur: & l. pluribus. Quidam [h] tamē dicunt talem cautelam nō valere: quia vna est donatio, cùm vnico actu fiat, C. de don. sancimus. §. si quis autem. videtur enim fieri in fraudem legis [i]. nec videtur sufficere dicere, quòd tot sint donationes, quot sunt res, nisi ipsæ res nominentur, vt in prædic. l. quod dicitur [k]. ¶† Quid

ADDITIONES.

a Ver. nunc. ¶ adde, quod ibi scripsi.

b Talibus verbis. ¶ Miror de Gul. qui dicit, ꝙ debet vti his verbis, cùm verba sint dubia: qd̄ patet, ex his notatis in gl. 2. potissimè. ñ obstet, quod non valet, vt agitur, nec valebit, vt valere poterat, vt not. eo. tit. illud. in j. gl. & super ea, per quam decr. & de c. vnicā de iure patro. lib. 6. tenet, quòd dicere debet, dono patronatum, quem habeo in tali ecclesia.

c Quid si pluribus. ¶ Quicquid hîc interponitur vsque ad libellos, fuit additio.

d Donationem. ¶ Simile factum, quod scripsi super rub. de don. inter vir. & vx. ver. est sciendum.

e Cōfirmetur. ¶ scilicet quòd habeat vim legati: hoc j. reassumam.

f Donationes. ¶ Hîc scias, ꝙ donatio, cui ius resistit, vt ibi, facta in filiū in potestate, vel facta ꝯiugi, faciliùs reuocat̄, ꝗ legatū, qd̄ ñ reuocatur obligatione rei legatæ factæ per legantē, sed talis donatio sic. Primū patet Instit. de leg. §. si rē. versi. idē rescripserunt. & C. de leg. l. 3. Secundū patet C. de don. inter vir. & vx. l. si maritus. & rō ibi not. q̄a legatū fauorabile, donatio talis odiosa. Itē legatū tenuit à principio, sed illa donatio ñ. facit, qd̄ not. ff. de leg. j. l. talis scriptura, ad finē vlt. gl. Redeūdo ad id, qd̄ obtuli, est sciendum. ꝙ lex, donationis, ꝗ allegat autor non probat simpliciter id ad qd̄ inducitur, sed probat ēt contrarium. Per silentiū enim donatoris, vel donatricis dicit ibi textus ille, si infra legitimā quantitatem factæ fuerunt, vel vltra legitimā, fuerint tn̄ in actis insinuatæ, in eo tn̄ quod excedunt, non confirmantur silentio: & in hoc procedit dictum eius, s. ꝙ ad illum excessum necessaria est expressa confirmatio, vt valeat, ſm̄ auctorem, tūc certum est, ꝙ habet vim legati: sed de donatione facta filio in potestate constituto, & infra summā, vel supra summā insinuatā: ī quæstione, qua quæritur, an filius habeat conferre talē donationē cum fratrib⁹ sequendo Dyn. cuius verba ad literam posuit Cynus in auth. ex testamento. de collat. dicimus, ꝙ non. siue pater confirmet, siue non. Primo eñ casu ꝯstat habere vim legati, qd̄ nō confert, C. de Collat. l. à patre. & posset eo casu venire in fideicommissum ꝑ patrem, ff. de leg. ij. l. sequens quæstio. in fi. Secundo idem, s. quādo nō reuocat expressè, quod reuocare poterat, vr̄ tacitè in testamento reliquisse, ff. de don. inter vir. & vx. l. cùm hic status. §. j. facit ff. de iur. codi. l. conficiunt̄. in prin. Est enim regulare, ꝙ approbare vr̄, qui nō improbat, quod pt̄, ff. de re iud. sępe. §. cur aūt. vnde vera acquisitio dominij rei donatæ sibi post mortē competit ex tacito relicto, non ex donatione priùs facta, quæ ꝯ iura fuit, & reuocabilis erat. facit ff. de collat. bon. l. j. §. si ab ipso. Item eo casu locus est Falcidiæ, C. ad leg. Fal. in donationibus. Sed in filio tēpore donationis emancipato est totum ꝯriū: q̄a donationem cum fratribus confert: quia iure relicti habere nō pōt, qd̄ eñ iā suū erat, pater nec expressè, nec tacitè approbare potuit. confirmat enim, vel approbat is, qui infirmare, vr̄ reprobare potest, vt in præd. §. cùm aūt. & ff. de leg. ij. Titia. §. Lucio. extr. de hæret. cū ex iniuncto. in fi. quod pater non posset, C. de inof. don. quæ sub mo. l. perfec. & quod meum est ex vna causa, ex alia causa, meum fieri non potest, extra. de fide instrumentor. inter. ante fin. & ibi concor. Hîc scias, quòd licet habeat vim legati donatio non expressè confirmata, non tamen per omnia, vt patet eo. tit. de don. inter vir. & vx. C. in l. res vxoris.

g Quingentos sol. ¶ id est aureos: de quo vide s. de instrum. edi. §. porrò. ver. fi. in fi.

h Quidam. ¶ Vt Iac. de Are. & alij, de quibus dixi s. de instru. edi. §. porrò. super ver. donatio. vbi ēt apertiùs ponitur finis huius ver. de nominatione rerum loquens: ibi etiā dixi, qualiter fiat insinuatio, & coram quo iudice, & an die feriato: quid de regalibus. An autem donans his legibus, quæ insinuationem fieri præcipiunt, renunciare possit. dixi in fi. huius §.

i In fraudē legis. ¶ q̄ ad ad refrænādos donationū impetus insinuationis necessitatē inuenit: facit C. de inof. don. l. ij. & æquè cùm transeant ad hæredes vtriusq; donātis & donatarij, vt l. sancim⁹. in fi. C. de do. Absurdū aūt esset, ꝙ verba præualerent rei & fictio veritati, contra iura, ff. de castrensi pec. l. si fortè. vbi concordantiæ: ad idem ff. de lib. & posth. l. filio. & de elec. commissa. lib. vj. §. §. porrò. cum concord.

k Quod dicatur. ¶ Plus: dicit Simon Vincenc. super l. sancimus. ꝙ si in fraudem legis fiant diuersæ donationes excedētes summā, ꝙ forsan non valebunt, per l. ꝯ. ff. de leg. & senatusconsul. & de iure patro. si libertus. in fin. refert quendam tenere ꝯrium, cùm sic donando iure suo vtatur: & sic dolum non facit, ff. de reg. iur. nullus. ꝙ tamen sibi non placet, secundū qd̄ §. si quis autem. in l. sancim

5 ¶†Quid si actū est in donatione, ne propter ingratitudinē, vel causam aliquam reuocetur? Respon. si hoc solum dictum fuisset ꝙ propter aliquam causam reuocari nō posset, tamen nihilominus ex causa ingratitudinis bene reuocaretur, vt C. de bonis lib. l. fi. sed quia expresse de ingratitudine actum fuit, vr̄, ꝙ ea interueniente non poterit reuocari, arg. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. Sed dic contrà, secundum quosdam, ne per tale pactū donatarius inuitetur ad delinquendum, ff. de pact. si vnus. §. illud
a & §. pacta [a]. ¶†Quid si aliquis Baro ædificauit & dotauit mona-
6 steriū: nūc abbas & monachi fiunt ingrati, copulando fortè amicitias cum inimicis eius: nunquid poterit reuocare bona monasterio collata propter ingratitudinem? Et vr̄, ꝙ sic, extrà de don. c. fi. C. de donat. l. fi. Punitur enim quis copulando se inimicis domini sui, ff. de off. præfec. vr. l. j. §. cùm patronus. C. de inoff. test. liberi. extrà de accus. repellatur. ad idem C. de sacrosan. eccl. l. iubemus nullam. Nam vniuersitas bene incidit in edictum, ff. qđ met. cau. l. metum. §. animaduertendum. & committit dolum, ff. de do
b lo, sed ex dolo. §. sed an in municipes [b]. Arg. ꝯ, quia delictum personarum non debet in damnum monasterij redundare, xvj. q. vj. si episcopū. extrà de excep. cū venerabilis. extrà de cōstit. c. ij. nec pupillus tenetur ex facto tutoris, C. vnde vi, meminerint. nec impubes, qui cōscius fuit faciendi falsam monetam, tenetur, C. de falsa mo. l. fi. Quidam dicunt, ꝙ bona monasterio auferentur, & ad Baronem redibunt, & monasteriū destruetur. nam & ciuitas destruitur propter delictū ciuiū, ff. quib⁹ mo. vsufru. amit. l. vsusfruct⁹ ciuitatis. xxv. q. 2. si audiuerim. & priuatur episcopo, vt 25. q. 2. ita nos. Et collegia dissoluuntur propter delictum eorum, q sunt de collegio, ff. de leg. 3. pater. §. Tusculanus. C. de donat. l. fi. Vel dic, melius esse, ꝙ nec monasterium destruatur, nec bona ei auferantur, propter præmissas rationes: personæ tamen inde eii-
7 ciantur, & aliæ ibi ponantur. ¶†Item pone: aliquis intendēs cōmittere aliquod maleficium, emācipat filium, & dat ei bona sua, ne committens maleficium inueniatur aliquid habere processu tpis pater petit bona illa à filio, tāq̄ bona eius: vel fortè ipse filius petit à patre, vel fortè fili⁹ vult ea retinere: pater dicit, ego tibi dedi pp talē cām, & res meę remanserunt ꝙ pr̄ nō possit reuocare, probatur C. de reuo. don. l. cùm fatearis. Arg. ꝯ, ꝙ non fuerit do-
c tio, sed fuerit quædam simulatio, ff. de contrah. emp. nuda [c]. ff. de
d ritu nup. simulatæ. ff. de act. & oblig. contractus [d]. C. plus valere,
e quod agitur, per totum, extrà, quod met. cau. c. j. [e] Dixit Vber. de Bob. ꝙ ipse iudicaret talia bona fisco esse applicanda, in cui⁹ fraudem factum fuit, ne commisso maleficio publicarentur, ff. de calum. pręcipuè. & l. generali. §. j. & §. fi. extrà de sup. ne. prelat. licer. extr. de arbit. olim tempore. Arg. tn̄, ꝙ contractus facti ante accusationem & punitionem teneāt, C. de bonis ꝓscrip. si quis post
f hanc. versi. ea etiam, quæ [f], & l. si quis intra. ff. de donat. post contractum. Sed potest dici, quòd valet. Possunt tn̄ reuocari, vt in p̄. l. cùm fatearis. Item vr̄, quòd qui allegat donationem, seu alienationē in fraudem, siue hac intentione, siue etiam in fraudē creditorum factam esse, hoc probare debet, arg. ff. qui, & à quibus ma. lib. non fi. sed si maritus. ff. de his, quæ in fraud. cred. omnes. §. i. C.
g de don. lata. ibi, vel quā maximè, &c. Ego dico [g], quòd si talis donator, vel alienator diu post confectum instrumentum bona ipsa tenuit, nec apparet donatarium, seu illum, in quem facta dicit alienatio, illa petiisse, vel tenuisse, vel fructus inde percepisse, pręsumitur fraus, arg. ff. de probat. Procula. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. sicut. §. superuacuū. ff. de acq. hæ. ꝓ hærede. §. Papinianus scribit. & l. si quis extrane⁹. ff. ad Syila. l. j. in fi. ff. de acq. pos. quamuis. §. si conductor. & vide ff. de probat. qui testamentū. & C. de sum-
8 ma trin. nemo. ¶†Quidam tamen dicunt in contractu venditi-
h onis [h] ꝙ si quis vendidit omnia bona sua, non tenet venditio: quia vr̄ facta in fraudem legis & hominis, id est hæredis occisi, vt in præ. l. omnes. §. Lucius. Si verò tantùm res aliquas, aut vendidit suspectæ personæ, vt filio suo emancipato vel nepoti, vel fratri: & tunc pręsumitur fraus: vnde non tenet. ff. de reg. iu. fraudis. Aut extraneo: & tunc valet. & tenet, arg. C. de lis, quæ vi, metúsue causa fiunt, accusationis. & l. in extraneis. & l. sæpe. Vel dic, ꝙ siue fiat coniunctæ personæ, siue nō: siue donet, siue vendat: & si-
i ue parum ante, siue parum post commissum maleficium, non tenet quod agitur, vt ff. de do. causa mortis, si quis. ff. de iniu. rupt.
9 & irri. test. si quis filio. §. quoties [i]. ¶†In donatione autem causa mortis

ADDITIONES.

☞ cimus. loquatur de his, quę nō fiūt in fraudē insinuationis. Quęritur ēt ibi, quid de vna donatione facta pluribus, quæ ponderata portione singulorum, non excedit: considerata persona donatoris excedit, putà v. personis dat mille æqualiter diuidenda: sibi placet, ꝙ censeatur vna donatio, argu. ff. de duo. reis, l. 3. Vltimò subdit, ꝙ prò & ꝯ est optimum argumentum, secundum diuersas lecturas, ff. de iurisd. om. iud. si idem. §. fi. Mihi non videtur casus dubius, cùm lex, sancimus. & pe. C. eo. donatoribus & ipsorū indemnitati etiam contra donatarios voluerint prouidere: & facit extrà eo. tit. apostolicæ. ibi, eisdem, vel diuersis ecclesiis, &c. ADDE, quæ posui post Bar. & Alexan. in l. Modestinus. ff. de donationib.

a Et §. Pacta. ¶Pro primo dicto facit decr. vlt. eo. tit. dū dicit, de rigore iuris: vbi ad idē induxi xlv. dist. tria sunt. & de adult. si vir. ad quæ tamen responderi posset, ꝙ de præterita culpa loquuntur, non de futura. Dici posset per decre. de iureiur. quemadmodum in fi. tale pactum, si iuratum fuisset, seruandum fore: aliàs non teneri donātem ad illud. Ad materiam facit, quod scripsi s̄. de emp. & vend. §. fin. in prin.
ADDE, vt per Bald. consil. 48. lib. 3. qui de Spec. hîc facit mentionem.

b §. sed an in municipes. ¶De hoc vide not. de simo. dilectus. 2. ADDE de donatione facta ecclesiæ cum hoc, ꝙ alimenta p̄stet donatario, an si ille prælatus non præstet, posset reuocari, Rom. cons. 284.

c Nuda. ¶& l. pe. in fi.

d Contractus. ¶& l. in his rebus.

e C. j. ¶Quia nō vr̄ auctor istā partē quæstionis plus prosequi, est sciendum, ꝙ Alber. Papien. super l. transactione finita. C. de transact. ad hāc parē allegat l. cū ea. quæ est eo. tit. de transact. & C. si cer. pet. si non singuli. & l. seq. & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. qđ autem. §. si verò. & duas, quas suprà addidi. Ad ꝯrium alleg. ff. de adop. post mortē. de ser. rust. præd. per fundum. C. de non nu. pecun. generaliter. cum concord. Irē ipsam l. transactione. & prędictam l. cùm fatearis. soluēdo dicit, ꝙ si is qui dicit se simulatè vēdidisse, est in possessione, audietur allegans turpitudinē suam ꝯ illum, qui est in pari turpitudine. Sufficiat regula, in pari. lib. vj. cū concord. dicēs, ꝙ multum facit ff. qui, & à qui. ma. l. si priuatus. §. j. Si autem agat simulationem allegās sine fraude, nec de fraude constat, auditur, C. plus valere, quod agitur, l. acta. & l. si qs alteri. l. ij. & l. multū. Et si de fraude constat, non audietur agens ꝯ factū suum & turpitudinem allegās, C. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. alleg. extra de conces. præb. cùm super. & de donat. inter dilectos. & quæ ibi not. ADDE, an quis possit dicere contractum à se celebratum simulatum, Pet. de Anchar. cons. 228.

f Ver. ea etiam, quæ. ¶Per illam vna opi. habet, ꝙ quandocunque ante sententiam facta valet: & sic not. C. de don. inter vir. & vx. l. res vxoris. vnde dixit Odof. etiam post delictum valere donationem, si non sequat̄ sn̄ia, per l. post contractum. statim allegatam, vide s̄. de accus. §. sequitur. ver. quid si post.

g Ego dico. ¶Secundum Gui. de Suz. in q. statutorum mihi alleg. etiam C. de distrac. pignor. l. & qui sub imagine.

h In contractu venditionis. ¶quasi in ꝯtu gratuito maior sit præsumptio fraudis, quàm in non gratuito. in locis, quibus ex contractib. soluuntur gabellę, non sic facilè practicantur hę fraudes, sicut in aliis.

i §. quoties. ¶per l. si aliquis. prox. allegatā tenet Dyn. ꝙ si facta est in fraudē pœnæ. & hoc constat, non tenet: si cōstat, ꝙ nō in fraudem, tenet. In dubio dicit, ꝙ si post accusationem, vel deprehensionem in crimine facta est. si sequatur sententia cōdemnatoria, non valet donatio: aliàs valet, nec præsumetur propter pœnę suspicionem facta, ff. de bon. eorum, qui sibi mor. consci. l. fin. circa prin. Fuit multorum quæstio an domus homicidæ paulò priùs vendita, sit diruenda, vel confiscanda, secundum formam statuti in crimine homicidij sic iubentis? Roff. vbi de Pauliana, in princ. tractat materiam, & Alber. Pap. super rubrica de his, quæ in fraudem, vbi dicit, quòd Columb. ibi proposuerat quæstionem, sed non soluerat. Allegabat autem, quòd sic, quòd cùm commune sit creditor: quia creditor dicitur, cui debetur ex maleficio, ff. de verb. sig. si cui. §. i. de act. & oblig. leg. iiij. in prin. rescindatur ergo contractus, & pretium numeretur, arg. C. de rescin. vendit. l. 2. addit Gul. vbi s̄. quia & si hoc esset contra iuris regulas, multa tamē contra illas inducuntur, ne crimina remaneant impunita, ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. In contrarium inducunt Ro. & Alb. quòd edictum de his, quæ in frau. cre. hîc non habet locum, cùm illud requirat diminutionē patrimonij: quod hîc non est, cùm venditor habeat pretium saluum. Item commune nō erat tunc creditor, quia nondum deliquerat: & fraus creditoris allegari non potest, vbi creditum non præcedit: quod verum non sonat. Idē & si deliquisset, sed adhuc condemnatus non esset, vt præ. l. post cōtractum. C. de do. inter vir. & vx. si maritus quondam. præterquā in crimine læsæ maiestatis, C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. & in casu ff. de don. causa mor. l. si aliquis. Item stari debet instrumento, nisi probetur ꝯrium, C. de prob. cùm precibus. & per traditionem fuit emptor dominus, C. de pact. l. traditionibus. tenēt Rof. & Alb. ꝙ de veritate iuris non venit venditio retractāda, nec domus destruenda, vel confiscanda, per præ. l. post contractum. Tamē si de

mortis sic potest libellus concipi, si possessio sit penes donatarium, vel penes habentem causam ab eo.

Lib.Corā, &c. cōqueror de P. cui causa mortis talē rem donaui & tradidi: vnde cùm dictam donationem reuocauerim, peto dictam rē mihi restitui proposita in rem actione, ff. de donat. causa mortis, si mortis causa. & l. qui mortis causa. Donatarius verò sic concipit libellum: Libellus. Coram, &c. conqueror de P. à quo peto talem vineam, quam mihi causa mortis contulit: quòd si donatio causa mortis non continet certā rem in specie, vel quātitatem pecuniæ, vel rem, quam non possidet heres, puta si quis mihi donauit decem, vel tantum oleum, hoc casu debet contra hæredem proponi certi cōdictio generalis, quæ ex omni contractu ad certam datur. vt ff. si cert. petatur, l. certi condictio. secundum Mar. de Fano [a]. ¶ † Et no. quòd is, cui causa mortis donatur

a

30 etiam sine traditione, agit actione in rē, sicut & legatarius. similitudinem enim habet talis donatio cum legato, ff. de Public. l. j. & 2. ff. de fur. à Titio. ff. de donat. cā mortis, si mortis causa. & l. illud. Porrò in donatione, quæ fit inter viuos, sic libellus concipit: Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi talem vineam donauit nec eam tradidit: quare peto eam mihi tradi proposita cōdictione ex l. C. de donat. si quis argentum. in prin. ¶ Vel sic: Lib. Corā &c. propono contra P. qui talem possessionem ad meam ecclesiam spectantem tenet & possidet, asserens eam à tali prædecessore meo fuisse donatam: quæ donatio cùm apparet, quòd sine consensu capituli, vel in grauem læsionem dictæ ecclesiæ facta fuit, peto nomine præfatæ ecclesiæ rem ipsam mihi restitui, siue reddi. & ipsum ad id per vestram sententiam condemnari, extra eo. c. 2. 3. & 4. Si verò aliquis ingressus religionem, inde exit, quia non tenuit ingressus, & repetat bona quæ dederat, concipitur, vt j. de conuer. coniug. ver. porrò. De donatione sine cā, vel ob turpem causam, & huiusmodi, dixi s. tit. prox. §. fi. Item si quis petit reuocari donationem, quam fecit propter ingratitudinem sic libellus concipietur [b]:

b

Lib. Coram, &c. conqueror de P. cui res tales donaui: ipse verò immemor ac ingratus accepti beneficij in me impias manus iniecit, vel atroces iniurias, vel graue damnum rerū mearum mihi intulit, vel vitæ periculum inferre præsumpsit: vnde res collatas ab eo, vt ab ingrato, reuoco, & eas mihi reddi peto, & ad hoc per vos ipsum cogi & sententialiter cōdemnari: & ad hoc propono vtilem rei vendicationem, vel condictionem ex l. vlt. C. de do. vt ex decr. ext. e. c. fi. [c] xij. q. 2. liberti. j. De actione autem ingrati dic, vt j. de nat. ex libero ven. ver. sed & si liber.

c

ADDITIONES.

☞ proximo ante maleficiū facta fuit alienatio, bene facit iudex, si reuocat, vel destruit terrorē malefactorū, & vt malefactor men dicet & aliis sit exēplū & metus, multorū, extrà de sen. exc. vt famæ. vide ꝯcordantias sic ſm Alb. Gal. aliàs distinguit inter proximum tempus & remotum, ff. si quis testa. lib. ius. esse fuerit, l. j. §. quid tamen. & l. vl. & ff. de neg. ges. diuor. & de do. inter virum & vxor. l. vir mulieri.

a Secundum Mart. de Fa. ¶ char. 3. & inchoant eius verba, in donatione. & eius etiam fuit seq. lib.

b Sic lib. conc. ¶ ſm Rof. vbi de act. ingrati, q̄ datur patri, vel patrono, in fi. dicebat aūt libellū procedere de iure Romano, non aūt de iure Lombar. Sed ꝙ donatio rei non reuocetur ꝑꝑ ingratitudinē, quia cùm donatarius donanti donet rē similem, non est cā reuocandi, ex quo habet tantundem, vt in l. Lombar. l. 2. de don. quæ cum, &c. l. pe. & vlt.

c C. fi. ¶ vt ibi no. in gl. 2. vel iudicis officium, per l. 2. C. de lib. & eorum lib. vt super ea dixi.

ADDITIONES NOVAE.

☞ An ex causa liberalitatis possit interponi stipulatio, gl. variat: sed gl. in l. non quicunque. in prin. de leg. j. dicit quòd sic. l. si quis argentum. §. pen. de donat. glo. contraria in l. j. §. si fructuarius. de stipulatione seruorum. prima vera.

In l. sed si lege. §. consuluit. de pet. hæred. no. quòd renunciatio potius est permutatio quàm donatio, ex quo fundatur glos. in l. Regulus Aquilius. de dona. Bal.

Si virtute statuti prohibeatur venditio, an prohibeatur donatio, Dy. in l. Gallus. de lib. & posth.

Not. ꝙ si in donatione fiat mentio mortis. in dubio præsumit causa mortis donatio, l. Seia. de dot. præl. & l. mortis causa. de do. cau. mor. & l. apud Celsum. §. Iulianus. de exce. Bal. in l. cum quis de cond. ob cau. & in l. fi. de reuoc. don.

An & quando teneantur de euictione, glo. in l. si tibi decem. §. pactum conuentum. ff. de pact. Bart. in l. Aristo. de donat.

An rex possit donare aliqua iura regalia, seu regia. Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Alb. in l. fi. s. de don. int. vir.

Pone, ego in præsentia aliquorum dixi, ꝙ donabam, & donare volebam talem rem tali qui erat absens: postea qui erant præsentes hoc notificauerunt illi absenti, an dicatur perfecta donatio, vt non possit reuocari, no. in l. absenti. de donat. per Dy.

An in parte, quàm assignat pater filio in emancipatione, sit necessaria insinuatio, Bal. in l. illud. C. de sacr. san. eccl. & l. vt liberis. de collat. per Butr.

An hodiè fieri possit donatio cā mortis nudo pacto, sicut donatio inter viuos, gl. quòd sic in l. cum pater. §. nemo. de leg. 2. secundum Bal.

Pone, aliquis soluit indebitum scienter in tanta quantitate, ꝙ si esset vera donatio deberet insinuari: an hoc casu insinuabitur, gl. in l. j. in prin. de donat. Iac. de Aret.

Pone dono tibi res meas, an contineantur iura quę habeo ꝯtra aliquem, & actiones. no. in l. j. de stat. hom. & ibi Bal. & l. si legati. §. si bona. ad Treb. per Bart. & l. rei de verb. sig. & l. i. de bon. poss.

In l. si donationem. C. de donat. col. ibi in gl. nec posteà &c. ex quo dic quòd si pater donat hodiè filio vt benemerito, & merita non præcesserunt, ꝙ ista donatio non confirmatur morte, licet olim esset secus, ratio, quia præsumitur simulata, & in fraudem facta, vnde ex ea non quæritur etiam ius cōfirmationis, q̄a ex ea non transit possessio, etiam ad filium, l. emptor. de aqua pluuia arc. sed donatio facta filio non confirmatur morte, nisi interueniat vera traditio, aut aliquid quod pro traditione habetur l. donationes. de donat. int. vir. & vxo. & non interuenit quia fuit simulata, ergo &c. Ang. de perusio.

Pone, aliquis donauit alicui causa mortis si fuerit benemeritus, an donatarius probabit se contulisse benemerita, not. in l. affectionis. per D. Nich. de Neap.

Pone aliquis donauit alicui, & dixit ꝙ hanc donationem faciebat propter grata, & accepta seruitia ab ipso: an donatarius debebit probare seruitia, vt ista donatio tanquā facta ob causam, non indigeat insinuatione, not. in d. l. affectionis. & l. si donationem. de collat.

An donatio facta confirmata cum sacramento, valeat absq; insinuatione. Bald. in l. illud. de sacr. san. ecc. Bart. in l. si quis pro eo de fideius.

An l. disponenti fieri insinuationem possit renuntiari, Bal. vt s. quòd non.

Pone, do tibi rem valentē vltra quingentos aureos, sed detracta gabella, quæ soluitur pro dicta donatione, nō remanet vltra quingentos aureos: an valeat donatio sine insinuatione, Bart. in l. quotiens. ad l. Falc.

Pone, statuto cauetur, ꝙ donatio debeat insinuari infra certum tempus: an sufficit sola productio sine citatione aduersarij, Bald. quòd sic, in l. j. quando lib. prin. da.

Secundum quā monetam fiet ęstimatio aureorum quantū ad insinuationē: vtrum secundum monetam currentē tempore insinuationis: an ſm currentem tenpore legis conditæ super hoc, Bal. in d. l. illud. de sacr. san. ecc. dicit ꝙ debet fieri secundum tempus legis, non insinuationis, l. fi. C. comm. de leg.

An filiusfa. possit donare causa mortis patri suo, vel patri ipso patre auctorizante. Bal. in l. bonorum. C. qui adm. ad bo. pos. pos.

Si quis donat omnes res suas: an videatur donare nomina debitorū. Item si donat omnia bona quæ habet, an credita veniāt in donatione. Item si donat quicquid habet in domo, an comprehendat venalia. Item si donat omnes possessiones suas, an mobilia veniant, Bal. in l. j. de sta. ho. & differentia est inter res, & bona, vt ibi not.

An confessio liberatoria, vel pactum de non petēdo requirat insinuationē, Bal. in l. si inter. C. de solut. itē Bal. in l. tale pactum. in prin. de pact. & l. contra. §. fi. eo. ti. quia in debito liquido requiritur insinuatio: secus in nō liquido, & Bar. ita consuluit. facit q̄d notatur, in l. non solùm. §. liberationis. de lib. leg. & Iac. Butr. in d. l. tale pactum. vide Ang. in l. j. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. & Bal. in l. si mulier. de cond. ob caus.

An sit dare cautelā, ꝙ possit fieri donatio sine insinuatiōe, Gui. de Cu. in l. illud. C. de sacr. san. ecc. & an sufficiat fieri in præsentia iudicis, & sine interpositione decreti, Guil. vbi s. Barr. ēt dicit ꝙ etiam si plures res nominauerit in donatione, ita ꝙ essent plures secundum l. iubemus. de verb. oblig. l. quod dr̄. eo. tit. tn̄ quantū ad hoc diceretur, & esset vna donatio eaq; vno tēpore facta est. & vnica est fienda præstatio, l. scimus. §. si quis autem. C. de don. prætereà dicit ipse, hic est eadem ratio ꝙ debeat fieri insinuatio, quæ est in l. data. C. de donat. in insinuatione enim magis inspicitur actus præstationis, q̄ actus cōuentionis, vt sciamus vtrùm sit vna, vel plures, l. senatus. §. fi. de donat. Item quæritur an legi inducenti fieri insinuationem possit renunciari, Bartol. dicit quòd non, per l. nemo. ff. de leg. j.

Quid si renuntiatur cum sacramēto, Bart. in l. si quis pro eo. de fideius.

fideiuſ.&an ſufficiat ſola præſentia iudicis.an ſit neceſſaria aliqua cognitio cāæ,& dicit Bar.ꝙ non requiritur decretum iudicis,ſed ſufficit ſola præſentia iudicis,l.omnium.C.de teſta.Sed Guil.de Cu.& Bal.contra in d.l.illud.& Bal.in d.l.generaliter.§.fi.C.de iureiurando. dicit ꝙ acta ex cā poſſunt fieri in loco priuato, & per hoc dicit ipſe,ꝙ donatio facta in domo donatoris in præſentia iudicis diceret̃ inſinuata pp præſentiam iudicis ibi pro tribunali ſedentis,qa hæc eſt iuriſdictio voluntaria,facit Bald.in l.ſancimus.de diu.reſcr.in fi.vide Bal.in d.l.illud.

Quod in inſinuatione donationis non exigatur decretū,Bal.allegat l.fi.C.de præ.cur.lib.x.in verſ.& ſine decreto,& ipſum not.

An donatio cauſa mortis ad hoc vt valeat, & confirmetur requirat aditionem hæreditatis,ſicut teſtamentum, Bart.in l.mortis cauſa.de donat.cau.mor.

An in donatione q̃ fit ob merita requirat̃ inſinuatio,dicit Bal.in d.l.illud.aut ſunt merita colorata q̃ re vera nō ꝓceſſerunt &requirit̃ inſinuatio:aut ſunt vera, & tunc,aut qualitas meritorum concurrit cum donatione,& non requiritur inſinuatio:aut non concurrit,&requirit̃ in dubio,aut fit mētio certorum meritorū,& in ſpecie,& ſtat̃ inſtrumēto:aut in genere fit mētio meritorū,& requirit̃ inſinuatio,facit l.ſi donationē.C.de collat.& auth.vnde & ſi parens.C.de inoff.teſt.& l.ſi forte.de caſtr.pec.& ita colligit Bal.ex dictis Guil.& Bar.

Pone,aliquis dicit,dono hęreditatem meam,an valeat talis donatio,Bar.in l.quæſitum.§.cum ſeruus.de leg.j.

Pone, aliquis donauit alicui oīa bona ſua poſteà ipſe donator procreauit liberos, & ſic donatio extitit reuocata: q filij poſteà deceſſerūt viuente adhuc donatore.an dicta donatio reconualeſcit?Lambert.Samp.ꝙ non,per l.cum vxor. qñ dies leg.cedat.& l.ſi vnquā.de reuoc.dona. Idē Bar.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.2.Bal.contra in l.2.C.de inof.don.

Pone,filiusfam.cū ꝯſenſu patris fecit teſtamētū,& legauit vxori ſuæ centū,& in fine teſtamēti dixit,& ſi nō valet iure teſtamēti &c.vel cuiuslibet vltimæ voluntatis,vel quomō meliùs valere p̄t mō q̃ritur an dictū legatū valeat iure donationis cā mortis. D.Signorolus in l.tā his.de donat.& in ꝯſiliis ſuis tenet ꝙ valeat iure donationis cā mortis in 29.conſilio,& incipit.factū eſt tale. D.Ang.in d.l.cū his.Cy.in l.ſanum.C.qui teſta.fac.poſ.& bal.ibidē in l.q in poteſtate.ff.eo.tit.Bal.in repetiōe l.i.de ſacr.ſan.eccl.

Nota,ꝙ pactū de ñ petendo non p̄ſupponit de neceſſitate donationē,& ſic eſt vtile pp inſinuationē,vt l.ſi quis obligatus.de reg.iur.& l.ꝯiuris.§.ſi filius.& l.ſi vnus.§.pactus.de pac.Bar.& ibidē Bal.in l.ſi mulier.de cond.ob cau.facit Io.And.in add.Spec.in tit.de donat.& in tit.de inſtr.ed.§.porrò in fi.§.Bald.in l.cum donatio.de tranſ.& l.ſi filius.de pact.& Ang.

An in donatione rei alienæ requiratur inſinuatio,Bal.in l.poſt mortem.de fideiuſ.& ibi not.quòd non,dic tamen ibi.

Donatione facta in teſtamento,ſi reuocatur teſtamentum:an reuocetur donatio,Bal.in l.ex teſtamento.de fideiuſ.

An ex donatione cauſa mortis tranſeat dominium,not.in l.2.de public.& l.2.C.de iur.dot.

An viliter vendere ſit donare,Bal.in rub.de contrah.emp.

An donatio facta inter virū,& vxorē firmetur iuramēto, Alb.in l.ſed ſi poſſeſſori.§.itē ſi iurauero.de iureiur.& l.iuriſgentium.§.generaliter.ff.de pac.& videtur dicere quòd ſic,Bal.quòd non in l.2.C.de inof.donationibus.

An donatio ſit propriè contractus, Bal.in l. contractus.de fid.inſtr.& quod not.in l.Labeo.de verb.ſig.

Donatio cauſa mortis cui magis aſſimilatur,Bal.in l.2.de leg.j.& l.cum quis.de condict.ob cau.Albr.in l.fi. C.de don.cau.mor.& in l.ſcimus.C.qui teſt.fac.poſ.& l.2.de dot.præl.Dyn.in l.j.de don.cau.mortis,Ang.in diſputatione quam fecit in materia vſurarum,& in l.executorem.de except.rei iud.per Bald.

De multiplici donatione,ponit Bal.in l.legatum.de leg.2.& l.vt hæredibus.eod.tit.& in l.cum virum.de fideiuſſ.

An donatio omnium ſuorum bonorum præſentiū & futurorum valeat,Bal.in l.fi.C.de pact.Ang.quòd ſic,in l.ſtipulatio hoc modo.de verb.oblig.licet Bart.contra.

An p̄t renunciari reuocationi donationis ex cauſa ingratitudinis,Alb.in l.generaliter.de re.do.allegat Spec.eo.tit.§.j.ver.quid ſi actum,& ibi Io.And.in addit.tenet pactum valere ſi eſt iuratū,aliàs ſecus,Io.Pet. de fer.in tit.de donat.indiſtinctè tenet valere pactum, Bal. in l.ſi quis in poſterum.de bon.lib.tenet non valere renunciationem.

¶Baldus de donationibus.

In eo,quod pater donat filio in præmiū emancipationis,non eſt neceſſaria inſinuatio vſq; ad debitū bonorum ſubſidiū,ſed ſupra ſic,quia ñ eſt ꝓpriè donatio ob cām,ſed mera donatio ſuper parte filio debitā: in cuius partis ſolutione p̄t præuenire:& eatenus non dicitur mera donatio, ſ.præuentio ſolutionis debiti,ff.ad l.Fal.l.cùm duo.vide ſ.de pact.§.j.ver.quid ſi pater emācipās.&vide C.de collat.l.vt liberis.in fi.per Cy.In eo aūt, quod donat̃ alicui in præmiū laboris & meritorū,non requiritur inſinuatio,ff.de do.l.Aquili⁹.& l.ſi pater.quod eſt verū,ſi illa merita de ſui natura erāt obligatoria,id eſt apta ad veniēdum in pactū obligatorium,vt not.in l.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.per Guil.de Cu.Bar.dicit,ꝙ ſi meritorum qualitas apparet per ſpecificā demōſtrationē, ita ꝙ cauſa ſit ſpecialiter expreſſa,ñ requiritur īſinuatio:aliàs ſic, quia verbis generalibus ñ datur fides,ff.de caſtrē.pecu.l.ſi fortè.& qđ not.C.de collat.l.ſi donatione.ſm Bart.& adde, quod not. C.de ſac.ſan.eccl. l.illud.& vide ĩ.eo.§.ſi.quia hîc cadit.Illud pactū,ꝙ ſint tot donationes,&c.nil operatur : quia vnica eſt donatio,cū vnico actu fiat,ver.ſi aliquis.G.¶An pp ĩgratitudinē monachorum poſſit reuocari donatio facta monaſterio?verſ.qd ſi aliquis baro.G.¶Si pater emācipauit filium, & donauit ei omnia bona ſua,& poſtea cōmittit pater maleficium,an donata reuocentur? Reſpon.ſi pater poſtea poſſedit,preſumit̃ ſimulata donatio,&ſit cōfiſcatio:ſecus,ſi ñ poſſedit pater,ſed filius,arg.ff.de minor.l.3.§.vtrùm.ante finem §. Quidam dicūt ꝙ præſumitur fraus in gñali donatione,& generali vēditione,§.Lucius.verſi.item pone,ꝙ aliquis.G.¶Ex vicinitate ēt maleficij præſumo fraudē,C.de iure fiſci,l.j.lib.x.G.& ñ valet donatio, vel vēditio omnium bonorū delinquētis:quia præſumitur in fraudem legis facta maleficio ſecuto,ex quo bonorū petitio īminebat, ff.de iniuſto teſta. l. ſi qs filio.§.q̃rit.ff.de iure patro.l.ſi libertus minorē.& plenè per Bar.in l.poſt ꝯtum.ff.de donat. Aliàs aūt bene valet vēditio omniū bonorum,vt not.in l.j.in fi.C.quæ res pig.ob.poſ.&donatio pręſentium,& ñ præſentium,& futurorum ſimul,C.de pac.l.fi.& ꝓbatur in d.§.Lucius.à ꝯrio ſenſu:& facit ff.de iur.do.l.mulier bona.& hoc eſt verum in venditione,ſiue fiat abſolutè,ſiue incidat teſtamēto,vt inſtituo te hęredem,&ſi cōtingat me reuocare,vēdo tibi præſenti& emēti omia bona mea pro decem,ff.de teſta.l.heredes palàm.§.fi.in gl.ord.Si aūt dico:ſi teſtamētum reuocauero, ex nunc dono tibi omnia bona mea irreuocabiliter inter viuos tūc dicit Dy.ꝙ valet donatio,C.de tranſa.l.cùm donationis.& ſic fit transfuſio teſtamenti in ꝯtum,qui ꝯtus eſt irreuocabilis,ff.de do.cauſa mort.vbi ita donatur.ff.commod.l.in commodaro.§.ſicut.Alij dicunt,ꝙ non valet niſi teſtator, aliàs donator, aliquid ſibi reſeruet,de quo poſſit teſtari,vt not. Doc.in d.[illegible].C.de pac.Tertij dicunt,ꝙ iſtud pactum nunquam valet:quia lex ciuilis ipſum improbat tanquā turpe,quia derogat libero arbitrio teſtatoris,ff.de verbo. oblig.ſtipulatio hoc modo.& ibi per Bar. Arg.contrà,quia poteſt fieri donatio cauſa mortis irreuocabilis ex pacto,vt d.l.Valet ergo,ſi dico, ſi reuoco teſtamentum, valet vt donatio cauſa mortis irreuocabiliter.Sed certè hoc eſt ꝯ l.ſtipulatio hoc modo.Sed poteſt fieri incipiendo à ꝯtu hoc modo dono tibi oīa bona mea poſt mortē meā irreuocabiliter: ſaluo, quòd poſſum teſtari de eis vſq; in certam quātitatem,ſicut quotidie fieri videmus.Bal.¶Et no.quòd alienatio facta in fraudem pœnæ fiſcalis,reuocatur in titulo lucratiuo ex fraude ſolius alienantis:in ñ lucratiuo debet interuenire fraus accipientis.C.quæ in frau.cre.l.ignorāti.Et hoc verum in alienatione ſingulari:ſed in vniuerſali præſumitur fraus participata,vt in §.Lucius.Sed gl.vr̃ intelligere illum §.ſolum in donatione,C.quæ in frau.cre.l.j.in vlti.gl.Item quod dico de fraude participata,intelligo,quòd eſt neceſſe ante maleficiū cōmiſſum facta vēditione : ſi cōmiſſo maleficio ligata eſt poteſtas delinquentis,& bona ſunt obligata fiſco,ſm quoſdam:& ideo indiſtinctè non nocet fiſco alienatio: quia reuocabitur,ñ quòd ſit nulla ipſo iure,ff.de don.l.poſt contractū,dic,vt ibi per Doc. Sed iudicio cœpto vr̃ reuocari officio iudicis,ff.de admi. tut.l. chirographis.in fi.dic,vt C.quo.appel.ñ recip.l.abſtinendum.per G.de Cu.idem vide,quod no.ff.de pact.l.reſcrip.in prin.per gl.&Gul.de Cu.& per Cy.C.de bo.proſcrip.l.ſi quis poſt.in vl.q.Item no.quòd ille,qui reperitur in poſſeſſione,non præſumitur alienaſſe,vt §.ſuperuacuum. & ſufficit fiſco, quòd debitor in poſſeſſiōe reperiat̃, vt no.in l.j.C.de priuil.fiſ.& adde qđ no.in Spe.de ac.ſeu perit.§.in anteriorib⁹.ver.ꝙ ſi fortè.& p Cy.C.de don.an.nupt.auth.ſed iā neceſſe.& C.ad l.Iul.ma.l.ſi.p Cy.vide ĩ.de reg.iur.§.valet donatio. ¶Itē de emācipatione occulta,q̃ facit pater in fraudē creditorū,ff.ſol.matr.l.ſi filio.per Iac.Itē vbi ex maleficio domus dēt deſtrui, an qui emit poſt maleficiū impediat vaſtū,in l.ſenatus.ff.ad Syllan.p Iac.& dic,quòd nō.Ac.Quid de creditore,ff.ad Syl.l.j.& per Iac.& dicit,quòd nō impedit vaſtū.Bart.quòd ſic,ibidē,ſ.ſi habet hypothecā. Quid ſi charta dom⁹ dicit de vxore,ñ đ viro,an p̄t vxor defendere vaſtū? Et dic,quòd ſic:quia impediēdū vaſtū,quod fit per ſummariam cognitionem,ſufficit,qualiter inſtrumentum in ꝯrium. Eſt poſſeſſio etiā ſola,& no.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro mar.ſm Benedictum,de Hiſpa. Et no.nō fieri vaſtum in rebus dotalibus,

etiam æstimatis,vt l.quinq; legibus.ff.de bo.dam.Itẽ nec ĩ legitima,q̃ debet̃ filio arrogato,vt l.fi.ff.si quid in frau.patro.Bal.& vide per hoc gl.in ver.nequid.&in c.Ray.extrà de testa.& vide ĩ.ad materiã legitimæ.ĩ.de statu monac.an pater debeat.¶Ex multis particularibus alienationibus p̃sumit̃ fraus:quia quedã vniuersalis alienatio induciẽ,vt no.ff.de leg.2.l.nomẽ.§.j.Bal.¶Donatio facta in præmiũ emancipationis nõ excludit filiũ à successione, sed debet ẽt conferre,C.de col.l.vt liberis.§.fi.Tñ extraneis non fit collatio,C.cõia vtri.iud.l.fi.& no.C.de collat.l.emancipatione.in gl,vide s̃.eo.§.ij.Item de donatione cã mortis vide s̃.de instru.edit,ad fi.§.si quis dona.cum duobus §§.seq. An videtur donationem reuocare,qui negat se donasse,vers.itẽ pone,pater G.

a ¶De peculio clericorum [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus pro peculiando clerico qualiter sit concipiendus.*
2 *Actio de peculio quem libellum exigat.*
3 *Positio actoris,vbi agitur actione de peculio,qualiter sit formanda.*
4 *Reus in actione de peculio qualiter ponere debeat.*

1 COncipe sic libellũ: Lib.†Coram,&c.propono contra P.ꝙ H.prędecessor meus ordinatus fuit ad dictam ecclesiam, cum nihil haberet: verùm idem H.ex bonis & cum bonis ipsius ecclesiæ talem vineam emit, vel talẽ pecuniæ summam congregauit,quã ipse H.habet & tenet & possidet,vnde nomine ipsius ecclesiæ dictam vineam,vel pecuniam mihi reddi,seu restitui peto:& eum ad id per vestram sententiã condemnari,extr.eo.c.j.2.3.& 4.12.q.4.c.j.& vlt.&de
2 testa.c.j.¶Cæterùm contrahenti cũ seruo, vel filio alicuius cõpetit contra dominum,vel patrem actio de peculio,quæ est præ
b toria [b]:in qua sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.à quo peto xx.quę Titio seruo ipsius,vel filio mutuaui: vnde,vt prædictã pecuniã mihi reddat, ago cõtra ipsum de peculio actione.& hoc,si tenes,quod sit nomen proprium actionis: alioquin dic, certi condictione ex mu-
c tuo de peculio [c].¶†Actor ergo sic ponet:
3 Pos.actoris.Pono,ꝙ T.est filius tuus,vel seruus,ff.eo.l.j. in prin. Si negat,procede,vt dixi s̃.de sol.§.probandum.ver.porrò & ĩ.q fil.sint leg.vers.porrò.Item ꝙ in talibus ille te sciente contrahebat,&e nõ contradicente,ff.eo.peculium.& l.depositi,§.fin.Item res illas habebat T.separatas à rebus dominicis.Item ꝙ tu pater, vel dominus illi⁹ T.es maior xxv.annis,ff.eo.licet.§.item adiicit. & l.quam Tuberonis.in princ.Item ꝙ T. est adhuc in potestate sua,&adhuc viuit.Si verò sit mortuus,vel emãcipatus,vel manu
d missus,dicas sic:pono, ꝙ septem menses sunt transacti [d] à tẽpore mortis,vel manumissionis,vel emancipationis,ff,quando actio de pecu.est an.l.j.Item ꝙ illud peculium est liberum ab omni ære alieno,præterquam à meo.Item ꝙ debitum,quod tibi debuit,his quos tecum habuisti,solutum est.alioquin primò illud debitum deducetur,ff.eo.sed & si damnum. §.peculium.& §.hinc.
4 & §.præterea.¶†Reus verò sic:Pos.rei.Pono,ꝙ ille T.est seru⁹, vel filius M.ergo non meus, extrà de præsum.nonne.& ff.de iudiciis,cùm prætor.Item esto,ꝙ sit meus seruus,vel filius,dico,ꝙ ipse semper&tantùm in rebus dominicis,vel paternis contrahit Item ꝙ ego dominus eius,vel pater sum minor xxv.annis. Item quòd in illius peculio sunt xxx. tantùm. Item ꝙ mihi,vel aliis filiis meis,vel pupillis,vel adultis,quos habeo in tutela, vel cura, debet xxx.Item ꝙ T.manumisi,vel emancipaui.Item quòd iam
e sunt tres anni [e], ꝙ mortuus est, vel emancipatus:vel manumisi, vel elienaui.Item ꝙ hoc sciuisti,ff.de act.emp.l.j.Et distingue ge
f nera peculij,vt s̃.de actor.ver.itẽ quòd est filiusfamiliàs.& seq.[f]

ADDITIONES.

a Cum Clerici sint liberi homines,nã serui ordinari non possunt, s̃.de seruis nõ or.per totũ,patet nomẽ peculij in liberis personis & quæ sunt sui iuris cõgruè,tñ leges hoc vocabulo vtuntur solùm in filiisfamiliàs,& seruis.& de peculio filiifamiliàs Io.de Camel.parte 3.vltra medium,& hoc post Vber.de materia recurrẽdum est ad Summistas:specialiter aũt, quo ad peculium clericorum, recurre ad Roffr.in lib.iuris cano. sub hac rubrica, vbi post prin.ver.& licet.dicit,peculiũ clericorũ in tres species diuidi,s.ꝓfectitiũ,aduentiũ,&quasi castrense.Primũ,de bonis ecclesiæ,vel eius intuitu.Secundũ,qđ ab amicis,vel ꝯsanguineis ꝯtemplatione ꝑsonæ obuenit.Tertiũ,qđ ꝓuenit ex opera quasi publica,putà patrocinando in ecclesiasticis cãis,& maximè in Romana curia sm eum.Posuit ẽt ibi vltra medium duos libellos,quos puto auctorẽ nõ posuisse,si aduertisset.Est aũt sciendum:ꝙ inter priuilegia militum est vnum tale, ꝙ miles p̃t decedere partim testat⁹ & partim intestatus,C.de testa.mil.l.j.ibi,quæsitum inuenio.Cũ clericus habeat duplex peculium, sicut & miles, s.patrimoniale, vel paganicũ,& qđ profectum est ex bonis ecclesiæ, q̃rit̃, an idẽ priuilegiũ habeat,s.vt in vno possit decedere testatus, & in alio intestatus?qđ v̄r,qa miles est,xj.q.j. Christianis.de cler.ægro.c.j. cum concor.Contrarium ibi rñdetur per l.j.ff.de hære.inst.&de vulg.& pu.l.cohęredi.in fi.non.n.hoc priuilegium apparet clericis fore concessum:& sic in quocunq; instituant,institutus intelliget̃ in toto eo,qđ testari p̃t,C.de epis.& cle.sacrosanctę.& aut. ibi posita,& auth.presbyteros. Quid de equitib⁹ Cruce signatis, qui sunt vltra mare,exponentes se morti pro honore fidei?Videtur,tales non dicendos milites,cùm non habeant illa,de quibus s̃.de curatore,§.j.ver.item ꝙ est miles.Sed ecõtrà v̄r,ꝙ pl⁹ eis debeat cõcedere signum crucis,quàm nota in brachio, & reliqua, de quibus ibi:per quod approbãdum est testamentum ipsorum eo casu,quo militum:facit decisa decre.ad liberandum,de Iudę. quam ibi scripsi post Hostien.post princ.versicul. sanè. & quod super illo no.

b Prætoria.¶& inter prætorias ponenda erat s̃.tit.2.§.notandũ.vt ibi dicit autor,vers.est ẽt.quã hîc reseruauit in huius rubricæ pabulum: & vide,quæ dixit Roff.in tit.de ac.de pecul.In hac actione necessaria ex positionibus collige,quæ ipsius fuerunt.

c De peculio.¶Ioan.de Bla.licet parũ instet in hac materia,dicẽs, ꝙipsa nunquã fecit suã bursam hydropicã,accedit tñ illi dicto,ꝙ non sit nomẽ actionis.sed adiectio:ad qđ inducit ff.eo.ti. licet.§. Iulianus.vbi dr̃ dari actionẽ mandati de peculio.Libellum ẽt sic format facta narratione, vt s̃. De mutuo facto subdit Lib. Vnde petitionem meã ꝯ dictum P.dirigo,vobisq;,dñe iudex,supplico vt inquisita quantitate peculij dicti serui,ad reddẽda mihi illa xx. per diffinitiuã sñiam condẽnetis.Dicit enim hunc libellũ formãdum ad instar realiũ, quibus petimus ab his, qui nullo iure sunt nobis obligati,vt l.quæsitũ.in princ.ff.eo.hîc dicit adinstar realis actionis dari de peculio,&,vt ibi dr̃,datur ꝯ patrem,vel ꝯ dominum,ẽtsi nil sit in peculiis,& satis esset ibi fore tempore cõdemnationis.probatur ẽt,quòd de peculio cõmutatur peculiũ,&trãsit đ vna ꝑsona ĩ aliã,ꝙñ eẽt,si ꝑsona eẽt ẽt obligata:patet id ff.e. & ancillarum.§.si seruus.ꝑp quod sibi non placet forma Rof.petentis directè à domino,vt reddat. Seruetur ergo,sm eum,stilus realiũ.Sed mihi parũ facit ista subtilitas, & sufficiat mihi lex vna eo.tit.licet.ver.Pædius.& ver.si igitur.& §.Iulianus.& §.sed si filius.in quibus plus,q̃ septies,affirmatiuè & negatiuè ponitur verbum Obligationis,s.patrẽ,vel dominum obligatũ,vel non obligatũ:ipse tñ dicit,quòd vbi lex hoc dicit,impropriè loquitur:sed nimis abundaret improprietatibus lex illa.Ratio realium me nõ mouet,in quibus dico me dñm: quod nõ est in peculio:quia verò ab obligatione peculij procedit obligatio dñi,hæc quasi secũdaria sequitur primam:& sic loquatur prę.§.si seruus.& Gui.An. vbi de arte libellorum,ad finem primæ chart.vbi de pecul.ponit eundem libellum cum verbo Reddẽdi,directò ad dominum:& Ber.Dor.vbi de act.de pecul.format sic Lib. Conqueror de C.q mihi dare debet x.de peculio talis filij, vel serui, cui vendidi, vel aliter contraxi:vnde ipse C.meus debitor factus est,&c. Fatebatur autem ipse Rof.vbi s̃.in fin.quòd pater, vel dominus iure ciuili obligati non sunt, sed prætorio sic:patet Insti.de act.§.in personam.& §.actiones.

d Transacti.¶sup.tantùm.nam prout dicit prim⁹ §.licet.l.j.statim allegata, quòd diu in potestate sunt, hæc actio est perpetua:per casus,qui sequuntur,est annalis,& annus est vtilis.

e Tres anni.¶Expressit Roffr.se de tanto ponere,vt excludat annum vtilem,qui multum quandoque protenditur.

f Et seq.¶Ad materiã hanc sciendum est,quòd Alb.Pap.tractauit qõnem de creditore Titij:qui cùm nil in bõis eius inueniat,nisi vsumfructũ,quẽ habet in peculio aduentitio filii,petit illud ius, qđ ibi habet pater:filius resistit,dicens:illũ debitũ patri,ñ simpliciter,sed in cãm alimenti, quærẽs, an ꝑ hoc creditor repellatur? Pro creditore alleg.quòd in gñali obligatione oĩa veniunt pręsentia& futura,C.q̃ res pig.oblig.pos.l.fi.Cũ ergo pater vsumfructum illũ habeat liberum ad faciẽdũ,qđ sibi placet,C.de bo.quę lib.cùm oportet,& l.fi.ergo filius creditorẽ impedire nõ potest Inꝯrium:fauor alimentorum,per quẽ ẽt rebus alienis q̃ñq; quis vtit̃,C.ad Carb.l.2.facit ad idẽ ff.de iof.test.si instituta.in fin. Sed Alber.prædictus tenet creditorẽ nõ repelli,cũ fructus separati à solo sint sui,& sic cadunt in obligationẽ,vt prędixi. Dicebat aũt, quòd filius poterit illos colligere,cùm fructus sint pars fundi.ff. de rei vẽd.l.fructus.nec dicet̃ factum in fraudem creditoris,cùm suo iure vtatur,arg.ff.de neg.gest.at qui natura.§.cũ me absente extrà de elec.cùm ecclesia.& sic nõ obstat ff.quæ in frau.cre.qui autem.in prin.potissimè, quia fructus,vt suos,percipit filius, licet ex illis patrẽ alat:vide ff.de re iud.ꝯmodis præmiorum.C.de excep.rei iud.l.stipendia.C.quæ res pig. obli.pos.l.spem eorum. extrà de appellationibus,pastoralis.in vltima glo.de fideiussoribus,peruenit,in gl.penultima.

a ¶De testamentis.ª Rubrica.

ADDITIO.

a Huius rubricæ tractatores posui super §.ꝯpendiosè.in prin.s̃.de instr.ed.quem hîc allegat auctor:& ibi in ver.quid si quis iurauerit no.de testamento iurato.ibi remisi ad regulã,quod semel.lib. 6.Sed ē qō de episcopo,qui impetrat à Papa,ꝙ possit testari đ reditibus ecclesiæ ad summam ducẽtarum marcharũ,nõ facta mẽtione statuti ipsius ecclesiæ,per quod testari poterat ad centum marchas:fuit qō de facto,& terminatum fuit priuilegiũ tale valere hac rõe,quia vsq; ad cẽtũ marchas concordant priuilegiũ & statutũ:& sic,quo ad illã summam,nõ est dubium.In aliis aũt cẽtum,in quibus excedit,etiam si dicat statutũ expressè,ꝙ vltra testari non possit,concordant iuri communi,xij.q.2.charitatem.& hoc e.ti. c.j.Sicut aũt de iure cõi non ẽ in priuilegio Papali mentio facienda,sic nec de statuto,quod ꝯtinet ius cõe:cùm ꝯcedẽs sciẽdo primum videat̃ scire fm̃,& tollendo forti⁹ tollit debilius, vt in regula,cui licet.lib.6.& c.accessoriũ.& c.pl⁹ semper. Ad primũ facit ff.de sep.viol.l.3.§.diu⁹.fm̃ vnã lecturã:&facit,qđ no.In no.& Host.ext.de rescr.c.j.vt ibi scripsi sup gl.& qđ no.e.ti.c.1.in gl.rõ rõis.vbi ẽt ad hoc inducitur dec.pastoralis.de fide istr. Mihi non placet dictũ per dec.2.de decimis,lib.6.Cùm enim tale statutum factione,vel confirmatione oporteat esse Papale,quia eps ĩ facto proprio auctorizare non posset,ẽt cum suo capitulo , vt in cle.de reb.eccl.non alie.si vna.Papa si suum statutum sciuisset, ꝯ limitationem per se factam verisimiliter priuilegium non dedisset:& non plus insto,sed vide,quod scripsi s̃.de cleric.nõ resi.super rubrica,in fine qõis fæ.A quibus autem singula hîc descripta diuisa per §§.auctor ipse receperit,dicam super illis,& qũo hunc primũ §.post primos duos libellos recepit de duob⁹ locis à Rof. & de duobus ab Alb.Gal.ĩ.declarabitur per partes.Io.de Bla.sup hac rub.dicit,actionis ex testõ tria fore capitula.Primũ ꝯ hęredẽ scriptum:fm̃ ꝯ legatarium oneratum,qui potuit onerari: alle.ad hoc duo,C.commun.de leg.l.j.in fine. Tertium datur ꝯ hærede venientes ab intestato ꝑ se ꝑꝑ legata in codicillis,de quo ĩ.versi. ex codicillis.& ꝙ ex illis agat ex testõ,cũ sit testatio mẽtis,allegat C.de cod.l.fi.Dicit posse addi quartũ,cũ hæres ĩ fraudẽ legatariorũ vult succedere ab ĩtestato:đ hoc statĩ sub ver.itẽ plerũq;.Dicit ẽt addi posset quintũ casum de executorib⁹ testõrum,ꝗ possunt agere ꝯ hæredes actiõe ex testõ,vt tradãt illis res,quas distribuere debent:& de hoc satis s̃.de instr.edi.§.nunc verò aliqua.ver.& scias.scripsi in dec.Ioannes e.t.j.q.Super scđo ipse format libellũ in quo narrat legatum factum Titio soluendum ab hærede:secũdò ipsum Titium rogatum,vt illud mihi restitueret:subdit,vnde cùm ipse Titius legatum agnouerit,ago contra ipsum,vt mihi restituat cum fructibus perceptis,&c.Quòd agnouerit,fuit dictum quia si non agnouisset,nõ teneret̃,nec compelli posset,vt agnosceret.ff.ad Treb.nam quo ad ius.§.vlt.& l.mulier.§.vlt.&dato,ꝙ agnouisset,si non habet legatum,liberat̃ cedendo actionem,ff.đ leg.2.l.Imperator.vbi ẽt habetur de legatario , si possit ẽt plus, ꝗ̃ sit relictum,onerari.& vide,quod ibi no.in vlt.gl.Propter id , qđ de cessione dixi,sciendum,quòd terminatum fuit per Bar.de Pratis,quæstione,quæ incipit,filiusfamilias quòd sit testator dixit,lego vxori meæ dotem suam,quæ fuit mille,& est penes Petrum, non sufficit hæredem cedere actionem,qñ vxor illum Petrum đ legauerat,& culpa ꝑt imputari marito,quòd nõ exegit,ff.de iure do.si extraneus ff.de pac.dotal.l.ob res.§.fi.sol.mat.Mæuia.§.1.Si verò per vxorem deposita erat pecunia penes illum,&vxor solũ dotem promiserat,tunc per illud legatum vr̃ solùm legata liberatio,nec est locus cessioni.ff.de dote præl.l.j.§.sed si dotẽ.Si verò maritus deposuerat,sufficit hæredẽ cedere,ff.de leg.2.l.antepen. §.ciuibus.quasi hoc legatũ sit speciei.ad qđ facit optimè.ff.de dote præleg.l.j.ver.nam & quis ita.Põt eñ legari quantitas,vt speci es.ff.de leg.j.sed si certos.& l.planè.§.2.ver.sed hoc ita. Nõ obst. ff.leg.j.l.j.ĩ prĩ.& de leg.3.Paulo Callimacho. quia ibi fuit legatũ quantitatis facta demonstratiõe:vñ solui poterat. Non obstat l. cùm seruus.ff.de leg.j.& C.de leg.cùm alienam.quia ibi non fuit demonstratus aliquis,ꝯ quem actio cedi posset. hæc Pet. Consilium Iac.de Are.sup pluribus pũctis datũ,hîc inserere disposui,& est tale:Dixit enim filiam nõ institutã à patre,licet ei legasset,posse de inofficioso agere:&sic patri,qui testatus fuerat,ab intestato succedere,ff.de liberis & posth.l. inter cætera.in auth. vt cùm de ap cog.§.aliud quoq; C.de lib.præt.auth.ex causa. Subdebat tñ, quòd si fratres volebant illam sufficiẽter dotare,possent illam à successione repellere secũdũ statuta ciuitatis Parmẽsis,vbi erat qõ,& secundum legem Longobard.ti.de succes.l.si pater.j.&est rub.14.l.3.Tñ si filia,eademq; soror hæredem volebat stare legato,& institutiones de fratribus firmas esse.procedebat vtrunque ff.de inius.rup.& irri.test.l.filio.¶Secundò ꝯsuluit hæredes ĩuẽtarium facere posse,si nondũ se immiscuerant hæreditati paternæ, cũ tps ad id currat post aditionẽ,vel immistionem,C.de iur.deli. sancimus.§.si verò postquam.Idem,si se immiscuissent,& tps faciẽdi elapsum nõ eẽt.¶Tertiò dixit,heredes ipsos cũ beneficio ĩuentarij dotem nouercæ debere soluere:ipsa tñ iuro suo manifestare tenebatur bona mariti,C.de his,qui ad eccl.confu.l.præsenti.ĩ residuo eos habere debere partẽ iure naturæ debitã,secundũ ipsorum numerũ,vt quinq;,vel vltrà habeant dimidiam,paucio res tertiã,C.de inof.testa.cùm quæritur.& auth.nouo iure.sumpta de corpore,de triẽ.& semis.De eo,quod supererat,dixit legata soluẽda,iuxta vires hæreditatis oĩbus legatariis pro rata soluẽdo:& integraliter omnibus,si hæreditas sufficit. ¶Quartò đt eo casu,quo ex numero filiorum esset detrahẽda dimidia, ad ꝗ̃ consequendã de singulis legatis detrahi oporteret, legatũ habitationis nouercæ relictum censebatur ad nouẽ annos , cũ ipsa fateret̃ se maiorem annis l.& sic apparet & ex aspectu,&secundũ id legatum minui debere,secundũ quod expediret illi dimidiæ ꝯsequẽdæ,per l.hæreditatum ꝯputationi.ff.ad l.Falc.¶Quintò dicit esse certum filium rogatũ de restituendo testari posse de legitima,in qua fraudari non ꝑt,C.ad l.Falc.l.irritum.tamen ante legitimã & ante omnia legata ęs alienum,sub quo meritò ĩcludũt̃ malè quęsita,deduci debet,vt e.ti.l.in imponenda.& l.successores.& C.de leg.l.si vniuersæ.ff.ad Treb.l.j.ff.de separat.l.quoties.Ad id,qđ de malè quæsitis dixi,fac. quod scripsi s̃.de actio.§.j.sup ver.aduentitium. ¶Sextò decidit etiã dubium illud,cùm testator dicit,volo ꝙ medietas prædij veniat in Titium,& in talẽ dominã,&filios ipsius natos & nascituros:dicit, consideratis multis legibus , ipsius dimidiæ dimidiam ad Titium pertinere,&aliã dimidiam dimidię ad dominam & filios,per l.ff.de vsufr.accre.si quis Titio.C.de impub.& aliis substit.l.fi.ff.de hær.instit.liber homo.§.Titius.¶Septimò dicit,quòd si pater diuidens inter filios decernit,ꝙ B. suppleret C.ducẽtas libras,qui B.decedens instituit D.heredẽ,ꝯfusa ẽ actio ex diuisione,vel fideicommisso illi D.ꝯpetẽs: qđ ẽ regulare,siue debitor succedat creditor,siue eꝯ:& hoc,si in totũ: & si ꝑ parte,pro ea parte,vt C.de fideic.cùm secundum.C.de pac. si debitori.ff.de sol.Stichum,aut Pamphilum. §.aditio. ff.de fideiuss.l. hæres.C.ad l.Fal.licet.& de bo.au.iu.pos.l.vxor.¶Octauò subdit ẽt,ꝙ legatum factum puellæ,quæ non est nubilis ætatis, nubẽdi cã.non statim debetur,sed cùm nupserit,ff.de leg.3.si legatarius. §.fi.Fatetur tñ,ꝙ solui posset cautione recepta per hæredẽ de restituendo legato,si non nupserit extante tpe nubendi , ff.si cui plus,ꝗ̃ per leg.Fal.l.j.C.de leg.si in fraudem.¶Vltimò consuluit, ꝙ testõ propter præteritionem filij irrito declarato,donata ꝑ patrem ipsi filio in vita,non veniunt conferenda,C.de dona. l.æris alieni.& de col.l.illud.ad fi.ff.de don.l.ex donatione.& l. parentibus.C.de inof.testam.de diuisione loquitur,secundum eum.Huius consilij duo dicta ad executionem pertinentia scripsi s̃.de instr.edi.§.nunc verò aliqua.super ver.sed pone,quædam B.& sup ver.hoc etiam quæritur.Itẽ Lambertinus de Ram.in sua qõe,ꝗ̃ ĩcipit,quidam Mæuius.terminauit plura dubia:& est primum , an valeat talis substitutio:P.filio hæredi meo vniuersali substituo vnũ ex filiis Titij alteri⁹ filij mei,quẽ ipse hæres elegerit, vel noĩauerit.Secũdò,qđ si nullũ elegit,vel noĩauit,an æqualiter oẽs succedant?& tunc an ex testamento,vel ab ĩtestato?& an natus post mortem hæredis succedat cũ aliis?In primo tenet,ꝙ valet substitutio:inducit leges sequen.ĩ fideicõmissis & in legatis.De primo ff.de leg.2.cũ pater filio.§ hæreditatem.& ad Trebe.ex facto.§.si quis rogatus.de secũdo ff.de leg.2.l.si Titio,aut Seio.& l.cùm quidam.in prin.& l.vnum ex familia.in prin.&§.rogo.&l.cùm pater filios.§.rogo.& §.à filia.De secundo membro tenet,ꝙ si ipse hæres abstineat,vel adit & decedit nominatione,vel electiõe ñ facta,oẽs filios extãtes tempore testamẽti,quasi à testatore electos ad successionẽ venire:inducit tres §§.s̃. vltimò allegat.filios aũt postea natos dicit non admitti cum priùs natis,quia non erant ĩ rerũ natura,cùm substitutio sibi vendicauit locũ,& sic habentur pro non scriptis,C.de caduc.tol.l.vna, §.& quod triplici. dicit ẽt textum de his filiis expressum in l.ff.de leg.2.cũ pater filios.§. hæreditatẽ.in fi.ibi,viriles autem,&c.¶Vltimò ad prædicta inducit ff.de rebus dub.l.vtrũ.§.cũ quidam.quæ soluit ꝗdam ꝯria distinguendo,an detur arbitrium rogato dandi,vel non dãdi:an sit necessitas in dãdo:sed an arbitriũ sit,in cui dando Et addo, quod ibi no.ꝙ si in terminis quæstiõis vnus solus fili⁹ Titij superesset, illi deberet̃,per l.si Titio.superi⁹ allegatam.& leges ibi sequẽtes: & ꝑ hoc patet hũc casum ñ ꝯtingere,quod dixi s̃.ꝑxima rubrica,in fi.in quo non erat necessitas in ęligendo.¶Et ex quo sum⁹ ĩ materia substitutionum in alia qõe,quæ incipit,quidã fecit testamẽtũ.tenuit,ꝙ si pater substituit pupillo pupillariter,& pupillus patre viuo decessit,substitut⁹ ad successiõẽ ñ veniet nec ex vi pupillaris:nec ex vi tacitę vulgaris ĩtellectæ sub expssa pupillari. Ad primũ allegat,ꝙ talis substitutio dr̃ testamentũ pupillare:quia vẽdicat

AEC materia quotidiana est & vtilis, & multùm i iure diffusa: ideoq; plenè est ac plenè tractanda. Primò igitur dicendum est, qualiter petantur relicta i testamento: & quid iuris, si hæres in fraudem legatariorum non vult adire ex testamento, sed ab intestato. Secundò de interdictis Quorum bonorum, quorum legatorum, & de tabulis exhibendis, & huiusmodi. Tertiò de bonorum possessione, & de querela inofficiosi testamenti. Quartò de senatusconsultis, ex quibus succeditur. Qualiter autem conficiatur instrumenta testamenti, donationis causa mortis, codicilli & inuentarij, & de executoribus testamentariis, & de aliis ad præsentem materiam spectantibus, vide s. de editio. instrumentorum, §. compendiosè. & §. vt autem. & §. nunc verò, & §. porrò & §. viso & §. dicto.

SVMMARIVM.

¶ Relicta in testamento qualiter petantur.

1 *Libellus qualiter sit contra executores desides concipiendus.*
2 *Relicta in testamento possunt per rei vendicationem peti, & per hypothecariam, & per actionem ex testamento.*
3 *Libellus qualiter sit in actione ex testamento concipiendus.*
4 *Legatum petere volens ex codicillis, quas actiones habebit.*
5 *Adiens totam hæreditatem ab intestato, quam adire poterat ex testamento, volens legatarios fraudare, an, & qua actione possit conueniri.*
6 *Contra possidentem hæreditatem omissam qualiter sit agendum.*
7 *Testamentum solenne an tollatur per non solenne.*
8 *Factum in testamento an possit mutari extra testamentum.*
9 *Institutio testamentaria in alterius voluntatis arbitrium collata, an sit valida.*
10 *Legata & fideicommissa an peti possint, vbi nullus aliquo modo hæreditatem adiuit.*
11 *Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahere videtur.*
12 *Legans sæpius quantitatem in eodem testamento, an videantur multiplicare legatum.*
13 *Verbum Relinquo, in testamento dictum, quid importet.*
14 *Filius faciens pactum de non petendo ea, quæ de dote matris proueniunt, an poterit nihilo minus petere, non obstante pacto.*
15 *Testamentum causa præteritionis sit irritum.*
16 *Patre hærede instituto, & rogato filio hæreditatem restituere, an habeat locũ Trebellianum.*
17 *Onera legatorum & fideicommissorum an debeant inter hæredes & fideicommissarios diuidi.*
18 *Legata an veniant in restitutione.*
19 *Petitio fideicommissi quo casu ad hæredes transmittatur.*
20 *Capere non valens ex testamento, si hæres instituatur, an possit ad restitutionem cogi si adire cogatur hæreditatem.*
21 *Hæres hæredis an cogatur adire hæreditatem, & restituere.*
22 *Fructus an semper ab hærede qualitercunque instituto, veniant in restitutiõe.*
23 *Hæres, cui pars bonorum est legata, an possit per Trebellianum cogi adire, & restituere.*
24 *Hæres an possit æstimationem præstando liberari.*
25 *Fideicommissarius quando Falcidiam detrahere dicatur.*
26 *Filius institutus, & rogatus restituere hæreditatem, decedens sine liberis, an si habeat filium naturalem, cogetur restituere.*
27 *Pretium succedit loco rei.*
28 *Quarta Trebellianica an possit contra voluntatem testatoris induci.*
29 *Legato tali, de quo non detrahitur Falcidia, an alij legatarij onerentur.*
30 *Hærede soluente legatum vni ex legatarijs, non detrahit Falcidiam.*
32 *Hæredis appellatione qui contineantur, & nu. seq.*
33 *Stipulante aliquo operas à liberto suo, ita demum liberi eius eas petunt, si sint hæredes.*

a 1. §. In primis sic libellus concipitur: Lib.a Coram, &c. conqueror de P. qui talem domum, vel pecuniam tenet, & possidet, quam talis prædecessor meus ex bonis, vel occasione præfate ecclesiæ noscitur acquisiuisse, vel eidem intuitu eiusdem ecclesiæ data fuerunt, vel legata: asserens idem D. dictum prædecessorem ea sibi in suo vltimo testamento
b legasse, quamuis clericis à iure sit inhibitab facultas testandi: quare peto iure dominii, vel quasi, dictam domum, seu pecuniã mihi restitui cum fructibus inde perceptis, eumq; ad id sententialiter cõdemnari, extrà de testa. c. j. & c. cùm in officiis. & duobus cc. seq. &
3 c. relatum. 2. C. de sac. san. ecc. l. fi. ¶ † Contra executores desides in exequendo sic concipitur: Lib. Corã, &c. propono cõ P. quòd licet olĩ H. ĩ extremis agẽs cõdidisset testamentum, multaq; legata mihi & aliis piis locis reliqsset, eodem P. ab ipso testatore executore deputato, idẽ tamen P. legata ipsa non curat soluere: nec testatoris

ADDITIONES.

Vacat sibi locum pupillo facto sui iuris per mortem patris, ff. de vulgar. & pupil. substit. l. j. & l. iam hoc iure. & Inst. e. ti. circa prin. Cũ ergo pupillus decessit adhuc filius familiàs, certum est substitutionem non tenere cùm ille etiam pubes factus durante patria potestate testari non potuisset, C. qui test. fac. pos. 3. de dõ. causa mor. l. tam his. Secundò inducit l. 2. §. quisquis, ibi, adeo autem, &c. ff. de vulg. & pupil. substit. Tertio casu l. quòd si filius. ff. de capti. & postli. reuer. Non obstat C. de caduc. tol. l. vna, §. pro secundo. vbi de hoc, quia loquitur in expressa vulgari. Nec obst. l. si pater filiũ. ff. de vulg. & pupill. subst. quia ibi est hæres ex paterno testamento, non ex pupillari, vt etiam ibi no. in vlt. gl. ¶ Occurrit alia quæstio: si pater instituit ventrem vxoris, & illi decedenti in pupillari ętate, vel quandoque sine liberis substituit, postea ex eadẽ vxore plures filios habuit, & mortuus est, vtrùm ruptum sit testamentum, & euanescat substitutio? Ad negatiuam inducitur ff. de libe. & posth. l. placet. cum l. seq. & C. de fideic. lib. l. cùm inter veteres & in his videtur casus. Certum est etiam, quòd valet institutio vẽtris: & intelligitur de posthumo, ff. de iniust. rup. & irrit. test. l. posthumi per virilem §. pen. & institutio posthumi etiam plures comprehendit: facit ff. de test. tut. l. si quis ita dixerit. §. j. de leg. j. qui filiabus. §. j. & de hære. insti. l. clemens patronus. Sub hoc titulo generaliter tangam quæstionem Richar. Mal. quæ pertineret ad ti. de fideicõ. si illum titulum haberemus, & incipit, Titius habens duos fratres, s. Seium & Mæuium, Seium hæredem instituit, rogans, quòd hæreditatem, si decederet sine liberis, restitueret Mæuio fratri, vel eius hæredibus masculis: mortuo Titio morit̃ Mæuius relicto nepote ex filia mortua, vel viuente: demum moritur Seius hæres rogatus sine liberis: quæritur, an fideicommisso sit locus? Ad quæstionem facit, quo no. s. de loc. §. vl. ver. cxlvj. Refert quosdam dicere, quòd si tempore fideicommissi cedentis, id est tempore mortis Seij decedentis sine liberis, viuebat filia Mæuij, non sit locus fideicommisso. nam in personam filiæ non, quia fœmina: in personam eius filij non, quia ipsa præcedit illum: ad hoc ff. de iniust. rup. & irri. test. l. si quis exhæredato. 2. & 3. resp. Insti. de
11 hæred. quæ ab intest. §. cùm autem. sed, vt ipse dicit, hoc haberet locum, vbi tractaretur de legitima successione Mæuij intestati: sed hîc tractatur de dispositione testamentaria Titij primi testatoris, vtrùm illud hæredibus masculis, comprehendat nepotes ex filia? Refert alios distinguere, an nepos ex filia sit hæres Mæuij & admittatur: aliàs non: ad hoc ff. de pac. tale pactum. §. fi. & de hæred. instit. l. fi. de verb. obl. eum, qui. §. j. Sed ex hoc sequeretur, quòd extraneus hæres Mæuij veniret ad fideicommissum. quod absurdum est dicere Titium voluisse, qui etiam filiam Mæuij excludebat: per quod placet, quòd per hæredes intellexit descendentes ex Mæuio, ff. de hære. instit. l. Lucius. Soluit ergo, quòd cùm eadem ratio, quę fuit in excludendo fœminas, sit in excludendo filios fœminarum, nepos ex filia viua, vel mortua ad fideicõmissum ñ admittatur: sed hæres Seij sibi retinebit Titianã hæreditatem, cùm expirauerit fideicommissum. Eius rationes stant: quia nepos nõ venit nisi per filiam siue matrem exclusam: ista ergo, quæ sibi nõ sufficiunt, alteri sufficere censeri non debent, ff. de neg. gest. qui aliena. §. quanquam. ad Macedo. l. filium. Item certum est, quod filia est agnata. Item siue habeatur computatio ad Titium primũ testatorem, siue ad Mæuium, semper est videre ius agnationis, & prioritatem eius in vno gradu: illa ergo non admissa, absurdũ cẽt admittere eius respectu agnatum in gradu vlteriore allegat ff. de acq. pos. qui pignoris. vti possidetis, l. 2. de captiuis, l. in bello. §. si quis seruum. ponderabat rationem, quòd inter agnatos voluit remanere, inducens quod dixi in quæstione Ia. de Are. ĩ. ti. prox. super rub. Inducit etiam de vsibus feu. qui feudum dare possunt, §. hoc notandum. de succes. feu. §. pen. vbi patet, quòd vbi filia non succedit in feudo, sic nec eius filius. Et quòd liceat sit de iure nõ scripto arguere ad ius scriptum, allegat no. in l. de quibus, ff. de leg. & l. j. C. quæ sit long. consuet. Omnibus autem rationibus ad partẽ contrariam facientibus, dicit verbo vnico responderi, quòd licet sit probabilis testatoris voluntas, illis præponitur, qui excludendo fœminas, descendentes ex illis excludere voluit, vt est dictũ: inducit C. de leg. cùm questio. cir. fi. & quia cùm manifestissimus est sensus. & c. C. de lib. præter. & exhær. leg. 3. Insurgit ex prædictis hoc inconueniens, quòd potiùs quidam extraneus hæres Seij habeat bona Titiana, quàm nepos ex filia: sed forsan hæredes Seij sunt agnati. Itẽ scias, quòd nemo testator prouidere potuit huic casui declarando, quibus agnatis, vel quomodo pro anima id in eum casum dispensari volebat: & sic fortè fecit hîc non expressum, quia non tangit quæstionem.

ADDE, hanc vlt. q. meliùs formatam per Old. eius cons. lxvij.

a Lib. ¶ Non conuenit iste libellus primo membro autoris: coniungi poterat primo libello s. ti. prox.

b Inhibita. ¶ sup. de talibus.

statoris voluntatem adimplere. Cùm igitur testatoris voluntas
pro lege seruanda sit, vt in auth. de nup. §. disponat. Coll. 4. & im-
plenda, vt ext. e. indicante. peto ipsum ex officio vestro cogi ipsa
legata soluere, & testatoris voluntatem implere, & ipsum ad id
sententialiter condemnari, extrà de testa. Ioannes. & c. tua. & c.
nos quidem. C. de epis. & cl. auth. licet. & nulli licere, super execu
2 toribus. dic, vt planè, vt s. de instr. edit. §. nunc verò. ¶ † Et no.[a] ꝙ
a relicta sibi in testamẽto potest quis petere per rei vendicationẽ,
& per hypothecariam, & per actionem ex testamento, quæ ciui-
b lis est, vt s. de ac. seu pet. §. sequitur. versi. illud verò. & seq.[b] ¶ In
rei vendicatione, quando videlicet dominium rei legatæ specta
bat ad testatorem, sic libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. ago contra P. à quo peto talem fundum mihi le
gatum in testamento H. cuius fuit proprietas: ad quod propono
actionem in rem, C. communia de leg. l. fi. Si autem res non erat
testatoris, sed ab eo mortis tempore possidebatur, intentabit le-
gatarius Publicianam, vt ff. de Publ. l. j. & 2. & l. cùm sponsus. §. is,
cui. ¶ In hypothecaria verò ꝯcipitur libellus, vt s. de pig. §. 1. ver.
3 cæterùm. ibi agitur quoq; hypothecaria. ¶ † In actiõe autem ex
c testamento sic libellus concipitur[c]:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. herede T. qui mihi ex testõ suo
d rem talem, vel centum legauit[d], vel rem ipsam mihi dari peto &
ad hoc propono actionem ex testamento, C. commu. de leg. l. 1.
& ff. de leg. 2. cùm filius. §. variis. & hoc, cùm non fuit hæres ĩ mo
a 2. §. Nunc dicendum restat de interdictis[a]. Si igitur vocatus ad alicuius successionem ex testõ, vel ab intestato, rerum hæreditariarum possessionem vult à possessoribus
b recuperare[b], vel auocare, proditum est sibi interdictum Quorũ
1 bonorum. †Nam per hæreditatis petitionem, siue directam, siue possessoriam, possessio non auocatur, sed rerum proprietas. Sic ergo concipitur libellus:
5 Lib. Coram, &c. cõqueror de P. qui iiustè detinet, seu possidet bona, quæ fuerunt quondam T. cui ex testõ, vel ab intestato successit, & Quorũ bonorum, petij bonorũ possessionẽ Unde liberi: & mihi fuit cõcessa: vnde illorum bonorũ possessionẽ mihi etiã restitui peto: & ad hoc propono interdictũ Quorũ bonorũ, vel actionẽ in factum subrogatam in locũ eius. ¶ Vel sic: Lib. Coram, &c. vt s. vsq; vnde. & iunge, vnde eorum possessionem mihi dari vel tradi peto: & ad hoc propono, &c. vt s. ¶ Vel sic: Lib. Coram, &c. ago contra P. à quo peto, vt mihi det atque restituat possessionem omnium bonorum T. in cuius bonorum possessionem,
c vel cuius hæreditatem ad me ex testamento [c]H. pertinere dico: ad quod propono interdictum Quorum bonorum. Et no. ꝙ hoc interdictum datur vero hæredi, vel bonorum possessori contra eum, qui non vero titulo possidet. Hæ formæ probantur ff. quorum bonorum, l. j. C. e. l. j. Inst. de interdictis, §. adipiscendæ. ¶ Ac-
2 tor ꝓponet: Pos. act. †Pono, quòd fuit filius T. C. e. l. j. in fi. & 2. & 3. Si neget, dic: Pono, ꝙ me habeat pro filio suo. Itẽ quòd me vocabat filium suum, ext. de proba. per tuas. & qui filij sint legitimi, transmissæ. Item quòd Berta fuit legitima vxor T. Item quòd ego fui natus ex illa Berta. Item quòd Berta est libera mulier. Itẽ quòd iam sunt xx. anni, ꝙ T. habuit accessum ad eam, & eam ĩ bono tenebat, ff. de ritu nu. in lib. ff. de adop. quia. Item quòd T. mortuus est. si enim viueret, non competeret hoc interdictum, ff. de vulg. & pup. sub. l. 2. C. de capti. & postli. re. necnon. Item quòd peto bonorum possessionem Unde liberi, vel aliam. hæc enim ẽ necessaria, cùm proponitur ab intestato hoc interdictum, C. e. l. j. ff. e. l. j. Item quòd talis iudex eam mihi concessit, vt in prox. cõ-
d cor.[d] Item ꝙ fui ab illo T. emancipatus. Item quòd ego auoco possessionem omnium rerum, quæ fuerũt T. non enim possidet res singulares, ff. e. l. j. Item quòd possides res mobiles & immobiles T. supple, corporales. non enim competit contra hæredita-
e rios debitores, ff. e. l. 2.[e] ¶ Reus verò sic: Pos. rei. Pono, ꝙ fuisti filius M. Item quòd T. cuius te dicis filium, viuit. Item quòd omisisti bonorum possessionem. Item quòd petiisti, & fuit tibi denega
3 ta. Item ꝙ M. possidet oĩa bona illius T. ¶ †Et nota, ꝙ succedens ab intestato de iure prætorio proponit interdictũ directum: suc-
4 cedens verò de iure ciuili proponit vtile. ¶ †Quid si res singula
f ris, q̃ fuit patris mei, à te possidet? Dic[f], ꝙ ꝑ vtile ĩterdictũ Quorũ bonorũ, à te possum auocare illius rei possessionẽ. nã directũ ꝑ vniuer

ADDITIONES.

☞ vno, vel pluribus posthumis nascatur fœmina, iussit illam ĩ certa quantitate dotari: substituit etiam superuiuentes posthumos vnum, vel plures morientibus in pupillari ætate, vel aliàs sine liberis: & si omnes sic decederent, substituit illis A. & B. sorores suas æquis portionibus: mortuo testatore natus est posthumus in pupillari ętate matre superstite: q̃ritur, an exclusa matre veniant amitæ ex vi substitutionis? Et primò vr̃, quòd sic. quod enim de pluribus posthumis dictum fuit, de vnico etiam dicendum est, ff. ad Treb. hæredes. §. cùm ita, vi bo. rap. prætor ait. §. homines ff. de neg. gest. l. 3. §. negotia. Sic econuerso, quod de pluribus dictum est, etiam de vno intelligitur, ff. de assig. li. l. j. §. quamuis. quod cũ fal. tut. aut. l. j. §. item hoc edictum. concordant ff. de lib. & posth. leg. si ita. de hær. instituendis, leg. clemens patronus. & de leg. j. l. qui filiabus. §. j. In contrarium inducitur, quòd testator substitutionem concepit solùm in casu plurium posthumorum: si igitur vnus solus nascatur, iste casus omissus habeatur ꝓ omisso. pero-ptimè facit l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. quæ etiam de institutione posthumi loquens restringitur ad casum expressum facit de rescr. susceptum, lib. 6. & plura exẽpla ibi vide ad hoc sup v. gl. q oĩa ꝓbant, omissum haberi ꝓ omisso, licet eadẽ verseť æquitas in omisso, q̃ in expresso: & hoc fortiùs, vbi in dilatando casu versatur odium, vt in casu proposito, quò sic à luctuosa hæreditate excluderetur mater, ff. de vent. in pos. mit. l. j. §. sed & si ĩcertum. & sic fuit pro hac parte iudicatum, s. matrem non esse exclusam ex verborũ ꝓprietate, nec excludendã ex tacita coniectura. Ad primã ponderatur illud vniuersales, omnes, & pluralitas ipsi⁹ clausulæ, quæ vniuersalitas & pluralitas sua propria significatiõe in vno saluari non possunt: quod colligitur ex solutione duarum legum, quæ contrariæ videntur, ff. de leg. 2. cùm ita. aliàs incipit, legatorum. §. qui plures. e. ti. l. Mæuius. §. eum, qui. & ibi no. solutionem per dictionem, oẽs. Ad secundam respõdetur, quòd talis sententia tacita coniectura non admittitur contra matrem, Codi ce, de inst. sub cond. fac. l. finali, & de impub. & aliis sub. l. precibus & vtrobique not. Quinta quæstio talis est: testator instituit tres fratres suos hæredes. A. B. C. & sic substituit: si aliquem meorum hæredum sine filiis, vel nepotibus, vel vlterioribus masculis, & ex masculis descendentibus mori contingat, eius portio deuoluať ad cohæredes superstites, vel ipsorum hæredes: moritur A. vnus fratrum hæredum relictis filiis masculis: moriuntur & dicti filij sine prole: descendentes cohæredum B. & C. petũt admitti ad bona illius A. ex vi substitutionis ꝓdictæ: quæritur, an debeãt admitti? Et certum est, substitutionem illam ex verbis & mente testatoris fuisse fideicommissariam: item illam, quo ad illũ A. vł ipsi⁹ portionem, expirasse illo mortuo relictis filiis masculis, quicquid postea de filiis illis euenerit, per leges C. q̃n dies leg. ced l. cũ vxori vsusfructus. de inst. vel subst. sub conditione fac. l. si quis hæredẽ. ff. ad Treb. leg. hæredibus. in principio. Nec obstãt illa verba Sine filiis, vel nepotibus, & c. habẽt eñi illa verba suũ effectũ, s. qa substitutiõi nõ erat loc⁹ A. decedẽte cũ nepotib⁹, vł ꝓnepotibus ex filiis ꝓmortuis: ñ aũt sonãt, ꝙ filiis, vł nepotib⁹ hæredũ voluerit substituere: qđ sonat ẽt istud verbũ Aliquẽ meorũ hæredũ, quod ad ꝓsentialiter institutos restringiť, ff. de auro & arg. leg. l. si ita eẽt legatũ. vbi si legaui argentũ meũ, vel seruos meos, præsens, ñ futurũ tp̃s ostẽdo. Tale igitur fideicommissum sub conditione relictum non recipit hæredes hæredum, ex quo id non fuit expressum, ff. de lega. 3. si fuerit. §. j. & facit, quod de prælegatis notať C. de fideic. leg. cùm virum. in glossa, secus. & in rei veritate filij hæredis non sunt hæredes primi testatoris expressa vocatione, licet expressa voluntate substitutum excludant, ff. de leg. j. filius. §. cùm quis. Et ꝑ ꝓdicta sit solutum, qđ dr̃, hæredẽ hæredis testatoris hæredẽ, C. de hær. insti. l. vlt. & ff. de reg. iu. q ꝑ successionẽ. sup quo vide, qđ not. ext. de fil. presb. ex trãsmissa. & ff. de verborũ significatione, sciendum. q̃ ibi vide in suffragio. ADDE, quo ad primã qõem fortiorem, Roffred. cons. lxxx. vbi ponit, ꝙ testator vnum hæredẽ instituit vniuersalem, alium in certis bonis sitis Florentię & viuente testatore mortuus est hæres vniuersalis: tenet: ꝙ institut⁹ in bonis sitis Florẽtiæ, debet habere totũ: nec diuersitas patrimonij habet ĩpedire i⁹ accrescẽdi: & vltra ea, quæ ad saturitatẽ habentur per nouissimos in locis or. adde Bar. ꝯs. clvj. inc. Titi⁹. & ꝯs. clxxvij. inc. Mathiolus. Fed. cons. cxxxj. per Ang. cons. cxlij. incip. Quintus. & cons. cccxj. inc. Titius condidit testamentum. Quo verò ad secundam qõem, adde originaliter Old. cons. clxxvij. inc. testator in testamento. Quo verò ad tertiã qõem, adde eũdẽ Oldr. cons. cxlj. inc. thema tale: d. G. Quo verò ad quartam qõem, adde eundẽ Old. cons. cxlij. inc. factum tale: testator habens vxorem ꝓgnantem. Quo verò ad quintam qõem, adde eundem cons. xxj.
a de interdictis. ¶ De duobus interdictis, de quibus hîc, tractat plenè Rof. vbi de interdictis, sub suis rubricis, s. Quorum bonorum, & seq. ponens sex, quæ requiruntur in primo, & decem, quæ requiruntur in secundo: quæ colligas ex positionibus factis hîc in vtroque interdicto. quicquid autem hîc est, totum fuit eius.
b Recuperare. ¶ Dixit Rof. vel auocare.
c Ex testamento. ¶ Vel ab intestato, dixit Mar. de F. cuius fuit iste libellus cum sequenti ver. & est additio.
d Conc. ¶ per quam acquisiuit ea, quæ iuris erant, ff. de bo. poss. l. j. & 3. §. 2. per interdictum autem auocat, quæ sunt facti, & sunt adipiscendæ possessionis, ff. quorum bonorum, l. 1. & titu. seq. l. 1. in prin.
e l. 2. ¶ Contra quos competit petitio hæreditatis, si se contendãt hæredes, ff. de pet. hær. si debitor. & l. quòd si.
f Dic. ¶ secundum Rof. cuius fuit ad literam, præter vltimam allegationem.

vniuersitate competit, vtile verò pro re singulari: quia licet ver-
ba deficiant, sententia tamen locum habet: & idem est in toto,
quo ad totum, quod in parte, quo ad partem, ff. de rei ven. qui de
a tota. & ff. de admi. tut. quòd si duo [a]. xxxij. q. vij. licitè. ¶†Verùm
5 quia frequenter [b] legatarii rerum in testamento, vel codicillis si
b bi legatarum possessionem propria occupant auctoritate, ideo
prætor succurrit hæredi, & sibi dat interdictum Quorum legato
rum, quo à legatariis ipsis possessionem rerum ipsarum valeat a-
uocare, quam propter occupationem legatariorum perdiderat,
vt C. de legi. non est dubium. ¶Sic ergo libellus concipietur:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui domum talem, cuius confi
nes, &c. legatam sibi in testamento T. cui ego ex testamento suc
cessi, sua auctoritate, iacente hæreditate. occupauit: vnde peto
prædictæ domus possessionem, vel ipsam domum mihi dari, vel
tradi: & ad hoc propono interdictum Quorum legatorum, vel
actionem in factum subrogatam in locum eius, ff. quorum le. l. j.
in principio. Multi tamen ponunt in libello, cuius domus posses
c sionem [c], vel quam domum mihi peto restitui, &c. cùm hoc in-
6 terdictum dicatur restitutorium, ff. e. l. j. ¶†Actor ergo sic ponet
Pos. act. Pono, quòd T. fuit paterfamiliàs, & maior xiiij. annis, ff.
de do. causa mor. l. tam is. Inst. qui. non est permis. fac. test. in prin.
ff. de do. inter vir. & vxo. cùm hic status. §. similes. Item quod semper
fuit in ciuitate. itē quod fuit liber. Item quòd sanæ mentis. Hæc fiunt
ad cautelam: nam & quilibet præsumitur posse testari, nisi contrà
ostendatur, C. de codicil. nec furentem. ff. de probat. ab ea. Item
quòd fecit testamentum vltimum, in quo tibi talem domum re-
liquit. Item quòd priùs quàm hæreditatem adirē, propria aucto-
ritate occupasti illius rei possessionem, C. de legatis, non est dubi
d um [d]. Item quòd sine voluntate mea, ff. quorum leg. l. j. §. j. Item
quòd licet accommodauerim tibi volūtatem meam, accommo-
daui priùs. quam adirem hæreditatem, ff. e. l. j. §. quod ait prætor.
Item quòd tantum legauit T. testator, quòd mihi deest Falcidia,
C. eo. l. vnica. Item quòd satisdationem pro legato tibi præstabo,
vel sum paratus satisdare, ff. eo. l. j. §. quod ait prætor. in fin. & l. fi.
§. quod ait. & §. si primo. & l. fin. Item quòd satisdedit, vel paratus
sum satisdare procuratori tuo, ff. e. l. j. §. satisdatū. ¶Reus verò sic:
Pos. act. Pono, quòd rem illam mihi legatam in testamento T. oc
cupauit M. Itē quòd rē apprehendi de tua voluntate. Item quòd
fuisti institutus à T. Item quòd T. mihi legauit domum illam in
testamento, vel codicillo. Item quod apprehendi possessionem
eius de tua voluntate post aditam hæreditatem accommodata.
Item quòd tātum est in hæreditate, quòd potes tibi consulere in
Falcidia. Item quòd recusasti mihi satisdare. Item quòd satisdedis-
ti T. qui est procurator H. vnde patet, quòd non mihi. Item quòd
licet priùs volueris satisdare, pòst tamen, quando id petii, recusa
7 sti. ¶†Et nota [e], quòd hoc interdictum datur contra iurium pos
e sessores, scilicet pro seruitutibus, vt ff. eo. l. j. §. j. & §. quod ait præ-
tor. præcedens verò tantùm contra possessores corporalium re
rum. Item hoc datur contra titulo possidentem: illud contra pos
sidentem pro hærede, vel pro possessore, ff. quorum bonorum. l.
8 j. ¶†Sed in quo differt hoc interdictum ab edicto diui Marci? de
quo habes s. de rest. spol. §. j. Respon. hoc consuluit tantùm hære
di, & possessionem rei legatę auocanti: illud verò consuluit credi
tori auocanti sibi rem à creditore, & apponit pœnam iuris, quòd
ibi creditor habebat. Item in quo differt à cōstitutione, cùm quę
rebatur? de qua habetur in pre. §. Respondeo, hoc interdictum lo
quitur de possessione vacante rerum. quæ fuerunt defuncti: illa
verò loquitur, quando aliquis inuasit rem absentis & viuentis,
cuius possessio vacabat. Item quid differt à constitutione, si quis
in tantam. de qua in eo. §. habetur? Respon. illa loquitur, quando
9 res inuaditur, cuius possessio erat apud alium cōstituta. ¶†Si ve-
rò tua interest testamentum, vel codicillos exhiberi, id petes per
interdictum de tabulis exhibendis: quod dic, vt s. de fide instrum.
f ver. porrò [f].

ADDITIONES.

a Quòd si duo. ¶Secundum Rof. qui continuando ponit differen
tias huius interdicti à petitione hæreditatis, dicens, hoc prætori-
um, illa verò de iure ciuili. Circa hoc vide, quod de triplici hære-
ditatis petitione not. suprà, de iudic. §. j. Item istud directum ven-
dicat vniuersitatem tantùm, vt suprà. de iudiciis. §. j. petitio hæ-
reditatis vendicat rem minimam, ff. de petit. hæred. regulariter.
cum l. sequen. Item istud datur ad corpora vt in vltima positione
actoris, & ibi dixi. Item istud possessorium, illud petitorium. In
quo autem differt ab edicto diui Adri. ibi in fine.
b Verùm quia frequenter. ¶Ingreditur verba Roffr. in interdicto
Quorum legatorum.
c Possessionem. ¶Hoc Mar. de Fano hoc titulo.
d Non est dubium. ¶Ad hoc allegat: quia si post aditam id fecisset,
perderet legatarius dominium: quod tāgit ibi glossa, procederet.
si hæres possessionem apprehendisset? aliàs cùm dominium rei
legatæ ab adita hęreditate competat legatario, vt notatur titulo,
Raynaldus. vers. demum. j. gl. legatum videretur secus: & vult du-
as lecturas, quas ponit ibi gl. de hærede & legatario: dat Roff. ali-
am, quòd lex intelligitur de legatario, cui legatum est genus: cu-
ius legati cùm ipse non sit dominus, merito punitur, si occupet:
ADDE, vt per Rof. con. cccxij.
e Et not. ¶secundum Roff. quorum legat. in fine.
f Ver. porrò. ¶de quo immediatè post duo pręcedentia interdicta
tractat Rof.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum possessiones sunt plures, & multipliciter possunt alicui competere.*
2 *Bonorum possessiones, quæ ab intestato competunt, & ordinariè competunt, & ius tribuunt.*
3 *Bonorum possessio secundum tabulas quando competere alicui dicatur.*
4 *Positiones actoris & rei qualiter sint formandæ, vbi petititur bonorum possessio secundum tabulas.*
5 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi petitur bonorū possessio contra tabulas.*
6 *Possessiones qualiter sint formandæ, vbi petitur bonorū possessio cōtra tabulas*
7 *Bonorum possessio contra tabulas diuersimodè consideratur.*
8 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi bonorum possessio contra tabulas datur patrono præterito contra testamentum liberti.*
9 *Libellus qualiter sit cōcipiendus, vbi is, cui relictum est, aliquid petit suppleri.*
10 *Quærela in officiosi quid operetur.*
11 *Matri eadem est reuerentia & pietas præstanda, quæ & patri, licet non sit æqua potestas.*
12 *Exhæredati ex linea transuersali an possint querelam habere.*
13 *Conterinus quis dicatur, & an possit habere querelam in exhæredatione.*
14 *Libellus qualiter sit ad supplementum Falcidiæ concipiendus.*
15 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi agitur bonorum possessione Vnde liberi, quæ competere dicitur ab intestato.*
16 *Bonorum possessio Vnde agnati, vel Vnde legitimi, quæ dicatur, & quib. detur.*
17 *Bonorum possessio Vnde cognati, quæ sit, & quibus detur.*
18 *Matre petente bonorum possessionem in bonis filij ab intestato defuncti, qualiter sit libellus formandus.*
19 *Bonorum possessio Vnde vir & vxor, quæ dicatur, & vbi locum habeat.*
20 *Bonorum possessio extraordinaria quæ sit, & quando competat. & nu. 22.*
21 *Libellus qualiter sit in lege Cornelia concipiendus. & nu. seq.*
23 *Libellus qualiter sit formandus, vbi quis vocatur ex constitutionibus.*
24 *Libellus qualiter sit formandus, vbi quis vocatur ab intestato ad successionem patris adoptiui.*
25 *Bonorum possessiones quæ ius non tribuunt. tres sunt.*
26 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi quæstio status impuberi mouetur, quare non debeat possidere.*
27 *Bonorū possessio mulieri nomine ventris danda, dicitur extraordinaria, carens nomine.*
28 *Libellus qualiter est concipiendus in bonorum possessione ex edicto diui Adriani, vel condictione ex lege.*
29 *Interdictum Quorum bonorum, locum habet, vbi agitur pro testamento nuncupatiuo.*
30 *Succedenti ab intestato cuius legis beneficio succurendum sit.*
31 *Petens mitti in possessionem an debeat iurare de calumnia.*
32 *Missus in possessionem per legem, an cadens à possessione sit illi per eandem legem succurrendum.*
33 *Beneficium l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. quo casu, & cui competere possit pro petendo missionem in possessionem rei testamentariæ.*
34 *Vno possidente vnam rem, & altero aliam, an pro illarum rerum petitione sufficitat petitio.*
35 *Voluntas vltima patris habetur, quo ad filios, pro testamento.*
36 *Substitutus priùs in testamento, quàm institutus scriptus si sit, quis illorum priùs in possessionem mittetur.*
37 *Hæres institutus sub conditione, an ante extantem conditionem possit in possessionem mitti.*
38 *Constitutione l. fi C. de edi. diui Adri. tol. an veniant accessiones bonorum.*
39 *Ius habens ex successione, quasi hæres nuncupatur.*
40 *Bonorum possessiones quibus dicantur vtiles.*

a 3. §. Sequitur de bonorum possessionibus, quæ plures sunt [a]: de quibus ne antiquitas ignoretur, aliqua

ADDITIO.

a Quæ plures sunt. ¶De his copiosè tractauit Roff. tit. de bo. pos.
tit. generali, cum xij. rubricis seq. Habetur etiam quidam paruus
eius tractatus de his, quem dicit se composuisse Aretii, quem pu-
to eius opus libellorū præcessisse: quod patet, quia cùm enume-
rasset solos tres casus, quibus est necessaria bonorum possessio
secundum tabulas, in libellis in sua rubrica enumerat sex, & sunt
ibi plura similia. Est sciendum, quòd l. iij. §. bonorum. ff. eodem, in

1 aliqua perstringamus.† Sciendum est igitur, quòd bonorum pos
sessiones quædam prætoriæ sunt, vt Inst. de bonor. pos. quædam
a competunt ex testamento [a], de quibus præmittemus vsque ad
ver. viso. quædam etiam ab intestato, de quibus dicemus à prædi-
cto ver. vsque ad ver. vlt. quædam verò ex vtroq;, vt in præ. vers.
vltimo. Porrò bonorum possessiones aliæ ordinariæ, de quibus
primò dicemus vsque ad ver. est & quædam. aliæ extraordinariæ,
de quibus dicemus ab inde vsque ad ver. vlt. Cæterùm sunt quæ
dam, quæ ius tribuunt, de quib. vsq; ad ver. expeditis. quædam ve
2 rò facti sunt, de quibus ab inde vsque in finem. ¶ † Earum igitur,
quæ ab intestato competunt, & ordinariæ sunt, & ius tribuunt, a-
b lia est secundum tabulas [b], quæ competit instituto in testamen-
c to volenti [c] de iure prætorio succedere, ff. de bon. pos. secundum
tab. l. i. §. j. in qua sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. peto ego G. mihi dari bonorum possessionem
secundum tabulas patrimonii, seu omnium bonorum, quæ fue-
runt quondam T. tempore mortis suæ: qui T. in extremis agens,
me sibi heredem instituit in testō suo, vel in vltima voluntate, ff.
eo. l. iii. Attende, quòd non coram quolibet iudice hoc peti po-
d test [d]. ¶ † Si verò aliquis institutus est posthumo præterito, qui
3 posthumus natus defunctus est priùs quàm testamentum aperia
tur, sic concipiet institututus: omnibus enim præmissis retentis
iungat sic:

Lib. Non obstante, quòd natus fuit posthumus, qui fuit in illo te
stamento præteritus, quia mortuus fuit ante quàm testamētum
e re ipsa rumperetur [e], ff. de lib. & posthum. posthumus. ff. de bon.
4 pos. secundum tab. l. ij. §. si sub. C. eod. titul. l. j. & ij. ¶ † Competit
etiam hæc bonorum possessio, quādo post factum testamentum
dedit se in adoptionem, vel arrogationem, vel passus est mediam
capitis diminutionem, sed postea finita est adoptio, vel factus est
sui iuris, & testamentum inuenit clausum, dicens, literis, vel codi
cillis se mori cum illo testamento, Instit. quibus modis test. infir.
§. alio quoque. ff. de iniust. rup. test. posthumus. ff. de bon. pos. se-
cundum tab. qui ex liberis. §. fi. & sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. vt s. in j. lib. vsque in fi. postea iunge, Non obstan
te, quòd fuit ille T. adoptatus, vel arrogatus: vel quòd amisit ciui
tatem & libertatem: quia postea factus fuit sui iuris testamento
signato, vel volente maiori, illo testamento signato decessit, vt
5 in præ. l. ¶ † Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, quòd is, qui me instituit, decessit sine liberis. Item
illæ tabulæ vltimæ sunt, ff. eo. l. j. §. ij. & iij. extra. de celeb. mis. cùm
Marthæ. §. cæterùm. xiij. q. ij. vltima. Item quòd potuit testari tem
pore, quo fecit testamētum, & tempore mortis, ff. e. l. j. §. exigen.
& l. si ita. §. fin: Item quòd tabulæ illæ authenticæ sunt & origina-
les, ff. eo. l. j. §. si quis duobus. Item quòd tabulæ patris pupilli, cui
fui substitutus, sunt signatæ. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd ille, de quo dicis, quòd fecit testamentum,
habuit tempore mortis filium. Item quòd illum in suo testamen
to præteriuit, ff. eo. illud. §. fi. & l. æquissimum. in prin. Item quòd
fuit illud testamentum primum. Item quòd tabulæ patris pupilli
sine signis inueniuntur, ff. eo. æquissimum. §. si consulto, & l. i. §. fi
lium. Item quòd tabulæ non extant, ff. e. l. i. §. i. & iii. Alias positio-
nes fac, vt s. §. prox. ver. & no. in actione ex testamento. Est & alia
bonorum possessio, quæ dicitur Contra tabulas, quæ datur filio,
vel nepoti præterito contra testamentum patris, vel aui, ff. de bo.
f pos. contra ta. l. j. §. j. & l. non tm̄. §. j. fin quo sic libellus concipitur:

Lib. Corā, &c. propono ego talis, quòd pater meus fecit testamen
tum, in quo M. sibi hæredem instituit, & me præteriuit: vnde pe-
to testamentum rescindi, vt eo rescisso possim vendicare bona
mea: & ad hoc propono officium vestrum; vel ex officio vestro
peto id mihi debere concedi, C. de bo. pos. contra tab. l. j. & ij. Inst.
de bon. poss. §. sunt autem. C. qui admit. ad bon. pos. l. fi. C. de cur.
fur. l. fin. ff. de bon. pos. l. iij. §. si tamen. Et quod dixi Rescindi, intel
lige de facto, quod de iure rescissum & irritum est. Si verò fuit ex
g hæredatus, & non ritè [g], vel fuit sibi relictum legatum, aliis reten
tis vsque inde, præteriit, iungas, Nec instituit, nec ritè exhæreda-
uit, licet mihi legasset, quod legatum non agnoui, ff. eod. non pu
6 tauit. §. non quæuis. & l. iij. §. fin. ¶ † Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, quòd T. fuit pater meus, vel filius, vel auus mater-
nus, vel nepos, ff. eodem, illud. §. ad testamēta fœminarum. Item
quòd in testamento suo M. hæredem instituit, & me præteriuit,
ff. eo. non tantùm. §. si quis ex liberis. Item quòd sex menses sunt
elapsi, quòd testator ille obiit, C. qui admit. ad bon. poss. emanci-
pata. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd T. fui auus tuus maternus. Item quod tibi
reliquit legatum, & tu agnouisti, ff. eo. non tantùm, l. si post mor-
tem. §. sed & si in adoptione. & l. si sub cōditione. §. fi. Item quòd
transacti sunt quinque anni à morte testatoris. Item quòd non
es talis, qui potuisses à patre institui, ff. eo. non tantùm. §. liberi. C.
7 de hæres. cognouimus. sed hæc est negatiua. ¶ † Alia quoque bo
norum possessio ꝯ tabulas est, quæ datur patri, vel matri ab auo,
vel proauo, si sunt præteriti in testamento filii, vel nepotis, vel
h pronepotis, ff. de inoffic. testam. pater [h], in qua sic libellus conci-
pitur:

Lib. Coram, &c. peto mihi cōcedi bonorum possessionem con-
tra tabulas contra testamentum filii mei, qui M. instituit, & me
præteriuit: & ad hoc propono officium vestrum, C. qui admit. ad
bon. pos. l. fi. C. de cur. fur. l. fi. ff. quis ordo in bon. poss. ser. l. j. ¶ A-
ctor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, quòd T. fuit filius meus legitimus & naturalis, C.
de adop. l. fin. in auth. quibus mo. na. ef. leg. Col. vj. Itē quòd eum
emācipaui. Item quòd gratis, ff. de cond. & demon. si cui. ff. si quis
à pa. fue. ma. l. j. §. si parens. Item ꝙ fecit testamentum. Item quòd
M. instituit, & me præteriit, Instit. quibus non est permis. fac. test.
Item ꝙ sunt sex menses à morte eius. Item ꝙ filius meus priuatus
homo erat. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd T. fuit filius H. Item ꝙ fuit filius tuus natura
lis, vel illegitimus. Item ꝙ emancipasti eum per pecuniam. Item
ꝙ viuit. Item ꝙ fecisti secum pactum, ne sua iudicia inquietares,
i & recepisti ab eo tantum, quantum satis est [i], ff. si quis à pa. fu. ma.
k l. j. §. si parens. Item ꝙ fuit miles [k], & in militia decessit, ff. si quis à
pa. fu. ma. C. de test. mil. nec quidam. & l. milites. Item ꝙ quatuor
l anni sunt [l], ꝙ mortuus est. ¶ † Est & alia bonorum possessio con-
8 tra tabulas, quæ datur patrono præterito contra testamentum li
berti, vt C. de bon. pos. contra tabulas, liberti. per totum, ff. si quis
à pat. fu. ma. l. j. ff. de bon. liber. l. j. in qua sic concipitur libellus:
Lib.

ADDITIONES.

☞ Titulo generali, sic diffinit bonorum possessionem, ꝙ est ius pro
sequendi retinendique patrimonii, siue rei, quæ cuiuscunque,
cùm moritur, fuit. Roff. vbi in principio, distinguit triplex ius, sci
licet ius quod prosequimur, ius propter quod ꝓsequimur, exem
plificat primum in iure patriæ potestatis in filio: secūdum in qua
a libet actione qua prosequimur, &c. Tertium, in bonorum posses
sione, quæ non est ius quod, nec quo, sed ius propter quod pro-
sequimur, &c. ex his concludit, ꝙ non est propriè actio.

a Ex testamento. ¶ Quia Contra tabulas, non haberet locum, si te
stamentum factum non fuisset: & sic ex testamento causata. Illud
tamen non iuuat, sed impugnat: & quādiu ist cōpetit, non inten
tatur secundum tabulas, ff. de bon. posses. contra tab. illud. §. fin.
Et hac ratione in lib. Digestorum præmissa fuit rubric. de contra
tab. Sed quia dignius est tueri voluntates defunctorū, q̄ illas in-
fringere, in C. præmissus fuit tractatus Secundum tab. & hunc or
dinem secuti sunt Roffr. & autor, vt ipse Roffred. dixit, vbi suprà.
Item quæritur, quare in Digest. & no. ff. eo. titulo, super rub.

b Secundum tabulas, ¶ Vt dr̄ ff. e. ti. l. j. in prin. tabula sumitur hîc ꝓ
omni materia, qua scribi possit, linea sit, vel charta, vel mēbrana,
vel corium animalis, vel aliud quodcunque: olim autem in tabu-
lis ligneis scribebatur: inde dicitur Lex xij. tabularum. An autem ī
terra, vel lapide scribi possit, no. in præ. l. j. & tenent Azo & gl. de
testamento sine scriptis, quòd sic: & idem de īscriptis, si aliquo in
genio sigillari possent.

ADDE, quòd etiam instrumentum publicum potest fieri in pa-
pyro, secundum Bald. cons. xxxviii. iij. lib.

c Volenti. ¶ Est enim voluntario in illo, cui competit hæreditatis
petitio: & ī hoc fuit largus prætor concedens illam etiam non e-
genti, vt dicit Pileus. & Roffred. satis de hoc in titul. generali, ver.
item quæritur, quare.

d Peti potest. ¶ Istæ enim, quæ ius tribuunt, & ordinari edicuntur,
causa cognita & pro tribunali expediuntur per habentes merum,
vel mistum imperium, ff. de bo. pos. l. iij. §. penul. sed aliæ per ma-
gistratus municipales, ff. de officio eius, cui mandata est iurisdic. l.
pen. §. pen.

e Rumperetur. ¶ Bene dicit: quia de veritate ruptum erat per nati-
uitatem, & sic non de ciuili iure, sed de prætorio admittitur: & sic
isto casu & sequenti necessaria est bonorum possessio. ad alios re
misi in prin.

f Nō tātū. §. j. ¶ Octo, q̄ ī ista sūt necessaria, vide ꝑ Rof. sub sua rub.

g Et non ritè. ¶ Quod ergo dicitur ff. de bon. pos. contra tab. l. j. ex-
hæredato non dari cōtra tabulas, intelligitur de ritè exhæredato,
& purè, & ab omni gradu: de hoc C. de bo. pos. cōtra tab. l. iij. & l.
non putauit. statim alleg.

h Pater. ¶ Nouem, quæ sunt in ista necessaria, & xij. quæ sunt neces
saria in sequenti, quæ datur patrono, vide per Roffr. suis rubricis.

i Satis est. ¶ Quod secundum Roffre. intelligitur de tertia, quæ si-
cut in filiis aucta est, sic & in parentibus, in auth. de trien. & semis.
ver. hoc seruando. ad fi. j. col. vbi hoc tenet Accur. & ex hoc Rof.
dicit librū Nouellarū, qui ibi allegat̄ in ꝯrium, n̄ esse authēticum.

k Fuit miles. ¶ Armatæ militiæ, non inermis.

l Sunt. ¶ Vide, quod dixi s. tit. prox. ante fi.

Lib. Coram, &c. peto ego C. mihi concedi bonorum possessionem contra tabulas contra testamentum P. liberti mei, pro tertia mihi debita de iure: qui cum esset maior centenario, in testamento suo me præteriit, & M. sibi hæredem instituit, C. qui admit. ad bo. possess. l. fin. ff. quis or. in bon. possess. ser. l. i. & ii. Institu. de suc.
9 lib. ¶ † Si autem aliquid sit sibi relictum, petat suppleri, & concipiat sic libellum:

Lib. Coram, &c. propono ego, &c. quòd cùm P. libertus meus, qui maior erat centenario, fecisset testamentum, & talem sibi instituisset hæredem, mihi tantùm xx. reliquit, quæ ad tertiam complendam non sufficiunt: vnde cùm decem mihi ad tertiam illam deficiant, peto mihi illa ab hærede suppleri: & ad hoc propono condictionem ex lege, Institu. de suc. liber. ff. de bon. lib. etiam. §. si debita. ¶ Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, quòd T. fuit seruus meus. Item quòd eum manumisi. Item ꝙ est maior centenario, vt in præ. l. etiam. §. si quis non. & l. si verò non habuerit. Item quòd ille fecit testamentum. Itē ꝙ in eo M. sibi hæredem instituit. Item quòd me patronum præteriit. Item quòd decessit sine liberis [a]. hæc probantur Instit. de suc. lib. & in præ. l. etiam. §. seruus. & §. toties. & ī aliis §§. Item ꝙ bona, quæ habuit, negotiando quæsiuit [b], vt in l. etiam. §. patronus. ff. de mil. test. si à milite. §. fin. & l. sequenti. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd T. fuit filius H. Item quòd H. eum manumisit. Item quòd fuit minor centenario. Itē ꝙ fuit filius liberti. item ꝙ amisisti ius patronatus: & ponat de causis, ex quibus amittitur [c], ff. de iure patron. diuus. Item ꝙ tibi reliquit tertiam partem. item quòd tibi, vel seruo, vel filio tuo reliquit legatum, & tu agnouisti.
10 ¶ † Illud quoque non est omittendum, ꝙ licet hîc tractemus de bonorum possessionibus, quæ omnes prætoriæ sunt, vt Insti. de bon. pos. tamen vtile est inserere de querela inofficiosi testamenti [d], licet ipsa ciuilis sit, vt inst. de inof. test. Nam & ipsa idem ferè operatur, quod bonorū possessio ꝯ tabulas. nā testm̄ rescindit, vt ff. e. Papinianus. §. si ex causa [e]. item sicut illa datur præteritis, tam filio, quàm patri: sic & ista datur exheredatis, siue filius exhæredetur à patre, vel à matre: imò etiam si à matre, vel ab ascendentibus per matrem prætereatur, datur ei querela, vt ff. de inof. testam. l. j. Vnde not. quòd hæc querela datur omnibus ascendentibus & descendentibus exhæredatis, siue sint masculi, siue fœminæ.
11 † Nam licet non sit eadem potestas matris, eadē tamen reuerentia & pietas est præstanda matri, quæ & patri, iuxta illud [f]: Honora patrem & matrem. xiii. q. ii. Ebron. xxii. q. iiii. inter cætera. &
12 ff. de cur. fur. l. furioso. ¶ † Si aūt exhæredati ex linea transuersali consistunt, non habent querelam, nisi fratres, qui sunt cōsanguinei & coniuncti: & tunc, quando turpis persona est instituta. Et intelligas turpem, id est infamem, siue infamia facti, siue iuris, ff. de inoffic. test. l. i. C. e. tit. fratris. item intelligas hoc de fratre consanguineo tantùm, vel consanguineo & couterino, & non de solo couterino, vt in præal. l. [g] Sed nunquid hodie idem couterinus habet querelam? Videtur, quòd sic, cùm sit sublata differentia sexus & emancipationis & patriæ potestatis, vt in authentica, de hæred. quæ ab intest. Col. ix. Respon. non est sublata, quantum [h]
13 ad successionem ab intestato. ¶ † Sed quæritur, quare couterini non habent querelam, consanguinei verò habent? Respon. couterinus est cognatus: & cognati sunt à iure ciuili incogniti: consanguineus autem est agnatus, qui est à iure ciuili cognitus: vnde si habet querelam, quæ est de iure ciuili, non est mirum. ¶ In querela verò inofficiosi testamenti sic libellus concipitur:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. patre meo, qui in suo testamento M. hæredem instituit, & me filium suum immerentem exhæredauit. vnde cùm ab ipso hærede sit hæreditas adita, peto ipsum testamentum rescindi per querelam inofficiosi testamenti: vel, peto ipsum testamentum inofficiosum pronunciari: & ad hoc propono querelam inofficiosi testamenti, Inst. de inoffi. testa. in prin. ff. e. l. i. ii. iii. iiii. & v. & l. Papinian⁹ [i]. ¶ Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, ꝙ P. fuit pater meus. itē ꝙ ipse fecit testamentum, in quo M. sibi hæredem instituit, vt in præ. l. item ꝙ me exhæredauit, vt in præ. l. item ꝙ ipse M. hæreditatem adiuit, ff. eo. Papinianus. §. si conditioni. & l. pen. item ꝙ duo anni sunt, ꝙ pater meus mortuus est, C. eod. l. i. §. fi. item ꝙ pater meus hanc querelam fuit comminatus, vel præparauit: & hoc, cùm filius [k] vult proponere, C. eod. l. pen. §. fi. ff. eo. posthumus. §. fi. & l. quemadmodum. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd T. in illo testamento reliquit tibi legatum, ff. eo. si pars iudicantium. §. fi. & l. nihil. & l. Papinianus. §. si conditioni. itē ꝙ illud agnouisti, vt in prox. præced. concor. item ꝙ præstitisti patrocinium petenti legatum, ff. eo. l. fi. Item ꝙ habes legitimam tibi debitam de iure naturæ, in authen. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque. Collat. viii. & de trien. & semis. Collat. iij. C. de inoffi. testa. cùm quæritur extrà de testa. c. Raynutius. Item ꝙ quinquennium transactum est ab adita hæreditate. [l] Item quòd pater tuus decessit sine præparatione, vel comminatione querelæ. [m] ¶ † Ad supplementū aūt Falcidię sic potest concipi libellus:
14 Libel. Coram, &c. conqueror de P. fratre meo, à quo peto mihi suppleri, quod mihi deest de Falcidia bonorum G. patris mei, qui me ī decem tm̄ hęredem instituit, cùm adhuc ratione Falcidię de dictis bonis me contingere debeant alia quinque: quæ mihi præstari peto, proposita, condictione ex leg. Iustiniani C. de inoffic.
15 test. omnimodo. extr. de testa. Raynutius. ¶ † Viso de bonorum possessionibus, quæ competunt ex testamento, sequitur videre de his, quæ competunt ab intestato: & primùm de bonorum possessione, quæ dicitur Vnde liberi [n], quæ datur filio emancipato, qn̄ pater decedit ab intestato [o], in qua sic libellus concipit:

Lib. Coram, &c. peto bonorum possessionem Vnde liberi, per quam volo ab intestato P. patri meo succedere, ff. si tabulæ testa. nullæ ex. l. j. ff. de bon. pos. l. iij. § causa. ff. quis or. in bon. poss. ser. l. ij. ¶ Actor

ADDITIONES.

a Sine liberis. ¶ Vel parentibus: secundum omnes de fratre est opinio: vide de hoc no. Inst. de gradibus cog. §. illud. in fin. Roffr. sub vers. v. tenet idem de fratre, per præ. §. illud. De fratris filio Roffr. non audet hoc asserere, cùm non sit expressum, licet autem tribuat fratrum filiis eadem iura, quæ fratribus.

b Quæsiuit. ¶ h. d. quia inquisitis castris tale ius non habet, vt in §. patronus. leges, quæ sequuntur, dicunt idem in filio emancipato in militem, quo ad patrem.

c Amittitur. ¶ Quas plenè ꝓsequitur Rof. in hoc ti. & super ver. x.

d Inoff. testamenti. ¶ Idem fecit Rof. ponens etiam xiij. quæ requiruntur, vt q̄relæ sit locus, quæ ex vtriusque positionibus collige.

e §. si ex causa. ¶ Pileus sua quæst. xlviij. dicit Pla. dixisse, testamentum patris præterito filio esse nullum: est verum, si fili⁹ voluerit, per l. filio. ff. de iniuſ. rup. & irri. test. cui ipse Pileus assentitur. An verò valeat testamentum filio præterito, quia sic periit, satis not. C. de inoff. test. si quando. in vlt. gl. & est etiam quæstio Pilei lxxviij. in matre. & tenet, ꝙ postea agens doli exceptione remouetur, ff. de don. quidam. nisi calore iracūdię recusasset institui: conuenit dictum Odoffre. quod ponit Cyn. in præ. l. si quando. Item ipse Pileus q. lxxv. tenet filium, institutum in certa re non haberi pro præterito, si fratres sunt generaliter instituti: secus, si alius à fratribus, alleg. C. de inoff. test. si mater.

ADDE, quæ plenè habētur in d. l. filio præterito. p Bart. & Alex. Quò verò ad secundum, adde Bal. in d. l. si quando. in fi. & ibi Bal. Ang. & Im. in l. si quis posthumos. §. si filium. de li. & posth. Ang. Im. & Bal. in d. l. filio. Quo ad vltimum, vide gl. & Bar. in d. l. mater.

f Iuxta illud. ¶ Exo. xii.

g Vt in præall. l. ¶ ibi sunt duæ leges, scilicet fratris. & fratres. & secūdam allegat, licet & prima ad propositum. Non tamen credas per verbum Exhæredationis, quod præmisit autor, ꝙ in aliquo casu necesse sit fratrem exhæredari, vel ꝙ præteritio in aliis casibus vitiet: nec est necesse aliquod horum in testamento fratris exprimi: sed si frater turpem personam instituat, testamētum mero iure valeat, frater tamen cōsanguine⁹ illud poterit infringere per querelam: quod verū, vt ibi not. nisi ipse agens simili morbo laboret, vel nisi vnam de tribus ingratitudinibus commiserit, de quibus in auth. de nupt. §. ingratitudinem. Nec credas, quòd sit necesse illam in testamento exprimi, sed turpi instituto frater habet querelam: à qua tamē expellitur, si aliquod de prædictis probetur, secundum Gul. quod placet.

ADDE, vt per Ang. cons. clxxj. Paul. de Cas. cons. lxi.

h Quantum. ¶ Puto, quòd sic debet dicere, ad causam testam. sed quantum: sic dixerat Roffr. cuius, vbi s. fuit iste ver. & sequens, & idem Accur. in præ. l. fratres. in glo. ij.

ADDITIO. Vide Bal. ꝯs. ccciiij. incip. visis itaq; ī j. vol. vbi dicit, ꝙ hodie sublata ē differētia emācipatiōis & patriæ potestatis: nec distiguem⁹ successiōes ab ītestato à successiōib. ex testō, Hēt. Fer,

i Et l. Papinian⁹. ¶ An agēs q̄rela, agat hæreditatis petitiōe, vid̄ plenè no. ff. d̄ īof. test. l. q d̄ inofficioso. §. j. p Azo. ī Sūma ti. ver. solet q̄ri. vid̄ p Odof. sup l. si, C. de excep. rei iud. & hîc ꝯcordāt, ꝙ non.

k Cùm filius. ¶ Scilicet exhæredati.

l Hæreditate. ¶ C. eo. l. si quis filium. & propter hoc autor suprà posuit de biennio, vt pateret eum esse intra quinquennium.

m Querelæ. ¶ Correspondet vltimæ positioni actoris, & tn̄ non est necessaria, loquēdo de filio, ad quē ēt nō præparata trāsmittitur; secus in extraneo, C. e. si quis filiū. l. pe. in fi. Quando autem dicatur præparata, habetur ff. de inoff. test. posthumus. §. fi. cum l. seq.

n Vnde liberi. ¶ Licet verba videantur defectiua, satis est, quòd intelliguntur: & quia latius est nomen liberorum, quàm filiorum, ff. de verb. sign. liberorum. ideo non dicitur Vnde filii.

o Ab intestato. Quæ requiruntur in ista, no. Rof. sua rubrica: & totidem sub suis rub. ponit in duabus sequent. quæ mistim ex positionibus colligi possunt.

ij.¶Actor ergo sic ponet:Pos.act.Pono,quòd P.fuit pater meus, vel auus,vel proauus, ff.si tab.test.nullæ ex.l.i.§.prætor.itē quòd
a ego sum eius filius legitimus [a] , vel naturalis & legitimus , vt in præ.§.prætor.C.de adop.l.fin.ff.vnde lib.l.ii.item ꝙ decessit ab in testato,ff.si tab.test.nul.ex.l.j.§.item autem.ff. vnde lib.l. i. item quòd status meus non est in aliquo immutatus,ff.eo.l.i.§.fi.¶Reus verò sic:Pos.rei.Pono,quòd status tuus non est talis,qualis e-
b rat, quando cœpit tibi competere bonorum possessio [b]. item ꝙ alius est proximior defuncto,quàm tu,ff.de suis & legit.hæred.l. i.§.penult.ff.vnde cog.l.i.§.prox.item quòd annus est elapsus,C. qui admit.ad bo.pos.l.iii.com.de suc.l.j.& alias faciat,vt in præce.
16 bon.pos.¶†Est etiam & alia bonorū possessio,quæ dicitur Vn-
c de agnati, vel Vnde legitimi [c]: quæ datur coniunctis per virilem sexum per liberos ab intestato.insti.de hæred.quæ ab intest.&de legit.agna.suc.in qua sic libellus concipitur:

Lib.Coram,&c.peto mihi concedi bonorum possessionem Vnde agnati,per quam volo succedere P.cognato meo,qui ab intestato decessit, cùm illi P.sim agnatus proximior, & ipse sine liberis & aliis descendentibus& ascendentibus decesserit,ff.quis ord. in bonorum posses.seru.l.ii.C.de cu.fur.l.fi.ff.de bo.pos.l.ii.§.causæ.ff.vnde legi.l.ii. ¶Actor ergo sic ponet: Pos. act. Pono, quòd P.mortuus est, ff.de vulg.& pupil.substitut.l.ii.ff.de capti.& post li.re.necnon.item quòd hoc certum est,ff.vnde leg.l.ii. §. si quis decesserit.item ꝙ intestatus,ff.eod.l.i.item ꝙ sum illi agnatus,instit.de hære.quæ ab intest.defer.inst.de leg.agnat.suc.item ꝙ proximior,ff.de suis & leg.hęred.l.ii.§.exhæredatos.ff.vnde agn.l.i.§. ii.¶Reus verò sic:

Pos.rei.Pono,quòd alii supersunt,qui te præcedunt,ff.si tab.test. nullæ ex.l.i.ff. eod. l. i. & l. item quod centum dies sunt elapsi.C.
17 qui admit.ad bon.poss.l.fi.instit.de bon.pos.§.fi.¶†Est & bonorum possessio Vnde cognati,quæ datur his,qui per fœmininū sexum coniuncti sunt,ff.vnde cognati,l.j.ff. de suis & leg. hæred. l. post consanguineos.in qua sic concipitur libellus:

Lib.Coram,&c,peto mihi concedi bonorum possessionem Vnde cognati,per quam volo.prout possum,succedere P.cognato meo,qui ab intestato decessit,cùm illi P.cognatus fuerim proxi-
d mior [d].qui decessit sine ascendentibus & agnatis,ff.vnde cogna-
18 ti,l j.¶†Secundum hoc etiam concipitur, si mater petat bonorum possessionē in bonis filii ab intestato defuncti : & pone hîc,
19 vt s. in proximo. ¶†Alia quoque est bonorum possessio, quæ dicitur Vnde vir & vxor,quæ locū habet prædictis personis non
e extantibus [e],Instit.de bon.pos.in qua sic libellus concipitur:Lib. Coram, &c. peto ego H. mihi concedi bonorum possessionem Vnde vir & vxor, per q̄ volo succedere A. vxori meæ ab intestato decedēti sine descēdentib.& ascendentib.agnatis & cognatis, C.de cur.fur.l.fi.C.q admit.ad bo.pos.l.fi.de bo.poss.l.iij.¶Actor ergo sic ponet:Pos.act. Pono, ꝙ A. fuit vxor mea. itē quòd cum ea matrimonium contraxi. item quòd contraxi cum ea in facie ecclesiæ, Item ꝙ matrimonium illud durauit vsque ad tempus mortis eius.Item quòd illa est mortua ab intestato.prædicta probantur ff.vnde vir & vxor,l.vnica.Item quòd sine liberis,agnatis & cognatis & ascendentibus decessit,C.eod.l.j.C.quor.bo.l.fi.ff. de grad.cog.l.non facilè.§.affines.¶Reus verò sic:

Pos.rei.Pono,ꝙ fuit tunc vxor T.ergo non H.extr.de præsump. nonne.ff.de iudic.cum prætor.Item quòd T. viuit, ff. de his, qui no.infa.l.i.extra.de big.nuper. Item quòd diuortium interuenit, extr.de diuor.gaudemus.item quòd fecit testamentum.item ꝙ fi
f lii agnati & cognati , vel ascendentes supersunt [f]. ¶†Est & quæ-
20 dam extraordinaria bonorum possessio , quæ nomine caret , & competit his, qui ex legibus,& ex senatusconsultis,& ex constitutionibus principum,tam ex testamento,quàm ab intestato veni
g unt,inst.de bon.pos.[g] in qua sic libellus concipitur:

Lib.Coram,&c.peto mihi cōcedi illam septimam bonorum possessionē extraordinariam,quæ datur vocatis ab intestato ex legibus: per quam volo succedere patri meo, quem ab intestato decessisse inueni, cùm ab hostibus redii.vnde cùm fuerim emanci-
h patus,& sic iure ciuili incognitus, & successio [h] iure postliminii mihi non prodest, illam bonorum possessionem mihi concedi peto, per quam habitam & concessam volo bona, quæ fuerunt
21 patris mei,vendicare,& vendico.¶†in lege verò Cornelia sic libellus concipitur:

Lib.Coram,&c.vt s.in præced.vsque,patri meo.iunge,ab intestato apud hostes decedenti, cui beneficio legis Corneliæ non possum succedere,cùm fuerim emancipatus,& sic iure ciuili incognitus : per quam bonorum possessionem habitam & concessam postea volo bona,quæ fuerunt quondam patris mei,vendicare,
22 & vendico,inst.de bon.pos.¶†Patrono etiam competit hæc extraordinaria,si vult de iure prætorio succedere, & concipitur sic Lib.Coram,&c.peto mihi concedi bonorum possessionem septimam extraordinariam : per quam volo liberto meo succedere ab intestato decedenti,& sine liberis,ff.vnde leg.l.ii.ff.de ver.sig.
i l.lege [i].Sic etiam filius in bonis matris,& mater in bonis filii petet iuxta præmissa bonorum possessionem,inst.de bon.pos.§. septi-
k ma [k].¶†Vbi verò quis vocatur ex constitutionibus,sic libellus
23 concipitur:

Lib.Coram,&c.peto ego curator talis infantis mihi concedi bonorum possessionem septimam extraordinariam, per quā idem infans vult matri succedere ex testamento , quæ testamentum mutare non potuit,præuēta morte,cùm in puerperio decesserit,
l & alios filios sibi hæredes instituit,vt in prę.§.septima [l].¶†Hodie
24 etiam vocatur quis ab intestato ad successionē patris adoptiui, C.de adop.l.fi.vnde sic concipitur libellus:

Lib.Coram, &c.peto mihi concedi bonorum possessionem sep
m timam extraordinariam,per quam patri meo T.arrogatori [m],seu adoptiuo ab ītestato decedēti volo succedere,vt in p̄.§.septima.
25 ¶†Expeditis bonorū possessionib9, q̄ ius tribuunt,dicam9 d̄ tri-
n bus,quæ ius nō tribuūt,sed facti sunt:& primò de Carboniana [n], in qua

ADDITIONES

a Legitimus.¶id est, adoptiuus,adoptione durante, per leges statim allegatas:de qua no.in l.liberi.in j.gl.

b Bo.pos.¶Fortè contrarium intendit eius, quod dicit:tene,quod dicit lex ff.eo.tit.

c Vnde legitimi.¶Hoc dicit,q a Rubricę ff.vel Codicis nō ponunt Vnde agnati.licet l.ii.& pe.ff.de illis loquātur,leges Codicis non Legitimi aūt strictè sumptū,sumit pro agnatis:nā cognati habēt specialem rubricā de qua sequitur:sumptum aūt largissimè,respicit omnes,qui ab intestato veniunt ad successionem lege fauente:facit ff.de verb.sign.l.lege,& quod no.j.ver.patrono.

d Proximior.¶Hoc intelligit lex,etiam si nullus sequatur,eo.l.i.§. prox.cum concord.ad idem extrà de verb.sig.Ioseph.

e Non extantibus.¶Posuit Roffre.sex,quæ requiruntur in ista sua rub.vbi ponit fabulam de muliere astuta, quæ cùm maritus testatus nil sibi vltra dotem reliquisset,se simulauit infirmam,& testata est,maritum sibi hæredē instituens:quod maritus audiens,mutato primo testamēto,illam instituit,& mortuus est: & circa hoc satis fabulatur:blando tamen sermone vxoris viri supremum iudiciū in se prouocare non est criminosum,Codice,si quis al.test. prohib.l.finali. Et scias, ꝙ hæc bonorum possessio est necessaria: quia nullo alio iure coniunx coniugi succederet:& verum est,istos non esse consanguineos, nec affines:quia tūc certis gradibus coniuges esse non possunt:sunt tamen affinitatis causa, & vna caro diuino sacramento coniuncta ad genus humanum propagandum,& est inter eos societas diuinæ & humanæ domus,C.de crimin.expil.hære.l.aduersus. meritò,secundum Roff. præter hanc successionem & bonorum possessionē induxit simile,quod scripsi de procur.in c.constitutis.super i.gl.

f Supersunt.¶Quærit Rof.cū deficientibus omnibus,de quibus s. succedat fiscus,quare nō habemus,vnde fiscus?Respōdet,ꝙ non fuit necessarium,quia ex potestatis plenitudine,cū inuenit bona sibi vacātia,illa recepit,prout vult ff.de iure fisci,l.j.§. an bona. C. lib.x.de bo.vac.per totum,C.de pet.hær.l.j.ff.eo.ti.item veniunt. §. pridie. & præfixum est sibi tempus quadriennii ad petendum, post quod non auditur,C.de quadri.præscrip.l.j.

g De bo.pos.¶super hac septima,& ff.vt ex legibus & senatuscon. bo.pos.de l.vna:& vide,quod no.ibi.

h Et successio.¶Supp.vel fictio, qua scilicet fingitur reuersus semp in ciuitate fuisse.huic eñ,q̄ ciuilis ē.emācipat9 ñ participat.Sed dices:Nōne sublata ē hodie differentia emācipationis, p auth.de hær.ab ītest.venien.Col.ix?Respōde,fm qd̄ ibi dr̄ in fi.resp.j.ꝓcedit in modo p̄latiōis, vt su9 ñ p̄feratur emācipato,ñ tñ in mō succedēdi. Si igitur pōderemus tēpus reuersionis, non iuuatur illo: si tempus mortis,seruus erat ipse,cum pater decessit:& hæc,quo ad istū ver. quo ad sequentem,pater erat seruus tēpore suæ mortis,& sic successores habere non poterat,C.communia de succ.l. seruus.Per hoc vides,quòd ꝓpter emancipationē hęc bonorum possessio est necessaria,quæ aliàs esset voluntaria,C.ex quib9 causis ma.l.vlt.ff.de cap.& postli.reuer.l.j.ff.eo.l.diuus.

i L.lege.¶Hæc est ergo illa generalis Vnde legitimi,de qua dixi s. ver.est & alia.in prin.

k §.septima.¶& Rof.etiā in his format libellos tractans circa hoc de lege Longobardorum.

l Vt in præ.§.septima.¶& C.de inoff.testa.l.iii. ex cuius fine patet, quòd si extraneos instituisset,ageret de inofficioso.
ADDE,vt per gl.& Bar.in d.l.iij.

m Arrogatori.¶Iste etiam testatus debet filio quartam,ff.de adop. si arrogator.

n De Carboniana.¶Sic dicta ab inuētore:& hāc prolixè prosequitur Rof.ponēs de ipsa tres chartas,prosequēdo octo. quæ requiruntur in illa:& quia ad positiones,quas ex causa omisit autor,& ipse non

in qua sic lib. ꝯcipitur: Lib. Coram, &c. peto ego P. impubes filius quondam T. qui me in testamento suo præteriit, vel ab intestato decessit: cui cùm velim succedere ab intestato, tanquam proximior, vel rumpere testamentũ per contra tabulas, vel dicere ipsum ipso iure nullum, cum fuerim præteritus, obiicitur mihi controuersia ipsorum bonorum & filiationis: vnde cùm sim impubes, peto mihi concedi Carbonianam bonorum possessionem, per quam & possessor constituar, & controuersia mota differatur vsque ad tẽpora pubertatis meæ, ff. ad Carb. l. Carb. §. quamuis. ¶†

26 Si autem mouetur ei quęstio status, & pupillus non possideat, sic libellus concipitur: Lib. Coram, &c. conqueror de P. quia cum velim patri meo ab ĩtestato succedere, ipse mouet quæstionem status, dicendo me non esse filium eius, vel me seruum esse: quare peto, vt talem quæstionem propositam contra me vsque ad tempus pubertatis meæ faciatis differri, vel per vos aduersario contradicenti vsque ad tempus pubertatis silentium imponi, vt in præ. §. quamuis. hæ non sunt necessariæ positiones: quia summaria est causæ cognitio, nec admittitur aliqua exceptio, quin pupillo detur Carboniana. ¶†

a Quod de proxima dixi,de iſta repeto.Roff.in libellis iuris canonici poſuit hanc rub.& præcedit proximam, & in fine poſuit 4. libellos diſtinctos Bonag.poſt libellos,de quibus dixi rub.prox. ponit tres libellorum formas ſub vno principio:inſerit demum hîc auctor materiam agrimẽſoris,qui falſum modũ dixit,ꝗ Rof. in libellis iuris ciuilis proſequitur,vt j.dicã:vide,qđ ſcripſi eo.ti. ſuper rub.ad rubricam.fa.qđ no.de ſepul.cùm quis.lib.6.& 5.gl. de eo,qui habet & habitat vnam domum,vel duas coniunctas in finibus duarũ parochiarũ,ſuper qua remiſſiones dedi,& recitaui qõnes Alb.& Odof.& vnum verbum Rof. Recepi nuper qõem hanc diſputatam per recolendæ memoriæ dom. And. Ghyni de Florentia,olim ſcholarẽ meũ, & nuper cardinalẽ,& nũc defunctũ.Formabat aũt qõnem,ꝙ aula erat in vna parochia,& camera in alia:ſed quærebat,cuius parochiæ cenſeretur?quare id dicã,in fine videbis:& cũ multũ inſtituiſſet,quis locus domus eſſet præponderandus,& allegaſſet,ꝙ ille,quem plus frequentabat,vt camera in ſtudẽte:aula in viro ſociali:vel is, ad quem plus habebat animũ,vel quo laborabat,vel quo orabat,vel quo operabat̃,vel quo dormiebat,vel ingrediebatur:& cùm iura multa diuiſim pro his allegaſſet,ſubmiſit ſe de his non curare,quia paterfamiliâs faciendo hîc ſtudium,hîc cameram,hîc aulam,hîc introitum,præiudicare non poterat eccleſiæ, quæ iam ius parochiale habebat vſque ad certos limites.ff.de reg.iur.non debet alteri. ff.ne quid in flu.pub.ripáue.l.j.§.ſunt,qui putant.in fi.C.de ſeruit.ſi manifeſtè.& l.ſeq.fac.de ele.ſi ab eo.in fi.lib.6.Dicit ergo,ꝙ cũ appellatione alimentorum non ſolũ cibus & veſtis, ſed ẽt habitatio ꝯtineatur,ff.de ali.leg.l.legatis. illud genus non eſt reſtringendũ ad certam quotam ipſius:& cõſtat,quòd etiam dormitio eſt neceſſaria,de.accuſat.ſi conſtiterit. Sed demũ inſtat in multis mẽbris, ſcilicet ꝙ neuter debeatur,ff.de hæred.inſtit.q ſoluendo.j. in fin. cũ l.ſeq.de elect.c.pe.ver.ſi autẽ.lib.vi.ꝙ ꝓoccupãti debeat̃,ff.de leg.j.ſi plurib.in fi.de ꝓcur.l.plurib.e.ti.ſi duo.lib.vi & ibi vide in gl.qa tũc.ꝙ is,cui epiſcop⁹ aſſignauerit,C.de iudi.l.fi.§. executore.ff.de admi.tut.l.3.ad fi.cũ ꝯcor.ext.de deci.qm̃.& facere deberet hoc illi,in qua meliùs Deo ſeruitur,C.đ epiſ.& cler.gñaliter. canonizata xvj.q.1.facit extr.đ ſepul.c.3.& ſi paritas eſſet,gratificari poſſet,ff.ad Syl.l.3.§.cùm omnes.de iure patro.cũ aũt.vbi de hoc.Quo ad ſtatum eccleſiarum,allegabat per quinq; modos,ſcilicet quòd pauperiori, vide not. de teſtam. indicante. & facit C. de epiſ.& cler.ſi quis ad declinandam.§.ſi aũt proditori.ff.fam.erciſ.ſi quæ ſunt.ff.de teſti.l.iij.& vide,quod ibi no.de appel.conſt. ij.Pro intitulata digniori,facit C.de ap.præcipimus.§.fi.C. vt dig. ord.ſeruetur,l.j.& ij.Pro antiquiori,ff.fin.regun.l.in finalibus. extrà de paroch.c.j.& de ſepul.his,qui.lib.vj.Pro priùs deſcripta in ordine parochialium facit ff.de leg.ij. cũ pater.§.penul.& de præben.mandato.& de elect.cap.pen.ver.vel ſi.Subdebat, quòd poſſet hæc res ſorte diffiniri,ff.de iudiciis,ſed cùm ambo.de qua vide extrà de ſortileg.c.vlt.in & ſuper vltima gl.Ipſe tenuit, quod gl. prædictæ decret.cùm quis.Notauit tamen me,quòd non induxi aliqua iura:& tamen id induxi, per quod ipſe principalem quæſtionem ſoluit,ſcilicet ipſius decre.caſum.Item induxi,quod no. Innoc.in decret.nouũ.de deci.vbi ſcripſi in magna gl.verſi.item non credit Innoc.Item quod de Greg.not.in decret.apoſtolicæ. eo.tit.ad idem de teſta.relatum.ij.in fi.& quod no.Hoſt. in Sum. de parochiis,§.quis intelligatur.in prin.& quod no.in l.nulli. C. de epiſc.& cler.in glo.idem eſt ortus.&leges,quæ ibi allegantur. Item,vt dicit,quando in vna re concurrunt duæ cauſæ, quæ reddunt eam miſtæ conditionis,locus eſt ſeparationi,vel diuiſioni, ſi ſit ſeparabile,ff.de inter.& releg.l.relegatorum.§.fi.& l. ſeq.C. de rei ven.ſi in area.ff.de ſer.vrb.præd.l.binas ædes.ff. de leg.iij.l. ſeruis vrbanis.in fi.& ff.de leg.j.l.Titiæ textores.Si viueret prædictus dñs meus,qui poſt Cardinalatũ familiariſſimè mihi ſcripſit,notatus ab eo,vt s̃.notabiliùs ad eum ſcriberẽ,ꝙ quęſtionem ſuam inſolutam dimiſit.ipſe enim quæſiuit de tali habitatore,cuius parochiæ cenſeretur.Ego verò tractabã de quarta, cui eccleſiæ deberetur,& hanc ſoluit:vnde ſi de quarta prædicta,vel perſonali decima,vel ſimilibus quæritur, facilè hoc ſoluitur, vt fiat diuiſio:ſed ſi cũ eo q̃ramus,cuius parochiæ cẽſeatur,venit examinãdũ,vbi audiebat diuina,cui cõfitebatur,à quo recipiebat ſacramenta,vbi ſepeliatur inteſtatus, nõ habẽs ibi ſepulchra maiorũ: & his ſimilia,de qb.Hoſt.in Sum.huius ti. §.ii.in princ.& quo ad ciuile forũ cuius onera ꝑſonalia,vel realia ſubibi,& horũ neutrũ eſt ſolutum:licet & his allegationes in parte conueniant.Audiui dicẽtes ꝙ ſi tota domus locetur,ceſſabit dubium:quia penſionis decima diuidetur,vt s̃.ſed huic dicto & eius rationi reſiſto.durat enim dubiũ in inquilino conductore, nec ratio ſemper vera. cũ eñi iſta ſit decima ꝓdialis,dico de ipſa ñ dubitari:ſiue tota domus,ſiue pars eius locetur:qa ſi baptiſmalis eccleſia cõprehẽdit vtranque parochiam,ſicut Bononiæ, integra decima illi ſolueretur,vt plenè dicã j.tit.j.ſup iij.libello:ſi aũt vtraq; iſtarũ parochialium eſt baptiſmalis,vel de conſuetudine illis debent̃ decimæ ꝓdiales,tũc,ſi tota locetur,ꝓ rata fiet diuiſio:ſi pars,putà inferior, ſtationario librorũ,vel patiarũ,vel barbitonſori,illi eccleſiæ ſoluetur,in qua eſt pars illa:ſi eſt in vtraq; fiet diuiſio,vt s̃.Concluditur ergo,ꝙ ſi ius parochiale conſiſteret ſolũ in quarta mortuariorũ & decima ꝓdiali,facilis eſſet q̃ſtio:ſed quia nõ ſic,vt s̃.quæſtio eſt difficilis,in cuius diffinitione multũ cadit arbitrat⁹:finge limitẽ eſſe inter Andreã à dextra, & Ioannẽ à ſiniſtra , quia Io. habet latam domum,putà xl.pedum:And.emit ex illis decẽ,quos vniuit primę domui:vel vtraque deſtructa fabricauit domũ nouam: Io.verò cum ſua familia in xxx.remanſit:iſte caſus plus eſt tranſibilis,quàm ſi tota xl.vendidiſſet Io.& ad aliam parochiam,vel ad partem parochiæ ipſius priùs habitæ per alium tranſtuliſſet : itẽ minùs tranſibilis , quando aliquis ab ambobus emiſſet, & fortè domibus deſtructis nouum palatium feciſſet,ita quòd quælibet eccleſia perdidiſſet ſuum.Item finge Andream à dextra parte habere totam progeniem ſuorum agnatorum,nõ facilè adiudicandum eſſet eccleſiæ ſibiſtræ. Item finge vtramque domum , dextram & ſiniſtram,vel ſiniſtrã tantùm eſſe viliſſimam, & fœminas pauperculas illas habitare,proprias,vel conductas.Item finge. ꝙ eſt alia domus eccleſiæ dextræ,quæ in compẽſationem congruè poteſt aſſignari ſiniſtrę:hoc optimè vidi:ſi eſſem epiſcopus,communionem non reciperem inter illas eccleſias,quę eſt mater diſcordiæ.ff.de legat.ij.cùm pater.§.dulciſſimis.extr.de ſen. excom. ex tenore.ad fi.ſed adiudicata domo parochię dextrę,vel ſiniſtrę, prout videbitur,ſi compenſatio,de qua dixi,fieri non poteſt,eccleſiam,vel parochianum damnarem ad certum honorem, vel commodum , putà dandam alteri eccleſiæ certam panetam , vel aliud tale in tali feſto, vel quòd de funeralibus tantùm haberet partem aliquantulum maiorem,quàm ipſam,quæ pro rata contingeret, & de cæteris nihil : habenda tamen eſſet conſideratio decimarum perſonalium,ſi ibi ſoluerentur.


SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter ſit in poſſeſſorio contra rectorem alicuius eccleſiæ concipiendus.*

2 *Libellus qualiter ſit in petitorio cõtra alicuius eccleſiæ rectorem cõcipiẽdus.*

3 *Libellus qualiter ſit concipiendus, vbi contra alicuius rectorem agitur de finibus.*

4 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi inter duos episcopos est contentio.*
5 *Agens actione in factum, quæ datur. si mensor falsum modum dixerit, qualiter libellum concipiet.*
6 *Positiones qualiter sint formandæ, vbi agitur contra mensorem falsum modum dicentem.*
7 *Quæstione de finibus orta. si actor eos vsurpat, perdit, quod petebat.*



HAEC materia diuersos habet articulos: quare in ea vario modo possunt concipi libelli: aliquos tamen
1 ex gratia formemus. ¶† Vnde in possessorio ɔtra rectorem alterius ecclesiæ sic libellus concipitur:
a Lib.[a] Coram, &c. propono ego rector ecclesiæ sancti Martini de Podiomissione diœcesis Biteren. contra P. rectorem ecclesiæ sancti Genesii quòd cùm sim in possessiōe, vel quasi iurium parochialium, seu recipiendi iura parochialia à Laurentio parochiano meo, ipse P. me in possessione, vel quasi, recipiendi prædicta iura parochialia turbat & molestat, recipiendo videlicet ipsum Laurentium ad diuina in ecclesia sua, recipiendo etiam oblationes ab eo, & alia iura parochialia, excommunicando etiam eum, vel interdicendo, vel confessionem eius audiendo, vel eum ad sepulturam admittendo, missam etiā nuptialem ei, quando matrimoniū contrahit, celebrando, baptizādo, &c. sacramenta præbendo, vel non sinendo eum diebus paschalib. & aliis maioribus festiuitatibus ad ecclesiam meam accedere, vel non permittēdo mulieres dicti loci pueros ad meam ecclesiam portare, vel cereos offerre, & huiusmodi, & alias laudabiles consuetudines obseruare: quare peto per vos sibi sententialiter præcipi, & eum compelli, vt ab huiusmodi turbatione & molestatione cesset, & desistat: & super his perpetuum silentium imponi, ext. de resti. spol. audita, de deci. dudum. de simo. ad apostolicam. Inst. de interdictis, §. retinēdæ. ff. de seruit. quoties. ff. si seruitus vendi. sicuti. §. Aristo. extrà eo. vt dominicis. & c. nullus. & c. vltimo, de consec. distin. i. omnes. extrà de pœnit. & remis. omnis. de pœnit. dist. vj. placuit. extr. de sepultur. c. iij. & c. j. & de consec. dist. iij. nulli. C. lib. xij. si curialis relicta ciuit. rus hab. mal. l. vnica. de consec. dist. j. si quis etiam extra. ¶ Vel sic libellus concipiatur:
b Lib.[b] Coram, &c. vt s. vsque, Genesii. iunge, qui mihi iniuriatur recipiendo Laurentium parochianum meum ad diuina, & oblationes ab eo recipiendo, & alia, vt suprà: vnde peto eū cogi à tali iniuria cessare, & sibi inhiberi, ne talem iniuriam mihi de cætero
2 inferre præsumat, ff. de iniu. iniuriarum. §. fi. & l. sanè. ¶† In petitoria autem sic libellus concipietur:
Lib. Coram, &c. vt s. vsque, Genesii. iūge, qui in ecclesia sua P. parochianum meum ad diuina admittit, & eius oblationes recipit, licet sibi non sit ius talia faciendi: quare peto ipsum per vos in futurum à talibus prohiberi, & quòd in suam ecclesiam eum de cætero non admittat: imò venientem repellat, sibi sententialiter inhiberi & præcipi, & super his perpetuum silentium sibi imponi, vt in præalleg. c. vt dominicis. & c. si quis etiam. extrà, & c. nulli. ¶ Contra Laurentium verò sic concipitur:
Libell. Coram, &c. conqueror de Laurentio, qui mihi in iuribus parochialibus respondere contemnit: quare peto ipsum per vos cogi mihi in iuribus parochialibus respondere, videlicet vt in diebus dominicis, & festiuis, pascha, ascensione Domini, &c. vt s. de consec. distin. iij. c. j. & extr. de feriis, c. vlt. & C. eo. l. omnes. ad dictam ecclesiam meam, cuius parochianus est, veniat, & ibi diuina officia audiat, oblationes portet, pœnitentiam, & eucharistiam, & alia sacramēta ecclesiastica recipiat: decimas & alia iura soluat, & c. vt suprà in j. lib. & ad id peto ipsum sententialiter condemna
3 ri, vt in præal. concord. ¶† Si verò agatur de finibus, sic libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. propono ego syndicus talis monasterii contra P. quòd tale castrum, vel talis ecclesia cum omnibus iuribus, territoriis & pertinentiis suis, quæ ad dictum monasteriū pertinent pleno iure, cuius territoria & pertinentiæ protenduntur vsque ad tales fines. & limitatur in eis, & vsque ad eos, abbas & conuentus dicti monasterii pertinentias & territoria ipsa ab antiquo possederunt, & nunc tenent & possident: sed præfatus P. homines dicti castri, vel ecclesiæ, & abbatem, & conuentum, & eorum nomine laborantes impedire & molestare super possessione, & agricultura, & aliis ausu temerario præsumit, asserens sibi ius competere in territorio, & pertinentiis s. dictis, in animæ suæ periculum & dicti monasterii præiudicium & grauamen: quare peto procuratorio nomine pro dictis abbate & conuentu dictum P. ab impedimento & molestatione huiusmodi compesci: & eidem monasterio vsque ad prædictos fines & terminos per vestram sententiam adiudicari: & eos debere esse limites eorundem, sententialiter declarari: & super prædictis territoriis & pertinentiis, & in iisdem dicto P. perpetuum silentium imponi. Fines autem sunt hi, &c. extr. eo super eo. x. q. j. peruenit. in fi. xvj. q. iij. licet in regulis.

4 ¶† Quòd si sit inter duos episcopos contentio, sic libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. propono ego R. Rothomagen. archiepiscopus contra episcopum Lexouien. quòd licet ecclesia sancti Candidi Rothomagen. super Sequanam, & parochia eius ecclesiæ, & ecclesia de villa, & tota parochia, seu parochiæ eiusdem villæ & ecclesiæ, seu prioratus sancti Nicolai in foresta de Lunda, & decima eiusdem forestæ, & ipsa foresta, necnon & decima ecclesiæ de Beluaco, & villa ac parochia loci eiusdem intra fines suæ diœcesis sint sita, & in eius dispositione ac potestate de iure consistant, dictus tamen episcopus decimas ipsas & alia iura episcopalia in dictis locis de facto, cùm de iure nequeat, vsurpat: quare peto in prædictis omnem dispositionem & ordinationem, institutionem & destitutionem mihi & meis successoribus adiudicari, & eas mihi lege diœcesana esse subiectas sententialiter declarari: & dicto episcopo, & eius successoribus perpetuum silentium imponi, cùm sibi nullum ius competat in præmissis: peto etiam nomine, vel occasione iuriū episcopalium in dictis locis ab eo perceptos, quos æstimo quingentas marchas argenti. Hæc forma ꝓbatur & approbatur in constit. Greg. IX. extrauaganti, de præscri.
c venerabilis[c]. & xvj. q. j. omnes. & extr. de relig. do. constitutus. &
5 c. cùm venerabilis. ¶† Et quia[d] hìc de limitibus & finibus tangi-
d tur, scias, quòd quādoque aliquis vult emere decem sextariatas, vel tornaturas de possessionibus alicuius: vel est quæstio de finibus: & sic agrimēsor vadit ad locum, vel iussu iudicis, vel partium communi assensu, vt xvj. q. iij. inter memoratos. ibi, inspectores mittendos. extr. de præscrip. quia indicante. ff. fi. regun. si irruptione. Si igitur iste agrimensor, qui metitur, renunciat falsum modum, scilicet vel plus, vel minus esse, ita quòd nocet emptori, vel venditori, vel mihi, vel tibi in iudicio finium regūdorum, in quo vtriusque partis testes recipiuntur, vt ext. de probat. ex literis. vel renunciauit falsam mensuram ædificii, vel frumenti, vel vini, vel quocunque alio modo nos fefellit: inducit prætor actionem in factum, quæ datur, si mēsor falsum modum dixerit, per quam ab illo nostrum interesse consequimur, ff. si agrimens. fal. mo. dix. l. j. & l. si mensor. §. hoc iudicium. & l. siue. & l. vel cuius. ext. de emp. & vend. vt mensuræ. sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui dolo, vel lata culpa renunciauit mihi, cùm ipsum mitterem ad mensurāda iugera, vel fines, decem esse iugera, & pauciora inueni: vel renūciauit fines vsque ad talem locum tantum protendi, qui vlterius producuntur: vnde interesse meum ab eo peto, quod æstimo xx. & ad hoc propono actionem in factum ex illo edicto, si mens. fal. mo. dixerit, ff. e.
6 l. iij. §. j. ext. de præsc. quia indicante. de don. per tuas. ¶† Actor ergo sic ponet:
Pos. act. Pono, quòd volebam emere à T. decem iugera prædii. vel, inter te & me & T. erat quæstio de finibus. Item ꝙ volebam scire, an essent ibi decem iugera, vel an fines mei vsque ad talem locū ꝓtēderēt. Itē ꝙ T. agrimēsorē elegi. Itē ꝙ mēsus fuisti, & malè. Item quòd renūciasti mihi prædium esse decem iugerum, vel fines meos in murum protēdi: & inueni pauciora esse iugera, vel plus esse ī finibus. Itē quod venditor, cui pretium solui, factus est
e non soluendo[e]. Item quòd est peritus in mensurādis agris. Item quòd dolo tuo, vel lata culpa malè mensurasti, & malè renunciasti. Prædicta probantur ff. eo. l. i. §. ij. iij. & fi. & l. si duo. §. competat. & §. idem potest. ¶ Reus verò sic ponet:
Pos. rei. Pono, quòd M. tantùm egit cum T. de finibus, vel voluit ab eo emere decem iugera. Item quòd nō solum peritus in agris mensurandis. Item quòd in illo prædio non sunt nisi tantùm decem iugera. Item quòd fines tui vsque ad talem locum protenduntur. Item quòd ego renūciaui illa esse decem iugera, & fines
7 in tantum protendi. ¶† Cæterùm, quæstione de finibus mota, si actor eos vsurpat, perdit quod petebat, & insuper tantum agri modum, quantum adimere tentabat: & hoc per l. si constiterit. C. fin. reg. in qua sic libellus concipitur:

Lib. Coram,

ADDITIONES.

a Lib. ¶ Primus Roff. vbi s. incorporat libellos Bonagui.
b Lib. ¶ Roff. vbi s. cum duab. seq.
c Venerealis. ¶ De qua facit mentionem gl. vlt. dec. si diligenti. de præscrip. in fi. & de qua formata fuit dec. j. de præscrip. lib. vj. vt ibi not. in j. gl.
d Et quia. ¶ Hic aggreditur auctor verba Roffr. de edicto, si mensor fal. mo. dixer. quod est xviij. in ordine edictorum: & vij. quæ in hoc requiruntur, secundum Roff. ex positionibus patent, & iste est contractus innominatus, do, vt facias. nec est locatio, licet interueniat merces. datur enim remunerationis gratia, ff. e. leg. j.
e Non soluendo. ¶ Quare hoc dicatur, declarat Roff. sub ver. sextum. & ponit alium casum, quando contra illum egit & obtinuit reus, hoc probant leges infrà alleg.

Lib. Coram, &c. ꝯqueror de P. qui cùm cōtra me coram tali quæstionem de finibus prædii Titii mouisset, vel de tali loco vsque ad talem, ipse ante sententiam latam adito iudice auctoritate propria ipsos fines, vel ipsum locum vsurpauit: quare peto ipsum P. puniri in amissione quæstionis, quam aduersus me mouebat: & in tantum agri modum, quantum vsurpauit mihi de suis prædiis adiudicabdum, & ipsum ad id condēnari: & ad hoc propono condictionem ex l. fi. regun. si constiterit. xvj. q. iij. placuit. De finibus autem agrorum diuidendis, & diuisione aliarum rerum, & de actionibus familiæ ercifcundæ, & communi diuidundo, dixi s. de iudic. §. sequitur.

ADDITIONES NOVAE.

50 Pone, testator est parochianus in duabus parochiis, seu ecclesiis, & in testamento dixit, lego ecclesiæ meæ mille, quis habebit? quid si in vna ecclesia sunt duo presbyteri, & lego parochiano meo mille, quis habebit? Item quid si cum esset parochianus sancti Petri legauit ecclesiæ suæ decem, deinde ante mortem effectus est parochianus alterius ecclesiæ, de his not. Dy. in l. j. C. de sacro. sanct. eccl. Item Guil. de cu. ibi format aliā quæstionem. Item legatur alicui ecclesiæ simpliciter, non specificato nomine ecclesiæ: an in dubio debeat intelligi de ecclesia Romana, vel ecclesia parochiali testatoris, Guido de Suza. in d. l. j. de sacr. sanc. eccl.

Pone, aliqua dom⁹ posita est in parochia sancti Petri, sed introitum habet in parochia sancti Pauli: de qua parochia dici debeat, Dyn. in l. quod conclaue. de damno inf. Bar. in l. prædiis. §. qui domum. de leg. iii. Albr. in statutis parte iii. quæstione cxlj.

a ¶ De decimis [a]. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Decimas petenti conuenit rei vendicatio.*
2 *Decimas petens prædiales qualiter formabit libellum.*
3 *Actio confessoria secundum quosdam competit pro decimis.*
4 *Decimæ secundum quosdam peti debent condictione ex canone.*
5 *Agens rei vendicatione pro decimis, nō potest sibi decimam esse debitā dicere.*
6 *Cogēs aliquem in specie ad solutionē decimarum, qualiter libellum formabit.*
7 *Pro decimis subtractis, & in futurū soluendis, qualiter sit formādus libellus.*
8 *Tractus futuri temporis ad iudicem spectare debeat.*
9 *Libellus qualiter sit formandus, vbi vnus rector in recipiendis decimis molestatur ab alio.*
10 *Concessio de recipiendo noualium decimas pro ea portione, qua veteres contingunt, ad quas decimas extendi dicatur.*
11 *Religiosi quo casu possint decimas à laicis exigere, & an aliquando ad decimas suorum bonorum soluendas teneantur.*
12 *Interdictum de non colligendo fructus an possit dari ab illo, cui decimæ talium bonorum debentur.*
13 *Decimæ in quo loco solui debeant.*

1 SCire debes, † quòd secundum quosdam, rei vendicatio competit pro decimis petendis, xvj. q. j. moderamine. in fi. ibi, domum vendicent, &c. [b] & c. reuertimini. ibi, suam partem, &c. nam si sua est, ergo vendicatur, ff. de rei vend. solum. & tunc sic concipitur libellus in personalibus decimis [c]:

b

c

Lib. Coram, &c. propono ꝯ P. quòd cū ipse sit parochianus meus, & in mea ecclesia audiat diuina per anni circulum, & ecclesiastica percipiat sacramenta: ad soluēdas mihi decimas personales de iure tenetur: quod tamen facere contradicit: quare peto decimas ipsas

ADDITIONES

a De his satis Inn. & Host. sup rub. vbi post eos scripsi. & in fine dixit, quō de quota n̄ est q̄renda ratio. Quidā habēt hic rub. cōpletā, scilicet de decimis, p̄mitiis, & oblationib⁹: sed cū auctor solū de primo tractare disponeret, solū primū posuit hîc p rubro. De primitiis ergo dic. vt e. ti. c. j. & vid, q̄d ibi scripsi sup verbo, offerre & verbo, ampli⁹. & q̄d ibi no. in vlt. gl. & q̄d sup ea dixi: d̄ oblationib. scripsi sup rub. de parochiis, & hoc e. ti. q̄uis. ad fi. per Host. plenè in Sūm. de parochiis, §. ij. Ex practicis auctorib. materiā tractauit solus Ros in libello iuris canonici, q̄ plenè psequtur p nouem mēbra distincta, & in pe. mēbro, q̄d est qua actione petatur ponit quatuor libellos. Bonaguida parte secūda, charta prima format tres libellos: duos ꝯ debētes decimas: tertiū ꝯ rectorē alteri⁹ ecclesiæ, q impedit. Aegid. sub c. xvi. ponit duos libellos, ꝯ parochianū vnū, & ꝯ rectorem alterius ecclesiæ, vt suprà: de actione verò, q sup his cōpetat, fm q̄ variantur ĩ. libelli, not. in primo canone, quē allegat auctor, & in decr. tua nobis. e. t. in eo. super j. gl. Itē scias, prout dixit Roff. vbi s. in prin. de decima, de qua loquimur, ius ciuile non tractat, sed dic de decima pollicitationis, de qua ff. de pollic. l. ij. §. fi. & no. eod. ti. tua nobis. ad fi. gl. Item de decima litis, vel qualitatis in libello comprehensæ, C. de epis. & cler. auth. generaliter. de qua s. de satisda. in prin. Quæstio dominicalis xxv. non est dubia, per decr. cùm contingat. eo. tit. vbi placet per præscriptionem antiquorum non esse præscripta noualia. De xlix. scilicet cùm res data in compensationem decimæ perit casinate, vide d̄ rerum perm. c. fi. super vlt. gl. Quæstiones de decimis papalibus, quis illas soluat, translatus, an successores, vide super regula, non est in mora. lib. vj. Quæstionem porrorum vide super regula, qui prior. eo. lib. De Saracenis, an teneantur ad decimas prædiales, & quomodo cogantur, dicam infrà de Iudæis & Sarracenis, super rubrica. Quærit, an ecclesia hæres, vel legataria Titii in fundo sibi decimali sito in parochia, si per onus hæreditatis, vel legati illum vendit, an transeat decima? Et dic, quòd non, quia spiritualis, & quia alio iure debebatur, per l. si ei. ff. communia præd. C. de vsu & hab. l. inter antiqua. ff. de contrahend. empt. l. littora. de act. emp. l. si mercedem. §. j. & ff. de serui. l. Papinianus. Si autem esset decima conuentionalis, quàm dominus primò reciperet à colono partiario, post quam solutam reliquum diuiditur, ista bene transiret domino vendente. Item si esset conuentionalis in prædio alieno, cuius postea dominium acquisiuit, ff. communia præ. l. quicquid. & de seruit. vrb. præd. si quis ædes. facit ff. de fun. instr. l. Seiæ. §. Tyrandæ. Item ad intellectum primæ clausulæ notatæ in clemen. ij. de deci. in j. glo. quæ vult, quòd de reditibus & prouentibus hospitalium, &c. qui in vsus infirmorum & pauperum conuertuntur, Papalis decima non soluatur: quæritur, an sit soluenda de his, quæ cōuertuntur in vsus illorum, qui præsunt hospitalibus, & pauperibus deseruiunt? Ad negatiuā inducitur, quòd istud est beneficium principis: & sic largissimè interpretandum est, extrà de verb. sig. olim. Et si dicatur priuilegium iuxta ea, quæ ibi scripsi super vlt. gloss. ex motu proprio principis concessum, non ad petitionē eius, cui proficit: ergo, vt suprà ostendit, tamen potest, quòd sit beneficium. quia de eo, quod concedenti habeatur, concessum est, cùm de decima Papali loquimur sibi, vel alteri soluenda: & si vis, quod habeat nomen priuilegii, etiam in illo fit contra concedentem larga interpretatio, vt ibi dixi: ergo conuersum in vsum illorum hospitalariorum, qui pauperibus seruiunt, & sine quibus esse non possunt, in vsus pauperum & infirmorum dicetur esse conuersum: facit C. de vxo. mi. l. j. & ij. ff. de fun. instru. quæsitum. §. si instructum. & ff. de bon. poss. ex testam. mil. l. j. sicut & de medicis militum dicitur, ff. ex quib. cau. ma. l. inter eos. §. fin. & de ipsorum comitibus, ff. de excus. tut. l. administrantes. §. j. Sic & cōuersum dicitur in nauem armandam, conuersum in alimenta nautarum, sine quibus nauis duci, vel regi nō posset, ff. de exercit. l. j. §. non autem. ibi, vel nautas exhibendos, &c. Sic & vxoris causa parata dicunt, quæ parata sunt ad vsum suæ seruientis, ff. de auro & arg. leg. l. vxori. §. ij. in fi. Bene faciunt ad casum ff. de itin. actuque priua. l. veteres. de precar. l. pen. de verb. oblig. si stipulatus fuero. & de priuil. licet. secundo resp. lib. vj. cum suis concord. Dicamus igitur cum l. omnibus. ff. de leg. j. in fi. j. resp. quòd hæc interpretatio verbis conuenit, & menti nō repugnat: & cùm præiudicium alteri non inferat, est tenenda: iura ad hoc vide suprà de instrum. edit. § nunc autem. ad fi. versi. v. est autem ponderandum, quòd quæstio formata est de his, quæ conuertuntur in vsus illorum, qui præsunt hospitalibus & pauperibus deseruiunt: & sic coniunctim. Si autem hospitale diceretur beneficium, iuxta ea quæ habentur in Cle. de relig. do. quia contingit. §. vt autem ipsorum rectores hospitalitati non deseruiunt, licet alimenta ministrorum suorum, qui deseruiunt, possint de decima soluenda deduci: ea tamen, quæ in studio, vel alibi percipiunt, veniunt decimanda, propter illud relatiuū, quæ in vsus, &c. Relatio ergo, vel determinatio illa suum casum non excedat, extrà de donat. e. cùm dilecti. De perpetuo vicario in capella monasterii, in cuius vicariæ constitutione fuit ordinatum, quòd vicarius omnes reditus & obuentiones haberet, & solueret monasterio annis singulis xl. saluo, quòd annis, quibus ponderetur Papalis decima, solùm solueret quinquaginta, quòd ipse tenetur ad decimā, vide suprà rubrica de concess. præ. in fi.

ADDE, quæstio proxima fuit Old. consi. xj.

b Domum vendicent. &c. Hic deficit auctor: quia istud Domum, non est in tex. & si corrigis Decimā, non procedit: quia illud non est etiam in tex. sed est ibi disiunctim, decimarum oblationē, donationem, decimarum portionem. Item istud, &c. non fuit congruè positum, cùm post verbum Vendicent, nil sequitur. Item in allegatione sequenti non inuenies in textu Suam partem: sed fateor ibi tex. verbi Dei, fraudasti me parte mea: item ibi vocat decimas possessiones suas, & super isto tex. gl. arguit, vt hic.

c In personalibus decimis. ¶ Omnes infrà scripti libelli, excepto quinto, qui multa specificat, sumpti fuerunt de libellis Alber. super rub. ex l. j.

mas ipsas personales mihi nomine dictæ ecclesiæ ab eo dari & solui:& ad hoc propono actionem rei vendicationis, vt in præ. concor.& extrà de verb.sig.causa.vbi dicitur,quòd decimæ, primitiæ & oblationes in bonis ecclesiarum numerantur.¶†Si ve
2 rò petas prædiales,sic concipietur libellus:

Lib.Coram, &c.propono contra P.qui habet prædia sua in parochia mea,&ex his fructus percipit,de quibus mihi decimam persoluere contemnit, vt tenetur:quare peto ab eo,decimam ipsam mihi solui, & ad id ipsum per vos sententialiter condemnari: & ad hoc propono rei vendicationem, xvj.q.j. si quis laicus. extrà eo.ad apostolicæ.de paroch.c.vlt.Vel potest dicere in libello, ꝙ ad eum spectat iure dominii,vel quasi: quod dic, sicut dixi suprà de cau.pos.& propri.§.sequitur.ver.aliæ sunt.§.nunc dicendum.
3 ¶†Alii dicunt,quòd pro decimis competit actio confessoria:de qua dixi in e.ti.§.fi.ft.si seruit.ven.l.j.& ij.& l.loci.& tunc sic concipietur libellus:

Lib.Coram,&c.propono contra P.quòd cùm mihi sit ius nomine meæ ecclesiæ percipere decimas tã prædiales de prædiis, quę habet in parochia meæ ecclesiæ, quàm personales, tanquam à meo parochiano, ideo decimas illas ab eo mihi præstari & solui peto,& eum ad id per vos cogi,& sententialiter condemnari: & ad hoc propono actionẽ in rem confessoriam.¶†Tertii dicunt,
4 & meliùs,quòd petuntur condictione ex canone,& concipietur sic libellus:

Lib.Coram,&c.propono contra P.qui licet sit parochianus meus,prędiaque habeat intra limites parochiæ meç,decimas tamen soluere negat,ad quas soluẽdas de iure tenetur:quare peto eum per vos cogi ad solutionem decimarum,tam prædialium,quàm personalium, & ipsum ad id per vestram sententiam condemnari:& ad hoc propono condictionem ex cãnone illo xvj.quæst.j.
a decimæ.& cap.reuertimini.ff.de condictio.ex lege,l.vnica[a].
5 ¶†Attende igitur,quòd vbi agis rei vendicatione,non dicas de
b cimam tibi esse debitam,sicut quidam fatui dicunt[b]:quia si sit tibi debita,non est tua:& sic non potes eam vendicare,vt extrà de
c iudic.examinata[c].& si esset tua,non esset tibi debita, ff. de actio. & oblig. obligationum substantia. Veruntamen decret. dicit, ꝙ est debita:vnde non videtur,quòd possit vendicari,extrà eo.parochianos. Et quod iam dixi,potest locum habere,cùm certum quid de certa specie petitur: cùm autem in genere petitur ali-
6 quem cogi ad solutionem decimarum,locum habet, quod pri-
d ùs dixi.¶†In specie[d] verò sic potes libellum concipere:

Lib.Coram,

ADDITIONES.

a Vnica.¶Primò,si ista ecclesia est baptismalis, de iure procedit libellus:& hoc casu loquitur can.xvj.quęst.j.præ.& c.in sacris.Sed si ista ecclesia cum suis limitibus est inter limites antiquæ baptismalis ecclesiæ, hoc est dubiũ,an summota consuetudine procedat libellus,quo ad prædiales:& aperti sunt tex.quòd non procedat,xvj.quæst.j.ecclesiæ.in ca.quicunque. & apertiùs in c.de decimis.& c.statuimus.& xiij.quæst.j.decimas. aliàs est versi.sub secundo §.Hinc est,quòd decret.nuncios. eodem ti.in parte decisa,dicebat decimas ecclesiis matricibus deberi.Constat autem illam esse matricẽ,quę baptizando regenerat.de hoc in cle.de sen ten.excom.cap.j.Per eundem modum facit de præscrip.ex transmissa.vbi videtur casus:& facit quod no.xiij.quæst.j.in fi.summę, & in pd.c.quicunque, & cap.statuimus. & hoc dictũ, quod mihi placet,tenuit Ber.in decr.cùm contingat.eodem ti. idem Innoc. l.dec.ad apostolicæ.vt ibi scripsi.Taner.in decr.nuncios.eod.tit. nisi esset contraria consuetudo,fm eos:& idem Ray.eo.tit.parte iij.versi.item aliquis habens.dicens,ꝙ si de consuetudine dubitetur,dabuntur ecclesiæ baptismali.Pro hac opinione, q̃ approbat consuetudo,facit vitatio enormis prœiudicii.Cùm enim antiqua plebs.vel baptismalis ecclesia haberet prędiales,& personales in toto suo vel plebanatu, licet propter hominum excrescentiam sit in diuersis locis plebanatus habitatoribus prouisum de capellis etiam habentibus sub plebe parochias limitatas:& sic de oblationibus & personalibus decimis, quas tamen ab antiquo ante hominum augmentum plebs non habebat,voluerunt tamen illis iura de prædialib⁹ prouideri,quas plebs habuerat ab antiquo: quod apertè sonant verba canonum inductorum. Remanet ergo plebs ipsorum parochia,quo ad quædam iura,& ipsorum matrix.bene facit de eccle.ædi.ad audientiam & quod ibi not.in gl. & ita.in fi.Sic & dioecesis dicitur parochia,xii. quæst. ii. bonæ. de donat.apostolicæ.in prin. Et per hoc concordari possunt glossæ diuersorum dicentium,quòd prædiales debentur ecclesiæ parochiali,si intelligitur hoc de antiqua parochia & plebania:bene facit,ne cler.vel monach.c.primo,libro sexto,vbi etiam plebaniæ habentes sub se capellas cum perpetuis rectoribus,dicuntur parochiales ecclesiæ.Nec obstat decr.ad decimas.de restit.spol.lib. vj.per quam dicit Archid.xiij.q.j.super summa.hoc dubium terminari.nam ibi ecclesia sancti Nicolai non erat matrix,vel baptismalis parochianorum illius ecclesiæ,sed omni parochiali iure carebat,quo ad illos:& hoc fateri videbatur in libello. Item solam possessionem modici temporis allegabat,vt ibi post Innoc.scripsi super verbo,aliquandiu.& super iiij.glo.Alia opin.est Ro.eod. tit.§.ij.habens,ꝙ debeãtur prædiales,etiam si baptismalis non sit. Nego tamen sic expressisse Gof.in c.dandæ sunt.e.tit.quem allegat Archi.de Ray.etiam,quem alleg. ad idem dico, quòd ꝓrium intellexit.nam licet in princ.tituli dixerit prædiales deberi ecclesiæ parochiali,intellexit tamen parochialem baptismalem,vt priùs dixi.Opinio,ꝙ in prædialibus stetur consuetudini,tacta est in principio.Quartam opin.ponit Roff. suprà, ꝙ prædiales debentur parochiali prædiorum:personales diuidantur inter baptismalem & illam,in qua audiuit diuina: pro hoc facit, quod scripsi de sepult.de his.super gl.ij.Host.aliquantulum accedit huic vltimæ in Sum.eo.tit.§.cui danda.in princ.dicens,personales dandas ecclesiæ parochiali,seu baptismali,id est, vbi audit diuina, & percipit sacramenta,per c.quia xvj. quæst.j.Prædiales verò parochiæ prædiorum,eod.tit.q̃m.de paroch.c.fi.nisi aliud habeat consuetudo,eod.tit.cùm sint.Et aduertè:quia istæ duæ opiniones, quæ recognoscunt baptismalem esse parochialem,etiam quo ad personales,licet hoc non seruetur multùm,fortificant primam opi. Ber.& sequacium,quæ placet.Si enim illa parochialis non esset, quomodo posset suo iure baptizare nõ parochianos?Item cùm illud sacramentum sit principale,& fundamentum omnium sacramentorũ,de presbyt.non bap.ca.fi.nonne sonat in absurdum dicere, ius parochiale per illud non præseruari?Fateor autem, ꝙ tribus casibus opi.Roff.& sequacium posset procedere.Primum dixi,scilicet cùm illud habet consuetudo:Secundus est, quando in limitatione nouæ capellę,cùm aliter animabus prouideri non posset,episcopus de sui capituli consensu assignauit(Ioan.Cal.) ipsi nouæ capellæ decimas prædiales suæ limitationis:facit pd.c.
c statuimus.xvj.q.j.&quod scripsi post Hostien.de eccle.ædi.ad audientiam.j.super ver.prouentus.& super gloss.ij.& quod not.de relig.domi.ↄstitut⁹.aliàs nisi expresse assignasset, licet limitasset, non venirent prædiales,per prima iura.Tertius est,quando in aliquo magno territorio erant complures ecclesiæ, & neutra baptismalis:& de nouo vna illarum in plebaniam aliarum & baptismalem erigitur:vel de nouo plebs vna super illa cõstruitur cum baptismo.tunc enim non solùm aliquorum canonum ratio superior cesset, quo ad plebem, sed etiam reuoluitur pro capellis: & hoc casu ꝓcedere posset quarta opi.circa personales. Hanc materiam conuenientem decret,cùm contingat.e.ti.ideo hic sic plenè tractaui:quia remissiones,quas ibi dedi in principio ij.gl.sufficientes non esse perpendi.

ADDE,cui ecclesiæ, an baptismali, an parochiali debeatur decima,Cald.consilio ii.e.ti.

b Dicunt.¶Verbum fuit Rof.vbi s̄.post vltimum libellum.

c Examinata.¶Facit de præben.c.tibi absenti.& de concess.præ. c. vlt.lib.vi.quod no.in Cle.de rescrip.auditor.super ver.debitum.

d Specie.¶Dicit:quia multas species ponit,de quibus singulariter possent formari libelli:sufficientem aũt specificationem non posuit,quam in libello fieri oporteret.Itẽ scias,ꝙ de consensu actoris & rei procedit iste libellus.ñ enim tunc rector ecclesiæ peteret ab vniuersitate decimas,quas debẽt singulares,ẽt si oẽs ñ soluendo delinquãt. Illas igit̃ solas ab vniuersitate peteret, q̃ debẽt ex fructib.vniuersitatis:& ecõuerso vniuersitas ꝗ illis,& ñ de fructib.singularũ tenebit̃ respõdere,xij.quæst.ij. qui manumittitur. Sed ponderauit auctor,qđ de facto contingit,si ꝯ vnum,vel plures singulares de vniuersitate petãtur decimæ,statim vniuersitas assumit litem,timẽs,vno, vel pluribus euictis reliquos etiam vinci:& rector prælegit vnam litem habere,quàm multas.In fructibus autem rei,quæ communis esset pluribus & singulis, in potestate est rectoris,vel agere cõtra omnes ꝓ tota decima,vel contra quemlibet ex sociis,vel pro parte sua:vide, quod not.xiij.q.j. §.vlt.Et quia statim subdit de pecoribus & pascuis, scias de decimis animaliũ,an sint personales,an prædiales,no.xiii.q.i.§.ii ver. quis pascit.& extr.e.ti.ad apostolicæ.in gl.ii. Sed dubitatur, quo tempore petantur, vel libellus pro illis porrigatur, siue porrigi possit.Est sciendum,quòd omnis obligatio de re nondum orta, vel nata,quantumcunque sit pura,diem & conditionem habet, si nascetur,& cùm nata fuerit.hoc patet ff.de verbor.oblig.inter stipulantem.§.sacram.ver.pro quo & illud.& l. interdum. & iste est vnus fructus pecorum,scilicet agni, vel hœduli: alius cõsistit in lacte,ex quo etiam fit caseus:tertius in lana.patet institu.de rerum diui.§.in pecudum.& de his datur versus:

In pecudum fructu,&c. & not.eod.tit.peruenit. Communiter tenetur de personalibus cum Ray.& Gof.quòd in fine anni soluendæ sunt:quia particularis solutio & creditori & debitori videtur incommoda,ff.fami.ercisc.l.planè.& dixit canon,ecce annus elapsus est

Lib. Coram, &c. propono contra P. syndicum, seu procuratorem vniuersitatis hominum eiusdem loci, quòd ipse decimas de vino, vel grano, vel fructibus arborum, vel hortis, vel pecoribus, vel negotiatione, vel militia, vel venatione, vt eod. tit. non est in potestate. vel molendino ad ventum, vt eod. tit. ex transmissa. vel in aqua, vel in clibano, vel mercimonio, e. ti. pastoralis. vel domibus, vel pascuis, vt e. tit. commissum. vel piscariis, vel fœno, vel la
a na, e. ti. peruenit [a]. vel de apibus, vt eod. ti. nuncios, vel de omni licitè quęsito, vt in præd. c. non est. & c. nuncios. & c. ex transmissa. vel etiam primitias, vt eodem ti. ca. j. mihi soluere contradicunt, consuetudinem præscriptam in suæ nequitiæ præsidium allegantes in animarum suarum periculum, & meæ ecclesiæ præiudicium & grauamen: quare peto ipsos cogi ad præstationem decimarum, & eos ad id sententialiter condenari, extrà eo. prohibemus. & in prædictis concord. An consuetudo in talibus valeat, vel pręscriptio currat, not. eo. ti. in aliquibus. extrà de paroc. c. vlt. de pręscriptionib. causam, quæ.
7 ¶ † Pro subtractis & soluendis in futurum sic concipietur libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui per duos annos tales fundos intra meæ decimationis, seu parochiæ fines coluit, & de fructibus inde perceptis mihi decimam soluere recusauit: quare peto ab eo nomine dictæ ecclesiæ decem corbes frumenti pro decimis indebitè retentis atque subtractis: peto etiam eum compelli ad solutionem decimarũ pro illis terris mihi, seu ecclesiæ meæ in posterum faciendam, & ad id eum sententialiter condemnari, extrà de paroch. c. vlt. xvj. quæst. j. si quis laicus. extrà eod. quoni-
b am. & c. cùm contingat. ff. de censi. forma. §. si verò. sed ei [b], quod
8 dixi In posterum, est contrà. † quia tractus futuri temporis non
c spectat ad iudicem, ff. de vsur. l. j. ff. de iudi. non quemadmodum [c]. extrà de offic. ord. Romana. §. si mulier. Sed aliud est in seruitutibus & annuis præstationibus, ff. si seruitus vend. harum. & l. egi. extrà de sepul. in nostram. versi. talem. vbi de hoc, & infrà de cen
d si. in prin. [d] ¶ † Quòd si vnus rector alium molestat in recipiendis
9 decimis, sic libellum contra eum concipiet:
e Lib. [e] Coram, &c. propono ego T. rector talis ecclesiæ contra P. rectorem ecclesiæ sancti Petri, quòd ipse me turbat indebitè, & molestat super possessione, vel quasi, percipiendi decimas ab H. de talibus terris intra metas parochiæ meæ sitis: quare peto eum prohiberi & compelli cessare ab iniuria ipsa & molestatione, seu turbatione, quam mihi, seu ecclesiæ meæ infert: & quòd in futurum pacificè & quietè easdem decimas me percipere & possidere permittat, eo. tit. dudum. extrà de restit. spol. audita. Instit. de interdic. scilicet retinendæ, & vide suprà tit. prox. in princip. & suprà
10 de causa pos. & propri. ver. in retinendæ. ¶ † In summa nota, ꝙ si conceditur alicui, vt noualium decimas pro ea portione recipere valeat, qua veteres eum contingunt, non extenditur hoc priuilegium ad illas decimas, quas alii tẽpore indulti priuilegii possidebant, nec etiam ad alias veteres, nisi solùm in his locis, vbi Imperator tempore impetrationis habebat, & pro ea etiam portione tantùm, quam eo tempore percipiebat, antiquas. Item nõ extenditur, nisi solùm ad medietatem decimarum noualium præsentium, vel futurorum, licet Imperator tempore impetrationis taliter veteres perciperet, nisi in Chartusiensibus & Cisterciensibus. Si tamen parochialis ecclesia in tantum grauaretur ex hoc, quòd rector eius cõgruè nequeat sustentari, super hoc prouidea
11 tur ei de decimis. ¶ † Sed & si religiosi exempti, vel alii decimas à laicis detentas eis de facto infeudant, vt sic laici recognoscant se ab ipsis eas tenere, non tamẽ religiosi illas ab eis post talem recognitionem poterunt sine diœcesani consensu acquirere: illas autem de laicorum manibus acquirere poterunt, quæ ante tempus Laterañ. concilii illis fuerũt in perpetuum concessę. Item religiosi, tam exempti, quàm alii de possessionibus hactenus acquisitis & in posterum acquirendis, soluant decimas, nisi super hoc speciali priuilegio sint muniti, & episcopi ecclesiis conquerentibus iustitiam reddant, nisi de rebus exemptis agatur. Sed & licet in aliqua parochia omnes maiores decimas, vel earũ partem de manibus laicorum acquirant, non tamen possunt pro eadem, vel simili portione percipere decimas noualium, quæ ibi fiũt: & hæc
f omnia continentur in const. Alexan. IIII. eo. ti. quia personæ [f]. Et vide, quid iuris sit de noualibus, suprà de prob. §. probare. ver.
12 circa. & seq. ¶ † Vltimò quæritur, vtrùm P. cui debetur decima, possit petere interdici domino fundi, ne fructus colligat, vel exportet, nisi eo, vel eius nuncio præsente, timens fortè inde decima defraudari? Et videtur, quòd non: quia fundus alienus est, licet debeat P. decimam: nec in bonis eius est, ff. de pollic. si quis rem. §. si decimam. vnde non potest ipse, vel nuncius esse in fundo inuito domino, C. de pact. l. fin. C. de Iudæis, l. nemo. Si enim timet fraudem, vel machinationem hoc probet, ff. sol. mar. l. etiam. §. j. ff. de col. bo. l. j. §. confitetur. ff. de prob. quoties. §. qui dolo. Sed dic, eum audiendum, arg. C. lib. x. quando, & quibus deb. quart. pars ex bo. decu. l. ij. ibi, sub aspectu curialium. ff. de rei ven.
g non solùm [g]. quia si habet partem in fructibus ratione decimæ: ergo & in fundo: quia fructus sunt pars fundi, vt ff. de rei ven. fructus. & in re communi potior est causa prohibentis, ff. communi diuid. Sabinus. Et quòd debeat ipse P. vel eius nuncius interesse,
h probatur ff de procur. Paulus. ff. de inoffic. test. & si suspecta. §. j. [h] ff. de adop. nam ita diuus. ff. de app. si prolusorio. ff. de eulct. si parentes. ff. de re iud. de vnoquoque. ff. de auctor. tu. l. fi. C. de vsu & hab. si ita legatus. C. de his, qui ad eccle. con. præsenti. §. sanè. C. de ser. fug. l. ij. & hoc idem faciunt hodie iudices, quando agitur de fructibus alicuius prædii. Item facit, quia postea palea est in fructu, ff. quibus mod. vsusfruc. amit. si vsufructuarius. quæ lex præstat arg. quòd decima soluenda sit prius, quàm granum à palea separetur, & arg. ff. de acq. rer. do. adeo. §. cùm quis ex. & ij. q. j. multi. ibi, venit in messe, vt palea, &c. xxxiij. q. iiij. recurrat. Itẽ præmissa vera sunt, nisi consuetudo approbata à principe, sit in contrarium, vt ff. de pub. & vec. si publicanus. in fi. sed si consuetudo ipsa pareret occasionem subripiendi, seruanda non esset, vt in auth.
13 vt nulli iud. §. quia verò. ¶ † Et est similis solutio ad quęstionem, qua quæritur, si mihi soluisti decimam in domo mea, & volo, vt præstes in area, secundum Vber. Vbi autem fraus non timetur, & etiam vbi timetur, postquam decimatũ est in agro, videtur, quòd rusticus tenetur decimam bladi & vini portare ad horreum eius, cui soluitur, vt probatur & not. xvj. q. j. reuertimini. prope prin.

ADDITIONES.

☞ Ipsus est, & nihil posuistis in thesauros: quod verbum ad personales etiam pertinet, xvj. qu. j. reuertimini. & vide, quod ibi notat. in glo. non tamen. Et si diceres, quòd quolibet mense instantia dabitur de septimana: & dic, vt ibi not. tamen, vt dicit Host. si intra annũ velit soluere, refutari non poterit, quia iure non est expressum. hoc no. in Summa, eo. ti. §. & qualiter. vers. sunt autem. vbi subdit ad propositum de decimis animalium, quo ad fœtus: q̃d secundum legem Leuitici vlt. c. videtur deberi decimum in ordine nascendi, qualecunque, optimum, vel minimum: quod intellige, si ab aliis cognoscatur: aliàs cessabit ille rigor. facit de sepul. sacris. & quod ibi no. ff. de vsufr. vsufructuarium venari. §. si in viuariis. & ff. de condi. indebit. l. si pœnæ causa. §. ij. & de reb. cred. nam & si fur. §. j. Et videtur, quòd statim dari possit, ne cogatur agricola esse procurator sacerdotis: facit C. de erog. mil. an. l. nulli militum. lib. xij. ff. ad Treb. l. pòstulãte. §. vlt. & de leg. iii. fideicommissa. §. si rem. Dicendum tamen est, quòd præstari debet mediocre: & iura de mediocritate loquentia, quære de fil. presbyt. literas. in vlt. glo. de censi. quanto. in glo. iij. & super regula. in obscuris. libro sexto: alleg. Hostien. vbi suprà, non dandum Deo, quod dedignatur homo, xlix. dist. c. vl. Dabitur ergo agnus, vel hœdus lactatus & congruus ad vsum, vt scripsi eod. ti. cùm homines. bene facit ff. de solut. si seruus. de cens. in fi. & facit ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. si inter certam, & quod ibi no. in j. gl. secundum literam, primitia agnorum. sed communiter litera habet Agrorum: cui conuenit, quod ibi sequitur in gl. & certum est primitias competere etiam de fructibus agrorum, vt extrà eo. ti. c. j. De lana videtur, quòd statim solui & exigi possit, cùm nulla sit causa differendi: & solet fieri in anno. De lacte videtur etiam. Idem, si fiant tantũ de illo casei, sacerdote consentiente posset differri: & de his no. in prædicto c. reuertimini. in fi. pen. gl. Satis puto in his consuetudinem attendendendam. Facit eo. tit. c. cùm sint homines. & c. in aliquibus. & quod ibi dixi post Ioan. super vlt. glo. In prædialibus vide, quod no. j. ver. vlt.

ADDE, quando decima agnorum & hœdorum sit soluenda, Oldra. consil. ccxxvj.

a Peruenit. ¶ Et ibi super gl. ij. notaui multas tales species Roff.

b Sed ei. ¶ Hanc obiectionem & solutionem ponunt prædicti tres.

c Quemadmodum. ¶ Vbi satis de hoc in vlt. gl.

d De censib. in prin. ¶ Patet hoc eo. tit. dudum. in fi. per quam dec. Alb. Gal. tit. de lib. ob. in fi. dicebat procedere hunc libellum: Lib. Peto à Titio decimas, vel affictum tale talis fundi pro tempore præterito, & ipsum mihi condemnari, vt sine inquisitione id mihi præstet in futurum.

e Lib. ¶ Bonaguid. & Aegid.

f Quia personæ. ¶ Quam hodie vide eo. tit. c. ii. lib. vj. & incipit, statuto.

g De rei vend. non solùm. ¶ Vt scripsi eo. ti. ex parte. ij. super fi. vlt. gl. debebat allegare l. præd. quæ incipit, si verò. ibi etiam scripsi, quòd Alex. & Guido sic consuluerunt. Inuenio etiam Io. de Deo & Alb. Pap. sic iudicasse.

h Si suspecta. §. j. ¶ per modum istarum duarum legum facit de procur. c. ii. lib. vi.

ADDITIONES NOVAE.

Pone, ecclesia vēdidit mihi vnum prædium, posteà petit vt soluam sibi decimam pro isto prædio, Guido de Suza. ponit hoc ff. de public.l.j.

Volēs dare alii possessionem decimarum debet inducere eum in possessionem fundi decimalis, & apprehensa vna gleba fundi decimalis in possessione decimæ totius fundi decimalis dicitur inductus, dummodò sit glebæ apprehensæ contiguus, & nullus alius partem eiusdem fundi possideat, l. possideri. §.j. de acq. poss. not. Inno. in c. audita. de restit. spol. & subdit in eodem c. illud autem non placet, quòd intrando possessionem fundi decimalis, possessionem decimæ quærat, nisi vtatur, l. seru⁹. §. incorporales. de acq. rer. dom. & l. ratio. §. si inter. de act. emp. Inno.

Not. quòd presbyter debet habere decimam omnium ibi nascentium: quòd si bestię sint translatæ in alium locum propter guerram, vt ibi sint magis tutæ, vel ad pascendum ad tempus, & ibi ediderūt, quòd nihilominùs debeat habere decimam ibi nascentium ille presbyter, vbi solitæ sunt stare. facit l. Titius. de seruis ex por. nam res quæ est contracta, vt interim reponatur, dicitur ædium, l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. & l. quæsitum. §. idem respondit. & item l. cum de lanionis. §. Sabinus. de fund. instru. Iac. de Aret. & l. huiusmodi. §. legatum. de leg. j.

An ille qui debet decimam debeat portare ad domum presbyteri, vel soluere ad campum, Bal. in l. quod legatur. ff. de iud. dicit quòd debet soluere in campo, & allegat l. si in manè, & quòd ibi not. ff. loc.

Ius decimæ non cadit in laicum: tamen fructuum perceptio potest cadere in laicum, Albr. in l. si vsusfructus. de iur. dot.

¶ Baldus de Decimis.

An is, cui debetur decima, possit petere īterdici possessori, ne vindemiet, nisi eo præsente, vel eius nuncio. ver. si. plenè per G. ¶ Et an palea sit in fructu, ita quòd pars paleæ debeat colligi, ibidem. G. fac. ff. de contrah. emp. l. cum manu sata. §. j. Bal. vide, quod not. de seruit. rust. præd. l. certo generi.

a De Regularibus, & transeuntibus ad religionem [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Professio in manu abbatis, vel Prioris, vel alterius, qualiter, & sub qua verborum forma sit facienda.*
2 *Professionis, vel conuersionis instrumentum, qualiter sit conficiendum.*
3 *Constitutus in tempore probationis, an possit aliam religionem intrare, aut alibi aliam professionem facere.*
4 *Professionem faciens an, & sub qua verborum forma possit monasterio donationem facere.*
5 *Conuersio simplex minus est quàm monachatio.*
Monachus non fit, nisi regulā profiteatur, abrenuncians seculo & pompis eius.
6 *Conuersio simplex qualiter sit scribenda.*
7 *Professionem in lecto ægritudinis emittens, an recuperata sanitate possit eam reuocare.*
8 *Contra monachum de monasterio discedentem, qualiter sit libellus formādus.*
9 *Potestas quando, & quare contra ciuem, aut pater contra filium libellum concipere possit.*
10 *Monachus quo casu contra abbatem possit agere.*
11 *Vouens religionem intrare, an possit ad habitum suscipiendum cogi.*
12 *Monachatio excommunicati an teneat.*

PROFESSIO ligat aliquem, vt religione assumpta manere cogatur, extrà eo. ad apostolicam. & c. sicut. & c. porrectum. ¶ † Fiet autem sic professio in manu abba-
1 tis, vel prioris, vel alterius, vt in c. porrectum.

g C. fam. er. l. n̄. C. de testa. ex imperfecto[g]. quia dum in filiis ei aliàs successurus specialiter conceditur, in aliis prohiberi videtur, arg. ff. de iud. cū prætor. ext. de præsump. nónne. ff. de cond. indeb. cū
h ita. ff. de leg. & sena. con. cùm lex. fm̄ Mar. de Fan.[h] ¶ † Quinqua-
59 gesimotertiò quæritur: sed nunquid parentes succedēt in bonis istius ingressi? Et vr̄, ꝙ in nullo ei succedent. nam nullus hæres ei proximior est, quàm ecclesia: quæ ipsum Dn̄o sociauit, vt ext. de pecu. c. 2. Item monasteriū est loco filij, vt auth. de san. epis. §. hoc in præsenti. & filiorū causa potior est in successione ab intestato in auth. de hære. ab intest. §. j. Inst. de grad. cog. §. fi. & de hær. qual. & dif. §. sed sui. & s̄. ver. prox. & ver. 3. Et hoc idem dixerunt Io. Azo, & Acc. & Mar. de Fa. Io. etiā no. xix. q. vlt. si qua. ꝙ ascendentes excluduntur à successione istius ingressi liberis ei non extantib.
i Plac. contrà[i], ar. C. de epis. & cler. auth. presbyterorum. & in auth. Col. 8. vt lic. matri & auiæ, qui verò mulieres. & in auth. Col. ix. vt nulli iud. §. adulterorum. ff. de inof. test. nam & si parentib. & C. de bo. dam. auth. bona. Tertij dicūt, ꝙ parentes debent habere đbitū bonorū subsidium in bonis filij ingressi, sicut econuerso. In hoc tamen interest inter filios & parētes. nam pater pōt diuiderre bona sua inter liberos post ingressum. Potest etiā donare plus legitima filij: filiis verò ingressus nō ita potest. Nō tamen potest fraudari debito bonorū subsidio, ar. C. de inof. don. si filius. & viđ
60 j. ver. ad præmissorū. ¶ † Quinquagesimoquartò qritur: sed nūquid is, qui post ingressum diuidit inter filios, vt no. s̄. ver. lij. poterit vnum alteri pupillariter substituere? Resp. non, cùm eos nō habeat in potestate, cùm ipse sit sub alterius potestate, vt ff. de
61 vulg. & pup. subst. l. j. & 2. & s̄. ver. 11. ¶ † Quinquagesimoquintò quæritur, sed nunquid poterit illis tutorem dare? Resp. nō, pa ri rōe. nā egressus est de terra & cognatione sua, & religiosus, id est, quasi relegat⁹ est à seculo, vt 26. q. j. si cupis. vñ n̄ habet filios ĩ ptāte, ar. Inst. qui. mo. ius pat. po. sol. & C. de sen. pas. l. fi. & s̄. ver. xij. talis ꝓ mortuo, quo ad mūdū, habet̄, vt C. de epis. & cler. deo nobis. in auth. de mona. §. illud. 2. q. 7. placuit. & c. seq. 3. q. xj. si qs enim

ADDITIONES.

a Si qua. ¶ De hoc scripsi in præ. dec. in præsentia. in gl. de qua s̄.
b Fit conuersus. ¶ & vide j. de censi. §. 2. ver. sed quid erit. & qui filij sint leg. vers. quid si quis intrat.
c Quæsitum. ¶ Dicas, ꝙ professio tenet, vt plenè scripsi & clarè ꝓbaui de cond. appo. c. vlt. super j. gl. Hanc quæstionem plenè tractat Cy. in auth. ingressi. super verb. se & sua. q. ibi finaliter residet in opi. præ. Iac. de Bel. distinguit, an constet illum in omnem casū voluisse monachari, aut constat, ꝙ alter noluit, aut dubitatur. Primo casu fatetur, quòd valet monachatio, in reliquis secus: allegat præ. dec. fi. de cond. apposi. dicit etiam de hoc no. ff. de Trebe. Lucius. §. tres hæredes. in gl. fi. tractat autem in v. q. 2. partis, in auth. de monac. hoc, quod dixi.
ADDE And. Sic. cons. 3. 2. lib. & Bal. cons. cxvj. j. lib.
d In præsentia. ¶ Ibi scripsi in gl. mag. vltra med. ver. si verò is. & vide Cy. in auth. si qua. in 3. q. & seq. & Iac. de Bel. in auth. de mona. in q. 6. 2. part.
ADDE Rom. cons. 237. quod rumpitur.
ADDITIO. Et quid si testator moriatur ante annū professionis, an testamentum factum ante ingressum religionis, cui dedicauit omnia bona, reuocetur, vide Bald. cons. ix. inc. mulier fecit testamentum. in v. vol. Hen. Fer.
e Ingreditur. ¶ supple, viuente patre.
f Adstringere. ¶ Per pupillarē substitutionē non, vt statim subdet.
g Ex imperfecto. ¶ Ista lex non facit, sed corrigit l. hac consultissima. §. ex imperfecto.
h Secundum Mar. de Fa. ¶ Scire debes, quòd inter Doctores legū sunt opi. cōtrariæ, an hæc diuisio, de qua loquitur auth. si qua. sit testamentum: quas vide ibi ꝑ Acc. in gl. nunquid est. Sed alia quęstio plus vrget, s. quando filij habere debeant portiones diuisas ꝑ patrem: Acc. in vlt. gl. auth. si qua. ponit vtranq; opin. s. ꝙ debeat per verā mortē, sed ĩterim alimētetur de illis: & tex. illi⁹ auth. vr̄ huic opi. fauere, fm̄ Cy. qui dicit ibi, ꝙ pater suus tenet hāc opin. Hanc ēt tenebat dn̄s meus per illā fi. quæstionē tn̄ formabat, qn̄ habiturus sit legitimā: & de illa bn̄ loquitur tex. Sed quærebā de parte ꝑ patrē diuisa: & tn̄ ēt de legitima loquendo tenet ipse Acc. in præ. auth. de mon. §. si verò filios. ꝙ statim peti poterit: & ibi Iaco. de Bel. dicit in xj. q. 2. partis, illam gl. tenendā, vt veriorem & æquiorē. Ad quod inducit e. ti. §. si autem vxore. vbi statim post ĩgressum dos vxori restituitur per pactum ex morte: ad idem l. fin. de epis. & cler. Sit ergo idem in libris, pręcipuè cùm quo ad bona habeatur professus pro mortuo. Item constat alimēta deberi, C. de alen. lib. per totum. Et hoc fatentur tenentes contrarium: & difficile foret exigere à monasterio, & monasterium etiam sic soluere, esset graue. Aequum est ergo, illam partē statim peti posse. facit, quod scripsi de don. apostolicæ. super 3. gl. & cōtraria opin. non ponit differentiam inter nō professum, cui sufficit alimēta liberis ꝑbere, & professum saltē semimortuū: ad quā tn̄ ipsæ leges intendunt: pp quæ ista placent. Ad finem auth. & ad §. quia verò. vt liceat matri & auiæ. respondet illa procedere, quando filius non petiuit.
i Placen. contrà. ¶ Cui conco. do. Mar. vbi autem dicit, liberis. supple, & parentibus. per istas leges.

enim.& ideo tutela aliis propinquis defertur,vt Inst.de leg.agn. tut.Potest tamen de æquitate dici,ꝙ iudex illũ tutorem filiis cõstituet,quem pater,quãuis professus nominauerit.ar. Inst. de tu-
62 tela,§.fi.C.de confir.tu.l.j.& l.pe.& fi.¶†Quinquagesimosextò quæritur:sed nunquid in hoc suo testamento potest confiteri đ dote vxoris suæ?Resp.non:quia non potest testari,nec contrahere,vt dixi:ar.in præd.auth.ingressi.& C.de episc.& cle.nunc autẽ.
63 quod est xix.q.vl.in fi.& ea.q.quia ingredientibus.¶†Quinquagesimoseptimò quæritur: quid de secularibus clericis. vel conuersis,qui sua propria licitè retinent?Dic,ꝙ testari possunt,C.de epis.& cl.auth.licentiã. & l.si quis presbyter.ext.de test.quia nos. & c.relatum.2.§.cæterùm.Non tamen possunt testari de his,quę acquirunt de præbenda sua,vel alio legitimo & iusto modo,quasi de castrensi peculio,C.de epis.& cle.sacros.eccl.& auth.presbyteros.& l.& cùm lege.quia præsumitur de bonis suarum administrationum habuisse,nisi contrarium ostendatur,ar.C.e.auth.nõ licet.& in præ.auth.licentiam.ext.de pecul.cler.c.1.& fi.12. q.4.
64 c.j.¶†Episcopus tamen & presbyter,non dico religiosus,de fructibus ecclesiæ suæ & mobilibus sibi rõe ecclesiæ acquisitis poterit seruitorib.suis mercedes relinquere, & donare,& remunerare eos,vt C.de sac.san.eccl.iubemus nulli.& l.vicissitudinem. & ĩ præ.c.relatum.xx.q.2.hæc huius placiti.& c.charitatem.& c.quicunque suffragio.& c.seq.ext.de pecul.c.fi.in fin.dum tamen nil fiat in fraudem,prout quidam faciunt legantes nepotibus & cõsanguineis suis maximas & diuersas pecuniæ quantitates sub nomine remunerationis receptorum ab illis seruitiorum contra iu
a ra,vt lxxxvj.distin.non satis.prope prin.melius est enim,&c.[a]¶†
65 Quinquagesimooctauò quęritur,quid si ingressus post perfectã professionem instigante diabolo nouos filios generauit?Resp.si tanquam ex coniuge,illi erunt serui monasterij:si verò tanquam ex fornicatoria,vel concubina.monasterium in personis eorum nullum ius habebit,xv.q.vlt.cùm multæ.C.de incest.nup.authẽ.
b ex cõplexu[b].¶†Quinquagesimononò quæritur, quòd si ĩgres-
66 sus habet res furtiuas,quid de vsurariis & huiusmodi,de quibus in suo ingressu fuit oblitus?Dic,quòd testari non potest: monasterium tamen ea restituere tenetur,quatenus aliquid habet de
67 bonis illius,& non vltrà,vt s.c.ver.lxvij.¶†Sexagesimò quæritur:sed nũquid eo ipso,quòd quis monasterium ingreditur,trãsfertur dominium & possessio bonorum suorum in monasteriũ?
c Papa no.ext.de proh.in præsentia[c].quòd sic.de hoc etiam nota.
68 xix.q.vlt.si qua.¶†Sexagesimoprimò quæritur:pone,T. ingressus est monasterium,in quo carnes comedebantur:sed postea visitatum & correctũ,non dat carnes,& alias maiores solito austeritates obseruat,nunquid iste T.hoc obseruare tenetur? de hoc
d no.secundum Papam,extr.de reg. super eo[d].&,secundum dom.
69 meum,in Summa in ti.de voto,§.vtrum.ver.si aliquis. ¶†Lxij. quæritur:quid si dubitatur,qua de causa quis intrauerit monasterium?& videtur præsumptio pro religione,xvij.q.2.qui bona. ff. de relig.sunt personæ.Sed dici potest,quòd vsque ad annum præsumitur pro nouitio& pro regula,vt ea.q.Gonsaldus.nisi contrarium probetur,vt ext.de testi.nuper.ex.de reg.nec religiosi.post
e annum verò præsumitur pro habitu[e],vt eodem ti.ex parte.& vi-
70 de s.ver.23.¶†Lxiij.quæritur,quid si nouitius intra annum dicit,& protestatur,ꝙ non vult remanere in religione:tamen post annũ remanet in monasterio in habitu,quem gestabat,nunquid
f præiudicat sibi?Dicit Vin.ꝙ non[f].quia annalis præscriptio interrupta est.ext.de of.ord.pastoralis.ext.de eo, qui mit.in pos.cùm venissent.& si remanere voluerit,iterum habebit annum probationis,nisi ei renunciauit.Ar.contrà:quia videtur à protestatiõe recedere remanẽdo post annum, ext.de ap.solicitudinem.s.ver.
g proxi.[g]¶†Ad præmissorum autem notitiam nota,ꝙ ad mona-
71 sterium transiens aut pro peccato intruditur,aut sponte ingreditur:si quidem intruditur,aut ad tempus,aut in perpetuum:si ad tẽpus,tunc omnia bona sua retinet, vel saltem recuperat tempore elapso,vt 2.q.1.in primis.ar.ext.de cler.coniug.quod à te.si in ꝑpetuum,tunc subdistinguitur:aut enim habet liberos,aut non: si habet,liberi duas partes bonorũ habebunt, & monasterium tertiam.Si verò non habet liberos:aut habet parẽtes, aut non.si habet,illi habebũt vnam tertiam partẽ bonorũ.monasterium verò duas:hoc s.ver.liij.Si aũt ñ hẽt parẽtes,monasteriũ oĩa bõa habebit,s.ver.3.& seq.Hæc omnia probantur in auth.Col.8.vt li.ma. & auiæ,§.quia verò quædam.Ar.tamen contrà,16.q.6.de lapsis. vbi dicitur,quòd parentes totum habebunt,præter necessaria vitæ illius,qui in monasterio ponitur:sed illud debet intelligi &exponi,secundum præal.l.Alij dicunt,& meliùs,quòd per illud derogatur l.præ.Cæterùm si sponte ĩgreditur,aut in vita,aut ĩ morte:si in vita ingreditur,putà quia fuit sanus,siue infirmus & mortis suspicione:ad hoc vt monachus fiat ingreditur,tunc si ante ingressum de bonis suis disponit,valet eius dispositio,vt s.ver.l. & xix.q.vl.nunc autem.Si verò nõ disponit ante ingressum,aut habet liberos,aut non:si nõ habet,in ipso ingressu omnia bona sua ad monasterium deuoluuntur,vt eadem qu.perlatum.& l.si qua mulier.C.de sac.san.eccl.auth.ingressi.Excipitur tamen,si vt ĩgrediatur,à monachis fuerit allectus:quo casu res monasterio auferuntur,& legitimis hæredibus applicantur,vt xx.q. 2. constituit. & extr.de testa.requisisti.in fin. extr.de conuer.coniug.dudum. Si autem liberos habet,post ingressum bona sua inter eos diuidere potest:ita sci.quòd filiis legitimam tribuat, ita vt non amplius monasterium habeat,quàm vnus ex filiis,vt xix.q. vlt. si qua.& si non diuidat inter eos,liberis conceditur à lege legitima: residuũ verò monasterij erit,vt in præal.q.nunc autem. Porrò si in morte ingreditur,putà quia ideo solùm ad monasterium accedit, vt ibi mortuus sepeliatur,vt ext.de sepul.relatum.tunc nihil ad monasterium pertinebit,nisi ei nominatim aliquid relinquatur: sed nec hoc totum retinebit monasterium,quin vel tertiã,vel quartam,vel medietatem secundum locorũ varietatem,restituet ecclesiæ,in qua moriens sacramenta recepit, vt extrà e.certificari. & quasi per totum.¶Circa inquisitionem religiosorum, de qua in hoc ti.in tex.lib.Dec.tractatur,nil dico,cùm hoc habet de plano & sine strepitu iudiciorum per præsidentes capitulis expediri vt ext.e.ea,quæ.§.quòd si abbas.De aliis verò inquisitionibus s. ti.de inquisitione diximus.

ADDITIONES.

a Melius est enim,&c.¶Ad materiam facit,quod no.s.de fru. & ĩter.§.j.ver.sed pone,plat[9].cũ ver. seq.& vide,qđ no.s.de off.ord. præsenti.lib.6.in gl.per œcononum.& quod dixi super ea.

b Ex complexu.¶Vbi scripsi in magna gl.ver.quamuis autem.De dominio aũt non est quęstio nisi in minore:de quo s.ver.xlv.sed sic de possessione,& de illa sola q̃rit Io.in remis.quæ sequitur, & tenet idẽ,& conc.Iac.de Ra.per l.quam ibi Io.allegat:&ad l.cùm hæredes.ff.de acq.pos.respondet,quod ibi mortuus erat domin[9] hîc viuens.de hoc Cy.in præ.auth.si qua.in fi.

c In præsentia.¶Io.de Deo.lib.2.q.xiij.tractat de conuerso ecclesiæ secularis,qui de licentia prælati cõtraxit matrimonium,& ex eo suscepit filium:& mortua vxore,quæ ex illa habuit, eccłæ assignauit,an illo mortuo teneatur ecclesia filium alere?Soluit, ꝙ si consuetudo est ecclesiæ, ꝙ tales contrahant,nec sint profes[s]i ecclesia illum alet,sicut aliàs.simile xj.dist.in his.30.q.4.obiiciunt. saltem quantũ patitur paterna substantia, vel propter licentiam prælati alatur,vt paupes, 16.qu.1.c.vlt.86.dist.pasce.Si verò professus fuit,nec contrahere potuit,filius seruus est monasterij, vt s.& vt seruus alendus:aliàs ecclesia perderet ius in illo, de infan. expos.c.vno.

d Super eo.¶Vbi satis post eum scripsi in gl. quamuis.

e Pro habitu.¶Quicquid intendat,tene,quod habes de reg.c.j.li. 6.& in cle.c.ti.eos,qui.

f Vin.ꝙ non.¶in præ.dec.ex parte.vt ibi scripsi super vlt.gl.

g Suprà vers.prox.¶hoc factum & protestatio se compatiuntur.

ADDITIONES NOVAE.

So No.quòd ille qui efficitur monachus dicitur capite minui, no. in auth.de monac.in prin.& §.illud.e. ti.

An religiosus possit esse officialis, vel vicarius.Paulus,in cle. 1. de reg.dicit quòd sic.

Pone,aliquis habẽs bona ingreditur monasterium,vel ordinẽ minorum,vel prædicatorum,qui nõ possunt habere possessiões, & licet ordo illa tenere non possit, pro sua necessitate tñ possũt vendi,vt hîc no.Spec.Idem tenet Iac.de Aret.in prædicatoribus qui possunt habere mobilia,ar.l.cætera.§.si duobus.de leg.j.in aliis secus, sed dicit quæri Romanæ ecclesiæ, & quòd monachus iussu Papæ adibit,sicut in seruo communi, qui non potest q̃rere vni dominorum,alteri in solidum quærit,ar.ff.de auct.tut.l.si seruus communis.& licet quæratur Romanæ ecclesiæ, tamen frater habet inde alimenta,l.seruus.de alim.leg.& l.raptores.de episc.& cler. Aduerte ꝙ Bar.in l.si quis curialibus.C.quib.& quasid. quar.pars deb.& Bal.in auth.si qua mulier.C.de sac.sanc.eccl. dicit quòd filius quando est frater minor propter arctitudinem regulæ non succedit,vt clem.exiui.de verb.sign.&l. 1.de cõtra tab. & per hoc dicit,qui decedit cũ filio fratre minore, videtur sine liberis decedere,& sic conditio fideicommissi sub illa conditione interueniente extat,Dom.Ange.dicit contrà ibi,nam paria sunt filium non posse succedere, vel non succedere. Sed video quòd substitutio facta alicui,si decesserit sine liberis,euanescit si decesserit cum filio,qui non velit esse heres, l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& l.filiusfam.§.cum quis.ff.de legat. 1.ita ergo euanescit si decesserit cum filiis qui insuccessibiles sunt absque suo delicto, vt in casu proposito.nec obstat quòd filius frater minor habetur pro mortuo, quòd verum est quò ad quædam: naturaliter enim

enim viuit. vnde cum conditio fuit, si decesserit sine liberis, & naturaliter sit verum filium superesse, patet quòd ista conditio deficit, & sic substitutus non admittitur: debet enim conditio impleri in specifica forma, vt l. Mæuius. & l. cohæredi. de cond. & dem. venient ergo proximiores illius, cui facta est hęc substitutio hoc casu. Ang. de pension. in d. l. curialibus. C. quando & quib. quar.

Pone, testator reliquit vxorem suam vsufructuariam bonorū suorum, donec castè, & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit: modò ista domina ingressa fuit monasterium, & assumpsit velum religionis: quid iuris? Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. & dicit quòd triplex est castitas: & dicit quòd ipsa habebit legatū quia pleniùs implet voluntatem testatoris per ingressum, vt C. de ind. vidui. tol. auth. relictum. & c. vidua xliij. dist.

Not. quòd monachus in minoribus sedibus constitutus potest fieri Abbas ex dispensatione episcopi, de ætate, & qual. c. tuam.

No. quòd professus potest expelli de monasterio, si est incorrigibilis, Host. in c. cum causam. de elect.

An monachus, vel alius sacerdos possit esse notarius, dic quòd est casus in c. vt officium. de hære. lib. 6.

Pone, quòd quidam habens filium ingressum ordinem fratrum minorum, tamen nondum professus fuerat, & veniens ad mortē ipsum instituit in solidum sub cōditione, si non profiteatur in d. ordine: aliàs enim instituit in libris x. tantùm. modò quæritur, an illa conditio, si non profiteretur, possit in substitutionem apponi, Dy. in l. ex contractibus. de reg. iur. & dicit quòd talis conditio non potest apponi, vt l. filius. & l. conditio. de cond. institutionū.

Pone, aliquis intrauit monasterium fratrum minorū, & ibi stetit per sex menses: posteà exiuit, deinde rediit ad monasterium & ibi sterit per alios sex menses: an dicatur compleuisse professionem? Dy. in l. fi. §. quotiens. de public.

Pone, promisi aliquid monacho, an debeo sibi soluere, vel debeo soluere abbati, Bar. in l. eum qui. §. si quis filio. de verb. obl.

Pone, statuto cauetur quòd filia dotata vel ingressa religionē non succedat stantibus masculis, an hoc statutum valeat quantū ad ingressum, Bar. in l. Deo nobis. C. de epis. & cler. vbi plenè hoc examinat.

Item queritur ibidem, quidam decessit relicto filio fratre minore: tandem antequam venientes ab intestato adirent hæreditatē, iste filius effectus est episcopus: vtrum possit hæreditatem adire, & illis quibus erat ius delatum auferre, Bal. vbi s.

¶ Baldus de statu Monachorum.

Monasterium tenetur dimittere bona ingressi, vel soluere creditoribus, in ver. quæritur. G. ff. de peculio, l. si peculiū. per Dy. ¶ Si quis ingreditur ordinē Prædicatorum, omnia ei⁹ bona fiūt illius cōuētus, ver. ingredit. quia ille conuent⁹ habet ꝓpriam bursam: tñ immobilia debet vendere, qa fratres viuere volunt, ver. 3. & ver. 4. quæritur. G. Sed regula fratrum dicit, quòd ingredientes non possunt inducere possessiones: & ideo multi ꝯsuluerunt ꝯtrium: & ego in mobilibus, si dicatur ꝙ vuere volunt, respondeo, & Minores volūt viuere, & tñ nō capiunt, quia sunt mendicātes. Bal. vide ī. e. §. nunc de testamentis. ¶ An aduentitia fiant monasterii, qñ filiusfamiliàs patre nolente ingreditur, ver. quintò quærit. G. ¶ Si quis absoluitur ab ingressu monasterii, restitui debēt sibi bona. ver. 7. G. si expellitur, ver. 25. vide ī. §. si vxor. ¶ Si hęreditas defertur monacho, monasterium non potest adire, sed debet adire monachus iussu abbatis, ver. octauò q̄ritur. G. Imò monasterium habet ius adeūdi recta via ex persona monachi, quia monach⁹ nō habet velle, nec nolle, sm quosdam. facit, quod no. C. de bo. quę lib. l. fi. in princ. Pro prima parte facit, quia ius adeundi nō dicitur esse in bonis, ff. ad leg. Falc. l. pretia rerum. circa medium. An monachus sit in potestate paterna, ff. de mino. l. si ex causa. §. Pomponius. ver. xij. G. non: quia mortuus est patri & mundo. Bal. ¶ An ī gressus monasterium tollat substitutionē factā ingredienti, si absq; liberis obierit, ver. xv. G. ¶ An monach⁹ possit monachū recipere. & abbas solus, ver. 18. & ver. xx. & quid si abbas vocat, vers. seq. G. ¶ Cui quærat monach⁹ factus episcopus, ver. 21. quæritur. G. & dicit, quòd quærit episcopatui, sed ante quæsita ordini: nec potest testari: quia licet sit episcopus, monachus tamen est, vt in auth. ingressi. de sac. san. ecc. Mar. de Fano dicit, quòd monachus factus episcopus potest acquirere castrense peculium, & de eo testari: quia augetur vtilitas per dignitatem, ff. de iud. l. si longiùs. in fi. quod non placet. G. Sed quid de monacho alium titulum gerē te: putà prioratum: & idem quæro de canonico regulari, an illud quod acquirit, quærat monasterio, an verò acquirat illi mēbro monasterij, cui præest? Et quæstio est de facto sic: Dominus Nicolaus de Castelliono fuit canonicus regularis ecclesiæ Perusinæ, & fuit bñficiatus, & habuit magis honorabile mēbrū illi⁹ eccl'æ, s. eccl'am sancti Valētini: postea acq̄siuit multa ex successiōe patrē tū, & propinquorū, & ex parsimonia sua, & īdustria domos ēt ꝯparauit: q̄rit̄, an dictæ res q̄rantur eccl'æ Perusinæ, an eccl'æ S. Valētini? an q̄ratur capitulo, an membro? Et vr̄, ꝙ ecclesiæ Perusinæ & sic successor dñi Nicolai tales res habere ñ debeat, sed sint in libera dispositione capituli, vt ext. de of. ord. c. quāto. Sol. vt no. ff. de stip. ser. l. si seru⁹ communis ita. nam aut quærit ex re membri, vel ex opera sua: & acquirit membro, cui debet operari: aut aliū de: & tunc acquirit capitulo, id ē, eccl'æ: & hoc verū, nisi eēt totaliter ab obedientia maioris ecclesiæ liberatus: qa tunc acquireret suo beneficio, quasi ꝓ se domino, non quasi fructuario, secundū Bar. Et sic qō proposita est bene soluta. nā bona ē similitudo serui, in quo vsumfructū habemus, & alius proprietatē, & istius monachi: quia ecclesia Perusina habebat proprietatē: quia eius seru⁹ & obedientiarius est, & membrum habeat vsumfructum: qa debet operari membro, & tanq̄, quasi glebæ adscriptus, debet seruire illi mēbro, ad cuius seruitium deputatus est non tñ propterea liberatur: vide s̄. eo. §. acquirat. ¶ Monachus non potest exercere officium tabellionatus, nisi executione veterum rogitorum, ver. 27. G. ¶ Iuramentum de seruitio exhibendo, vel denegando, nō impedit monachum, ver. 8. G. ff. de of. præsid. l. obseruandum illud. ¶ Qualiter conueniatur monachus, s̄. de reo, §. an monach⁹. ¶ Minor negans se monachū, interim habetur pro libero, & debet habere curatorem, ver. 21. G. C. de petit. hær. l. si putas. G. Perusinus ingreditur monasterium sancti Proculi de Bononia, illi acquiritur, & non monasterio sancti Proculi de Perusio, ver. 32. G. ¶ An filius monachi possit testari, vide Dyn. ff. de acq. rer. do. l. homo liber. & Acc. ff. de minor. l. si ex causa. §. pen. vide ī. eodem. §. an filij. ¶ Professio pōt fieri sub conditione, ver. 34. G. ¶ Instrumentum dicit, quòd Titius se dedit tali hospitali, nec dicit quicq̄ de bonis: resp. si ingressi illud hospitale viuunt sine proprio, videtur se illis cōformasse & dedisse bona: si autem cum proprio, tūc iste retinet bona, ver. 35. G. ¶ An rusticus, qui custodit hospitale & portat aliquod signum, censeatur persona ecclesiastica, versi. 36. vbi G. tenet, quòd sic. ¶ An professio facta Deo in manibus ñ legitimæ personæ liget, ver. xl. G. mens cōsideranda est. G. ¶ An ille, qui promittit solam obediētiam, videatur profiteri, & de fratribus gaudentibus, versi. 37. G. tenet, quòd non: vide ff. de iu. immu. l. semper. §. quibusdam. per Bar. ¶ Cui acquirit monachus licētiatus, vel expositus languidus, ver. xlj. & seq. G. vide s̄. §. q acqrit. ¶ Si vxor trahat virum à monachatu, an retrahat etiam bona, ver. xliiij. G. & vide s̄. eodem §. si quis absoluitur. ¶ An monach⁹ possit sibi aliqua reseruare, ver. xlix. G. vide, quod not. ff. ad Treb. l. Lucius. §. tres hæredes. & in auth. ingressi. C. de sac. sanc. eccl. G. ¶ Nunc de testamentis ingredientium. ¶ An per ingressum monasterij & professionem secutam rumpatur testamentum? sentit ꝙ nō: imò potiùs cōfirmatur. Bona tamen interim tenet monasterium, sed secuta morte naturali bona ingressi erūt hæredis instituti, si hæres tunc viuit, aliàs erunt monasterij iure caduci, ff. de iur. fis. l. statuti. §. fi. ver. l. & lj. G. Si verò ingreditur ordinem Minorum, statim institutio assumit effectum, non expectata morte naturali. Idem, si ordinem Prædicatorum: quia eis nō licet possidere, nec vendere, cùm subiacet etiam restitutioni, arg. ff. qui satisd. cog. l. inter omnes. cum si. Et hoc tenet Bart. quòd testamentum ingressi ordinem Minorum, non desiderat mortem naturalem testatoris, & Inst. de probat. c. in præsentia. Bal. vide s̄. eodem. §. 2. ¶ An filio ingresso monasterium, si nepos ex eo nascatur auo, & rumpat testamentum aui, si erit præteritus: sentit, quòd sic: quia pater eius erat de medio sublatus per religionem, sicut si per emancipationem, vel deportationem, ff. de lib. & posthum. l. Gallus. §. & quid si tantū. ver. liiij. G. Non credo, quòd pater sit sublatus de medio, cùm iure ciuili succedat, C. de epis. & cle. l. Deo nobis. Bal. ¶ Nunc de testamentis iam ingressorum, quæ valent ante professionem, non pòst facit, vt in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccl. G. ¶ Sed an ingressus potest diuidere bona? Dic, quòd sic. inter liberos ex dispositione legis, auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. dūmodo liberi sint legitimi. nam secus esset inter naturales vel liberos spurios, quoniam non gauderent iure liberorum, versic. 64. & ver. quid ergo. G. & hoc sentit G. quòd §. ex imperfecto. non habeat locum in filiis bastardis, licet alibi notet contrarium. Bal. ¶ An pater debebat habere legitimam in bonis filij ingredientis monasterium: sic, iure pietatis, ff. de inof. test. l. nam & si parentibus. ver. liij. G. ¶ Ad materiam legitimæ, vide s̄. de don. §. penul. in fi. ¶ Conuersi alij regulares: & isti non habent proprium: alij seculares, qui non faciunt professionem alicuius regulæ & isti habent vxores & proprium: & de eo, quod constat esse eorum proprium, possunt donare & testari: de alio non: quia præsumitur ecclesię. Remunerare tamen possunt bene de se merentes consanguineos: & alios modicè, non vt quidam faciunt legantes consanguineis maximas quantitates sub confessione meritorū, ver. 58. G. non enim creditur omni voci, ff. de castren. pec. l. si forte. &

tè.& ibi Bar.& de col.l.si donatione.facit,quod no.C.de sac.san.eccl.l.illud.&ff.de prob.l.qui testamentum.Bar.¶Sed an filij monachi sint serui monasterij?ita,si cōtraxit matrimonium:secus, si in forma luxuriæ,ver.lix.G.vide s̃.e.§.an filij monachi. ¶Si nouitius protestetur intra annum,interrumpit annum, & requiritur ad tacitè profitendum nouus annus ex die protestationis, versi. lxx.G.¶De conuersis est idem iudicium,quod de monachis,no.ff.de minor.l.si ex causa.§.Papinianus. ¶Sed an habeant vocem Canonici,vide Inn.de inst.c.cùm in ecclesia.& vide in auth. hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccl.Bal.

a ¶De religiosis domibus,vt episcopo sint subiectæ[a]. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Libellus,vt religiosæ domus sint episcopo subiectæ,qualiter sit concipiendus.*
2 *Laici,aut clerici an possint petere ecclesias ratione iurispatronatus.*
3 *Pertinentia rerum ecclesiasticarum qualiter sit intelligenda.*
4 *Ecclesiam vendicare cum suis pertinentiis quis rectè possit.*
5 *Ecclesiam petens cum suis iuribus & pertinentiis,quid intelligatur petere.*
6 *Petens dignitatem,etiam secularem,an rectè agat rei vendicatione.*
7 *Petens ciuitatem,vel castrum,vel villam,qualiter agere debeat.*
8 *Interdictum,ne quid in loco sacro,&c.cui,& quo casu competere dicatur.*
9 *Contra vendicantem locum religiosum qualiter sit libellus concipiendus.*


IC concipitur hîc libellus: Lib.Coram,&c.propono ego syndicus,seu procurator prioris & monasterij sancti Ioannis in monte Bonon.contra venerabilem patrem episcopum Bononiæ,quòd orta olim inter ipsos super hospitali&ecclesia talis loci materia quæstionis,tandem in tales super hoc extitit compromissum:qui demum pronunciauerunt dictum hospitale &ecclesiam ad præfatum monasterium pertinere: quæ pronunciatio à partibus extitit approbata,& per sedem apostolicam confirmata : episcopus ipse nunc quendam T.in ipsa ecclesia de facto instituit,seu veriùs intrusit,& ipsam cum dicto hospitali ad se spectare contendit : quare peto ea ad dictum monasterium pertinere sententialiter declarari,& dictum T.inde amoueri.dictosq; priorem & capitulum in corporalem eorum possessionem induci,eodem,c.3.& 4.¶Vel sic in genere:

b Lib.[b]¶†Coram,&c.propono ego procurator episcopi Biterē.
1 nomine eius ꝯ capitulum Agathen.quia ecclesia sancti Mart.de Podio-missione sita est in diœcesi Biteren.& ad eam pertinet iure dominij,vel quasi,nomine ipsius Biteren.ecclesiæ,cuius caput ac pastor extitit,& sibi debet esse subiecta,tam in institutione, q̃ in aliis ad ius episcopale spectantibus:verùm talis episcopus Agathen.ibi episcopalia de facto exercere præsumit:quare peto nomine,quo s̃.dictam ecclesiam mihi restitui,& ipsam spectare ad me de iure per vestram sententiam declarari: & super ea dicto episcopo Agathen.perpetuum silentium imponi,xxj.q.6. omnes
c basilicæ.extrà e.constitutus.& c.seq.[c]de cons.dist.j.omnes.extrà de præscr.cùm olim.Cætera dic,vt j̃.ti.prox.Et nota, quòd petitio subiectionis generalis est,& debet super ea pronunciari,pro
2 ut no.s̃.de sen.§.qualiter.ver.item debet esse. ¶†Illud autem[d]
d notandum est, quòd si petens ecclesiam adiicit in libello,ꝙ illa spectat ad eum in spiritualibus & temporalibus,vel in vtroque, vel dicit sibi subiectam esse in hoc & in hoc.talis libellus bonus
e est,vt extrà de capel.mon.c.2.[e]Dicunt etiam quidam,quòd laici & clerici possunt ecclesias petere ratione iurispatronatus, vt extrà de iud.examinata.& de relig.do.constitutus.Tamen si simpliciter ecclesiam vendicet,non factis his adiectionibus in libello, valebit nihilò minus sententia super tali libello lata: quia vtilis actio in rem pro spiritualibus & consecratis rebus locum habet, quamuis locum non habeat directa vendicatio , ar.in præ.c.examinata.extrà de deci.dudum.C.de sac.san.ec.l.sancimus.ff.de rei ven.in rem.§.1.& l.qui religiosis. Quidam autem dicunt,quòd ecclesia rectè vendicatur,si solummodo res corporalis certis finibus distincta petitur,licet sacra sit res,vt in præ.l.sancimus.Sed si petitur ecclesia cum iuribus eius,putà cum iure decimandi & aliis iuribus incorporalibus,tunc non rectè intentatur rei vendicatio,in qua non veniunt nisi corporalia,ff.de rei ven.l.j.& l.vendicatio.Prudenter tamen aliquis aget,si primò intentet rei vendicationē pro ecclesia & eius pertinentiis corporalib⁹,& postq̃ ī hac petitione obtinuerit,agat confessoria,vel quasi, nomine ipsius ecclesiæ pro iuribus incorporalibus eidem ecclesiæ competentibus.Alij dicunt,& meliùs,secundum Papam,quòd quando petitur ecclesia,rectè vendicatur ecclesia:& sententia mandabitur executioni tam incorporalibus,quàm in incorporalibus:tūc enim corporalia non veniunt quasi principale, sed tanquam accessorium,vt & aliàs in interdicto.Vnde vires soli tm̄ veniunt de sui natura:accessoriè tamen veniunt etiam mobiles , ff.de vi & vi arm.l.j.§.illud.Nec est simile de hæreditate &peculio:quia ibi nō
3 est aliqua res corporalis,cui alia accedant. ¶†Qualiter autem ꝑtinentiæ intelligantur,& quid iuris sit,de hoc no.secundum Pa-
f pam,extrà de rest.spol.cùm ad sedem[f].& vide,quod no.s̃. de act.
4 seu pet.§.2.ver.sed quæ est.¶†Sed quis rectè vendicare potest ecclesiam cum pertinentiis suis?Resp.prælatus temporalis,vt extrà de transact.constitutus.& c.seq.& etiam perpetuus,si ad eum pertinet plenaria,vt quia in proprios vsus eius & ecclesiæ suæ sit perpetuò assignata,vt extrà de priuil. pastoralis. Si verò dicit solùm eam sibi esse subiectam,potest etiam vendicare , vt in præd.
g c.cùm venerabilis[g]. Melius tamen est,secundum Inn.quòd agat confessoria,petens in ea ius subiectionis,vt ibi,& in præal.c.constitutus.ff.si vsusf.pet.l.j.in prin.ext.de resc.ex parte O.Ego dico, secundum simplicitatem canonicam non multùm de præmissis subtilitatibus esse curandum,& indifferenter vsus causarum talē libellum admittit:Peto talem ecclesiam cum iuribus &pertinentiis suis,quæ ad me pertinent in spiritualibus & temporalibus,etiam iura,vt patet in conc.quæ sunt s̃.de iud.§.iud.ver.1.in fin.s̃.de sent.§.qualiter.ver.item debet esse.& de actio.seu pet. §.sequ-
5 tur.in prin.¶†Esset etiam sufficiens talis libellus,quantum ad patronum clericum,vt per hæc verba,Cum suis iuribus &pertinentiis,intelligatur solùm petere ius patronatus:vel etiam si ad clericum spectet ius patronatus ex fundatione,xvj.q.2.c.2.ext.de ex
h cep.cùm venerabilis.in prin.[h] Secus in laico ius patronatus tantùm petente:quia ipse nihil habet in possessiōe,extrà de iure patronatus,quod autem.& c.de cætero.x.q.1.c.3.& 4.Item secus ī clerico ex donatione laici ius patronatus habente: quia tunc idē est,quod in laico,vt non sit sufficiens hîc talis libellus.Tutius tamen est,quòd patronus etiam clericus petat in libello ius patronatus,& rationem administrationis sibi reddi. hæc enim petitio pertinet ad omnes,non solùm,qui habent ius patronatus, sed etiam qui habēt administrationem in temporalibus,vt patet in ꝑ.
6 alleg.c.cùm venerabilis. ¶†Porrò si aliquis petit decanatum,ꝑposituram,episcopatum,vel aliam dignitatem etiam secularem, vt comitatum,vel marchiam,nō rectè agit rei vendicatione, sed implorabit condictionem prætoriam,vel officium iudicis. Iustū enim est,quòd habens ius in aliqua dignitate,possit illam petere . vnde cùm sibi non competat aliqua actio,habebit officium iudicis,vt ff.de minor.quòd si minor.§.si.ff.de lib.exhib.l.3.§.hoc interdictum.3.q.6.hæc quippe.2.q.j.in primis.& hæc actio, vł hoc officium erit vniuersale,sicut petitio hæreditatis:& sic procedetur in hoc officio,vt & in illa. Alij dicunt,& meliùs, quòd in aliis
i casibus competit quasi confessoria in rem, vt no. Papa extr. de ex
7 cessibus prælator.inter[i]¶† Quid si petatur ciuitas,vel castrum, vel villa

ADDITIONES.

a Roffredus in nostris libellis prosequitur hanc rubricā:alij practici auctores non tractant materiam:recurrendum est igitur ad Sūmistas:& Host.simpliciter recipit locum religiosum sacrum,id ē, sacratum,vt ecclesia,vel cœmiterium:locum pium non sacratū, sicut hospitale cuiuscunque speciei:item locum,vbi sepulti sunt fideles:& omnia ista tenent nomen generale religionis.Rubrica tamen hoc specialiùs intendit de primo & secundo:tractat ēt de vnione talium locorum,& de causis vnionum, quas dicit. Quatuor autem modos vnionum vide no.ne sede vac.c.vno, in fi.super gl.j.Conueniat igitur,quæ posita sub regula,qui ꝯ iura.lib.6. an ex sola possessione etiam longissimi temporis iustificetur ecclesiarum vnio. Huic etiam rubricæ summè conuenit quæstio, quam plenè tractaui de censi.cùm venerabilis.super gl.2.An hāc subiectionem religiosæ domus,vel ecclesiæ episcopus etiam de consensu capituli possit eximendo,vel alicui dignitati concedēdo à se in totum abdicare.

b Lib.¶Rof.tamen pleniùs,quem vide e.ti.in vlt.col.

c Et c.seq.¶quod incip.cùm venerabilis.quare hoc dicam,j̃. videbis.

d Illud autem.¶Ingreditur materiam,quam scripsi post Inn.&Hosti.e.ti.cùm venerabilis.in gl.2.

e C.2.¶Ibi scripsi in gl.2.

f Cùm ad sedem.¶vbi scripsi in gl.no.libellum.

g Cùm venerabilis.¶s̃.non est allegatum:j̃.tamen allegatur de exce.si de illo intendit:si verò de dec.huius ti.non fuerat nominatī allegata,sed consecutiuè,vt s̃.patuit.

h In prin.¶vbi de hoc membro scripsi in gl.3.

i Inter.¶Corrige, directam.& ibi scripsi super j.gl.Et ad materiam seq.ver.ibi vide,si superiora sunt directa,quia iurisdictio est quid corporale. in iure enim consistentia incorporalia sunt, ff.de re-

a vel villa[a]? Reſp.ſi eſt actoris tñ,rectè vẽdicabit cum ſuis pertinẽ-
tiis,ar.C.de fun,limitroph.l,2.&C.de bo.va.l.2. Si verò ñ ſit ſolũ
actoris,tũc petat ſubiectionẽ ciuitatis,caſtri.vel villæ,vt de ſubie
ctiõe ecclæ ſ.dictũ ẽ.Quòd ſi aliqua vniuerſitas hoĩm alicui⁹ciui
tatis,vel caſtri,vel villæ ſint alicui⁹ dñi,quo ad forũ,vel banna,&
quo ad aliam iuriſdictionẽ, &ipſi denegant de his dño reſponde-
re,tunc aget dominus ſicut ageret contra ſingularem hominem
liberum:quia vniuerſitas corporalis eſt,ar.ff.de rei ven. l. 2. & 3.
ff.de leg.3.ſi chorus.Tutius tamen eſt ei agere confeſſoria pro iu
ribus denegatis,ſecundum Inn.qui etiam no.de hac materia ext.
b de ap.dilectis.de maio.& obed.inter[b].¶†Porrò [c]ſi in loco ſacro
8 quis ædificat,vel aliquid immittit,competit interdictum, ne qd
c in loco ſac.ſi.immitũe,ff.ne quid in loco ſacro ſi. l.j.in principio.
vnde libellus ſic concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui vult immittere,vel iam im-
d miſit[d]aliquid in tali loco ſacro, cuius cõfines,&c.propter quam
immiſſionem locus ille turpis fit,&deformatus apparet:vnde pe
to ipſum prohiberi,ne immittat,vel immitti faciat:vel ago cõtra
eum,vt illud,quod immiſit,remoueat:& ad hoc propono actio-
nem in fac.ſubrogatam in locum interdicti,ne quid fiat in loc.ſa
cro,immitũe,vel ipſum interdictum. Hæc forma probatur ff.ne
e quid in loc.ſac.ſi.l.j.&ij.§.locorum[e].¶Actor ergo ſic ponet:
Poſ.act.Pono,quòd loc⁹ ille eſt ſacer.Si neget,dicas:Pono, quòd
epiſcopus conſecrauit,ſeu dedicauit illum in honorem talis ſan-
cti,vel pro cœmiterio,ff.de rer.di.ſacra.Item quòd immiſiſti, vel
immittere vis ibi res tuas.Item quòd per ea, quæ immittere vis,
locus turpis apparet.¶Reus verò ſic ponet:
Poſ.rei.Pono,quòd locus ille,cuius confines ſunt tales,eſt priua
tus.Item quòd T.tantùm immiſit,vel immittere voluit. hoc cõ-
ceſſo,non poteſt ipſe ex facto T.conueniri. Item quod immiſſũ
eſt,vel immitti debet,ſpectat ad ordinarium illius loci,ff.e.l.j.§.i.
f ¶Item ſæpe[f] locus ſacer alienus pro puro venditur, emptorque
ibi ædificium,vel aliud imponit,vel prohibet dominum loci reli
g gioſi ibi mortuos inferre:vnde loci religioſi domino [g] cõſulitur
per actionẽ in factum contra eum,vt tollat impoſita:imò etiam,
vt præſtet ſibi,quantum intereſt eius illa non fuiſſe impoſita,vel
eum non fuiſſe prohibitum:imò etiam & loci pretium, ff.de reli.
& ſum.fu.oſſa.§.ſi locus.& §.in hoc,& l.liberum,& l.is,qui emp-
to.Sic ergo concipitur libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui locum meum,ſ.talem,reli-
gioſum,pro puro emens,talia impoſuit,vel mortuos in eo infer
re prohibet:vnde ago contra eum,vt impoſita tollat, vel intereſ
ſe meum mihi præſtet,quod æſtimo xx.&ad hoc propono actio
9 nem in fac.prætoriam.¶†Item concipitur ſic libellus contra vẽ
h ditorem[h]:
Lib. Coram,&c.conqueror de P.qui meum locum religioſum
pro puro T.vendidit:qui in dicto loco ædificauit:vnde mortuos
liberè inferre non poſſum: quare ago contra eum, vt impoſita
faciat remoueri:vel mihi meum intereſſe præſtet: & ad hoc pro
pono,&c.vt ſ.Item vide ſ.de ſepul.ver.porrò.& ſeq.¶Actor er-
go ſic ponet;
Poſ.act.Pono,quòd talis locus eſt religioſus.Item quòd eum vẽ
didiſti pro puro.Item quòd ad me pertinet,vel in eo habeo vſum
fructum,vel ſeruitutem.hæc probantur in præ.l.¶Reus verò ſic:
Poſ.rei. Pono quòd ille locus vacat ab omni ſepultura. Item ꝙ
eum vendidit.T.tantùm.Item quòd M. eſt dominus eius pleno
iure.

ADDITIONES.

¶Rerum diuiſ.l.j.Sed rei vẽdicatio in corporalib.locũ non habet.illa
enim ſola vendicant̃,quæ verè poſſidentur,ff.de rei ven.l.vendi-
catio.vbi vide.Sed incorporalia verè non poſſidentur, ff.de acq.
rerum do.l.ſeruus.§.j,Ergo vendicari non poſſunt.Item iuriſdic-
tio eſt quoddam genus:& ſic vendicari non poteſt,ff.de rei ven.
ſi in rem.in prin.Non obſtat Inſt.de actio.§.2.& 3.vbi datur actio
pro iure incorporali ſeruituti.vel vſufructui:quia illud ideo, qa
ſunt actiones in rem.Nec ob.de rei vendicatione,l.i.§.j. vbi ven-
dico filium,ſeruum,& perſonas,in quibus ius habeo, quia ibi ad-
ducitur cã de iure Romano, vel Quiritũ, vel de iure Canonico.
Item ibi vendicatur propter ius,quod in illa prætenditur. Verum
eſt tamen, quòd iuriſdictionem limitari & exprimi oportet per
perſonas,res,vel territorium,in quas,vel quæ prætenditur iuriſ-
dictio.Hæc cauſam dederunt his verbis,per quæ recurritur ad of
ficium iudicis,vel confeſſoriam,de qua vide ſ.de cauſ.poſ.&pro
prier.§.in confeſſoria.
a Vel villa.¶De his vide,quod ſcripſi de ſen.exc.ſi ciuitas. in prin.
lib.6.
b Inter.¶Vide,quod ibi ſcripſi ſuper gl.vnde ſententia.& in c.dile
ctis.ſuper ver.ciuitatis.de of.or.cùm ab eccleſiarum.ſuper j.gl.
c Porrò.¶Poſuit ſ.de ſep,de prĩo & ſo ĩterdicto:hîc pſeqt̃ tertiũ,
ſecundum verba Roſ.ſuper ipſo interdicto:& duo,quæ in ipſo re
quiruntur,ex poſitionibus patent.
d Immiſit.¶Roſ.facit duos libellos,dicẽs,vnũ ꝓhibitoriũ,aliud re
ſtitutoriũ.hoc ꝓbat,qa de reſtitutorio non ponitur ſub j.rub.ſed
in §.locorum.de quo j.fatetur tamen,quòd eſt vnum interdictũ,
ſed habens duo capita,licet Io.in arbore poſuerit illa diuiſa.
e §.locorum.¶Ad ſolutionẽ obiectiõis.ꝙ res ſacræ in nulli⁹ bonis
ſint,nec ſeruitutẽ recipiãt,dñt Roſ.& Ber.doc.ꝙ hæc ꝓponũt p̃-
lati ecclarũ,qui poſſunt ẽt talia vẽdicare, vt ſ.dr̃,C.de ſac.ſan.ec.
l.ſancimus.fortiùs hæc ĩterdicta ꝓponere:allegat Ber. 17.q.4.At
tendẽdũ tñ ẽt,ꝙ priuat⁹ qlibet p̃t p̃dicta ꝓponere cũ oĩm interſit
loca ſacra non deformari,vł pollui,ĩ qbus peccata delent̃,ĩ auth.
vt lic.matri & auiæ,§.qa verò ita.Coll.8.Nec obſtat,quòd inter-
dicta ad priuatas,nõ ad publicas cauſas ptineãt,ff.de ĩiur.l.ſanè.qa
illud verum de certis,non de omnibus, vt patet ff.de interdi.l.1.
f Item ſæpe.¶Quod hîc ſequitur,continuauit Roſ.actioni funera
riæ,de qua ſ.de ſepul.ver.porrò qui funus.& tria,quæ hîc requi-
runtur,ex poſitionibus collige.
g Domino.¶Et vſufructuario,vel ſeruitutem habenti,vt in l.oſſa.
ſtatim alleg.§.non ſolùm.quod intelligas de ſeruitute mortui in
ferendi,vel de habẽte vſumfructum ad ſepeliendũ: aliam ſerui-
tutem non recipit,ff.commu.præd.l.caueri.
h Contra venditorẽ.¶qui ex maleficio videtur obnoxius duplici-
ter,ſ.vendendo rẽ alienam pro ſua,& ſacram pro pura:facit C. de
pactis,l.vlt.in fi.ſed emptorem excuſare poteſt ignorantia.


¶Baldus de religioſis domibus.

Quo iure petatur eccleſia,comitatus, ciuitas,vel caſtrum.&quid
de iuribus incorporalibus,hîc G.¶Prioratus debet conferri mo
nacho purè ſine ſimonia,vel pactione,ver.hoc quoque.G.

a ¶De capellis monachorum[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium petens capellam cum ſuis iuribus & pertinentiis ſibi iure tradi tam.ſed ab alio detentam,qualiter formabit libellum.*
2 *Monaſterium petens temporale,vel ius patronatus tantùm in aliqua eccleſia à patrono ſibi conceſſum,qualiter formabit libellum.& nu.3.*
4 *Religioſi.ſiue ſint exempti ſiue non,debent clericis,quos præſentant ad eccleſi as,reſeruare congruam ſuſtẽtationem,vt poſſint iura epiſcopalia perſoluere*



b Oncipitur ſic libellus[b]:
1 Lib.†Corã, &c.propono ego ſyndicus & ꝓcurator
talis monaſterij nomine eiuſdem, contra talem epiſ-
copum,ꝙ cùm talis epiſcopus prædeceſſor eius cum
conſenſu ſui capituli donauerit ipſi monaſterio eccleſiam talem
cũ iuribus & pertinentiis ſuis,& ſic ipſa eccleſia ad præfatum mo
naſteriũ pertineat,quã dictus epiſcopus iniuſtè detinet:ideo ec-
cleſiam ſæpe dictam à præfato epiſcopo mihi nomine,quo ſ. re-
ſtitui peto cum iuribus & pertinentiis ſuis & fructibus, & ipſum
ad id ſententialiter condemnari,ext.de do.paſtoralis.ext.de reli.
2 do.conſtitutus.& hoc,cùm eſt pleno iure conceſſa. ¶†Si verò
tantùm temporalia,vel tantum ius patronatus, dicat ſic:
Lib.Coram,&c.ꝓpono ↄ talẽ epiſcopũ, ꝙ cùm talis patronus d
cõſenſu eius,vel prædeceſſoris ſui ipſi monaſterio donauerit iuſ
patronatus in tali eccleſia, ideo peto ipſum iuſpatronatus mihi
adiudicari,& ad me ſententialiter pertinere declarari, & dictũ e-
piſcopũ in hoc ſentẽtialiter ↄdẽnari.Itẽ cũ ecclã illã monaſteriũ
à fundatiõe habuit, & ſic per ↄſequentiã in tẽporalib. ſibi debeat
rñdere,petit tẽporalia in ipſa eccleſia ſibi adiudicari,&c.ĩ p̃.c. pa-
ſtoralis.xvj.q.2.& c.2.& c.pe.& fi.ext.de præb.de monachis.&c.
3 in Lateranenſi.¶†Vel ſic in alio caſu:
Lib.Corã,&c.propono ego abbas ſancti Zenonis ↄ archipresby
terũ & clericos ſancti Proculi de Verona, ꝙ dicta eccleſia ſancti
Proculi ad noſtrũ monaſteriũ pertinet pleno iure, videlicet ĩ iſti
tutiõe,deſtitutiõe ĩueſtitura archip̃sbyteri,& ei⁹ fidelitate,ipſius
ẽt & fratrũ obediẽtia,correctiõe,repræſentatiõe ad ordines,tõſu
ratiõe,ſuſceptiõe chriſmatis,litanæi,baptiſmate,capitulis,& aliis
ſimilib⁹,p q̃ plena ſubiectio declarat̃,cùm dicta eccleſia ſit in no-
ſtri mo

ADDITIONES.

a Hanc etiam poſt proximã proſecutus eſt Roſ. ponens pro rubri-
ca,quæ iura competant abbatibus, vel prioribus monachorum,
vel canonicorum in ipſorum capellis: & proſequitur triplicem
modum habendi,qui no.16.q.2.in Sum.& ext.de præb.de mona
chis, in gl.2.& ſuper illa plenè ſcripſi.Alij practici auctores non
tractant materiam:recurratur igitur ad Summiſtas,
b Conci.ſic lib.¶ſecundum Roſſ.hoc tit.cuius fuit iſte libellus, &
ſeq.ſunt tamen ampliati per autorem.

stri monasterij parochia sita: verum ipsi indebitè super his nobis respondere recusant: quare peto nomine dicti monasterij eos p vos cogi mihi in prædictis oibus & singulis obedire: & præfatam ecclesiam, quo ad omnia prædicta, dicto monasterio subesse, per vestram sententiam declarari: & ad hoc peto sententialiter ipsos condemnari, extrà de re iud. cùm inter, ext. de maior. & obe. his, quæ. extrà de capel. mo. c. 2, extrà de of. del. coram. Vel concipitur
4 vt s. de of. ord. vers. si autem. ¶ † Et nota, quòd religiosi siue exépti, siue non debent clericis, quos præsentāt ad ecclesias, reserua re congruam sustentationem, ita q possint episcopalia iura persoluere, alioquin diœcesanus non debet eos admittere, vt in ɔst.
a Clementis Papæ IIII. de præb. suscepti[a]. Hoc quoque notandū est, q prioratus cōferri debet monachis cessante omni pretio & pactione, nec debet priori, aut prioratui aliquod imponi onus tē porale, aut perpetuum per abbatem in ipsius institutiōe, aut pòst
b quod dic, vt in const. Alexandri IIII, extrà e. ti. quia religiosè[b].

ADDITIONES.

a Suscepti. ¶ Quæ est prima in ti. de præb. lib. vj. hodie per cle. v. me liùs, seu pleniùs prouisum est de iure patro. vt constitutio.
b Quia religiosè. ¶ Quam hodie non habemus: sed vide clemen. de sup. neg. præl. quia regulares. 2. resp. & vide, quod scripsi de sta. mo. c. 2. super ver. obedientiæ,

a ¶ De Iure patronatus[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus iure patronatus à præsentante, qualiter contra eum formabit libellum.*
2 *Agens contra episcopum instituētem aliquem in iuspatronatus, sed postea spoliantem, qualiter formabit libellum.*
3 *Agens contra indebitè institutum in iuspatronatus alicuius ecclesiæ, qualiter formare habeat libellum.*
4 *Libellus qualiter sit concipiendus, vbi episcopus non admisso repræsentato per patronum, per se alium instituit.*
5 *Episcopo patronum aliquem præsentantem contemnente, & alium sua auctoritate præsentante, qualiter sit libellus contra eum formandus.*
6 *Præsentatus in ecclesiasticum beneficium, si suspectus sit, & alius institutus, qualiter aget.*
7 *Quæstione inter patronos orta de iure patronatus, & ecclesia vacante, qualiter sit prouidendum, & nu. 8.*
9 *Patronus cui iura debita denegantur, qualiter formabit libellum.*
10 *In præsentatione patroni qua forma sit instrumentum faciendum.*
11 *Parochiani in Italia dicuntur ius præsentandi contra ius vsurpare.*
12 *Petitio sub qua forma possit offerri superiori loco decreti.*
13 *Patronis in præsentatione discordantibus, qualiter sit libellandum.*
14 *Patronus an possit seipsum præsentare.*
15 *Patroni fratres an possint vnum ex se præsentare.*
16 *Ius patronatus alteri concedens, an possit per illum, cui concessit, præsentari.*
17 *Patronus in vno monasterio, si illud ex causa vniatur alteri monasterio, an erit patronus in secundo.*

CIRCA hanc materiam nota, q quandoq; agitur contra præsentantem: quandoq; contra episcopum instituentem: quandoq; contra institutum: quandoq; ipse præsentatus agit: quandoq; est quæstio inter patronos: quandoq; agit patronus propter iura sibi subtracta: & quan-
1 doq; petitur præsentatio admitti. ¶ † Si agitur contra præsentan
b tem, sic concipitur libellus in possessorio[b]: Lib. Coram, &c. propono ego H. patronus ecclesiæ sancti M. contra P. q cùm essem in possessione, vel quasi iurispatronatus, & repræsentādi rectorem ad ipsam ecclesiā, ipse P. me indebitè iure illo spoliauit, vel quasi, præsentando videlicet de facto T. ad regimen ecclesiæ prælibatę quare peto me ad prædictam possessionem, vel quasi, restitui, &
2 dictum P. pro tanta temeritate canonicè puniri. ¶ † Si verò agis ɔ episcopum instituentem, eodem modo concipies libellū: hoc saluo, quòd vbi dixisti Præsentando, ponas Instituendo, aliis etiā verbis decenter mutatis in personam episcopi. Hæc probantur extrà de re iud. cùm Bertholdus. de causa pos. cùm ecclesia. vbi p batur, quòd potest quis iuribus spoliari. ¶ † Contra institutum
3 autem sic cōcipitur libellus: Lib. Coram, &c. propono ego patronus talis ecclesiæ ɔ P. quòd vacante præfata ecclesia H. filius M. asserens se patronum, & se fore in possessiōe iurispatronatus, seu psentandi rectorē ad eā, ipsum P. indebitè ad ipsius ecclesiæ regimē tali epo præsentare de facto, cū de iure n posset. psumpsit: qui eps ad præsentationē huiusmodi dictū P. ī ea dr instituisse: quare peto ipsum P. ab ipsa ecclesia remoueri, & sup ea sibi ppetuum silentium imponi, ext. e. ɔsultatiōibus. ext. de elc. querela. extr. de cā
4 pos. & propri. cùm olim. ¶ † Quòd si eps non admisso repræsentato per patronum, per se instituat alium, sic concipitur libellus: Lib. Coram, &c. vt s. prox. vsq; ɔ P. iūge, q nup vacāte ecclesia dicta ad ea B. virum vtriq; honestū, ɔpetēris literaturæ & ætatis sufficiētis duxi ad regimē ipsius tali epo ipsi[9] loci diœcesano psentandū: verū ipse, p suæ volūtatis arbitrio cū instituere recusauit, dictū P. ɔtra iustitiam propria auctoritate in ea institues in iuris mei præiudicium & grauamen: quare peto p vos, quod de ipso factū est, irritum nunciari: peto ēt dictum B. quē vobis præsento, in ec
5 clesia ipsa per vos debere institui, seu etiam ordinari. ¶ † Sed & si patrono contempto eū instituat, eodē mō cōcipe, subtracto eo, quod ibi dicitur de præsentatione patroni, xvj. q. 7. decernimus. extrà de of. leg. dilectus. ext. de iure pat. pastoralis. ¶ Vel sic: Lib. Coram, &c. propono ego N. procurator G. & R. contra P. q se gerit pro rectore, vel electo talis ecclesiæ, qui viuentibus ipsis G. & R. patronis ipsius ecclesiæ, & in possessione, vel quasi, præsētandi, seu eligendi rectorē ad ipsam existētibus, dic[9] P. p quendā T. asserentē se fore ɔpatronum, vel p parochianos ipsi[9] ecclesiæ se fecit

ADDITIONES.

7 te. xxx. q. vlt. si quis diuinis. ¶† Si verò dicit, Promitto tibi, quòd
ducam te in vxorem, & de cætero tenebo in vxorem, valet ma-
trimonium cum alia postmodum cõtractum, secundum do. me-
8 um, vt not. in Sum. eo. ti. §. qualiter contrahatur. ¶† Sed nũquid
tenet matrimonium per ex communicatum contractum? Vide-
tur, quòd non. quomodo enim vnum genus sacramenti conce-
demus, cui cætera sacramenta negantur? vt xv. dist. olim. ad idem
v. dist. ad eius. Sed dic contrà: quia hoc sacramentum est commu
ne & eis, qui sunt in Ecclesia, & eis, qui sunt extrà, vt xxv. dist. de-
b inde. xxviij. q. ij. c. ij. extr. de diuor. quanto[b]. ¶† Et nota[c], quòd in
9 libellis j. positis quandoque matrimonium dicitur initiari, quod
c fit in sponsalib. de futuro: quandoque perfici, seu ratificari, quod
fit quando matrimoniũ per verba contrahitur de præsenti: quan
doque consummari, quod fit per carnis copulam subsecutam, vt
not. ext. de transl. licet. & probatur xxvij. q. ij. §. apparet. & c. qua
propter. & c. cùm initiatur. Priùs ergo instrumenta super sponsa
libus & arrhis concipiemus: secundò super his libellos formabi-
mus: tertiò super matrimoniis formas & libellos, cùm petitorio
agitur, formabimus: quartò, cũ possessorio: quintò verò aliqua
notabilia supponamus.

ADDITIONES.

a Vel placet. De hac forma vide, quod satis scripsi eo. tit. ex literis.
j. super gl. dicant.

b Quanto. ¶Et est casus de eo, qui duxit in mat. significasti. in fi. Sic
etiam obligatur religionis professione, & recipit ordinis charac-
terem de senten. excom. cùm illorum.

c Et Not. ¶secundum Roff. vbi supra, post princ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter sit super sponsalibus conficiendum.*
2 *Promissiones in cõtractibus matrimonialibus qua forma possint à partib. fieri.*
3 *Matrimonium non debet esse coactum.*
4 *Arrha quare potiùs in sponsalibus apponatur, quàm pœna.*
5 *Pœna quare in sponsalibus non potest promitti, sed bene pignora dari.*
6 *Promissio arrharum sub qua verborum forma possit in sponsalibus fieri.*

1 2. §. Primo igitur videndum occurrit, † qualiter super sponsalibus instrumentum conficiatur: &
quidem sic:
a ¶Forma[a]. A. contraxit, concessit & destinauit Titio filiam suam
in futuram sponsam & vxorem C. filii ipsius T. promittens per se
suosque hæredes dicto T. pro se suisque hæredibus stipulanti se
facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd dicta B.
eius filia contrahet sponsalia & matrimonium cum dicto T. tem
pore legitimo, seu quo cum ipsa sponsalia & matrimonium con
trahi poterunt & compleri, & se soluturum & daturum eidem T.
dotis nomine, & pro dote ipsius B. tempore contracti matrimo-
nii centum libras in & per pecuniam conuenientia mobilia: pro
quibus sponsalibus & matrimonio, vt dictum est, contrahendis,
& prædictis omnibus & singulis obseruandis & adimplẽdis idem
A. cõstituit ipsi T. arrhas sponsalitias, & eidem sponsaliorum & ar
rharum nomine obligauit talem domum in tali loco infra tales
confines sitam, constituens se dictam domũ, tanquam arrharum
nomine ipsorum sponsaliorum & matrimonii contrahendi pro
ipso T. & eius nomine possidere: volens etiam & concedens, quòd si
per eum, aut prædictam B. staret, quò minus dicta sponsalia & ma
trimonium complerentur, & fierent, cùm fieri & cõpleri legitimè
poterunt, cedat dicta domus lucro ipsi T. & eam accipere posses
sionẽ eius, sua autoritate ingredi liberè possit, & de ea, tanquam
verus dominus, facere, quicquid velit. Et versa vice dictus T. con
traxit, concessit, & destinauit dicto A. prædictum C. eius filium in
futurum sponsum & virum dictę B. filiæ eiusdem A. promittens
per se suosque hæredes dicto A. pro se suisque hæredibus stipu-
lanti se facturum & curaturum omni exceptione remota, quòd
dictus filius eius contrahet sponsalia & matrimonium cum dicta
B. tempore legitimo, seu quo cũ ipsa sponsalia & matrimonium
contrahi poterunt & compleri: & quòd ipse T. tẽpore matrimo-
nii contrahendi solutis sibi centum libris nomine dotis ipsius B.
faciet dicto C. instrumentum dotale secundum ius & consuetu
dinẽ regionis: pro quibus sponsalibus & matrimonio, vt dictum
est, contrahendo, & prædictis omnibus, & singulis à se T. promis
sis obseruandis & adimplendis, idem T. constituit ipsi A. arrhas
sponsalitias, & eidem arrharum & sponsaliorum nomine obliga
uit vnam petiam terræ aratoriæ positam in tali loco, & cætera,
constituens se & dictam petiam terræ tanquam arrhas & arrha-
rum nomine ipsorum sponsaliorum & matrimonii contrahendi
pro ipso A. & eius nomine possidere: volens etiam & concedens,
quòd si per eum, aut per dictum T. staret, quo minus dicta sponsa
lia & matrimonium complerentur, & fierent, cùm fieri & com-
pleri legitimè poterunt, cedat ipsa petia terræ lucro ipsi A. & eam
accipere ac possessionem eius sua autoritate ingredi possit, & ex
ea, tanquam verus dominus, facere, quicquid velit. Quæ omnia
& singula suprà scripta promisit vna pars alteri adinuicem solen-
nibus stipulationibus hincinde interuenientibus, firma & rata ha
bere & tenere & obseruare & adimplere & non contrà facere,
vel venire per se, vel per alios, aliqua causa, vel ingenio, de iure,
vel de facto, sub pœna centum librarum adinuicem inter eos in
singulis capitulis huiusmodi cõtractus in solidum promissa: qua
soluta, vel non, præmissa omnia & singula firma perdurent: item
restituere & reficere vna pars alteri adinuicem omnia damna &
expensas, interesse litis & extra: pro quibus omnibus & singulis
firmiter obseruandis obligauit vna pars alteri adinuicem omnia
bona sua. Hæc forma probatur extra de spon. ex literis. ij. & de de
spons. impub. c. j. & c. duo. & xxxj. q. iij. c. vnico, & xxxij. q. iii. c. vni
co. ¶Vel sic breuiùs:
b Forma[b]. ¶† Ego H. promitto dare & do filiam meam C. tibi P. in
2 vxorem: & me facturum & curaturum, quòd ipsa consentiet des
ponsari à te, & in vxorem duci, hinc ad talem diem, ante, vel post,
sicut conuenerimus: cui promitto dare tantum pro dote. Et hîc
posset subiungi contractus arrharum: postea dicatur: Quę omnia
seruare corporali iuramento affirmo, & ego C. præmissis omnib.
consentio, & me desponsari, & in vxorẽ duci cum prædicta dote
consentiam, & permittam in termino suprà dicto. ¶Vir autem
potest dicere:
Forma. Ego A. promitto dominam meam G. filiã viri H. despon-
sare, & accipere in vxorem hinc ad talẽ diem, vel ante, vel post, si
cut conuenerit, promittens, quòd ei faciam donationem prop-
ter nuptias, & cautionem de dote seruãda & restituenda in hunc
modum: videlicet quòd si matrimonium solueretur morte mea,
dotem mihi promissam tibi & ei restituam, præter quam quod
vsu consumitur, scilicet in pannis. Si verò morte eius soluetur si-
ne liberis, vel liberi infra pupillarem ætatem decesserint, dictam
dotem tibi, si tunc eris, restituere promitto: alioquin cui ipsa vo-
luerit, præterquam quod vsu consumitur, scilicet in pannis, & se
curitatem faciam fieri filiis de bonis paternis & maternis ad lau-
dum viri sapientis intra quindecim dies, postquam eam habuero
Et hîc iungatur contractus arrharum, qui est j. ver. posset. postea
dicatur, quę omnia suprà dicta corporali sacramento affirmo. Ar
gumentum tamen contrà ad hoc, quod de pœna dictum est, ext.
de spon. gẽma. cum suis concor. vbi habetur tam de pœna, quàm
3 de arrha, & C. eo. l. iij. & fi. ff. de verb. oblig. l. Titia. ¶† Et nota, quòd
aut stipulatio pœnæ fit inter personas, quæ debent matrimonia-
liter coniungi: siue inter habentes potestatem in contrahentibus
sponsalia, vt sunt parentes & tutores, qui sunt loco parentum, vt
xxxij. quæst. ii. honorentur. & xx. quæst. ii. puella. xxx. quæst. v. ali-
ter. & tunc nõ valet, ne fortè potiùs pœnæ metu matrimonium
contrahant, quàm affectu, vt in c. gemma. Aut inter extraneas: pu
tà dicitur sic, promitto tibi dare centum, si talis neptis mea non
nupsit filio Titii, ff. de conditionibus & demonstrationibus, mul
tum. & l. heres. §. i. & tunc valet, secundum Vin. vt C. de ind. vidui.
l. i. cùm personę extraneę nequeant huiusmodi compellere con
c trahentes: & sic cessat ratio illius c. gemma[c]. Sed certè nec pater,
nec tutor cogere possunt, vt extrà de despon. impub. c. i. tamen
possunt eos plus, quàm extranei, ad hoc trahere, vt in præalleg.
4 cõcord. ¶† Sed quæ est ratio, quòd arrha potest apponi in spon
salibus, & non pœna? Respondeo, quia arrha statim soluitur: pœ
na verò promittitur solùm, si fuerit commissa. Item quia arrhæ
consueuerunt in parua quantitate dari: pœna verò in magna
promitti: & ideo timore maioris quantitatis soluendæ posset fa-
ciliùs quis compelli. faciliores enim sunt homines ad promitten
dum etiam magnam pœnam, quàm ad soluendum etiam modi-
cam arrham

ADDITIONES.

a Forma. ¶Ad literam fuit hæc forma Rol.

b Forma. ¶secundum Mart. de Fan. vbi s. cuius etiam fuit sequens
capitulum.

c Gemma. ¶Vide ad huius dicti determinationem, quod ibi scrip-
si super vlt. gl. in fi.

a cam arrham [a]. Item quæritur, quare pœna non potest promitti, vt suprà, sed pignora possunt dari, vt C. si rector prouinc. l. j. & ff. de ritu nuptiarum, si quis officium? Respon. quia qui tradit pignora, non se obligat, sed illa perdit, & sic per retentionem consulitur: sed qui pœnam promittit, se obligat: & est tractatus de actione danda: & plerunque consulitur alicui per retentionem, cui actio non daretur, vt ff. de doli excep. Paulus. & eadem etiam ratio
5 potest hîc assignari, quæ & in arrhis assignata est suprà. ¶† Posset etiam promissio arrharum sic breuiter scribi:
b Forma [b]. Ego A. promitto tibi B. futuro viro filiæ suæ decem lib. nomine arrharum sponsalitiarum: quas quidem arrhas tibi constitutas soluere promitto, vt eas lucrifacias pro parte filiæ meæ, si contigerit sine causa legibus cognita, quò minus congruo tempore matrimonium compleatur: completo verò, seu cõsummato matrimonio dicta arrharum promissio ad nihilum reuertatur quæ omnia, &c. C. de episc. au. si legibus. C. de spon. l. fi. Eandem quoque arrharum promissionem faciet vir, vel alius pro eo vxo
c ri, vel alii pro ea, putà matri, patri, tutori, curatori, vel ꝓcuratori [c].

ADDITIONES.

a Modicam arrham. ¶Hæ rationes, quas etiam scripsi super præd. l. gl. vlt. multum obstant instrumentis arrharum s̃. & j̃. descriptis. Teneas igitur, quod super ipsa gl. satis dixi.
ADDITIO. Et hanc rationem differentię inter arrhas & pœnam dicit esse potissimam, licet multæ reddantur per Card. Zabar. in c. gemma. hic alleg. & ibi, quibus modis perdantur arrhæ: & adde Bar. in l. Titia, quæ. ff. de verbor. oblig. Et nota, quòd promissio pœnæ super matrimoniis est nulla, & non firmatur iuramento, secundum Bar. in fi. C. de spon. Et an requiratur vera traditio arrharum, & an probetur ista veritas per confessionem partium, quia partes confitentur se recepisse arrhas, vide omnino Bar. in d. l. fi. in ij. col. ver. in hac lege. Henri. Ferran.
b Forma. ¶Secundum Mar. de Fa. cuius ad literam fuit hæc forma, vbi suprà. Dicebat etiam in fine addi posse. nam licet matrimonium vinculo pœnę non possit adstringi, hoc tamen vinculo iustè ligatur: autor hic omisit, & puto, quòd bene.
c Vel procuratori. ¶secundum Mart. prædictum, vbi s̃.

SVMMARIVM

1 *Libelli qualiter super sponsalibus concipiantur.*
Sponsalitia diuersimodè considerantur, secundum quod diuersimodè etiam libelli formantur.
2 *Contractus matrimonialis etiam iuramento firmatus, an possit per litem inter contrahentes ortam infringi.*
3 *Iuramento à partibus in contractu matrimoniali præstito, si contrà faciat, qualiter sit ab eisdem libellandum.*
4 *Libellus qualiter sit contra eum, qui arrhas promisit in sponsalibus, concipiendus.*

3. §. Restat videre, qualiter libelli super sponsalibus concipiantur. Vnde not. quòd quandoque inter-
1 uenit iuramentum, quandoque non. ¶† Si interuenit, sic conci-
a pitur libellus [a]:
Lib. Coram, &c. propono contra P. quòd cùm ipse & ego adinuicem sponsalia cõtraxerimus: vel quòd cùm de matrimonio contrahendo inter nos purè & sine conditione fidem adinuicem dederimus, vel corporale præstiterimus iuramentum, nunc ipse à me requisitus & monitus matrimonium mecũ absque rationabili causa contrahere recusat: quare peto eum per vos induci & cogi, vt quod iurauit, adimpleat, & matrimonium initiatum perficiat: vel quòd me in suam vxorem accipiat, & maritali affectione pertractet. Eodem modo concipiet vir contra mulierem verbis competenter mutatis, ext. eo. præterea j. & c. literis. ij. vbi de hoc,
2 & c. requisiuit. ¶† Licet autem hæc forma bona sit, tamen & mota lite potest reus contrahere cum alia per verba de præsenti: & valebit secundum matrimonium, licet contrahens possit pro fide mentita puniri, vt extr. e. si inter. in fi. & c. de illis. Nec obst. ꝙ lite pendente contractum sit, vt ext. e. cũ in apostolica. & c. veniẽs. j. vel post iudicis inhibitionem, vt ext. de matr. contract. ꝯ interd. eccles. c. j. & sic inanibus sumptibus se vexabit, ff. de inoffi. testa. l. ij. Et præterea seipsum vituperat, & pœnam etiam petere nõ posset, quæ in matrimoniis improbatur, ext. eo. gemma. & c. cùm locum. ff. de verb. oblig. Titia. & hoc satis probatur ext. e. c. requisi.
3 uit. & c. ꝑterea. j. ¶† Quòd si partes [b] iurarunt, sic ꝯcipit libellus:
b Lib. Coram, &c. propono contra P. quòd cùm ipse & ego parentesq; nostri corporale præstiterimus iuramẽtum super matrimonio inter nos ad inuicem contrahendo, nunc ipse cõtra iuramenta ipsa venire præsumens, matrimonium cum alia contrahere intendit: quare peto ipsum per vos cogi, quòd me in vxorem suam recipiat, & maritali affectione pertractet. Et econtrà ipse eodem modo concipiet contra eam, ext. e. ex literis. ij. xxxj. q. iij. si qui pa
4 rentes. ¶† Super arrhis verò sic potest libellus concipi [c]:
c Lib. Coram, &c. cõqueror de P. qui mihi decem libras arrharum nomine sponsalitiarum promittẽdo cõstituit, vel qui mihi sponsalitias arrhas decem librarum promittendo constituit nomine talis filiæ suæ, quam mihi promisit matrimonialiter copulare: vnde cùm per eam steterit, quò minus matrimonium compleatur, peto dictas arrhas: ad quod propono certi condictionem. Vel si solum pactum, & non stipulatio intercessit, proponetur condictio ex lege C. de spon. mulier. Et no. ꝙ cùm agitur ex promissione arrharum, simplices arrhæ petuntur: cùm verò repetit arrhas, qui dedit, repetit etiam aliud tantundem, vt in præall. l. mulier. & in præal. l. si legibus.

ADDITIONES.

a Concip. lib. ¶secundum Roffre. vbi s̃. in princ. & eius etiam fuit, quod hîc sequitur.
b Partes. Corrige, parentes. de partibus enim iam dixerat.
c Lib. concip. ¶Secundum Mar. de Fa. vbi s̃.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium qualiter per verba de præsenti contrahatur.*
2 *Agens in causa matrimoniali, aut agit petitorio, aut possessorio: & si agat petitorio, qualiter libellum concipiet.*
3 *Contrahente aliquo matrimonium per verba de præsenti, si postea recusat, qualiter sit contra ipsum libellandum.*
4 *Diuortium celebrari petens, & cum alio matrimonium contrahi, qualiter concipiet libellum.*
5 *Viro vxorem traductam & cognitam dimittente, & adulteræ adhærente, qualiter formabit vxor libellum.*
6 *Contractus sponsalitius secundus an possit infringi, si contrahens ignorauerit primum factum etiam de iure non tenendum.*
7 *Contractus matrimonialis metu pœnæ inuitè, seu coactè initus, sub qua forma verborum peti possit infringi.*
8 *Contractus matrimonialis cum furioso ignorante initus, an sit tenendus.*

4. §. Sequitur videre de matrimonio, quod per verba de præsenti contrahitur in hac forma:
a Forma. [a]† Ego A. volo & accipio te B. in meum virũ, & in te per
1 verba de pręsenti consentio: & me desponsari corporaliter, & in vxorem duci hinc ad talem diem permittam. Cõsensus enim de præsenti facit matrimonium, ff. de reg. iur. nuptiæ. de don. inter vir. & vxor. cùm hîc status. §. si mulier. xxvij. q. ij. c. j. ext. de spon. si inter. ¶Maritus autem sic dicet:
Forma. Ego B. volo & accipio te A. in meam vxorem, & in te per verba de præsenti consentio, & te desponsabo, & corporaliter in vxorem ducam hinc ad talem diem. ¶Dotes autem promittantur, & alia dicantur, vt suprà §. proximo in forma, ego. & seq. vel dicatur, vt in præalleg. decr. si inter. ¶Nunc dicamus, qualiter libelli super matrimonio concipiantur: & tunc, aut agitur petito-
2 rio, aut possessorio, vt infrà §. proximo. ¶† Si petitorio, sic libel-
b lus concipitur [b]:
Lib. Coram, &c. propono contra P. ꝙ cùm inter me & eum matrimonium sit legitimè per verba de præsenti contractũ, per annuli immissionem subarrhatione secuta, carnalisq; sit inter nos copula subsecuta, peto eum per vos mihi in virum adiudicari. & inter nos legitimum matrimonium fore declarari. & compelli, etiam ꝙ tam in exhibitione necessariorum, quàm in aliis me maritali affectiõe pertractet: peto etiam sibi per vos inhiberi, ne pendente lite coram vobis in præiudicium meum, vel causæ, vel iurisdictionis vestræ innouet, vel attentet, & ipsum sententialiter condemnari, extr. de conuer. coniug. dudum. in prin. ext. eo. tuæ. & c. veniens. & c. si pater. ext. de despon. impub. c. vlt. ff. de verbo. oblig. l. j. extrà de re iudi. lator. & c. consanguinei. ¶Vel sic:
Lib. Coram, &c. propono cõtra P. ꝙ licet mihi promiserit, ꝙ me pro coniuge legitima haberet in vita sua, nũc me recipere ac retinere recusat. vnde peto eum mihi adiudicari in virum, & quòd me maritali affectione pertractet, per vos cogi, & cogendum fore sententialiter condemnari, extr. e. ex parte. & xxx. q. v. §. si quis
3 diuinis. ¶† Vel sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. propono contra P. ꝙ licet ipse mecum legitimè per verba contraxerit de præsenti, ipse tamen à me sæpe & instanter requisitus, me traducere, & maritali affectione tractare, coniugalesque affectus exhibere contra iustitiam recusans, & cum quadam Berta matrimonium de facto, cùm de iure non posset, dicitur contraxisse, eamque in suo tenet contubernio in animæ suæ periculum, & meum præiudicium, & scandalũ plurimorum. quare peto matrimonium huiusmodi inter me & eum contractum leg

ADDITIONES.

a Forma. ¶Martini de Fa. fuit ista, & sequens.
b Concip. ¶Secundum Bonag. et Aegid. vbi s̃. in prin. et breuiter oẽs libelli, qui sequũtur, sunt alterius, eorũ, quos dixi super tub.

tum legitimum esse,& fuisse sententialiter declarari:&matrimo
nium,quod de facto cum Berta præfata subsecutum fore dr̄.cas-
sari & irritari,cassum & irritum nunciari,dictumque P.ꝙ dictam
Bertam penitus à se abiiciat,& me, vt suam vxorem legitimam,
recipiat,& maritali affectione ac vsu coniugali pertractet,senten
tialiter condemnari ,ad præmissa ipsum cogendum fore senten-
tialiter declarari: & hoc peto tam contra ipsum P. quàm contra
Bertam superinductam:peto etiam expensas,&c.extr.e.ex parte.
4 & c.veniens.in fi.¶†Si verò vult separari ab eo,qui priùs cōtra-
a xerat cum Berta,quàm cum ea,sic concipiet [a] libellum:
Lib.Coram,&c. propono contra P. ꝙ licet de facto matrimoni-
um cum eo contraxerim,nunc primò ad scientiam meam perue
nit,quòd idem P.priùs cum Berta contraxit legitimè adhuc sup-
stite & viuente: quare matrimonium de iure inter me & dictum
P.non potest consistere vllo modo:vnde peto inter me& ipsum
P.diuortium celebrari, mihique dari licentiam in Domino cum
alio contrahendi,extr.de spon.c.j.& c.ex parte.& de despon. im-
5 pub.duo.¶†Si autem vir vxorem traductam & cognitam dimi
serit,& adulteræ adhæret,faciens super matrimonio controuer
siam,ipsa sic concipiet libellum:
Lib.Coram,&c.propono contra P.maritum meum,ꝙ cùm ma-
trimonium legitimè inter ipsum,& me fuerit per verba de præ-
senti contractum,& ad domum eiusdem P.traducta fuerim,& ei
dem vxorio affectu cohabitauerim,demum me contra iustitiam
motu proprio dimissa & abiecta,quandam Bertam adulteram,vt
dicitur,superinduxit,& ei cohabitare non erubescit ī animæ suæ
periculum,& meum præiudicium & grauamen.quare ipsum pe-
to per vos cogi, quòd Bertam superinductam dimittat, & ad me
suam vxorem legitimam redeat,ac me maritali affectione pertra
ctet,matrimonium legitimum inter me & ipsum fore sententia
liter declarari,&ipsum ad id sententialiter condemnari,extr.e.ex
6 parte.ext.de spon.duor.c.iij.iiij.& v.¶†Quòd si Maria contraxit
cum P. sponsalia, vel matrimonium: qui contractus de iure non
tenet: quare ipsa cōtrahit cum T. qui audito ipsam priùs cum P.
contraxisse,illam à se repellit,& cum Berta contrahit, Maria con
cipiet contra T.vt s̄.prox.vel,vt s̄.eod.§.in tertio libello.sicut de
7 facto occurrit, vt probatur extra.eo.veniens.j. ¶† Si autem ali-
quis traducat puellam ea inuita & inuitis eius parentibus & ami
cis,& ipsa in domo existens nihil dicit,tutores,vel parentes sic li
b bellum concipient [b]:
Lib.Coram,&c.propono ego tutor,vel curator,vel consangui-
neus talis puellæ contra P.qui per metū mortis compulit talem
puellam in se consentire,&ipsam per violentiā ad suam domum
traduxit:quare peto matrimonium sic de facto contractum disso
lui,cùm consensus locum non habeat,vbi metus,vel coactio in
tercedit:peto etiam per vos puellam ipsam in aliqua honesta do
mo teneri & tueri, vel alicui honestæ matronæ deputari , vbi ni-
hil eam timere oporteat, donec causa huiusmodi diffinitiuæ sen
tentiæ calculo sit finita,extrà eo.cùm locum.& c.seq.de procur.
accedens,de restit.spol. ex transmissa. xx. q. iij. præsens clericus.
¶Vel sic:
Lib.Coram,&c.propono contra P.quòd metu mortis compul-
sa,cum eo de facto matrimonium contraxi, nec vnquam aliquo
tempore in eum consensi: quare peto ab eo separari, & separan-
dam esse sententialiter declarari,vt in pre.concor.ext.e.ad id,qd̄.
& c.de muliere.ext.de despon.impub.de illis.ij.ext.qui ma.accu.
8 possunt, insu per. ¶†Quòd si aliqua contraxerit matrimonium
cum furioso, quem sanæ mentis esse credebat, quare postquam
ad eius peruenit notitiam,timet cum eo matrimonium consum
mare,sic libellum concipiet:
Lib.Coram, &c. propono contra P. quòd cùm crederem ipsum
fore sanæ mētis,quia constitutus erat in conspectu vmbratæ qe-
tis,cum eo matrimonium de facto contraxi:nunc autem ad me-
am deuenit scientiam, quòd ipse tunc furoris morbo laborabat,
&adhuc laborat:quare nullus cum eo potuit interuenire consen
sus:nec securè posset quis cum eo morari: vnde peto per vos ma
trimonium huiusmodi de facto cōtractum separari,mihique da-
c ri licentiam cum alio contrahendi, extr.eod.dilectus[c].xxxij.q.vij.
neque furiosus.xxx.q.ij.vbi non est.ff.de acq.pos.qd̄ viro.§.si fu-
rioso.Potest etiam quis vendicare in vxorem,vt j̄.§.proximo.

ADDITIONES.

a Concip.¶Secundum Roff.parte viij.
b Sic lib.concip.¶Secundum Roff.vbi s̄.parte xj.
c Dilectus.¶Et ad materiam vide,quod ibi not.in glo.ij.quæ not. Roff.vbi s̄.

SVMMARIVM.

1 *Agens possessorio in causa matrimoniali,qualiter formabit libellum.*
2 *Mulier agens possessorio in causa matrimoniali,quem libellum formabit.*
3 *Mulier à viro suo eiecta qualiter libellum formabit.*
4 *Vir molestatus à quadam asserente se esse suum virum , qualiter formabit libellum.*
5 *Vxore alicuius ab alio detenta,qualiter formabitur libellus.*
6 *Vxorem,vel econuerso vendicare per actionem in rem præiudicialem de partu agnoscendo,an sit licitum.*

5.§.Porro si agatur possessorio, vel quasi, vel quia vxor
recedit proprio motu à domo viri, tūc enim
consilium est,quòd agat vir possessorio,vt ff.de rei ven.is qui.sic
a libellum concipiendo [a]:
1 Lib.†Coram,&c.propono,quòd cùm olim cum Berta matrimo
nium legitimè in facie ecclesiæ contraxissem,& eidem traductæ
consummato inter nos matrimonio diu cohabitassem, ipsamq;
in omnibus maritali affectione tractassem,nunc ipsa,nescio quo
ducta spiritu,à me propria auctoritate sine iudicio ecclesiæ diuer
tit me possessionis,seu quasi,suiipsius,seu personæ iure,seu vxo-
rali,siue maritali possessione, & cohabitatiōe sui ausu temerario
spoliando : quare peto ipsam vxorē meam per vos mihi restitui,
& possessionem ipsius,vel quasi,& vt ad me reuertatur,& me v-
xorio tractet affectu, per vos cogi,& ad hoc ipsam sententialiter
b condemnari,extrà de restit.spol. ex transmissa[b]. & c.literas.xxix.
2 q.ij.cuius rei causa.¶†Eodem modo concipiat mulier contra vi
rum,verbis competenter mutatis, vt eod. ti. ex conquestione.&
extr.de offic.deleg.causam.extrà de diuor.porrò.extrà vt lit.non
contest.c.j.quia vir & vxor,quo ad hoc, non ad imparia iudican-
tur,xxxij.quæst.j.si quis vxorē.j.extrà de diuor.gaudemus.§. quia
verò.in fi.extrà de conuer.coniu.quidam.in fin.hoc saluo, quòd
tunc,si vis,potes sic addere post illud verbum Et cohabitatione,
&c.& necessariorum exhibitione.¶Vel concipitur sic:
Libellus.Coram,&c.propono contra Bertam vxorem meam,ꝙ
cùm matrimonium cum ea legitimè contraxerim,&mecum per
quinquennium cohabitauerit, nunc sine causa legitima solo vo
luntatis arbitrio mecum cohabitare,ac me affectione vxoria tra
ctare recusat:quare peto ipsam per vos cogi ad me redire,& con
sueta & iuris debita obsequia mihi præstare, & me in ipsam pos-
sessionem,vel quasi,reduci:& ad id ipsam sententialiter condem
3 nari,exr.e.ad id,quod.C.qui pot.in pig.hab.assiduis.¶†Si autem
vir eam à se eiecerit,ipsa sic libellum concipiet:
Libellus.Coram,&c.conqueror de P. viro meo, ꝙ cùm mecum
matrimonium in facie ecclesiæ contraxerit, & me in domum su
am traduxerit,& me,vt vxorem,diu tractauerit,nunc me propria
temeritate abiecit,& me possessione, vel quasi, suiipsius,seu iuris
cōiugalis temerè spoliauit:quare peto mihi ipsum restitui,& me
ad eandem quasi possessionem sui iuris coniugalis reduci,in qua
eram priùs quàm me taliter abiecisset, & ad hoc ipsum cogi , &
sententialiter condemnari,extr.de diuort.porrò. de rest. spol. ex
conquestione.& c.ex transmissa.& de of.deleg.causam matrimo
4 nij.¶†Quòd si aliqua te molestat,asserens te suum esse maritum
sic libellum concipies:
Libellus. Coram, etc. propono contra Bertam , ꝙ licet inter me
et eam nullum sit vinculū matrimoniale contractum, ipsa tn̄ me
molestare non desinit me eē suum falsò asserens maritum: quare
peto ipsam per vos cohiberi à predictis,et compelli,ꝙ desistat &
cesset ab iniuria et molestia huiusmodi,quā mihi facit: vel quòd
probet, si quid iuris se in me habere contendat, et ad hoc ipsam
c sententialiter cōdemnari,C.de ingen.ma.diffamari[c].C. de remis.
5 pig.si eo tempore.ff.de bon.aut. iudic.pos.si seruus.¶†Si autem
vxor tua ab aliquo detinetur,sic libellum concipies:
Libellus Coram,etc.propono cōtra P. quòd cùm legitimè con
traxerit matrimonium cum Berta per verba de præsenti,idem P.
pater, vel frater consanguineus, vel tutor eiusdem Bertæ ipsam
retinet,et eam mihi reddere contradicit:quare peto per vos di-
tum P.ad restitutionem meæ vxoris compelli,et ad id sententia-
liter condemnari,ext.eo.non est. Et si es Legista, potes dicere, et
ad hoc propono interdictum de vxore exhibenda et deducenda,
ff.de liberis exhib.l.imò.C.de nup.si inuita.et s̄.de conuer.coniu.
6 ver.item de iure. Cætera dic,vt j̄.tit.prox.¶†Item potest quis v-
xorem, vel econuerso, vendicare per actionem in rem præiudi-
cialem de partu agnoscendo:quod dic,vt j̄.qui fil.sint legit.versi.
competit.Et formam in hoc titulo pones,vt s̄.de teste,§.nunc di
cendum.versi.viso.

ADDITIONES.

a Sic lib.concip.¶De quo Roff.s̄.parte xiii.
b Ex tran smissa. Et quod ibi no.in gl. ij. dicebant hic Bonaguida et Aegidius,scilicet quòd speciale est in hoc possessorio de proprie tate doceri.
c Diffamari.¶Vide,qd̄ de hac l.scripsi de test.cū olim.sup vlt.glos.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonialis per discretum & literatum virum est tractanda.*

2 Actio

2 *Actio in causa matrimoniali diversimodè est consideranda.*
3 *Mulier propria auctoritate à viro discedens an possit petere restitutionem.*
4 *Mulieris extra domum sui viri stantis expensæ an debeant à suo viro solui.*
5 *Libello porrecto dandæ sunt agenti competentes induciæ, &c.*
6 *Vxor si præsentiam, seu cohabitationem viri petat, sed eius sæuitiam timeat, qualiter sit assecuranda.*
Vir coactus vxorem recipere, sub qua verborum forma sit monendus.
7 *Mulier rediens ad viri sui consortium, si plenè non confidat de ipso, qualiter sit illi prouidendum.*
8 *In accusatione matrimonij qualiter sit procedendum.*

1 6. §. Postremo illud notandum est, †quòd causa matrimonialis per discretū & literatum iudicem est tractanda, vt xx. dist. §. j. extr. de consang. & affi. c. j. & libellus est in ea dandus, vt s. de lib. concep. §. nunc dicēdum. ver.
a x. nec laudo in hoc contrariam consuetudinem [a]. ¶ †Et quando
2 quę agitur petitorio, vt s. §. sequitur. quandoque verò possessorio, vt §. prox. veruntamen interest, quia in primo casu admittitur exceptio consanguinitatis, & cuiuslibet impedimenti legitimi, ext. de cons. & affi. c. ij. de cog. spi. c. fi. de or. cog. c. j. in secundo verò generaliter fit restō, nisi in casib. vt s. de pe. & pos. §. qm. ver. sed
3 & in casib. ¶ †Quid si mulier propria autoritate discesserit? Rň. ň potest restitutionem petere, nisi tunc demum, quando veniens non admittitur per maritum, ff. de acqui. pos. clàm possidere. §. q ad nundinas. & l. si id quod. §. fi. ff. de vi & vi arm. l. j. §. siue autem.
b extr. de adult. c. pen. [b] xxxiij. q. j. de benedicto. & sic vltima mora
4 nocet, ff. de peric. & commod. rei vend. illud. ¶ †Quid de expensis, quas extra domum stans facit? Respon. do. me[9] dixit, quòd vir non tenetur, nisi ad factas postquàm eam non admisit, vt not. in
c Summa in ti. qui ma. accu. pos. §. si mulier. ver. quid ergo [c]. ¶ †Li-
5 bello autem porrecto debet agens habere inducias competentes, vt s. de dilatio. Fiet etiā litis contestatio, & iurabitur de calumnia secundum d. vt in eo. §. versi. sed quoniam. vel de veritate, vt
d extra. de iur. cal. literas [d]. Et si mulier agēs possessorio probat possessionem & spoliationem, restituenda est, ita quòd habeat plenam possessionem viri, & cohabitationem, & securitatem, ij. q. ii. §. notandum. in fi. iij. q. j. redintegranda. extra. de restit. spo. literas. Si verò vir agit, & probat, vxoris sibi debet fieri restitutio. Si ipsa verò timet viri sæuitiam, ad officium iudicis pertinet facere sibi caueri per sacramenta viri, ꝙ sine dolo & idoneè eam, velut vxorem, in domo, mensa, lecto & aliis tractabit, nec eam grauabit, vel dehonestabit, salua honesta correctione maritali, vt in præal. c. de
6 bñdicto. & xvij. q. iiij. metuētes. ¶ †Iurabit eīm sic, saluis pmissis: Forma. Ab isto die in antea istam coniugem tuam, quam iniustè dimiseras, ita tenebis, sicut maritus suam coniugem debet habere in dilectione & debita disciplina: nec eam vllo malo ingenio à te separabis, nec ea viuente aliam accipies: sic te Deus adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia. hæc forma habetur xxxv. quæst. vj.
e ab isto. ij. [e] Sed fortè vir ea recuperata dicet, debita disciplina mihi conceditur per prædictum c. vnde præter necem eam custodiet, ligabit ieiuniis, non tamen mortalibus pœnis eam afficiet, cibos cum ea non sumet: hoc enim sibi à iure conceditur, vt xxxiij. quæstio. quinta, placuit. sed illud loquitur de suspecta de adulterio, & in clericis coniugatis, qui plus cæteris igne zelotipiæ vrun-
7 tur. ¶ †Quòd si mulier plenè non confidet de iuramento viri, faciat eum iudex cauere per pignora, vel fideiussores, ff. mand. si mandato Titii. §. fi. Tamen potest esse tanta viri sæuitia, quòd nulla idonea cautio potest præstari: & tunc procedat iudex, vt extrà de restit. spol. ex trāsmissa. & c. literas. in fi. quia satisdatio maleuolum animum non immutat, vt Instit. de suspect. tut. §. fi. Qualiter aūt in accusatione matrimonii procedatur, dicetur infrà qui ma-
8 trimon. accus. pos. ¶ †Sed pone: Titius contraxit matrimonium cum Berta: ex quo matrimonio natus est P. mortuo Titio H. frater ipsius T. vult excludere dictū P. à successione paterna, dicens, eum illegitimum, quia quidam consanguineus ipsius Titii desponsauerat dictam Bertam prius, quàm ipse T. cum ea contraheret, licet eam non cognouisset: & sic publicæ honestatis iustitia
f impediente non potuit esse matrimonium inter eos [f]: dictus verò P. gerens se pro hærede patris sui, replicat, quòd desponsatio illa facta fuit, cùm erat dicta Berta intra septennium constituta: & sic non potuit contrahi iustitia publicæ honestatis: item cùm matrimonium illud fuisset in facie ecclesiæ contractum, nec ipso T. viuente fuisset impetitum, & propter prolis fauorem debet ipse legitimus iudicari: H. verò replicat dicens præsumendum esse tunc Bertam ipsam fuisse ætatis legitimæ, nisi cōtrarium ostendatur: verùm neutra pars aliquid ꝓbat de ætate Bertæ: quæritur, quid iuris? Respon. ex quo dictus P. possessor hæreditatis natus fuit, dum Berta cōmuniter legitima vxor T. putabatur, oportet probare ad repellendum eum, nedum quia tempore huiusmodi desponsationis ipsa esset septennis, vel quòd post septennium eam ratam habuerit: imò etiam, ꝙ T. hoc non ignorans eam sibi postea copulasset: vnde cessante etiam ipsius P. probatione de ætate matris, debet dicti T. hæres & filius legitimus iudicari: hæc
g habentur in const. Innoc. extrauag. de sponsalibus, quidam [g].

ADDITIONES.

a Consuetudinem. ¶ Hodie per cle. de verb. sig. sępe. non est necesse libellum offerri: debet tamen petitio in actis scribi, vt in princ. & in §. verum.
b C. pe. ¶ vbi de hoc in j. gl. & de rest. spo. literas. in iij. gl. & vide, qđ super ea dixi.
c Versi. quid ergo. ¶ Idem no. de diuor. significasti in fi. j. gl.
d Literas. ¶ Hodie de vtroque iuratur, de iur. cal. c. j. in fi. lib. vj.
e Ab isto. ij. ¶ Cùm verba vtriusque capituli ab isto die videantur fuisse Gratiani. quia illorū alius autor non apparet, fas est dicere, illa verba iurantis malè concepta, quæ non prouident vxori in hoc casu, nec circa incestum, in primo pro illa die, vel diei parte, quæ restat. Vnde decret. ego enim. de iureiuran. cautiùs locuta est, dicendo ab hac hora: & longè cautiùs forma iuramenti Imperatoris in pontificali posita in cle. de iureiur. Romani. circa medium, quæ dicit, de cætero me esse, &c. defendatur Gratianus per gl. Vinc. quam dedit in cap. ego N. in princ. ꝙ apponatur inclusiuè: sed illud In antea, quod sequitur, non sinit mihi id placere: cui accederem, si dedisset. Consulo ergo dicendum, Iuro, ꝙ de cætero, vel deinceps, vel simili significato.
ADDITIO. Adde, ꝙ si vir verberat vxorem, licitum est vxori fugere, & debet alimentari extra domum mariti, secundum Dyn. & Aegid. vt l. quid in vxorem. C. de neg. gest. secus tamen, si recedat sua culpa. vt not. extrà de diuor. in c. significasti. ita posuit Bal. in l. quamuis. C. de leg. & adde Ludo. Rom. sing. iiij. incip. licet vxorem. vbi, quòd maritus potest leuiter castigare vxorem delinquentem, & Car. Zab. c. dudum. in ij. col. extr. de conuer. coniug. Hen. Fer.
f Inter eos. ¶ Istud probatum non concludit prolem illegitimam, licet bene concluderet separationem matrimonii, si parentes viuerent, & primi contrahentes fuissent maiores septennio: super hoc vide, quod plenè scripsi, qui filii sint legitimi, peruenit. super vnica gl. Declaro: constat, quòd vir potuisset ignorasse contractum, & mulier potuisset nesciuisse cōsanguinitatē inter primum & secundum. Item cōstat, quòd positis edictis sufficiebat proli alterius ignorantia, per decre. fi. de cland. despon
g Quidam. ¶ Hanc hodie non habemus in Sexto, & sic habetur pro reuocata: pro definitione vide, quod scripsi de pres. non bap. c. vlt. in fi.

ADDITIONES NOVAE.

§ Quæ est ratio ꝙ arrha potest apponi in sponsalibus, & non pœna? vide Bart. in l. Titia. de verb. obl. Bal. in l. mulier. C. de spon. & Cy. in l. fi. eod. tit.

An in matrimonio spirituali possit dari arrha, no. in c. non satis. de simonia, Bart. in d. l. Titia. & l. Titio. §. j. de cond. & dem.

Pone, puer duodecim annorum duxit in sponsam puellam x. ann. modò quidam qui non contentabatur de isto matrimonio abstulit puellam prædictam, an ista puella possit repeti per istum sponsum? glo. est xvij. q. 2. §. ex his filiis. Innoc. in c. ex parte. de restit. spoliat. dic quòd sponso consulitur officio iudicis, non iure possessorio, quia inter simplices sponsos nō est aliquod vinculū coniugale, secundum Innoc. Sed pone, quòd est quæstio an valeant sponsalia, vel an valeat matrimonium: an lite pendente possit alii nubere si matrimonium non tenebat: istud est quærere an causa matrimonii faciat rē litigiosam. veritas, est quòd tenet matrimonium, quia non efficitur res litigiosa. & ita dicit Archidia. in d. §. ex his. & quod not. Archid. xvij. q. 2. c. raptor. Bal. de hoc in l. Deo nobis. C. de episc. & cler.

Pone, aliquis desponsauit aliquam puellam minorē xij. ann. & antequàm puella compleret xii. annum, aliam duxit vxorem quę moritur: an posteà prima puella, quam desponsauerat pubescente matrimonium reconualescat, Dyn. dicit quòd non. prout ipse not. in l. miles. §. quærebatur. ff. de adult. & Bart. ibi distinguit, no.

a ¶ De Desponsatione impuberum [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Habemus ius nouum in Sexto, sub hac rubrica valde vtile, & qđ pro summa materiæ potest haberi: & hi, de quibus dixi suprà tit. prox. hanc materiam non practicarunt præter Ros. An sponsalia de futuro inter puberes, vel impuberes aliàs, quàm per copulam transeant in matrimonium, distingue. an sint de futuro verbis & mente cōtrahentium: an sint de futuro iuris interpretatione tantùm, sed verbis & mente sunt de præsenti: & hęc bene transeunt in matrimonium sine copula per oscula, amplexus & similia: prima non, vt scripsi eodem tit. c. vno, libro vj. in gloss. Hoc patet de matrimonio contracto contra interdic. ecclesi. c. j. super versam.

SUMMARIUM.

1 *Libelli in materia desponsationis impuberum diversimodè sunt formandi.*
2 *Puella etiam impubes ad domum viri sui traducta, si ab eo cognita fuerit, non potest ulteriùs à viro recedere.*
3 *Contrahens vir matrimonium cum minore, si cum viro ipsa cohabitante ab eo cognita dicatur, sed in contrarium ipsa dicat: voluerit autem deinde virum deserere, qualiter concipiet vir libellum, ut eam secum habitare compellat.*
4 *Minor xij. annis contrahens matrimonium, an si non fuerit à viro cognita, poterit postea alteri nubere.*
5 *Mulier si nubat puero minori xiiij. annis, qui eam non cognouerit, & completo xiiij. anno velit ab illa discedere, qualiter formabit libellum.*



IN hoc titulo multos posses formare libellos: sed ex omnibus aliquos exempli gratia supponamus. ¶ †Si
1 igitur aliquis post vij. annum contrahit sponsalia, & alter perueniens ad pubertatem, quæ est xij. anni in fœmina, & xiiij. in masculo, ut Inst. quibus mod. tu. fin. & ff. quando di. leg. ced. l. quod pupillę. dissentit, quia sibi non placent spon
a salia, & ideo vult cum alio contrahere, sic libellum concipiet[a]:
Lib. Coram, &c. propono contra P. quòd cùm ego cum eo intra annos non nubiles sponsalia contraxerim, nunc ad annos nubiles perueniens eum nolo, sed recuso in virum habere: quare peto sponsalia ipsa per vos dissolui, & mihi dari licentiam cum alio in Domino matrimonium cōtrahendi: quia desidero esse mater & filios procreare. Et eodem modo sponsus concipiet contra eam verbis competenter mutatis, extrà eo. ex literis. & c. attestati
b ones. & c. de illis. j.[b] & c. à nobis. ¶ †Præmissa vera sunt, nisi puel
2 la ad domum viri traducta, post illud tēpus ei cohabitauerit, vel ab eo cognita fuerit: quia tunc non potest à viro recedere: quod
c si fecerit, vir potest contra eam concipere sic libellum[c]:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, quòd licet cum ea decimum annum complente sponsalia contraxerim, & pòst ipsa Berta mecum per duos annos, & amplius cohabitauerit, vel eam carnaliter cognouerim nūc sine causa solius voluntatis arbitrio mihi cohabitare, & me vxoria affectione tractare, vel obsequia, ad quæ vxor marito tenetur, exhibere recusat: quare peto ipsam per vos cogi ad me redire; & quòd me vxoria affectione pertractet, & ipsam ad hoc sententialiter condemnari, extrà e. attestationes. & c. de illis. j. & ij. extra de spon. ad id, quòd. C. qui pot. in pig. hab.
3 & duis. ¶ †Quòd si quis contrahit matrimonium cum minore xij. annis, proxima tamē pubertati, & ipsa viro cohabitat: demum ipse maior xiiij. annis, asserit se ipsam cognouisse, ipsa in contrarium asserente, & facta maior xij. annis, vult à viro recedere, sic vir
d concipiet libellum contra eam[d]:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, ꝙ cùm nuper cum ea pubertati proxima, matrimoniū per verba de præsenti legitimè cōtraxissem, ipsaque mihi cohabitasset, & eam carnali copula cognouissem, quod paratus sum iuramento firmare, ipsa tamē motu proprio sine causa rationabili & iudicio ecclesię non expectato, à me temerè recessit: quare ego peto ipsam per vos cogi ad me redire, & me vxoria affectione tractare, & eam ad id sententialiter condemnari, extr. e. c. continebatur. & c. seq. ¶ †Si verò
4 non diceret se ipsam carnaliter cognouisse, nec esset iurare paratus, tunc minor veniens ad ętatem nubilem, posset, si vellet, ab eo separari, & concipere libellū, vt suprà in primo lib. vt ī præ. c. con
5 tinebatur. circa princip. ¶ †Cæterùm si mulier econuerso cum puero minore xiiij. annis contraxit, nec fuit ab eo cognita, si completo xiiij. anno iuuenis nō cohabitauerit illi, nec in eandem consensit, sed ab ea discessit, sic concipietur libellus:
Libellus. Coram, &c. propono cōtra Bertam, quòd licet ego minor xiiij. annis cum ea matrimonium contraxerim, pòst tamen cum ea cohabitare nolui, nec in ipsam ꝯsensi, nec eā volo habere in vxorem: quare peto matrimonium illud sic de facto ꝯtractum dissolui, & mihi per vos dari licentiam cum alia contrahendi, extrà eo. attestationes.

ADDITIONES.

Perplexata. Item quare non conueniunt sexus in ætate pubertatis, vt hìc in princip. sicut conueniunt in ætate infantili & adolescentiæ, scripsi eodem titu. c. vno, libro vj. super ij. gloss. vbi vide cum sua remissione.
a Sic libellum concipiet. ¶ secundum Roff. parte ij.
b Et c. de illis. j. ¶ Vide, quod ibi no. in gl. antepen. & quod ibi scripsi distinguendo in vlt. glo.
c Lib. ¶ secundum Roff. parte ix.
d Contra eam. ¶ secundum Roff. parte xii.

a ¶ De clandestina desponsatione[a]. Rubrica.

SUMMARIUM.

1 *Clandestinitas an, & quo pacto non sit impedimentum matrimonij.*
2 *Libellus non est necessarius in casu clandestinæ desponsationis.*

1 CLandestinitas †non est impedimentum matrimonij, si de eo constare possit: si verò constare non potest, non reputatur ab ecclesia matrimonium, vt extr. eo.
2 c. ij. †ideoque in hoc titulo non est necessarius libel
b lus. Nec obstat xxx. q. v. c. i. & c. seq. si bene intelligantur[b]. Qualiter autem fiet denunciatio impedimenti matrimonii pòst banna in ecclesia edita, not. ȷ. qui matri. acc. pos. ver. sed quæ dicta.

ADDITIONES.

a Hic Practici auctores siluerunt: & sic siluit auctor tres modos, quibus matrimoniū dicitur clādestinū: vide no. e. ti. c. fi. in iii. gl. & alios addidi super illa. Et quia tertius, quē ponit gl. est, quando non fuerunt præmissa banna in ecclesia, vt ibi, ex hoc quæritur: Duo nobiles contraxerunt in casu prohibito: pòst tempus petierunt dispensationem à Papa, allegantes se tempore contractus fuisse ignaros impedimenti: secundò, ꝙ ex separatione verisimiliter timebātur magna scandala inter ipsorum consanguineos: tertiò, quòd in facie ecclesiæ ꝯtraxerant: queritur primò de hoc modo, si suffragetur probare publicè contractum, tamen sine bannis. Istud autem verbum In facie ecclesiæ, habetur in decr. c. constitutus. de conuer. coniug. in princ. Constat, quòd ecclesia sumitur multis modis, de quibus vij. q. j. scire. ne præl. vic. su. c. fi. cū remis. Vbi ergo ꝯhitur non occultè, quod principaliter ponderāt iura ī hac materia, xxx. q. v. c. ij. & §. his omnib. sed publicè, ita quòd multitudo fidelium hoc nouit: satis puto satisfactum illi expressioni, & pro facie fidelium stabit facies ecclesiæ hoc casu. Forti⁹ igitur etiam sine bannis dicetur facies ecclesiæ, si secundum morem patriæ desponsatur publicè in ecclesia, vel secundum iura, xxx. q. v. c. j. & v. sequentibus. In ecclesia, bene dicitur, seruatis, quæ in canonibus illis dicuntur, in facie ecclesiæ factum dicetur: nec nocebit dispensatio bannorum omisso de facie hominis, C. de pœnis, si quis in metallum. & lex dicit, faciem matrimonii permansisse, quando est in statu solito, ff. de admin. tut. l. tres tutores. in fi. per quod dici potest, In facie ecclesiæ factum, quod per alios fit illo loco. Si autem dixissent banna fuisse posita, & hoc sit falsum an p hoc vitietur dispensatio, quæritur: & eadē quæstio, si falsum est, ꝙ ignorauerint impedimentum, vel quòd de timore scandali expresserunt, hìc recurre ad decre. quia circa. de consang. & affi. & ad ibi no. Tex. ibi videtur velle, ꝙ falsa causa expressa non vitiet talem dispēsationem: sed glossa vltima in fine tenet contrarium, scilicet ꝙ ex vi secundi rescripti tenet dispensatio, quæ non tenebat. & idem Inn. vt ibi scripsi in gl. pen. facit de electione, dudum. ij. ver. insuper. sunt enī omnes illæ causæ inductæ ad dispensationem, aliàs forsitan non fiendam, vt ibi. Sunt enim tales dispensationes odiosę, quia contra ius commune: & idem, si contra alterius priuilegium, de decimis, ex multiplici. Vitiantur ergo ex falso expresso, vel vero tacito, quod mouit principem. ff. de natal. restit. l. j. Et si hoc in rescriptis secundum ius. de rescrip. super literis. multò fortiùs in his dispensationibus contra ius. Sed succedit quæstio, cui in his tribus clausulis competat onus probandi, si apparet hoc opponens contra dispensationem? vide, quod scripsi post Inn. de priuileg. ex parte. j. in prin. Est sciendum, quòd Guil. post Vber. de Bobio, s. de excep. §. nūc videndum. vers. licet autem. dicit, ꝙ in quęstione mendacii contra rescriptum me impetrans habet probare veras preces, & sic non surreptitias: & opponens, si velit, potest probare contrariū, secundū eū allegant l. præscriptione. C. si contra ius, vel vti l. public. quę habetur xxv. q. ij. & l. si quando. C. de dilat. quæ etiam est iij. q. iij. spatium.
ADDE, ꝙ in d. q. iij. spatiū. non est hæc lex, si quando. sed lex, quoniam. vt ibidem no. gl. sed huic dicto Vber. quòd voluntati imponentis relinquatur, an velit probare, obstat l. puniri. e. ti. si contra ius canonicum, vt s. quæ dicit, precum argui falsitatem. Est ergo dicendum, ꝙ opponens, qui prouocat & agit, habet probare, ff. de probat. l. ij. maximè circa capitulum ignorātiæ, quæ non cadit in intellectum testium, nec ex parte impetrātis, nisi per iuramentum iurantis probari potest. Si autem non fuisset dispensatum, sed cum eisdem clausulis commissum alicui, vt dispensaret, tunc impetrans verificauit clausulas: & sic loquatur opinio: vel quia opponens, si volet, poterit probare contrarium.
ADDE videndum originaliter Old. cons. cclvj.
b Intelligantur. ¶ vt patet ea. q. §. his ita.

ADDITIONES NOVAE.

So Pone, quòd non habeo testes, nec instrumenta quòd talis sit vxor mea: sed dico quòd ego accepi eam ī vxorem secretè, & ēt ipsa fatetur, an credatur ad meā excusationem? videtur quòd sic, ipsa tamen est torquenda, no. in l. pen. de fideiuss. Bal. in l. quicunque. de seruis fugit. & l. si fideiussor. in princ. C. de fideiuss.
Lex prima, C. de delat. hęc l. facit pro desponsantibus viduas habentes magnas dotes absentibus consanguineis ipsarum viduarum, & secretè: quòd non puniantur, ex hoc, quia fuit matrimonium contractum, ex quo vidua, & nubilis ætatis est.

De spon

a ¶ De sponsa duorum [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit formandus, vbi agitur de sponsa duorum.*

2 *Muliere cum duobus per verba de præsenti contrahente, cuius esse debeat, & qualiter sit libellandum.*

IN hoc titulo sic potes concipere libellum:
1 Lib. †Coram, &c. propono contra Bertam, quòd licet cum ea sponsalia contraxerim, ipsa tamen matrimonium mecum consummare detrectat, asserens se postea cum alio sponlia cōtraxisse: quare peto ipsam per vos cogi sponsalia mecum contracta seruare, & matrimonium contrahere & consummare, non obstantibus sponsalibus postea, prout asserit, contractis, & ad ipsam sententialiter condemnari, extrà de spons. sicut ex literis. extrà eo. c. j. C. de rei vend. quoties. Præmissa forma locum habeat, nisi cum vtroque per verba contraxerit de futuro, licet nō sit multum vtilis forma, vt suprà dixi de spon
2 salib. §. primo, in primo libel. ¶ †Porrò si cum vtroque contraxit per verba de præsenti, sic concipietur libellus:

Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, quòd licet matrimonium cum ea legitimè per verba de præsenti contraxerim, ipsa tamen matrimonium ipsum mecum consummare recusat, asserēs se postmodum cum alio contraxisse, ac se ab ipso cognitam extitisse: quare peto ipsam per vos cogi ipsum matrimonium mecum consummare, non obstante, quòd cum secundo se asserat contraxisse, & ad hoc ipsam sententialiter condemnari: peto etiam illud secundum matrimonium de facto contractum pronunciari non tenuisse de iure, extr. eod. c. vlt. & penult. & c. j. extrà de spons. si inter. ff. de his, qui no. infa. l. j. extrà de bigamis, nuper.

ADDITIO.

a De hac Rof. vbi d spon. parte x. & eius ibi fuerunt duo libelli hîc inserti. Si quis vendicans vxorem probat contractum de præsenti, & illa probat se desponsatam ab alio, etiam per verba de præsenti, tamen non probat tempus: vel si duo vxorem petunt, & vterque probat contractum, sed neuter priùs, Inno. dixit illam absoluendam, vel sniam differendam: in hoc scripsi super hac rub.

¶ Baldus de Sponsalibus.

Forma sponsalium de futuro matrimonio talis est: promitto, ꝙ accipiam te in vxorem: dum tamen versa vice mulier consentiendo loquatur, vel respondeat. Forma sponsalium de præsenti matrimonio: Promitto tibi Berta, ꝙ ego volo te in vxorem meam, dum tamen mulier etiam loquendo consensum incontinenti verbis exprimat: G. Quid si dico, Promitto tibi Bertę, ꝙ nūquam habebo aliam vxorem, nisi te? respondeo, quòd dictio Nisi, quando non inducit vinculum matrimoniale, iungitur verbo præsentis temporis: vt si dico, volo te in vxorem meam. nam communiter illa verba sic intelliguntur, dum tamen tu loquaris & consentias in me, quia vterque debet loqui, si vir & vxor: aliàs non est matrim̄ ꝯctū in forma ecclesiæ. G. ¶ Ista dictio Nisi, aut adiungit̄ affirmatiōi, aut negatiōi, si affirmatiōi, i. post affirmationē. tūc excipit: si negationi, tunc aut est oīno enūciatiua, aut dispositiua, vt no. in l. si tunc. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. per me Bal. Aut iungitur verbis negantibus potentiam: & tunc non ponit, l. Titia, §. fi. ff. de manu. testa. & C. de transact. l. actione. vbi not. per Pet. & Lau. de Salinis. Excommunicatus licet non sit membrum ecclesiæ, vt in auth. de priuileg. do. hær. mul. §. j. tamen potest contrahere matrimonium, quia matrimonium est etiam apud hæreticos & infideles, ver. sed nunquid te G. Pari ratione excommunicatis sunt licita ea, quæ Saracenis sunt concessa, vt contrahere & testari. Sed gl. Inst. de cap. dim. dicit, quòd excommunicatus æquiparatur deportato: ergo non facit testamentum. dic, vt in capi. decernimus. de sen. excom. lib. vj. in nouella. ¶ Matrimonium in sponsalibus de futuro enunciatur per verba de præsenti, & perficitur per copulam carnalem, & consummatur, vt not. extr. de translat. præl. c. licet. ver. & nota. Et quòd sponsalia dicantur initiare matrimonium, colligitur ff. de cond. ob cau. l. quod Seruius. non tamen est principium essentiale intrinsecum & formale, sed præiudicium quoddam. Bal. Et nota, quòd cùm fit mentio matrimonii intelligitur verificari de expresso mutuo consensu de præsenti. Sed vbi fit mentio nuptiarum, vt, cùm nupserit: vel, quandiu non nupserit: conditio significatur, vt C. de nup. l. sancimus. Item ex eo, quòd aliqn̄ legatur mulieri, si nupserit, vel qn̄ nupserit, & tūc relictum est conditionale, nisi legatum istud in legitimam cedat, quia tūc vsque ad modū legati ꝯditio reiicitur, C. de inof. test. l. quoniam in prioribus. & hoc probatur in authen. de san. epis. §. sed hoc præsenti. Aliquando legatur alicui, vt nubat: & tunc modus apponitur, & si deficiat modus, resoluitur legatum, ff. de cōd. & demon. l. Titio. §. sed cùm ante. nam si non resolueretur, non debet præstari cautio de modo implendo. Aliquando legatur alicui pro dote, vel nomine dotis: & tunc ista verba faciunt causam, non conditionem, nec modum: vnde nulla cautio præstanda est, & ante nuptias agi potest, quia est purum legatum. Alii dicunt, quòd non est causa, sed demonstratio quædam, quæ præsumitur facta consulendo, non arctando, ar. ff. de do. l. ij. in fi. Sed prima opinio verior. pro qua facit ff. de iure do. l. si ego. & ff. fam. er. l. Pomponius Philadelphus. Bal. Item no. ꝙ conditio matrimonii tunc intelligitur impleri, quando mulier nubit licitè & honestè, non aliter, ff. de contra tab. l. iij. §. emancipatos filios. ff. qui, & à quibus, l. rogatus. §. matrimonium. & de verb. sig. l. Nepos Proculo, de his, quib. vt indig. l. Claudius. & de cond. & demonstr. l. hæc cōditio. Econtrà quādo apponitur conditio negatiua, dic, vt in authen. cui relictum. C. de ind. vid. Forma instrumenti matrimonii: item forma libellorum in materia matrimoniali, G. & vide e. ti. §. fi. l. fi. Puella desponsata fuit à Petro, & deinde nupsit Ioanni consanguineo dicti P. ex quo nati sunt filii: quærit̄, vtrum succedant patri & vxori? Videtur, ꝙ non: quia spurii. Contra determinatur, quia non est probatum, ꝙ puella tempore desponsationis esset maior septennio. Item quia non est probatum Ioannem sciuisse, §. fi. in fi. G. & C. de incest. nup. l. quæ contra. in gl. j. & l. iustissimo. & de ritu nup. l. qui in prouincia. §. diuus. Bal. Pœna in matrimoniis potest apponi in persona extraneorū, & non parentum, nec coniunctorum, ff. de cond. & demon. l. hæres meus. §. fi. & §. igitur. ver. & no. G. Illud, quod est dictum in vna scriptura, non videtur repetitū in alia, sed in eadē sic, ff. de adim. leg. l. si tibi datam.

a ¶ De conditionibus appositis in desponsationibus, vel aliis contractibus [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Solus Roffre. ex practicis auctoribus practicauit hanc rubr. & inchoauit in ipsa secundum se impedimenta matrimonii vides autem, quòd rubricæ pars secunda non facit ad materiam libri. Quæstio venerealis lxx non est dubia per decre. fi. huius ti. Dominicales iij. & iiij. respiciunt secundam partem rubricæ, & expeditæ sunt j. eo. verùm. in 2. & 3. glo. & super illis. Et continuando hanc secundam partem formatur quæstio facti talis: Ciuitas habens naturalem dominum M. habebat pōtem supra flumen cum latis possessionibus deputatis ad præseruationem pontis & riparum, & huius pontis administrationē & omnium iurium & pertinentiarū suarū. Regentes ciuitatē, ad quos spectabat, ꝯcesserūt Titio pro se & suis hæredibus, hac clausula adiecta, dum placuerit M. domino prædicto: qui dominus prædictam concessionem confirmauit, & concessionem & confirmationem ratas habere promisit, & non contrauenire: imò manutenere & defendere ipsi Titio, & ipsius hæredibus, & causam ab eis habentibus promisit per solennē stipulationem sub obligatione suorū bonorum: & in facto ponitur, ꝙ quandoque iurisdictionem suam postea exercuit ad tuitionem prædictorum. Post tempora ipso Titio possidente dictus dominus M. concessit Sempronio prædictam administrationem pontis & suorum iurium, vt s. & amoueri fecit Titium à prædictis: quæritur, an prædictas concessionem & amotionem facere potuerit? Ad partem, quòd amouere potuerit, allegatur clausula in cōcessione facta per ciuitatem apposita, quæ per verbum futuri temporis conditionem habebat: quod est regulare, ff. de leg. j. l. Stichum, qui meus erit. & de aur. & ar. leg. l. Quintus Mutius scribit. in fi. & patet extr. eo. ti. super eo. & c. per tuas. Item conditio erat talis, quæ perseuerantiam voluntatis domini requirebat, ff. de cond. & demon. l. illis libertis. quod est contra naturam conditionum, quas regulariter sufficit semel extare, C. quādo dies leg. ced. l. cùm vxori. & de insti. & substi. sub cond. factis, l. si quis hæredem. & hoc facit monosyllaba Dum, quæ notare videtur conditionem actu perseuerantem: sicut illud de magistris, c. fi. verbo, docentes. ff. de cond. & demon. si ita quis legauerit. de legatis, iij. qui concubinam. §. vxori. de in ius voc. leg. secunda, ibi, pontificem, dum sacra facit. Nec his obstat confirmatio contractus facta per dominum, quæ facta intelligitur cum prædictis conditionibus expressis in illa. Repetita enim sub compendio dicentur omnia inserta in actu confirmato, extrà de fid. instrum. inter dilectos. de confir. vti. vel inuti. cùm dilecta. de priuil. quia intentionis. ff. ad Trebellianum, l. Titius. Nec præsumitur dominum in sui iuris præiudicium se ligare voluisse ad non posse velle contrarium, ff. de pecul. leg. l. si peculium. §. sicut aūt. & ff. de fideicommis. liber. l. cùm fidei. Sed contra prædicta fuit iudicatum his rationibus: quia idem seruo ex mente contrahentium diuersam in diuersis casib⁹ significationem habet. Vnde dicit lex, ꝙ voluntas testatoris separat pœnā à cōditione, ff. de his, quæ pœnæ nomine, lege secunda: quid velit, ibi no. & patet hoc ff. de verbor. sign. l. alienationis. §. oratio. quæ neque coniunctionem, neque disiunctionē habet, ex mente nunciantis, vel disiuncta, vel coniuncta accipitur. Mens aūt colligitur ex natura rei, de qua est sermo. Vnde stipulatio Habere licere, cùm per se constat, continet factum promittentis, & personarum à se venientium,

SVMMARIVM.

1 *Libelli vario modo super materia conditionem in desponsatione, vel aliis contractibus appositarum sunt formandi.*

2 *Matrimonium solo consensu contrahitur, & consensus est sufficiens causa matrimonij.*

3 *Conditioni turpi, vel impossibili existente in contractu matrimonij, qualiter sit agendum.*

4 *Conditiones contra substantiam matrimonij in contractu matrimoniali apposita, an sint seruandæ.*

5 *Matrimonium per hanc conditionem, consentio in te, si patri meo placuerit, contractum, an teneat.*

6 *Conditio hæc, Si tali extraneo placuerit, in contractu matrimoniali apposita, an ipsum contractum validet.*

7 *Contrahens cum vna purè, cum alia de iure, quis contractus sit tenendus.*

8 *Matrimonium contractum sub conditione, quæ omnino extitura est, perinde est, ac si purè contractum sit.*

9 *Matrimonium contractum sub conditione post coitum, habetur tanquam purè contractum.*

10 *Matrimonium contractum sub hac conditione, Si te virginem inuenero, an sit validum.*


Vper materia conditionum varii possunt formari libelli. Ex his igitur aliquos supponamus in materia
1 Sponsaliorum. †Si ergo cōditio sit honesta, sic con-
a cipitur libellus, secundum quosdam[a]:
Lib. Coram, &c. propono contra P. quòd cum ipsa cōtraxi sponsalia, seu matrimonium sub ea conditione, si mihi daret c. in dotem: vnde peto ipsam per vos cogi, vt præfata c. mihi in dotem det, & matrimoniū consummet, & ad id ipsam sententialiter condemnari: alioquin peto à vobis mihi dari licentiam cū alia ꝯtrahen-
2 di, ff. de iure dot. l. j. ¶ † Sed licet etiam præmissa forma bona sit sponsalibus de futuro, vt extr. e. ti. c. iii. in prin. non tamen in matrimonio. quod & si sub præmissa conditione contrahatur, nihilominus matrimonium tenet, licet conditio non impleatur: & sic intelligo. in eo. c. versic. nisi consensus, &c. & illud, nisi quo ad hunc casum, vbi non ponitur exceptiuè. Nec obstat eo. tit. super eo. & c. seq. quia ibi apponebatur conditio contra id, quod est de substantia matrimonii, scilicet circa consensum, dicendo, consentio in te, si pater meus consenserit, extrà de spons. tuæ. & capitul. tua nos. Vnde quod dicitur in principio prædictæ formæ, seu matrimonii, &c. non rectè ibi ponitur, licet pauci hanc veritatem aduertant. Vel dic, quòd cùm apponitur conditio in matrimonio, apponitur per consequens, & in consensum: & econtrà. nam matrimonium solo consensu contrahitur: & consensus est sufficiēs causa matrimonii, vt xxvij. quæst. ij. §. i. & c. sufficiat. extr. de spon. cùm apud. & de sponsa duorum, c. fi. Non ergo videtur referre, siue conditio apponatur in matrimonio, siue in consensu. Vnde tale matrimonium, Accipio te in meam, si mihi dederis c. non obligat, nisi illa c. dederit: & hoc quidam dicunt per præd. c. super
b eo[b]. ¶ † Si verò conditio turpis, vel impossibilis fuerit, concipi-
3 tur sic libellus:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, quòd cùm ego cum ea contraxerim matrimonium sub ea conditione, si furtū facerem, vel homicidium, vel hominē interficerē, vel si cælum digito tangerem, ipsa matrimonium prætextu huiusmodi cōditionis non impletæ consummare recusat: quare peto ipsam per vos cogi ad matrimonium consummandum, prædicta conditione remota, & habita pro nō adiecta, ext. eo. c. j. & c. vlt. ff. de cond. inst. quidā.
4 32. q. ij. solet. & c. aliqñ. ¶ † Portò si sit contra substantiam matrimonii, sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, quòd cùm contraxerim matrimonium cum ea sub illa conditione, si generationem prolis vitaret, vel se adulterādam traderet, vel donec inuenirem ditiorem, peto dictum matrimonium nullum pronunciari, & mihi dari licentiam cum alia contrahendi, eo. ti. c. vlt. in præ. c. solet. & c. aliquando. Super aliis variis conditionibus libellos in diuer
5 sis huiusmodi operis locis poteris reperire. ¶ † Quid si aliquis dicat, Ita consentio in te, si patri meo placuerit, vt ext. c. sup eo. cùm tamen patrem non habebat, nunquid tenet matrimonium? dicit
c Vin. quòd non[c]. Quid si dicit, Si placuerit fratri meo? respond. idem puto, quod in patre, vt matrimonium suspendatur, vt præal. c. super eo. Et idem etiam in consanguineis, qui de honestate
d requirendi sunt. 32. q. ii. honorantur[d]. ¶ † Quid si dicit, Si placue-
6 rit extraneo? Respond. deberet idem esse, arg. in præ. c. super eo. ibi, alieno arbitrio. C. de contrahen emp. l. fi. Alii dicunt esse aliud quia extranei non solent de honestate requiri, sicut propinqui: vnde tenet matrimonium, eo. tit. quicunque. secundum Vin.
7 ¶ † Quid si contraxi cum aliqua sub cōditione de iure, cum alia purè? Respond. certum est quod tenet matrimonium cum causa
e & per puram conditionem[e] receditur à conditionali, ff. de ꝯhen. emp. sed Celsus. §. fi. Sed quid si postea est existat conditio, nunquid incipiet esse matrimoniū cum prima? Et videtur, quòd sic: quia ex quo postea existit cōditio, idem est, ac si in principio purè contraxissem, ff. qui pot. in pig. hab. potior. ff. de manu. test. Neratius. frequens enim euentus declarat retro fuisse matrimoniū, vt extr. de frigi. & malefi. fraternitatis. in fi. Sed dico, quòd matrimonium non retrotrahitur, sicut alii contractus, licet quo ad filiorum legitimationem retrotrahatur, vt extr. qui fil. sint leg. tan
8 ta. & facit hoc ff. de ædil. edi. bouem. §. si sub cōditione. ¶ † Quid si matrimonium contrahitur sub conditione, quæ animo extitura est? Respond. perinde esset, ac si purè contractum sit, ff. de ꝯd. indeb. quasi. Vel dic, quod nō est concedendum præcisè esse matrimonium ante conditionem extantem: sed est dicendum, ꝙ ex futuro euentu pendet, an sit matrimonium, vel non, vt in præ. c.
9 fraternitatis. in fi. ¶ † Quid si post cōtractum matrimonium sub conditione protestatur contrahens ante coitum, ꝙ non vult à conditione recedere? Dic, quòd sibi non prodest, quin purè consentire intelligatur postea cognoscendo, extrà de constit. cùm M. de app. solicitudinem. in fi. licet sit argumētum contrà, xxxj. q.
f iii. Lotharius. extra. quod me. causa, perlatum[f]. ¶ † Quid si matri
10 monium contrahitur sub hac conditione, si te virginem inuenero? Et videtur, ꝙ sit matrimonium, extr. de cond. appos. c. j. 32. q. ij. solet. quia error talis dirimit matrimonium, xxiii. q. ii. § i. nec impedit emptionem, ff. de contrah. emp. alioquin. §. i. Dicit Vin. quòd si ipsa sub conditione contraxerit, non tenet matrimoniū. Vel dic, quòd talis conditio non suspendit matrimonium: sicut nec illa, Contraho tecum, si in primo coitu mihi placueris.

ADDITIONES.

☞ ff. de verbor. obligat. l. stipulatio ista. Sed quando in venditione proferuntur, continet etiam factum extraneorum ex mere contrahentium, ff. de act. emp. & ven. l. emptorem. §. qui autem habere licere. vbi de hoc. Verba autem illa Dum placuerit, duplicem intellectum habere possunt, vt dubia, scilicet an perseuerantiam domini exigant: & sic contractus erit temporalis, & ex voluntate dependens: an verò non sit pendens, sed sufficiat semel extitisse, & sic erit perpetuus: & iste sensus cōuenit naturæ contractus, vt C. de venden. rebus ciui. lege tertia, libro vndecimo, ergo, &c. Secundò ponderata fuit proprietas verbi Placuerit: quod est sub iunctiui modi futurum, per quod, ex quo semel placuit, extitit conditio, nec mutationem recipit, ff. de verbor. oblig. l. si quis stipulatus sit Stichum. argumen. ff. de legatis, iii. si fideicommissa. §. fideicommissum. Tertiò ponderatur promissio facta per dominum de non contrafaciendo, vel veniendo, sub obligatione bonorum suorum, quæ notat quandam perpetuitatem, ff. iudic. sol. l. nouissima. per quam obligatur etiam, ne per alium contrà fiat, ff. de verbor. oblig. l. in illa. & locati & conduc. l. in lege. Item absurdum est dicere, quòd virtus clausulæ Dum placuerit, si dicatur perseuerantiam requirere, intelligatur in hac obligatione repetita: sicut rediculū est dicere, Si voles, esto hæres: si noles, esto exhæres, ff. de hær. institut. l. iam dubitari. Sic derisoria esset ista, Promitto non contrauenire, nisi mihi placeat contrauenire: sicut & Promitto dare, si volam, ff. de act. & oblig. l. sub hac conditione. si volam, nulla fit obligatio. ad idem de verb. oblig. à Titio §. fi. & ff. de contrah. emp. hæc venditio. Non est ergo dicendum, talem negationem dici repetitam, ff. de leg. i. l. si quis à filio. Pro casu autem allegatur C. de col. præd. ciui. l. vlt. lib. xi.

ADDE videndum originaliter Oldra. consil. ccliii.

a Secūdū quosdā. ¶ Ros. vbi s. cuius fuit iste lib. & duo, q sequūt.

b Super eo. ¶ Et hæc est vera, vt scripsi in dicta decr. iii. quæ incipit de illis. in vlt. gl. & ꝓbat e. ti. c. fi. in prin. vt ibi scripsi in ꝑd. dec. iii.

c Quòd non. ¶ Hoc dixi ī præ. dec. sup eo. Sed tu distingue, an sciebat patrem mortuum, vt tunc conditio sit impossibilis, non contra substantiam, & habeatur pro non adiecta. Si autem vera solutio Vinc. cùm ignorabat, vt ibi dixi in prin.

d Honorātur. ¶ De hoc & d seq. dixi e. ti. per tuas sup ver. patruus.

e Conditionem. ¶ Verbum est legis, sed exponitur ibi conditio, i. pactio. De hac tamen quæstione & sequentibus omnibus vide, not. eo. ti. per tuas. in gl. sed quare. & quod super ea dixi.

f Perlatum. ¶ In his iusta causa corroborat protestationem: hæc protestatio turpis est, q̄ coitum de se vxoriū facit fornicarium tamen vide, qđ scripsi de sponsa. veniens. ii. & eo. tit. tua. super i. gl.

ADDITIONES NOVAE.

☞ Modalis hæc statim tenet vt cum do tibi mille vt tu facias mihi domum: & non reuocatur nisi illud quod promisit voluerit facere. l. ii. C. de his, quæ sub modo.

Conditionalis hæc est simplex, vt cum dico. lego tibi centum si Titius ascenderit palatium. & hoc tenet conditione existente: alias secus. l. C. de insti. & substi. sub cond. fac.

Causalis hæc tenet licet sit falsa causa, vt lego tibi decem quia mihi seruiuisti. etiam si nunquam seruiuit, legatum tenet. l. i. de fal. cau. adiec. leg.

Altera

50 Alternatiua hæc est variabilis: vt cũ dicitur do tibi Titium vel Gaium: vel cum dicit, do tibi istum, imò illum, & ecõtra: veruntamen iudex poterit illum compellere vt det alteram, vel æstimationem eius, vt C. de ver. signi. l. cum quidam. fac. l. 3. §. Scæuola. ff. de eo quod certo loco.

Demonstratiua hæc statim tenet: vt cum dico, lego tibi cocũ meum quem habeo, etiam si nihil sciuerit parare, dum tamen sit cocus, tenet legatum. & dicitur demonstratiua, quia per demonstrationem & declarationem fit arg. C. de falsa causa adiecta leg. l. si vero. & l. fi.

Conditionalis negatiua hæc statim tenet, vt lego tibi decem si Titius non ascenderit capitolium, sed debet præstare fideiussores ante aut cauere quòd titius capitolium non ascẽdat. l. si Titia. de condi. & demonst.

Perplexa hæc non tenet, vt l. si Titius hæres erit. de cond. & demo. & l. 2. C. de his quæ sub modo.

In diem, hæc, si certa est dies statim obligat, l. in diem: de condi. inde: si incerta non statim obligat. l. sufficit. de condi. indebi. & l. 2. §. quòd si quis ita. de eo quod certo loco.

Ex die, hæc non statim obligat, nisi postquam venerit. l. obligationum fere. §. de obliga. de obliga.

Negatiua hęc statim obligat. vt cum dico, promitto tibi decem si capitolium non ascenderis, quam primum desinis capitolium ascendere, statim obligationem nancisceris. l. ita stipulatus. §. j. de verbo. obliga.

Affirmatiua hæc statim non obligat, nisi actu existat conditio: vt promitto tibi decem, si capitolium intraueris. nisi intraueris capitolium. non acquiris obligationem, l. conditio. de conditi. & demo.

De futuro hæc statim nõ obligat: vt cum dicit iudex, da sibi decem si Titius consul fuerit, l. respiciendum. l. si certum pet.

De præsenti hæc statim obligat, dicta l. respiciendum. & dicta l. nam ad præsens.

De præterito hæc statim obligat. l. nam ad presens ff. si cer. pet.

Quæro duo sunt socij vnius mercantiæ: vnus vult ire Geuam: alter contradicit, volens ire: dixit, volo ire meo periculo & lucratus est multa an communicabitur. Bar. in l. quia poterat. ad Treb. fac. institut. pro socio. §. illud.

Nota ꝙ ordo rei dicitur forma rei, qui non debet præuaricari etiam in actu fauorabili Bart. in l. qui Romæ. §. flauius. de verbo. obli. Bal. in l. omnes populi. de iusti. & iure.

Nota ꝙ vbi aliqua lex venit determinãda per alias, si potest determinari per plures, venit determinanda per illam quæ min⁹ habet pœnalitatis. Bal. in l. j. §. ait prætor. de postu.

Nota quòd siue ciuiliter siue criminaliter agatur, prius de personis quærendum. l. licet C. de procu.

Nota per quæ verba inducatur modus, & quæ conditiones inducant modum. Bar. in l. quibus diebus. §. fi. de condi. & demo.

Nota ꝙ si lex vel statutum requirit certam formam, non sufficit ꝙ tabelio dicat in instrumento, ꝙ partes fecerunt in omnibus & per omnia, prout in statuto continetur. de quo per Io. Andr. in c. vt circa. de elec. & Albri. in Rub. de fide instrum. in fi. & Bal. ff. de libe. & posth. l. 2.

In l. Titiæ textores. §. mihi de leg. j. inter & cum non est differẽtia, quando ponitur inter res quarum natura est vt vna alteri nõ accedat Bar. ibi & in l. si cui. ff. de fun. instruc. & instr. leg.

Tantum est dicere, talis est parmẽsis, quantum est ciuis Parmæ, l. sed & reprobari. §. amplius. de exc. tutorum. De hoc etiam in c. Rodulphus. ext. de rescript. & aliud est dicere diœcesis parmẽsis, aliud ciuitatis Parmensis, vbi de hoc.

Dictio negatiua postposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario l. legitimos. §. in legitimis. de ligiti. tuto.

Ratio legis debet esse necessaria, l. cum tale. §. falsum. de condi tio. & demo. & l. non omnium. ff. de legi.

Protestatio debet fieri ante completum actum non post: secus in denunciatione. gl. est in l. in concubinatu. ff. de concubi.

Facilius excusatur defectus qualitatis quàm substantiæ. gl. in l. talis scriptura. de leg. j.

Confirmatio tituli præcedentis, titulum de nouo non tribuit: natura enim confirmationis est confirmare confirmabile, non de nouo induere, vel in aliud transferre, Bal. in l. ex nobis. de dona. inter virum & vxo.

An præferatur causa naturalis, an accidentalis. Bar. in l. qui habe. de tute.

An non solenne & falsum æquiparentur. Bal. in l. non dubium. de testamen.

Quod pluribus respectibus fieri potest non infertur determinato modo, iuxta nota. per Inn. in c. ex parte. de resti. spoli.

Dictio ne, an faciat conditionem vel modum, in l. cum tale §. titius. & l. quibus diebus. §. fi. de condi. & dem.

De verbo illico quomodo accipiatur, Archidia. in ca. cordi. de app. lib. vj.

An clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia, no. in l. talis scriptura. de leg. j. & c. cum olim de rescrip.

Nota quòd vbicunque apponitur conditio, præsumitur causa finalis, l. à Titio. de verb. oblig.

An & quando dies incepta habeatur pro impleta, not. in l. j. de manu.

De natura huius verbi, suus sua suum, & eius significatis. not. in l. is qui suus. de manum. Bar. in l. cum suæ. cum l. sequen. de leg. 3.

De verbo ex nunc, & verbo ex tunc, Bal. in l. lecta. si cer. pet. & l. stipulatio huiusmodi. de verb. oblig.

Nota quòd tantum est dicere per quadriennium quantum singulis quadrienniis, l. cum erat. de an. leg. Bar.

Nota quòd disiuncta posita inter incompossibilia resoluitur in coniunctam, Bar. l. si Titio. de vsufruct. leg.

Nota quòd quantumcunque lex sit fauorabilis, tamen si est apposita pœna, censetur odiosa, in auth. de non alienan. §. quia vero leonis.

An quando aliqua lex habet plures lecturas possimus dicere & sustinere quòd vtraque est bona, & quòd possit sustineri. Bar. in l. ambiguo. ff. de reg. iur.

Nota quod aliud est modificata permissio, & aliud expressa vel tacita prohibitio, Bar. in l. si compromissum. de recept. arbit.

An ea quæ adducũtur ad diminutionem possint adducere augmentum, Bar. in l. cum tale. §. falsam. de condi. & demo.

Not. quòd denunciatio debet ita certa fieri, vt ille cui fit reddatur certus. l. denunciasse. in prin. & §. j. ff. de adul. & l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clam.

Nota quòd licet cesset vna ratio, si tamẽ alia ratio duret, sufficit Bal. in l. liberorum. de his qui not. infa. & l. si non lex AElia Sẽtia. ff. de hæredi. insti. Ia. bu. C. de seruis fug. l. mancipia. Bald. in l. 2. C. de rescin. vendit.

Nota quòd quando lex loquitur de certo tempore, illud tempus est de substantia probationis Bald. in l. quid ergo. de his qui no. infa. & l. cum actio, de neg. gest. & l. post mortem. de petition. hæredi.

Nota quòd verbum infirmari & rescindi habet se ad nullitatem & iniquitatem. Bal. in l. j. de feriis. Inno. in c. auditis. de procura. l. j. quæ senten. sine app. resc.

Nota de hoc verbo qualitercunque licet sit verbum largum, tamen intelligitur de habili. Bal. ponit in l. quod ait. ff. qui sa. cog.

No. quòd iudex procedendo ad vlteriora non obstante appellatione, quæritur an processus valeat. Bal. in l. arbitrio. qui satisda re. cog.

Nota quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito. Bar. in l. si. §. si filius. ff. de leg. 3.

Nota quod vna via prohibetur non debet alia via permitti, l. iubemus. de naturali.

Nota quòd idem est dicere bonorum & rerum Bar. in l. fi. de vsufruct. leg.

An aliquis possit allegare ius tertij Barto. in l. 2. ff. de except. rei iud. & Bal. in l. cum seruum. de seruis fugi.

Nota quòd qui facit actum primum, videtur facere actum primum consecuturum, l. quoniam. de natura. libe.

Nota quòd quis non potest renunciare iuri suo in præiudicium tertii, Bal. in dicta l. quoniam.

An ordo scripturæ sit attendendus: dic aut scriptura facit mentionem de ordine attendendo seu seruando, & tunc debet seruari. si verò non procedit ordinem statuendo, tũc si loquatur super aliis ordinatis à iure, statur ordini iuris, l. tale. in prin. de here. insti. si vero est forma sine ordine data, tunc seruatur ordo quo ad volũtatem præstandã, l. quotiẽs. de vsufru. sed vbi est certum de voluntate non curamus de ordine, l. cum pater. §. fidei tuæ. de leg. 2. Bal. in l. si duas. de excu. tu. & l. 2. de vulga. & pupil. & l. si nominatim. ff. de liberis & posth.

Nota quòd opinio vltima posita ĩ gl. videtur semper esse glossatoris, & in dubio tenenda. Baldus allegat ad hoc l. quoniam filium. §. i. ad Trebel. & idem dicitur de dictis Innoc. Bald. ponit in Auth. ex testamento de collat. & Abbas in c. Raynutius. de testa. Bal. in l. si mater. de rei ven. fac. quod no. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui malè iud.

Nota quòd participium preteriti temporis iunctum verbo presentis temporis, est secundum propriam significationem, & requirit factum, & quòd factum deieret, l. qui ĩ puteum §. qui in puteum. ff. quod vi aut clam. Bar.

Nota ꝙ duo adiectiua relicta respectu vnius generis, verificant dispositionem in altero: licet vtriusque veritas ad hoc non concurrat. Bar. in l. concubinam. in prin. de leg. 3.

80 In l.placet.de sacro.eccle. Bal.dicit ꝙ hic ponitur punctus pro copula: quia vbicunque inter relatiuum & antecedens non ponitur expresse copula, tunc punctus ponitur pro copula.

Oppõ de puncto.de hoc in l.non solum.in glo.de in inte.rest.

Nota quòd paria sunt quærere nouos & fouere quæsitos. l. si quis de natura.libe.

Quid operatur ꝯtinuatio scripturæ & quando cõtinuatio scripturæ faciat clausulam in fine positam referri ad omnia supra dicta.Bar.in l.fi.de reb.dub.& l.talis scriptura.de leg.j.

Nota quòd causatum non debet tentare destruere suam causam, l.cum quis.de natu.libe.

An pluralitas præsumatur.Ia. butri. in l.de errore aduocatorũ. & Bal.in l.edita.de eden.in repeti.

Allegãs præscriptionem non tenetur probare titulum possessionis vacuæ.Inn.in c.si diligenti.de præscr.

Alleganti copulam carnalem interuenisse, standum est suo verbo.Inn.in c.accessit.de sponsa.

Allegare qs non pt turpitudinem suam agendo nec defendendo. Abbas in c.inter dilectos.de probationib⁹.vide Bal.in l.si creditor C.de communi seruo pig. da.ma.

Allegans turpitudinem suam auditur.vbi non vertitur periculum animæ.Inn.in c.tertio loco.de præsumptionib.

An quis possit allegare turpitudinem prædecessoris sui.no. in tertio folio secundum domi.Segnorolum.

An inter ordinem & solennitatem sit differentia, Bald.in l.probat de senten.& inter l.omn.iud.

Nota quòd ea quæ debent fieri ordine successiuo si fiant simul præsumuntur facta legitimè, no.in l.illud.ff.de acquir.hæredi.

Nota quòd si ordo non seruatur nõ valet sententia, ita nec valet processus.gl.in c.per venerabilem.qui filij sint legitimi.Spec. in tit.de teste.§.nunc tractemus.vers.autem illud sciatis.

Nota quòd si in causa non debet procedi nisi dato fideiussore ex forma statuti, & iudex reciperet fideiussorem non idoneum, processus impeditur.Bal.in l.quoties.ff.qui satis.cogan.

Si concessum est alicui ꝙ possit procedere, an possit decidere, Bal.in l.cui iurisdictio.de iurisdict.om.iud.

Arrogatio non cadit in filiis non legitimis, l.legem C.de naturali.liber.

Rebus imperfectis existentibus, non expedit proponi excusationem, l.testamentum matris.de confir.tut.

Per emancipationem iura agnationis omnino non dissoluunt l.frater.de legiti.tutel.

Creditor cogitur accipere quod sibi debetur, l. admone. qui petitu.

In his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis est dare congruum tribunal, l.magistratus.qui pe. tuto.

Ordo tenendus est, l.illustris, de tuto.& curato. da.ab his.& suprà,not.

Quando lex simpliciter pœnam statuit subintelligitur clausula doli in puniendo.gl.in l.fi.quod quisque iuris.

Quando idem sermo potest dupliciter intelligi, debet intelligi in benigniorem partem, l.cum apud.de communi seruo manu.

Genus reductum ad vnam speciem naturam speciei assumit, l.si optio.de optio.lega.

Differentia inter solitum & consuetum. Bar.in l. Mela.§.sed si alimenta.de alimen.& ciba.leg.

Nota quòd argui potest ex ordine titulorum, Bar.in l.idem Labeo.rerum amo.& l.j.ne fideiusso.do.den.

Nota quòd ea quæ fiunt in iudicio sunt quodammodo ꝯiuncta, & sic non est ibi ordo prioritatis nec posterioritatis.Archid.ĩ c.cum in posit.de iureiuran.allegat l.quidam.de pec.leg.

An & quando admittatur variatio.glo.in l.de rebus.ff.re.amo.

Nota ꝙ quis nõ debet ex eodem facto præmiari & pœnam reportare: & inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari.Bal.in l.siue hereditaria.de neg.gest.& facit ad quæstionẽ: statuto cauetur quòd occidens bannitum certæ conditionis, solvat dimidiam pœnam eius quod solueret non bannitus: modò aliquis occidit bannitum certæ conditionis, & soluit dimidiam pœnam. petit modò centum vigore alterius statuti, an poterit, Bal.quòd non.arg.dict.l.

In l.vt debitum.c.de hæreditariis actionib.not.quòd præpostera ratio infringit confessionem partis, & facit quòd per eã id quod est inordinatè actum, non roboretur. l. non tantum.de appella. & l.maritus.de quæst. & ideo si non facta probatione emanauerit secundum decretum, confessio sequens non roborat illud, l.si cum nulla.ff.de re iud.

Nota quòd ea quæ præsumuntur à iure, vel quæ habẽt paratas probationes, tamen allegari debẽt, Bal.in l.si adulterium cum incestu.§.incestum.ff.de adulte.

Qui contineantur appellatione fratris, Bar.in l.Lucius §.quæsitum de leg. 3.

Appellatione auium continentur gallinæ & pulli, l.auibus. de leg.3.

Appellatione frumenti aũ ꝯ continetur farina, no.in l.quintum. §.illud, de leg.3.

An statutum quod loquitur de artificibus trahatur etiam addiscentes.Bar.in l.legatis, §.ornatricibus.de le.3.& l.j.§.nec castrense. de colla.bon.

De quæstionibus de puncto.Bar.in l.si post mortem.de lega. 1.

Nota quòd verbum quod sic habet per prius & posterius, simpliciter accipitur per prius.Bar.in l.hoc legatum.de leg.3.

Nota quòd si in statuto sit aliquod verbum ambiguum debet intelligi secundum communem vsum loquendi, Bart.in l.librorum §.quod tamen Cassius.de leg.3.

Nota quòd paria sunt debere consentire, & se simul obligare Bal.in l.filius.de his qui sunt sui vel alie.iuris.

An condemnatus pro contumacia, dicatur condemnatus pro maleficio.Bal.in l.j.in prin.si quis ius dic.ñ obt.& tenet quòd sic.

An pendente solutione possit peti instrumentum cãcellatum reddi ex causa solutionis.Bal.quòd non, in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.nam dicitur ibi, si peto à te mille vigore instrumenti, & tu opponis de solutione, an post vel pendente exceptione possit hoc instrumentũ cancellatum reddi: & dicitur quòd non Bald.

An locatores equorum dicantur mercatores.facit l. legatis.de leg.3.& an mutuator dicatur mercator.Bart.ibi.Quid de illo qui nihil aliud facere quàm locare possit, vel alienas conducit. Bart. ibi. itẽ an ex vno actu quem quis facit possit dici mercator.Item dicit statutum quòd in mercantiis florenus accipiatur pro tanta quantitate.nunquid quo ad hoc dos dicetur mercantia, Bart. ibi plene de his.

Nota quòd aliud est non admittere, & aliud reprobare.colligitur ex §.fi.posito in l.sin autem.de neg.gest.

In fin.de rei vendi.pone quòd conueniebar à Titio actione in rem, negas tu posita & contenta in libello: ergo negas te possidere, ꝙ sic vult probare me possidere, vt sic in ipsum possessio transferatur, prout hic notatur: quæritur quid iuris.dic quòd non, qa non videor negasse, nisi id quod mihi nocet, argu.l.non intelligitur, de iure fis.§.si quis palam.& in l.si is.in fi.de reb.dub.& l.emãcipatus.de senat.Bal.si quis intentione.de iud.ff.

Quid si ius canonicum contradicit iuri ciuili quod seruabitur. de hoc in l.cunctos populos.de sum.tri.& fi.cat.Ioan. And.in c.j. de ope.no.nun.Bald.in l.priuilegia.C.de sacro.eccles.Bald.aliter dicit quam Bar.Inno.& Host.in dic.ca.j.Io.And. in ca. ea quæ.de reg.iur.lib.6.in mercuri.

An audiatur allegans turpitudinem suam Bal.in l.j.C.de condi. ob tur.cau.quòd non auditur agendo, vt l.cum profitearis, de reuo.dona.sed excipiendo sic, vt dicta l.i.& hoc verum si fundat se in turpitudine: secus si in alio, nam coadiuuando potest allegare turpitudinem suam, l.alias.de iureiurand.ff.Bartol.in l.2.de condict. ob turp.caus. dom.Segnorolus plenissime in consiliis suis. secundo.

Quæ differentia sit inter assiduum & frequens.Io.and.in c.frequens ext.de testi.lib.6.in nouella.

Nota quòd consilium legis est tutiorem viam eligere, l.4.§.totiens.de dam.infect.

In Rub.an seruus ex facto suo nota, quòd quando rubrica incipit per vt vel per ne, tunc Rubrica decidit & habet vim textus.& est generale quòd omnes rubricæ legum & statutorum consonantes textui, possunt pro textu allegari.ita glo. in Rubri.si quis liber testa.iu.sed si incipit per an, tunc ponitur per modum quæstionis: textus autem decidit, & cum consultatio refertur ad interrogatoria, l.Aurelius.§.Sticho.de liber.leg.Bal.ibi.s.

Vtrum conditio apposita in persona vnius, videatur repetita in persona coniuncti not.in l.Iulius Pau.de condi.& demonst.

Vtrum legatum factum in vno testamento intelligatur repetitum in alio testamento postea facto, not.in l. cum tacitum. de probatio.

Vtrum conditio apposita in vna re legata videatur repetita in alia re coniuncta.Bart.in l.seia.§.Gaio.ff.de fi.instr.

An dicta in præfationibus intelligantur repetita in sequentibus no. in l.Titia.§.idem respondit.de verbo.obli.

An dies & conditio adiecta in principali videantur repetita in adiecto.no.in l.si.§.sed rursus.de verb.obl.

An dicta in principali videantur repetita in fideiussore. no.in l. siue.ff.de fideiusso.

Quid in stipulatione nota.in l.ita stipulatus. §. Grisogonus. de verb.obliga.

An dicta in vna lege vel statuto videantur in alia lege vel statuto repetita.Bar.in l.prætor.ff.vi bono.rap.

Quid

60 Quid in rescrip. notatur in l. talis scriptura. de leg. j. de pred. omnibus. Bar. in l. licet. de leg. j.

Si instrumentum habet promptam & paratam executionem vigore statuti, & petatur instrumentum retractari, talis pendētia litis non impedit executionem instrumenti. Idem si opponeret instrumentum fore vsuratium. Ange. in l. 4. §. condemnatum. de re iud. & quod no. in l. fi. de ordi. cog.

Nota quod præfationes & procemia probāt causam finalem: & sic ex præfationibus statutorum probat mens & rō statuentiū. item ratio expressa in statuto debet attendi: secus si non est expressa. Bal. in l. fi. ff. de hære. insti. item Rubricæ statutorum dant intellectum ipsi statuto, Bal. vbi s. fac. l. item quæritur. §. fi. de pac.

¶ Baldus de conditionibus appositis, &c.

An sit licita conditio in matrimoniis, si patri meo, vel fratri, vel extraneo placuerit, an trahatur retro: & quid de illa conditione, si te virginem inuenero: vel si mihi in coitu placueris.

¶ Qui clerici, vel vouentes possunt contrahere matrimonium a. Rubrica.

a

SVMMARIVM

1 *Matrimonium cum clerico, vel votum castitatis faciente, contractum, an, & qualiter dissolui petatur.*



Ic concipitur libellus:

1 Lib. † Coram, &c. propono ego Berta contra P. quòd cū matrimonium cum eo suæ conditionis ignara contraxissem, nunc primùm ad meam deuenit notitiam, quòd ipse est in sacris ordinibus constitutus, quare peto ab eo separari, & matrimonium huiusmodi nullum fore pronunciari, & mihi dari licentiam cum alio in Domino cōtrahendi, extrà e. c. j. in fi. & c. 2. extrà de cleric. coniug. c. j. 32. dist. seriatim. & c. interdixit. Vel, vbi posui de sacris ordinibus, potes ponere, quod ipse tali se religioni solenniter deuouisset, vel votum solenne seruandæ castitatis ante matrimonium sic contractum emiserit: & huiusmodi alia prosequere, vt ibidem, & extrà e. meminimus. & c. fin. & c. rursus. & 27. q. j. c. j.

ADDITIO.

a Est hoc tertium impedimentū in ordine Ros. & eius fuit libellus qui hîc habetur, hoc solo mutato, quod ipse facit Bertā ream, autor facit illam actricem, & in hoc meliꝰ, qa & religionē & sacrum ordinem allegare pt in isto libello, vt fecit: sed in illo religionem tātùm, cùm propter sexum ordinari non possit: quod si fieret, nō reciperet characterē: de quo satis scripsi de pœni. & remis. noua. quædam super glos. 2. Tertium aūt, quod autor subdit, s. de voto castitatis ante cōtractum emisso, contra vtrūque sexum, poterit etiā omitti. nam certum est, quod qui vouit castitatem absque solennitate sacri ordinis, vel professionis, si matrimonium cōtrahat, tenet: sed de hoc dubitatur, an possit exigere cum dispensatione, vel non. vide, quod plenè scripsi. e. tit. rursus. in vlt. gl.

¶ De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium a. Rubrica.

a

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit cōcipiendus contra eum, qui vxore legitima adhuc viuente contraxit matrimonium cum alia.*
2 *Contrahenti matrimonium nunquam debet fraus, aut dolus prodesse, nec parti ignorantia obesse.*
3 *Matrimonium per errorem indebitè contractum, qualiter dissolui petatur.*
4 *Matrimonium viuēte vxore cū alia cōtractum, an post vxoris obitū sit validū.*
5 *Promittere, fidem dare, & contrahere, in causa matrimoniali æquiparantur.*
6 *Matrimonium an impediatur per impotentiam coitus.*
7 *Matrimonium cum secunda tenere non potest prima viuente.*



N hoc titulo sic potes libellum concipere:

1 Lib. † Coram, &c. propono contra Titium, quod ipsa Berta vxore sua legitima viuente, fidem dedit Lu-
b cretiæ b scienti ipsum aliam habere vxorem, cum ea matrimoniū contrahendi: vel cum ea de facto contraxit, ipsamq; carnaliter Berta viuēte cognouit, vel ipsa Lucretia: vel ipse vir in mortem ipsius Bertæ extitit machinatus: quare peto ipsos adinuicem separari, & matrimonium inter eos non tenere sentētialiter declarari, extrà e. c. pe. & vlt. & c. super eo. & c. i. & c. significasti. 31. q. j. si
2 quis viuente. ¶ † Quòd si fortè Lucretia ignoraret ipsum aliam habere, sic concipitur libellus:

Lib. Corā, &c. propono ego Lucretia contra Titium, quod licet idem T. mecum matrimonium per verba de præsenti contraxerit, idem tamē asserit se tempore contracti matrimonij aliam habuisse vxorem nunc defunctam, sicq; se non teneri ad cohabitandum mihi: cū igitur fraus & dolus eidē T. prodesse non debeat, nec ignorantia mihi obesse, peto ipsum T. per vos cogi, quod me debeat maritali tra-
c ctare affectione, extrà e. c. j. & c. pen. extrà qui fil. sint leg. ca. pen. c
3 ¶ † Posset enim ipsa in contrarium concipere sic:

Lib. Coram, &c. propono contra T. quia inscia & ignara ipsum habere aliam in vxorem, cum eo de facto contraxi: quare peto ab eo separari, & matrimonium per errorem sic de facto contractum per vos dissolui,
4 ext. e. c. j. & c. veniens. ¶ † Hic autem breuiter nota, quod si quis vxore viuente sponsalia, vel matrimonium cum alia contraxerit, si nec antè, nec pòst viuente legitima illam cognouerit, non debet separari matrimonium post vxoris obitum cum alia de facto ex nouo consensu contractum: secus, si prima viuente, vel pòst cognouit istā. vt extrà e. c. fi. & c. significasti. Vnde innuitur ibi, quòd si prima viuente istam cognouerit, nō tamen sibi ante obitum illius fidē dederit, vel matrimonium cum ea contraxerit, non prohibetur cum ea contrahere post mortem primæ, argumen. extr. e. qui fil. sint legi-
5 timi, tanta. ¶ † Quid si nec fidem dedit, nec contraxit, sed solùm pro-
d misit d? Respō. idem videtur, arg. 22. q. vlt. iuramenti. Alij contra, extrà
e de fideiuss. c. 2. in fi. e Si autem secunda ignorat eum aliam habere, nec tunc tenet matrimonium cum secunda contractum. Si tamen ipsa voluerit mortua prima, cogēdus est remanere cum secūda, vt extrà e. ca. j. Patet ergo ex præmissis, quod vbi non interuenit coitus cum secunda prima viuēte, nō impeditur matrimonium cum se-
6 cunda, licet contraxerit spōsalia, vel matrimonium. ¶ † Sed quid si conatus est eam cognoscere, sed nequiuit, quia fortè arcta erat, vt
f extrà de frigid. fraternitatis: Dicit Vin. f quod nō impeditur matrimo-
7 nium cum ea propter hoc, extrà de spon. adolescens. ¶ † Quid si primam nunquam cognouit fortè præuentam morte, vel religione? Respon. dicunt quidam, quod licet non tenuerit matrimonium prima viuente cum secunda contractum, vt extrà e. c. pe. & ca. j. tamen postea cum ea poterit contrahere: quia sicut ad huiusmodi impedimētum requiritur carnalis copula cum secunda, ita requiritur etiam
g copula cum prima. Sed Inn. g & alij contrà, vt extrà e. c. 2.

¶ De con

ADDITIONES.

a Hoc est quintum impedimentum in ordine Ros. & vides, quod libellus primus, qui fuit eius, per neutrum cōiugum datur. nam, vt expressit Ros. quilibet de populo poterit talem libellum offerre: alter verò contrahentium, cùm vterque fuit in culpa, agere, vel talem libellum dare contra alterum nō posset, secundum eum: quod puto falsum propter periculum animæ, vt scripsi e. ti. c. fi. super ver. tolerari non debet. inducens no. de re iu. lator. in j. gl. & de præsum. 3. in gl. 2. Ad euidentiam autem tituli hoc intrepidè teneas, quod quatuor sunt casus in nostra materia, qui matrimonium dirimunt: adulterium, & fides data de contrahendo, & si cum adultero matrimoniū de facto contraxit. Item cum adulterio machinatio alterius adulterorum in mortem cōiugis cum effectu. Item sine adulterio machinatio vtriusque contrahere volētium in mortem coniugis cum effectu, vt in dec. j. de conuer. infidelium: vbi hoc vltimum scripsi in gl. nunquid & requiritur. Quæstionem Io. de Deo lib. 4. & est 8. de illo, qui dixit se non habuisse ad id animum, cùm fidem dedit, scripsi e. tit. significasti. super verbo, dederit.

b Dedit Lucretiæ. ¶ Mihi molestū est, quod autor hoc venerabile nomen accommodat adulteræ, & machināti mortē inocētis. Qūo Lucretiam commendat August. vide 32. q. v. proposito. ver. Lucretiam. qui aliàs est c. Sed audi Valerium meū li. vj. c. j. s. de prudētia exēplo primo sic dicētē, Dux humanæ pudicitiæ Lucretia, cuiꝰ virilis animꝰ maligno errore fortunæ muliebre corpꝰ sortitꝰ est, à Tarquinio regis Superbi filio per vim stuprū pati coacta, cum grauissimis verbis iniuriam suam in concilio necessariorum deplorasset, ferro se, quod veste tectum attulerat, interemit. Hāc historiam ponit Titus Liuius libr. primo ab Vrbe condita, circa finem.

c C. pe. ¶ æquum est, quod ecclesia propter fraudem illū cogat consentire, & de nouo contrahere: tamen si præcisè nō vult, & contrahit cū alia, tenet matrimonium, vt no. in præ. dec. in fi. vlt. gl. quod non debuisset auctor omittere, qui nominauit Lucretiam.

d Promisit. ¶ Hoc videtur implicare contradictorium: forsan intellexit de fide iurata, vel, vt exposui post Innocē. quod met. cau. ad aures. facit c. iuramenti. quod allegat, vbi dicitur, quòd inter simplicem loquelam, &c.

e C. 2. in fin. ¶ Vide, quod ibi no. in vlt. gl. & de iureiuran. ca. pen. & quod scripsi e. tit. debitores.

f Dicit Vin. ¶ In præ. c. fi. e. ti. quomodo Hosti. contra hoc dictum allegat, ibi scripsi super ver. cognouit.

g Sed Inn. ¶ Non est verum, quod Inn. teneat hoc: bene tū hoc recitat, sed postea ponit opinionem contrariam, quam approbat: & idē Host. vt scripsi in præ. dec. fin. super verbo, eandem. & est casus in dec. 2. quæ statim allegatur hîc, c. 2.

a ¶De coniugio leprosorum [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an possit virũ suũ lepra percussum, cogi facere ad eius cohabitationem*
2 *Contrahens per verba de futuro, si postea leprosus efficiatur, an, & qualiter cõ-tractus ille dissoluatur.*


Ibellus sic potest in hoc titulo formari.
1 Lib.†Coram, &c. ꝓpono contra P. virum meum, ꝙ
licet inter nos matrimonium legitimè per verba cõ-
tractum fuerit de præsenti, ipsumq; fuerit carnali co-
pula consummatum, tunc quia diuino iudicio lepræ morbum ĩ-
currit, me auctoritate propria à suo dimisit consortio, & à sua co
habitatione reiecit: quare peto ipsum per vos cogi, ꝙ mihi coha
bitet, & me maritali affectione pertractet, & reddat debitum cõ-
iugale, extrà e c.j. & 2.33.qu.v.si quis vxorem, & q.7.hi, qui sani.
2 ¶ † Quòd si post sponsalia de futuro contracta lepræ morbum
incurrit, sic concipietur:
Lib. Coram, &c. propono contra P. cum quo sponsalia per verba
contraxi de futuro. ꝙ idem P. post huiusmodi spõsalia diuino iu
dicio est respersus lepræ morbo: ideoque ab his sponsalibus resi-
lire volo, nec in eo cõsentire vnquam propono: quare peto spõ-
salia huiusmodi auctoritate vestra dissolui, mihique à vobis præ-
beri licentiam cum alio contrahendi, extrà e.c.vlt, extrà de iureiu
ran. quemadmodum. & de conuer. coniug. ex parte. nec enim li-
cet à sponsalibus sine iudicio ecclesiæ resilire, extrà de despõ. im-
b pub. de illis, & c. accessit [b].

ADDITIONES.


a Rof. non tractat hoc inter sua impedimenta: sed in prin. materiæ sponsaliorum in tertio membro. Posuit autẽ solũ secundũ libellum, & nihil vltrà. iustificaẽ autem primus libellus per no. e. ti. c. j. in vlt. gl. & 32.q.v.c. si quis vxorem. Ego suadeo iudici, cui talis libellus porrigitur, ꝙ in compellendo sano debilius, vel fortiùs distinguat inter lepram & lepram, iuxta verba Deuteronomij, quę habentur qui fil. sint leg. per venerabilem. ver. rõib⁹. sunt eñ gradus in illa, vt satis patet Leuitici 13. per totum, & de diuersis lepris satis no. de poe. dist. j. §. ex his ita. ver. Moysi quoque.

b Accessit. ¶ Tenet tamen contractum sine licẽtia ecclesiæ, vt no. in c. de illis. in fi. vlt. gl.

a ¶De coniugio seruorum [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Error personæ & conditionis differunt.*
2 *Error personæ, seu conditionis impedit & dirimit matrimonium.*


Cias, quòd aliud est error personę, aliud conditionis.
1 † Error personæ impedit & dirimit matrimoniũ: vn-
de sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. propono, ꝙ ego intẽdens matrimo
nium contrahere cũ Berta, contraxi de facto cũ Seia. credens ip-
sam esse Bertã, in quã consensi, cũ non sit: quare pero matrimo-
nium tali errore de facto ↄctum ꝑ vos dissolui, & inter me & Se-
iam matrimonium non esse sententialiter declarari, mihiq; dari
licentiam cum alia contrahendi, 29.q.j.c. quod autem. §.j. 22.q.2.
in quibus. ff. de iuris. om. iu. si per errorem. 34.q.2. in lectum.
2 † Item error conditionis impedit & dirimit: vnde sic concipitur
libellus:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam, ꝙ ego ipsam fore cre-
dens liberam, cũ non esset, sed sit ancilla, suæ conditionis ignarus
cum ea tãquam libera matrimonium de facto contraxi. Cùm igi-
tur nihil sit tam contrarium consensui, sicut error, vt in præ. l. si ꝑ
errorem. & ff. de iud, lege secunda, in prin. peto per vos matrimo
nium sic de facto contractum dissolui, & dissoluendum esse sen-
tentialiter decerni & declarari, mihiq; per vos dari licentiam ma
trimonium cum alia contrahendi, extrà eo. c. 2. 3. & 4. Alij autem
errores non vitiant hunc contractum, vt 29.q.j.c.j.§. ad hæc.

ADDITIO.

a In ordine Rofr. est istud secundum impedimentum, quod vocaẽ Error ↄditionis, quo ad rubricam: sed est alius error, qui dirimit, s. personæ: & de vtroq; ponit auctor libellos, quos posuerat Rofre. Et scias, ꝙ tũc error ↄditionis dirimit, quando est deterior respectu ↄhentis. itẽ ñ dirimit, qñ non est error in conditione, sed ex aliqua qualitate conditionis, vt quia credebatur seruus, vel ancilla ecclesiæ, & est priuati: vel credebatur esse Titij, & est Seij: vł credebatur eius dominus esse pius & clemẽs, & est impius & crudelis: de his satis scripsi e. ti. c. fi. post prin. & ibi vide.

a ¶De natis ex libero ventre [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra rectorem alicuius ecclesiæ natum ex libero ventre molestantem & turbantem, formandus.*
2 *Contra ecclesiam aliquẽ in seruũ vendicantem qualiter sit formandus libellus.*
3 *Libertum, vel vasallum habens negantem se debere aliquid nomine operarum præstare, qualiter contra eum formabit libellum.*
4 *Præiudicialis in rem actio cui, & quo casu competere dicatur.*
5 *Vendi se permittens ad pretium participandum, quibus modis seruus efficiaẽ.*
6 *Agens contra seruum emptum, & negantem se seruum, qualiter in iudicio formabit positionem.*
7 *Actio in rem præiudicialis competit domino contra seruum obedire nolẽtem.*
8 *Seruo de possessione seruitutis proclamante, qualis actio competere dicatur.*
9 *Vasallus se in ingenuitatem & libertatem vendicare volens, qualiter libellũ formabit.*
10 *Agere volens pro seruitiis depellendis qualem formare habeat libellum.*
11 *Is, cui prætextu seruitiorum indebitorum aliquid est ablatum, qualiter agere debeat.*
12 *Liberti, seu filij emancipati contra dominos, vel patres ingrati, in seruitutem, seu patriam potestatem sunt reuocandi.*
13 *Pater contra filium ingratum agere volens, qualiter formabit libellum.*
14 *Legatum recipiens, vt filium emancipet, si in hoc negligens fuerit, iudicis officio est cogendus.*
15 *Pater filium malè contra pietatem tractante, qualiter formabit filius contra patrem libellum.*
5 ¶†Et ex his plerunque circa easdem personas plures attinentiæ oriuntur: vt ecce, duæ mulieres tenent per manus duos pueros, & hi pueri sunt filij ipsarum mulierum, & sunt filij & fratres maritorum suorum, & vterque est patruus & nepos alterius: quod contingit, si mater & filius Narbonen. contrahunt cũ matre & filio Parisien. pueri enim ex his duobus coniugiis suscepti hoc exemplum verum reddunt: verbi gratia: Berta Narbonẽsis habet filium Martinum. Item Teberga Parisien. habet filium Bosonem. Berta contrahit matrimonium cum Bosone, ex quo matrimonio nascitur Caius. Item Teberga contrahit cum Martino, ex quo matrimonio nascitur Scæuola. Isti ergo pueri, s. Caius & Scæuola, sunt filij mulierum ipsarum, nam Caius est filius Bertæ, & Scæuola Tebergæ. Sunt etiam filij & fratres filiorum suorum, i. ipsarum. nam Caius est filius Bosonis filij Tebergæ, & est frater Martini: quia vterq; est filius Bertæ. Item Scæuola est filius Martini filij Bertæ, & est frater Bosonis: q̃a vterque est filius Tebergæ. Sunt etiam filij & fratres maritorum suorum. nam Caius est filius Bosonis mariti Bertæ, & est frater Martini mariti Tebergæ. Item Scæuola est filius Martini mariti Tebergæ, & est frater Bosonis mariti Bertæ. Est etiam vterque patruus & nepos alterius. nam Caius cùm sit frater Martini, quia ex eadem matre, s. Berta, est patruus Scæuolæ filij Martini: est etiam nepos Scæuolæ, cũ sit filius Bosonis fratris Scæuolæ, ex eadem matre, s. Teberga. Itẽ Scæuola est patruus Caij filij Bosonis. nam Scæuola & Boso sunt fratres, vt dixi. Est etiam nepos Caij, cùm sit filius Martini fratris Caij

ADDITIONES.


a Fuit hoc quartum impedimentum in ordine Roff. est tamen duplex, vt patet: & tres libelli, q̃ hîc ponuntur, fuerũt ipsius, tamẽ ꝑ auctorem ampliati. Fuit aũt tertius sub suo ex impedimẽto. s. publicæ honestatis. Bonag. & Aegidius, vbi s̄. de spons. dixi de duob. primis libellis, fecerunt vnam arborem cõsanguinitatis & affinitatis, quæ theoricam habet hui⁹ materiæ, & partẽ practicæ, non tñ causidicã. Quæstionem de computatione graduum, cũ statuta de illis loquantur, an ius canonicum, vel ciuile seruetur, vide s̄. de suc. ab intestato, super ver. sed an filij.
ADDE, quomodo gradus computentur, Bar. consi. clxvj.

b Contrahere. ¶Hoc non procederet, si secundam cognouisset. Affinitas enim superueniens dissoluit sponsalia de futuro, de eo, q̃ cog. consan. ex literis. & c. seq. Sed sola publica honestas supueniens illa non dissoluit, de spon. c. vno, lib. 6. Sed si præcedat, dirimit, vt hîc. dummodo sponsalia fuerint pura & certa & valida ex consensu, licet aliàs nulla, vt ibi in prin.

Caij,nec etiam probatio alia necessaria,quàm præcedens:quia ex quo vnus est patruus alterius,ergo alter est nepos alterius Et quoniam

Segniùs irritant animum demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subdita fidelibus:

vt Inst.de gradibus,§.fi.& 16.q.3.inter memoratos.35.q.v.ad ſedem.verſus fi.idcirco,vt præmiſſa planiùs clareant,ſequentem figuram depingo:



6 ¶†Interdum etiam contingit,quòd vir&vxor ſunt ſimul frater
a & ſoror[a] & cognatus,ſeu ſororius,& cognati eiuſdem perſonæ: quod contingit,ſi Titius habens filiam,putà P. cõtrahit cũ Berta habente filium,putà R.qui P.& R.contrahunt: tandem ex Titio & Berta naſcitur G.certè iſte G.eſt frater P.ex eodem parte,ſ.Titio:eſt etiam frater R.ex eadem matre,ſ.Berta:eſt etiam cognat⁹ ipſius P.quia eſt frater R.viri ſui,& cognatus ipſius R.quia eſt frater P.vxoris eius:ſed da filium,putà H. ipſius P.& R. certè iſte H. dupliciter eſt nepos ipſius G. primò ex patre matris, quia G. eſt frater P.matris ſuæ:ſecundò ex parte patris, quia G. eſt frater R.
7 patris ſui. ¶†Item quãdoque matrimonium impeditur inter duos,quia quiſque eorum eſt nepos & patruus alterius: vt ecce, ex matre tua ſuſcipio Petrum,& tu ex matre mea Bertam:iſti nõ poſſunt coniungi. conſtat enim, quòd P.& tu eſtis fratres ex eadem matre:vnde non poteſt B.contrahere cum Berta filia fratris ſui,cùm ſit eius neptis.Item etiam ecõtrà ipſe P. eſt nepos ipſius Bertæ,vt pote filius mei,qui ſum frater Bertæ ex eadem matre.
8 ¶†Illud autem,quod dici pueriliter conſueuit,Nate,nepos,frater,dicit puero ſuo mater:verum dicebat:ſi quis ſcit ſoluere,ſoluat:contingit in inceſtu:vt ecce: T.ex matre ſua ſuſcepit filiam, putà Bertam:& ſic eſt frater & pater Bertæ:deindè Berta creſcente ex ea etiam ſuſcepit filium,putà P.quia eſt filius Bertæ: & frater,quia vterque eſt filius T.& etiam nepos:quia eſt filius fratris Bertæ:item dictus T.eſt auus & pater & auunculus ipſius P.

ADDITIO.

a Frater & ſoror.¶eiuſdem perſonæ,vt ſequitur.

ADDITIONES NOVAE.

§ An per concubinatum cõtrahatur affinitas, gl.in l.j.de concu. dicit quòd ſic,idem in l.libertj.C.de nup.

In c.quia circa.de conſang.& affin.pone, ſuggeſtum eſt Papæ, quòd duo in facie eccleſiæ matrimonium ↄxerant, qui in gradu quarto conſanguinitatis ſibi adinuicem attinebant,quod q̃ ſi ſepararet̃ matrimoniũ,grauia ſcãdala inter eos propinquos innuebant ſuboriri,quia alter ipſorum,vel ambo hoc ignorabãt: & ad ſupplicationem ipſorum,Papa diſpenſauit in literis gratiæ verba ſupplicantium annectens,& cauſas ſ.dictas aſſerens.quæritur,an ſi poſſit de contrario conſtare,dicta diſpenſatio ex hoc ſit ſubreptitia in tantum,quòd non habeat roboris firmitatem.Item,an q̃ vult ſuſtinere ipſam diſpenſationem teneatur probare dicta ſcãdala ſuboriri.Item an alius impugnans teneatur probare contrarium.hoc fuit quoddam conſilium Do.Old.qui ita conſuluit.

An mariti duarum ſororum ſint affines?dicitur ꝙ non, vt c.q̃d ſuper his.de conſang.& affin.& ſic non cogentur ad compromiſſum vigore ſtatuti dictantis,affines,& parentes cogi debere ad ↄpromiſſum:tamen ſunt cognati, vt ibi no.

a ¶De frigidis & maleficiatis,& de impotentia coeundi[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeundi dupliciter eſt conſideranda.*
2 *Impotentia coeundi naturalis qualiter dicatur.*
3 *Vir,aut mulier inſtrumento naturali carentes,aut inutile habentes,non poſſunt maritari:quod ſi fiat,pro nihilo habetur.*
4 *Impotentia coeundi accidentalis quæ dicatur.*
5 *Maleficiatus cum ſua vxore coire non potens,cum alia autem ſic,qualiter petere poſſit diſſolutionem:& econuerſo.& nu.ſeq.*
7 *Caſtratio ſectio,& huiuſmodi dicuntur impotentiæ coeundi accidentales.*

AEC materia vtilis eſt &quotidiana.Vnde nota,ꝙ ꝙ hæc rubrica tres habet particulas:& tertia,ſ.de ĩpotentia coeundi,communis eſt ad duas præcedẽ-
1 res.Vñ ſcias,†ꝙ impotentia coeundi alia eſt naturalis,alia accidẽtalis.Naturalis,eſt frigiditas, de qua in prima parte rubric.Et dicitur frigidus,qui nunquam coire po-
b tuit:in quo caſu ſic libellus concipitur[b]:

Lib.Coram,&c.propono ego Berta contra P. ꝙ olim ↄxi matrimoniũ cum eo:verùm idẽ P.ſic frigidus &ligatus eſt,ꝙ nõ habet potẽtiã coeundi:nec p̃t ea peragere, ꝑꝑ quæ illum accepi,licet ꝑ triẽniũ continuũ operam fidelem dederimus operi coniugali,& adhuc maneo incorrupta:cùm igitur velim eſſe mater,& filios ꝑ creare,& ideo maritum acceperim, vt in epiſtola ad Timotheũ, peto per vos ab eo ſeparari,& ſeparandam eſſe ſententialiter decerni,mihiq; dari licentiam cum alio contrahendi,ext.e.c.j.§.2.&
c 3.& c.vl.in prin.33.q.j.de his[c].27.q.2.quod autẽ. ¶†Item natu-
2 ralis impotentia eſt arctatio in muliere,vel aliud impedimentũ intellige perpetuum,de quo tractamus:vel imparitas membri virilis:vnde libellus ſic concipitur:

Lib.Coram,&c.propono cõtra Bertam,quòd cum ea matrimonium contraxi:& licet diu ſimul cohabitauerimus, operamq; fideliter operi coniugali,ſiue carnali dederimus,eam tamẽ cognoſcere non potui,cùm non ſit apta ad viriles amplexus,vel filios ꝑ creandos:vel quia adeò arcta eſt,quòd nulli poteſt carnaliter cõmiſceri : vel quia ei deeſt naturale inſtrumentum: vel quia cùm ſim homo maximæ carnoſitatis,vel magnum habeo inſtrumentum,nunquam à me potuit cognoſci,vel etiam deflorari: vel ꝙ adeo arctam habet pharetram,ſeu vaginam, quòd nullo modo meam capere poteſt lanceam,ſeu ſagittam:quare cùm velim pater fieri & filios procreare,peto ab ea ſeparari,& nos ſeparandos fore ſententialiter declarari,mihiq; dari licentiam cum alia contrahendi matrimonium,extrà e.ex literis.& c.ſeq.& c.quod ſedẽ
3 & c.fraternitatis.in præ.c.de his.aliàs incipit, requiſiti. ¶†Quod autem poſui ſ.in vtroque libello de triennio,intellige verum eẽ cùm dubium eſt.Si verò incontinenti conſtare poteſt,putà quia vir,vel mulier caret inſtrumento,vel habet, ſed penitus inutile, vel adeo arcta eſt, quòd cuilibet inſpicienti liquere poteſt non eſſe capacem alicuius inſtrumenti,tunc priùs agi poſſet, ſicut intelligo,extrà e.c.j.& vltimo,& c.laudabilem. & c.conſultationi.ĩ auth.de nup.§.per occaſionem.iuxta illud,hodie conſtat, hodie agatur,ff.vt in poſ.leg. l.ſi is,à quo.quæ dic,ſecundum Papam, vt
d extrà e.c.j.& 2.do.meus in Summa e.ti.§.qualiter[d]. ¶†Eſt alia im
4 potentia accidentalis,putà maleficium, de qua in ſecunda parte rubricæ tractatur:in qua ſic libellus concipitur:

Lib.Coram,&c.vt ſ.in primo libello per omnia vſque in fi.hoc ſaluo,quòd vbi dixiſti Frigidus,pone Maleficiatus,vt in eiſdẽ iuribus,&

ADDITIONES.

a Rofr.ſatis inſtat huic rubricæ, & truffas inſeruit,quarum aliquas tangam,& plures omittam.Fuit autem hoc nouum impedimentum inter ſua.Bonaguida & Aegidius quaſi eiſdem verbis vtunt̃ vt dixi ſ. de ſponſalibus. Omnes autem libelli hîc poſiti fuerunt Rof.& prædictorum:tamen per auctorem ampliati:diſtinxerunt etiam omnes.vt hîc auctor.

b Sic lib.conci.¶Secundum Rof.qui dicit, vbi ſ. in fi.quòd quidã archiepiſcopus Beneuentanus quendam,qui de frigiditate corã eo libellum dare volebat, fecit vt cleri cum radicũ clerica valde magna,qui poſtea prima nocte cognouit vxorem : rationẽ reddit,quòd fumoſitas meliùs egredietur de capite raſo.

ADDITIO. Et quid debeat concludi in libello in hac materia,vide Præpoſ.Mediol.in c.fi.in j.no.extrà e.de frigid.& malefi.& an frigiditas impediat matrimonium contrahendum,& dirimat cõtractum,vide pleniſſimè per Io.de Turre crem.22.q.j.in ſumma. Hen.Ferran.

c De his.¶Et ea.q.ſi quis accepit.no.in fi.G.De frigido, qui ſciens ſe talem contraxit,& de muliere,quæ ſcienter contraxit cũ frigido,vide eodem ti.cõſultationi.& quod ibi ſcripſi.

d §.qualiter.¶Idem Ber.in c.laudabilem.in gl. ar. quòd Aegid.vbi ſ.dicit caſum ſe habuiſſe de facto:quia vir ad cohabitationem triennij petebat ſibi vxorem reſtitui. Pro parte mulieris allegabat̃, cohabitationem non neceſſariam:quia impedimentum viri erat patens,& ſic fuit repertum iudice præcipiente illum ſe exhibere. Apparuit enim in medio virgæ nodus groſſus valde, propter q̃d caput virgæ erigi non valebat, vt nodus magnam ianuam non intraſſet.

a bus,& 33.q.j.si per sortiarias[a].& in præ.§.occasionem.¶†Porrò
5 maleficiatus,qui cum sua coire non potest,cum aliis verò sic, ita
concipiet libellum:
Lib.Coram,&c.propono contra Bertam,quòd licet cum ea ma-
trimonium cõtraxerim, & per triennium continuum cum ea co
habitauerim,fideliter carnali copulæ operam dando, tamen ita,
quo ad eam,licet non,quo ad alias,sim ligatus, quòd eam nulla-
tenus vnquam cognoscere potui,nec possum:quare cùm velim
6 pater,&c.vt s.in secundo libello,e.c.vlt. ¶†Mulier etiam conci
piet per omnia,vt s.in prima forma,hoc saluo,quòd vbi ponitur
7 ibi Frigidus,ponatur Maleficiatus,ext.e.c.fi. ¶†Est etiam accidẽ
b talis impotentia castratio,sectio,&huiusmodi.vt 32.q.v.ij,qui[b].
& in his concipitur libellus,vt s.in j.lib.verbis competenter mu
tatis.Quòd si alter dicit se cognouisse,alter verò negat,ipse negãs
concipiet libellum,vt s.asserens verò se cognouisse,concipiat,vt
s.de despons.impub.ver.ꝙ si quis contrahit.extrà de frigid.c.j.

ADDITIONES.

a Si per fortiarias. ¶Et ibi datur spirituale consilium ad tollenda
maleficia:sed Ros.ponit de ꝯsiliis incantatorum,inter quæ est,ꝙ
faciunt maleficiatum tenere serrabulas suas in capite integris die
ac nocte:de reliqua parte videas,& vide,quod dixi post Host.eo.
ti.c.vl.super 2.gl.ad fi.& ibi præmisi dictum Inno. & contrarium
Ho.quo ad ipsum c.si per sortiarias.
b Ii,qui.¶Vide,quod ibi de spadone no. & quod dixi eodem tit.c.
2.super 2.gl.

¶De matrimonio contra interdictum ec-
a clesiæ contracto[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ecclesiæ an sit tantæ efficaciæ,vt matrimonium contra id contrac-
tum,si aliàs legitimum sit,dissoluatur.*
2 *Libellus necessarius non est in causa matrimonij contra interdictum ecclesiæ
contracti.*
*Interdictum ecclesiæ nihil facit,quo ad dissolutionem matrimonij,nisi aliunde
subsit causa.*

1 SCias,†ꝙ interdictum ecclesiæ non est tantæ efficaciẹ
vt matrimonium contra id contractum,si aliàs legiti
mum est,separetur,extrà e.c.j. & 2. Secus autem est ĩ
opere post nunciationem noui operis facto, vt j. de
no.ope.nun.in prin.& ver.qd si qñ.Si verò perpetuũ impedimẽ-
tum subesset, tunc separaretur non tm̃ ratione ĩterdicti, q̃tũ rõe
b impedimenti.sic intelligo ext.de spon.duor.tua[b].35.q.3.contra
diximus.Nec obstat ext.de despon.impub.c.pe.in fi.quia illa clau
sula,irritum,&c.refertur ibi ad ea,quæ fiunt in iudicio,nõ ad ma-
trimonium postea contractum : ergo sine interdicto tale debet
2 matrimonium dissolui.†quare in hoc titulo non est necessarius
libellus.Tamen vt nostræ fabricæ nihil desit, sic potes, secundũ
Ros.concipere libellum:
¶Lib.Coram,&c.propono contra P.quòd cùm quæstio matri-
monialis inter me & eum pendéret,prohibitumq́; sibi foret per
episcopum,ne lite huiusmodi pendente matrimonium cum alia
contrahere attentaret, ipse tamen de facto matrimonium cum
Berta contraxit:quare peto matrimonium huiusmodi per vos ir
ritari,vt in præd.c.tua. Sed ratio in hoc libello assignata non est
sufficiens,vt prædixi:quare non placet hæc forma,vt ext. de spõ.
cùm in apostolica.& c.veniens.j.

ADDITIONES.

a Inter impedimenta,quæ prosequitur Ros.istud fuit xij.in quo sa
tis instat:& in fine ponit libellum hîc descriptum.Et aduerte, q̃a
auctor hîc nominauit Ros.quia reprehendere illum volebat : &
verum est, vt dicit,ꝙ ex causa,quam solùm allegat,s.litis pendẽ-
tiam,non debet matrimonium irritari. Debebat ergo conclude-
re,illos ad inuicẽ separandos,donec pendens matrimonialis cau
sa sit finita:vel conclusionem,quã fecit,iustificare poterat expri-
mendo in libello contractum,s.quomodo P.cum ipsa per verba
de præsenti contraxerat:& copulam exprimẽdo,si interuenerat:
& tunc facta,vel non facta mentione de litis pendentia & prohi
bitione bene sequeretur illa conclusio : & essent tunc duæ lites:
prima cum solo viro:& secunda cum viro, & cum illa secunda.
b Tua.¶Scias,quòd distinctiõem,quam ibi ponit gl.Ros. ampliat
p̱ hæc mẽbra.dicit enim,ꝙ ꝓhibitio aut ẽ iuris,aut iudicis.Primo
casu aut prohibitio ẽ simplex,aut modificata.Primo casu ñ valet
factũ ꝯ. q̃a satis est legislatorẽ,&c.C.de legibus,nõ dubium. Se-
cũdò stat modificatiõi adiectæ,siue destruat,siue substineat ꝯ fac
tũ.De primo 35.q.3.ꝯdicim⁹.de fo,e.ti.ex literis.in fi.Oppositio
q̃ facit de maleficiis,nõ ꝯuenit ad hoc dictũ:sed ad illud ꝯ ius fac
tum habetur pro infecto:& sic ponit glo.in præ.l.non dubiũ.Itẽ
quicquid opponitur, siue de turpiter dante,siue de c.ex antiquis
54.di.siue de dispẽsatione certis casibus permissa, siue de illa gñ-
rali,multa fieri prohibentur,que facta tenent,extrà de regul.ad a
postolicam.prope fi.& vide,quod ibi dixi.Omnia enim hæc solu
ta sunt per id, quod dixi.Si est iudicis:distinguit in causa,vt facit i-
bi gl.restringendo matrimonium,vt ibi:tamen id addit de inter-
dicto Papali etiam in matrimonio,quod dixi de despons.impub.
ad dissoluendam.in fine,post Host.

¶Baldus de matrimonio contra interdictum
ecclesiæ contracto.

FORMA instrumenti adoptiõis & arrogationis p̱ Spec. in tit.de
cogna.legali. Interdictum ecclesiæ non annullat matrimonium
aliàs legitimum,C.de diuor.l.fi.

a ¶Qui filij sint legitimi[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Auctor breuiter se expedit de principali materia vnicum libellũ
ponens,quem habuit ab Inn.quem post eum scripsi in decr. tuã.
de or.cog.in prin.assumit autem statim materiam de alimentis&
ibi dicam,vnde traxerit.Ex quo de legitimis filiis hîc tractamus,
est sciendũ,quòd Mar.de Fa.præter tractatũ alimẽtorũ,de quo j.
dicam,colligit super l.q̃ statim allegabo,xiij.onera, quæ pro tali-
bus filiis habet pater subire.&est primum,de quo statim tractabi
mus,alimẽtorum præstatio & educatio,ff.de iust.& iur.& l.j.ante
fi.Secundò,vt illis quærant coniuges,ff.de ritu nup.l.qui liberos
Tertiò,vt dotẽ & donationẽ pp nuptias tribuãt,vt in ea.l.&C.de
dot.promis.l.fi.Quartò,vt in iudiciis pro illis agant, & cõsentiãt,
C.de bon.quæ lib.l.vlt.§.j.ver.necessitate.de bon.mater.l.fi.Quĩ
tò,vt ipsorum tutelam gerãt, Inst.de leg.paren.tu.Sextò,vt one-
ra nur⁹ subeãt,ff.fa.erc.l.si filia.§.j.aliàs 2.Septimò, vt sibi debitũ
bonorũ subsidiũ relinquãt,C.de inof.test.auth.nouissima. Octa
uò,vt quando testãtur,eos instituãt,vel exhæredẽt: aliàs ñ valet
testamentum,C.de lib.præ.l.fi.& auth.ex causa.Inst.de exhæ.[illegible]d.
lib.§.j. Nonò,vt ex fructib. aduẽtitiorũ sumptus litigiorũ faciãt,
C.de bo.mat.l.j.Decimò,ꝙ illos sub casuali, vel mista ꝯditiõe nõ
instituãt,C.de inst.& substit.l.si pater.Vndecimò,vt ipsorũ bona
administrent & regant,C.de bon.quæ lib.l.cũ oportet.Duodeci
mò,vt ex eorũ actib⁹.vel ꝯctibus actiõe Quod iussu,teneãtur,vł
ꝙ ratũ habeãt,ff.q̃d iussu,l.j.& l.fi.j.resp.Tertiodecimò,ꝙ ĩ adeũ-
da hæreditate p̱ filiũ iussum p̃stent,vel p̱mittãt,ff.de acq. hær. l.si
quis mihi.§.iussum.sed tu ad p̃dicta addas tex.l.nec in ea.ff.ad l.Iu
liã.de adul.in fi.ibi,plerũq; paterna pietas ꝯsiliũ capit pro liberis.
¶Quæstionẽ xix.de filio principis vero & putatiuo,vide s.de in-
str.ed.§.nũc aũt.in fi.¶Xiiij.de natis ex mr̃o solẽniter ꝯcto,tamẽ
post accusationem & excõicationẽ parẽtũ pp ꝯtumaciã,tetigi e.
ti.cũ inter.sup ver.post latã.¶Itẽ an genitus ex clerico in minori
bus legitimet̃ p̱ sequẽs mr̃m.& an mediũ mr̃m p̱ alterũ parentũ
ꝯctũ impediat legitimationẽ:itẽ an fiat legitimatio p̱ mr̃m in ex
tremis ꝯctũ:&an legitimat⁹ primò nat⁹ habeat i⁹ primogenituræ
vide sup̱ regula,sine culpa.lib.6.¶Qõẽs Ros. xj.xij.& 13.de filio
spurio & nepote ex legitimo, vł ecõuerso.de donatiõe facta ami
co,vł vt illi det̃,ampliatis p̱ Ia.de Bel.vide s.de suc.ab ĩtest.ver.qd
ergo,si.& ver.sequentibus, & q̃d sup̱ eis dixi.¶Et ibi paulò post
scripsi quæstionẽ Vber.de Bobio,de spurio,qui impetrauit à prĩ-
cipe,vt esset legitimus hæres patri & agnatis & cognatis, cũ iam
mortuus esset pater : & an satis sit dictũ Nõ obstãte aliqua l.¶Itẽ
quid de hæreditate alteri delata:itẽ quæstionẽ eiusdem Iac.an ha
bens ab Imperio potestatem legitimãdi,legitimet in terris eccle
siæ,scripsi e.ti.per venerabilem.super ver.dispensatum.in fi.¶Itẽ
quæstiõem dñi mei de legitimo nato ex legitimato, an succedat
ĩ feudo aui,scripsi e.ti.lator.super j.gl.¶Quæstionem de statuto,
per q̃d pater emendare tenetur damnum datum per filium, an id
procedat in illegitimo,tractauit Gui. de Suz.super auth. ex ꝯple-
xu C.de incest.nu.alleg.quòd sic:q̃a statuta maximè iurata strictè
sunt recipienda,C si aduer.ven.l.j.ext.de iur.si verò.& c. cùm cõ
tingat.&vbi verba sunt certa,nõ procedit qõ voluntatis,ff.de le.
3.ille,aut ille.§.cùm verbis.¶Item naturalis succedit in certa par
te,& pater dat illi tutorẽ,& facit cessare fideicõmissum.patet pri-
mum C.de natur. lib.l.2.& auth.licet.Secũdum C.de ꝯfir. tu. l.fi.
Tertium ff.ad Treb.ex facto.§.si quis.In contrarium ff.de his,qui
sui,vel alie.iur.sunt,l.filium Inst.de nup.§ penul. Itẽ statutũ odio
sum,quod punit vnum pro delicto alteri⁹,de iniur.c.vno,in prin.
lib.vj.& tractat hîc pater de dãno vitando, ff.de relig.& sump. fu.
at si quis.§.sed si.& vbi de filio fit mẽtio,de legitimo debet intel

ligi.facit ff.qui satis.cog.quoties.extrà de cler.non re.tuæ.ibi pc. Soluit,quòd pro incestuoso non teneat,cùm nec debeat filius nominari pro verò naturali nato,s.ex concubina vnica in domo retenta,dixit illum teneri,cùm filij nomen habeat:& sufficit sic scriptum esse,licet sit durum,ff.qui,&à quibus.prospexit.Scias ergo quòd licet communis sermo aliquarum partium vocet omnes illos naturales,qui de soluto & soluta sunt geniti, verè tñ illi sint propriè naturales,q ex libera muliere in schemate concubinæ retenta nati sunt,vt in auth.qui.mo.na.effi.sui,§.si quis aũt defunctus. Col.7.& in auth.de trien.& sem.§.& hoc dicimus,si vni concubinæ,&c.Col.3.& dicitur schema,quasi imago,vel figura, vt s.quasi vxor teneatur.Imò dicit lex protestationem faciendam, quòd pro concubina tenetur,ff.de concu.l.in concubinatu.nec præsumatur vxor.ff.de ritu nup.l.in liberæ. ¶Quæro,si natus ex patre vxorato à matre alteri nupta,dispensationem,vel legitimationẽ impetrans exprimat se natum de adulterio,tacita duplicitate pdicta,an talis subreptio dispensationem,vel legitimationem vitiet. Quòd vitiet,pbãt dec.si motu proprio.2.resp.& dec.non pôt.in prin.de præb.lib.6.vbi subreptitia est impetratio beneficij, vt in prima:vel dispensatio pluralitatis,vt in secunda,in qua tacitũ fuit vnicũ beneficium quantumcũq; modicum.Idem ergo,& fortius, vbi tacetur vnum coæqualæ.ad idem clem.de preb.c.i.j.resp.vbi nõ plena expressio qualitatis dispensationẽ vitiat. Sic ergo in pposito fortificat hoc ex verisimilitudine,quæ habet principẽ ecclesiasticũ,vel secularẽ,non sic facilè in duplici,sicut in simplici, vel vnico dispensasse:facit de filiis psby.c.2.lib.6.& e.lib.de deci. ca.2.§.j.in quibus verisimilitudines ponderantur:& meritò,quia difficiliùs rumpitur funiculus duplex,quàm simplex,ext.de treu. & pac.c.j.Hic est,quòd in successione fratris præferuntur coniũcti ex vtroq; parente coniunctis,& ex altero tantùm,C. communia de succ.auth.itaq; sumpta de corpore,de consan.& vter.fratri.§.penul.Coll.6.& facit ad hoc C.de adop.l.penul.§.si verò pater.Item concurrit interdum adulterium cum incestu:& quodlibet per se pœnam meretur,ff.de adul.si adulterium cum incestu. &primo quinquẽnio pscriptiõe sublato remanet accusatio scđi, ff.de adul.vim passam.§.2.cuius casu no.27.q.j. virginem. Sic ergo in pposito concurrente adulterio cũ adulterio, dato quòd vnũ per bñficium principis sublatum eẽt,remaneret impedimẽtũ ex altero:ad quod optimè fac.de sen.exc.cùm pro causa.vbi ex vno delicto duplici excommunicatione ligatus,absolutus ab vna,remanet ligatus ex altera:cui ꝯuenit ff.de ser.vr.pre.si domus.& extrà de priuil.pastoralis.Obreptitia ergo dicet talis dispensatio,vel legitimatio,vt dicit lex,cũ verò.§.pen.ff.de fideic.lib.& l.mag. §. pen.ff.de reb.eorum,qui sub tu.vel cur.sunt.bñ facit & l.cùm dominus.in prin.ff.de pec.leg.vbi res peculiaris expssa remissa intelligit:nõ expressa,non.Item certum est,quòd grauiùs peccat vxoratus alterius coniugem cognoscendo,q̃ cognoscendo solutam tex.est 32.q.7.§.sunt ei.Itẽ constat grauius fore adulterium cum raptu,q̃ sine raptu.vnde l.vnic.C.de rap.vir.in fi.j.resp.dicit Quia hi duplici crimine tenentur,oportet acerbiùs adulterij crimẽ ex tali conditione puniri.cui conc.24.q.j.non afferamus.in fi.vbi dicitur, grauius commissum grauiùs iudicandum.Cùm igitur vna ex rationibus prohibentibus illegitimos pmoueri,sit odium paterni criminis,vt no.de filiis presb.c.2.lib.6.in tertia gl.ex grauiori ergo parentum vitio strictiùs talis dispensatio,vel legitimatio est sumenda.Isti mei doctores,cũ occurrit eis disputare,petunt à me aliquid disputabile:hoc ostendi dño Azoni sic petenti,q hũc casum copiosè prosecutus est,& idem tenuit:ibi vide.Huic qõni bene congruit,quod disputauit adoptiuus meus in questione,q̃ incipit,Papa ꝯcessit.vbi quærit de qõe,quam dominus meus Host. legatus faciebat certis doctoribus ad hoc per eum vocatis:Papa sibi concessit,q dispensare posset cũ natis ex adulterio:item cum natis ex incestu,q posset ad sacros ordines & curata beneficia pmoueri:quærebat,an dispensare possit cum nato ex adulterio incestuoso? Ad affirmatiuam allegabat quinq; cõcurrere,per q̃ ampliãda est gratia,quia Papalis & proprio motu data,& ẽ de iure ꝓcedentis,& nulli præiudicialis,& effectus transit in tertium. Ad primum ext.de verb.sig.olim.ff.de const.prin.l.fi.Ad secundũ de præb.si pluribus,lib.6.Ad tertium,quod not.in prædicta dec.olĩ. & l.2.C.de bo.vac.& de priuil.quia circa.& quod ibi no.Ad quartum.de priuil.pastoralis.de vsu pal.ex tuarũ. Ad quintum de præben.si cui.li.6.& facit,quod scripsi post Inn. de præb.c.fi.in gl.pe. Inducebam tunc ad hanc partem l.Titiæ textores de leg.j.in fi. 1. resp.Ipse soluit contrarium,& bñ,motus ea potissima ratione,q est ista tertia species non inclusa sub aliqua primarum:& casus omissus habetur pro omisso.& si in hoc vis te extendere, vide, qđ scripsi de rescr.susceptum,lib.vj.super v.gl.vbi remisi etiam ad regulam.& quæstionem prædictam vide.quia solẽniter disputata fuit per eum.probat autem solutione præcedẽtis,& econuerso. Ad quæstionem facit,quod scripsi s.de requis.cõsilij.in fi.¶Nũc partem alimentorum resumendo,sciẽdũ,quòd Hos. tractat qõnem de patre habente duos filios,qui alteri donauit oĩa sua bona alter filius,quia pater est inops,sicut & ipse,petit à fratre alimẽta vel debitum bonorum subsidiũ in bonis quondam patris:& ẽ q. xxix.vbi recurre.Solutio eius fuit,quòd petere possit alimenta vtili officio iudicis intentato,& sup illa exhibere tenebitur:si non dat ei debitum bonorum subsidiũ,ad qđ tenet post patris mortẽ pp donationem immensam.C.de inof.test.auth.si parens.& C.đ inof.don.l.2.& l.si totas.& l.si mater.Inducit etiam, quod not.in auth.si qua.C.de sac.san.eccl.& vbi monasteriũ debet alere filios ingressi viuentis,donec illi habeant suam legitimam.Subdit, autẽ,q hîc erit electio fratris debitoris: qđ est regulare in disiũctis: allegat ff.de iure dot.l.plerunq;.& concordãtias vide in regula.ĩ alternatiuis.lib.6. ¶Est & alia eius quæstio 33. an filia naturalis ex propria concubina possit petere alimenta ab amico patris,cui ipse pater reliquit dotem illi dandam,cùm nuberet? & ponit, q dos fuit in quodam prædio, & quadam quantitate pecuniæ.agit autem,secundum eum,iudicis officio,quo petũtur alimenta. Soluit distinguendo,an data fuerit dilatio fauore legatarij,an fauore filiæ.Primo casu queritur legatario omne commodum medij temporis:secundo filiæ.hoc per l.ff.de leg.2.si ita relictum. §.1.q incipit,Pegasus.dicens etiam commodum pecuniæ suo casu cedere filiæ,si mercator inueniretur,qui suo periculo reciperet pecuniam vtendam.facit de don.inter vir.& vxor.c.pen. & quod ibi no.in pen.glo.In dubio verò dicit, tempus datum gratia filiæ, cùm dicit,quòd daretur in dotem, per quod commodum medij temporis debetur filiæ:& sic alimenta,in quantum commodum illud sufficeret pp legem prædictam. ADDE, an legatarius per subsequens matrimonium non confectis dotalibus instrumentis habeatur per omnia,vt legitimus:vide pulchrè Ang.in ꝯs.28. Et an in articulo mortis filij legitimentur per subsequens matrimonium,vide Bal.in cons.cccxviij.tertio lib.Et an habẽs potestatem legitimandi à Papa,possit legitimare in terris Imperatoris.& econtrà,vide Bal.cons.2.eodem libro,Paulum de Cast.cons.226. Pet.de Anc.cons.cccxj.Et an in statutis appellatiõe filij veniat naturalis,vide Ang.cons.31.Et quòd propriè naturalis non dicatur natus ex soluto & soluta,nisi in schemate matrimonii,voluit Ol. cons.cxcvj.Et an tacẽs qualitatẽ illegitimitatis in impetratiõe legitimationis faciat legitimationem corruere, vide originaliter Ol.cons.celvij.sed in contrarium vide Rom.cons.cxciij.Et an habẽs potestatẽ legitimãdi cũ adultero & incestuoso possit legitimare cũ incestuoso nato ex adulterio,vide latè nouissimos in l.j. §.si quis simpliciter.ff.de verbo.obl.Et an donatio facta vni filio, possit per aliũ,tanq̃ inofficiosa,reuocari,vide Bal.cons.ccccvj.

SVMMARIVM.

1 *Filius,vel pater is dicitur,quem nuptiæ demonstrant.*
2 *Pater quo casu sit cogendus filium agnoscere.*
3 *Quæstio de natalibus non agitatur per modum libelli,seu actionis,sed potiùs in modum exceptionis.*
4 *Positio in actione præiudiciali de partu agnoscendo,qualiter sit formanda.*
Quælibet mulier iuuenis & sana subiecta est menstruo: quod si post diuortium intra 30. dies non patiatur præsumitur concepisse.
5 *Vendicare volens aliquam sibi in vxorem,qua actione procedere dicatur.*
6 *Alimenta à patre & auo,quo iuris remedio filius, filia & nepos petere debeant.*
7 *Patronus pauper quo libello petere possit alimenta à liberto diuite.*
8 *Pupillus qualiter formabit libellum contra tutorem pro alimento habendo.*
9 *Alimenta possunt duplici actione peti.*
10 *Ali non debet, qui seipsum alere potest:licet se pauperem dicat, nisi sit infirmus.*
11 *Dominus an possit alimenta à seruo petere,& an seruus ad hoc teneatur.*
12 *Pater emancipans filium,& ei partem dans,cum pacto de non petendo alimenta,etiam iuramento firmato,an filio in paupertatem deueniente teneatur ipsum alere.*
Pactum contrà ius naturæ non est tenendum.
13 *Filius habens patrem infidelem cum alio fideli egentem,quem illorum alere teneatur.*
14 *Filio cum omnibus bonis suis monasterium ingrediente,an teneatur tale monasterium patrem talis egentem alere.*
15 *Tenens in concubinam ancillam cuiusdam militis,si habuit ex ea filium,quis illum alere teneatur,an pater,an dominus.*
16 *Filia in corpus suum peccans,an possit à patre repudiari,licet pœniteat de peccato.*
17 *Filij ex damnato coitu nati,an sint à patre,vel matre alendi.*
Appellatione parentis venit etiam mater.
18 *Nepos ex filia per quem sit alendus.*
19 *Adoptiuus à quo sit alendus.*
20 *Seruus à domino alendus est.*
21 *Pupillus de suis bonis per tutorem est alendus: alioquin tutor, tanquam suspectus,venit repellendus.*

22 *Tutor petens à pupillo de bonis suis alimẽta deceni, quibus verbis vti debeat.*
23 *Soror pupilli à quo sit alenda.*
24 *Clerici sine titulo ordinati ab ordinatore sunt alendi.*
25 *Prædicantes verbum Dei à quibus sint alendi.*
26 *Diuortio facto filius minor triennio apud matrem, maior verò apud patrem est alendus.*
27 *Transigi an possit super alimentis.*
28 *Vir tenetur vxorem alere, nisi pactum in contrarium factum fuerit.*
29 *Vxor an possit mortuo viro petere alimenta ab hærede mariti.*
Mortuo viro mulier soluta est à lege viri.
30 *Mulier mortuo viro si velit extra domum viri alimentari, an ad hoc hæres teneatur.*
31 *Mulier potiùs debet alimentari in domo viri, quàm extra, viro absente.*
32 *Mulieri post mortem viri alimenta petenti si opponatur, quòd non erat vxor, alenda tamen est quousque de veritate constet.*
33 *Mulier viro mortuo volens religionem ingredi, an sit à filiis alenda.*
34 *Vxorem in testamento dominam & dominatricem relinquere, qualiter sit intelligendum.*
35 *Mulier secundo viro mortuo, an possit ad bona, vel hæredes primi alenda redire.*
36 *Vir dicens in testamento, Relinquo vxori meæ alimenta, donec steterit in domo mea cum liberis meis, an si abeat, priuetur alimentis.*
37 *Conditiones in testamentis appositæ sunt obseruandæ.*
38 *Præstare debens alimenta an teneatur & medicinas in infirmitatibus præstare.*
39 *Nati ex damnato coitu an, & per quem, & qualiter possint legitimari.*
40 *Vir inops habens vxorem diuitem, sine dote tamen, an ab illa debeat alimentari.*
41 *Patre & filiis mortuis alenda est mater ab hæredibus filiorum.*
42 *Mater ad tempus mortuo viro absens, domum rediens, nihilo minus est alenda.*
43 *Vno hæredum facto inope, an cæteri iure testamenti sint onerandi.*
Alimentorum nomine quæ comprehendantur.
44 *Modus alimentorum in testamento relictorum qualiter sit sumendus.*
45 *Alimentandus an si doctrinam ministret, debet salarium habere.*
46 *Pluribus alimenta debentibus prouidendum est per prætorem: & similiter, si pluribus debentur.*
47 *Pluribus alimenta si debentur, & discordent, quis modus seruandus.*

IN hoc titulo non multùm necessarius est libellus: qa quæstio de natalibus sæpius proponitur in modum exceptionis, quàm actionis, vt extrà c. lator. & c. trans
1 missæ. †Presumitur enim quis filius. nam filius, vel pater is est, quem nuptiæ demonstrant, ff. de in ius voc. quia semp. & in præ. c. transmissæ. extrà de prob. per tuas. Veruntamen quando causa natiuitatis principaliter agitur: tunc sic libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. propono contra P. quòd H. pater meus non fuit maritus Bertę, de qua ipsum P. genuit: vñ peto per vos ipsum nõ fuisse eius filium legitimum sententialiter declarari, ar. ext. c. causam, quæ. 2. C. ne de stat. defunc. l. pen. & siue agatur principaliter siue incidentaliter, siue per modum exceptionis iudicis ecclesia-
a stici est cognitio, secundũ Inn. quod dic, vt ext. de ord. cog. tua[a].
2 ¶†Porrò sub hoc titulo conueniens est de alimentis annecte-
b re[b]. Patre ergo, vel auo filium, vel nepotem vel econtrà, non re
c cognoscente, quia non præbet sibi alimenta filius, vel nepos[c], vł econtrà, cùm per actionem in rem præiudicialem prætoriam de
d partu agnoscendo petere poterit, vt sibi præbeat[d], ff. de lib. agn. siue. §. j. & l. si quis à liberis. C. de alen. lib. l. 2. & in conc. quæ sunt j. versi. item ex offi. Inst. de act. §. præiudiciales. habet etiam locũ,
e quando pater vendicat filium in potestate. Item[e] cùm vir, qui de vxore prægnante aliquid sinistrum suspicatur, quasi ex alio cõceperit, eam eiicit, nec partum custodiri facit. hunc. n. filium cogit agnoscere, ff. de ven. insp. l. j. C. de pat. pot. nec filium. Conci. ergo sic lib. Lib. Corã, &c. cõqueror de P. patre meo, vel ego pr̃ de filio meo, vel ego auus d̃ nepote meo, vel eq̃: q cũ sim fili⁹, vel pr̃, vel auus eius legitimus, mihi denegat alimenta, & me negat filiũ: vñ vt alimenta præstet, & me filium suum, vel patrem, vel auũ, vel nepotem agnoscat, actionem in rem præiudicialem propono, vł vestrum officium imploro. probatur hæc forma ff. de rei ven. l. 1. & 30. dist. c. j. & c. si quis dereliquerit. lxxxvj. dist. non satis. in fin. Quòd iudicis officium rectè intentetur pro filio vendicando, habetur ff. de rei ven. l. j. Quod enim ibi dicit, ꝙ locum habet notio prætoria, intelligitur de officio iudicis. Item ꝙ alimenta rectè petãtur iudicis officio probatur C. de alen. lib. l. 2. ext. de lang. expo. c. vnico. Si verò simpliciter petat eum in filium, vel in patrem, vel nepotem, dicat: vnde eum in filium, vel in patrem, vel auum, vel in nepotem vẽdico, & propono actionem in rem præiudicia
3 lem. ¶Actor ergo sic ponet: Pos. act. †Pono, ꝙ sum filius tu⁹, vel nepos: & hoc, si filius agit, vt in præ. l. siue. §. j. Si verò pater, dic sic: Pono, ꝙ ego sum pater tu⁹, vel auus. Si hoc negetur, dicat sic: Pono, ꝙ Berta fuit tua vxor legitima. Si neget. dicat sic: Pono, quòd tractabas eam vt vxorem, ff. de do. donationis. Item ꝙ vos coniuges nominabatis, ext. de præsump. illud. Item si neget filius. pone vt s̃. de testi. §. nunc dicendum. in prin. & de conuer. infid. ver. porrò. Si verò neget, dicat sic: Pono, ꝙ Berta est mulier, & ad eã habuisti & habebas & habes accessum. ex hoc enim præsumitur vxor, ff. de ritu nup. in liberæ. Item eo tempore, quo cum ea vtebaris, ex ea natus fui, ff. de his, qui sui, vel alie. iur. sunt, filium. in prin. ff. de in ius vo. l. v. Et econtrà in persona filij pater faciet tales oppositiones, & obtinebit, ar. ff. de in ius voc. quia. ¶Reus verò sic ponet: Pos. rei. Pono, ꝙ Berta, de qua dicis te genitum: vel si filius agit contra patrem dicat, ex qua dicis me genuisse te, fuit concubina Titij. hoc concesso, sequitur, ꝙ nõ sit filius istius. Item, quòd ego fui absens per tot años à domo mea: & reuersus inueni te natum añiculum, ff. de statu ho. filius. Item ꝙ in tali tpe, licet habuerim vxorem, semper fui infirmus, & gnare non potui, nec coire,
4 vt in præ. l. filium. ¶†In illa verò præiudiciali de partu agnoscendo, i. vt partus agnoscatur, sic ponet actor: Pos. act. Pono, ꝙ diuortium fuit secutum inter te & vxorem tuã Bertã. Itẽ ꝙ Berta post diuortiũ denũciauit tibi ĩtra 30. dies, ꝙ erat prægnans ex te, nec contradixisti, ff. de alen. lib. l. j. Vel ponat, ꝙ etiam post triginta dies denunciauit, ꝙ intra illud tempus xxx. dierum ignorabat se ꝑgnantem. & hoc est, qđ dicit ff. de libe. agno. l. j. ꝙ s. causa cognita post 30. dies auditur. ¶Reus verò sic: Pos. rei. Pono, ꝙ illa Berta facto diuortio antè peperit, q̃ mihi denũciaret se ex me esse prægnãtẽ. Itẽ ꝙ tali die fecit mecũ diuortiũ: putà in calẽdis Maij, & in calẽdis Augusti hoc mihi denũciauit. hoc. n. cõcesso actor succũbit: qa cũ secundũ hoc sint vltra xxx. dies, nõ est verisimile, ꝙ de suo quõdã viro concepit: sed ali⁹ medio tpe ĩ foramẽ ei⁹ tignum
f immisit[f]. Et est rõ, quare ĩtra dies 38. debet denũciare: nec pòst audit̃ sine causa. quęlibet enim mulier sana & iuuenis patit̃ mẽstrua vt v. dis. c. j. & c. ad eius. ff. de reb. dub. sed quæ. & illa, postquã ɔcepit, cessant. nã ex ea cõceptus nutritur[g], vñ si post diuortium in-
g
5 tra 30. dies nõ patitur, scit se ex illo cõcepisse. ¶†Competit etiã hæc actio, si qs vult aliq̃ sibi ĩ vxorẽ vendicare, vel ecõtra, ff. de li. agnos. l. j. §. j. ibi, & quòd scit, &c. & tunc sic concipitur libellus: Lib. Coram, &c. conqueror de B. quam dico meam esse vxorem vnde

ADDITIONES.

a Tua. ¶Vide, quod ibi scripsi super 2. gl. s. hoc procedere, quando de matrimonio venit cognoscẽdum: putà an fuerit, vel non: vel an fuerit legitimũ. Et quia hîc de præiudicialibus tractatur, quo modo diuersis modis sumitur, ibi dixi, vt in gl. sed in quantum ꝓpositum respicit, vide in §. præiudiciales. Inst. de actio. vltra medium j. gl.
b Annectere. ¶Quasi totũ, quod sequitur, formis exceptis, habuit à Mar. de Fa. qui fecit tractatum de alimen. & ab Alb. Gal. char. ante pen. ti. de alimentis, & dictam de his j̃. ver. & no. formas habuit à Rof. in prætoriis, xj. ti. de act. in rem præiud. & de partu agnoscendo, & pleniùs de of. iud. quo alimenta petuntur: & est secunda d̃ officiis. An autem in causa alimentorum sit necessariò dandus libellus, vide s̃. de lib. concep. §. nunc dicendum. ver. 30. ad fi. Et an appelletur à sententia super eis lata, vide s̃. parte 2 de ap. §. in quibus. vers. sed nunquid, quando.
c Vel nepos. ¶sup. pronepos, vel vlterior.
d Præbeat. ¶Sup. alimenta.
e Item. ¶Ponit 3. casum.
f Immisit. ¶Multum vtebatur Roff. ff. hoc ti. de concussionibus in hac materia: & hoc fuit, quod silui s̃. titulo 2. vt in principio, ibi dixi.
g Nutritur. ¶Dixit Rof. quòd miser conceptus ex illo putrido sanguine nutritur. Non omittam, quod Inn. 111. tunc Lotharius & Cardinalis ad reprimendam humanam superbiam librum composuit De vilitate & miseria conditionis humanæ, & ibi in 4. c. vide, quali cibo cõceptus nutriatur in vtero: & dicit ipsum sanguineum menstruum sic detestabilem & immundum, vt ex eius cõtactu fruges non germinent, sed arescant: arbusta moriantur: herbæ amittant & arbores foetus: si canes inde comederint, in rabiẽ efferantur: in illa corruptione foetus concepti vitium seminis contrahunt. vt leprosi & elephantici tunc nascantur. Scias, quòd dicitur elephantia quædam species lepræ sic cæteris passionibus maior. sicut elephas maior est cæteris animalibus: vltra generale motiuum Inn. de quo s̃. multorum gulositas me impulit ad hoc scribendum.
ADDE Plinium septimo libro de naturali historia, vbi etiam deplorat superbiam hominis nati ex immunditia, & ad miserias huius seculi.

vnde cum super eo mihi iniustè controuersiam moueat, iustitiã
a peto,& ad hoc propono actionem in rem præiudicialem[a]. ¶ † I-
6 tem ex officio[b] iudicis alimenta petuntur:& tunc sic libellus ɔci
b pitur:Lib.Corã,&c.ago cõtra P.patrẽ meũ,ꝙ cùm sim egenus& infirmus,vt nõ possem opis sufficere,& pater meus sit diues,ꝑeto,ꝙ mihi alimẽta debeat præstare,& ad hoc vestrũ officiũ ꝓpono,dñe iudex,ff.de li.agnos.l.si quis à liberis.§.idẽ rescripsit. Eodẽ
c modo cõcipit filia[c],nepos,& ꝓnepos cõtra patrẽ,auũ,& ꝓauũ, vt 30.di.c.j.& c.si quis dereliquerit.lxxxvj.di.nõ satis.ext.de eo,q
7 duxit in mat.quã pol.per adul.cũ haberet.in fi. ¶ † Patronus aũt sic concipit libell.Lib.Corã,&c.ago cõtra P.libertũ meũ ꝙ cum ipse sit diues,& ego paup,peto,ꝙ alimẽta mihi præstet:& ad hoc propono officiũ vestrum,dñe iudex,ext.de iure pat.à nobis fuit.
d ff.de lib.ag.si quis à liberis[d]. ¶ † Pupillus verò cõtra tutorẽ sic ɔ-
8 cipit libellum:Lib.Corã,&c.ago contra P.tutorẽ meũ,vt mihi alimẽta ministret,& ad hoc propono &c.ff.de alim.pup.præstan.l.j.j.ver.itẽ pupillus. ¶ Actor ergo sic ponet in præmissis tribus casibus,vbi agit officio iudicis:Pos.act.Pono,ꝙ ego sum pater tu⁹, vel nepos,vel auus,vel proauus,vel mater,vel filia,vt ff.de lib.agnos.l.si quis à liberis.per totã l.Itẽ ꝙ sum patronus,vel libertus, ff.e.alimẽta.Itẽ ꝙ sum in tua tutela.Itẽ ꝙ sum egenus, ff.e.si quis à liberis.§.si liberti.Itẽ ꝙ tu es diues.Itẽ ꝙ mihi deest,& tibi abũdat vt in præ.l.si quis à liberis.§.pen.& §.impubes.Itẽ ꝙ sum infirm⁹. Itẽ ꝙ arte careo,C.lib.xj.de mendi.valid.l.vnica. Itẽ ꝙ bñ seruiui tibi.Item ꝙ me semper habuisti pro filio tuo. prædicta probãtur in præd.l.si quis à liberis. ¶ Reus verò sic:Pos.rei.Pono, quòd es filius T.& sic de cæteris.Item quòd es diues. Item quòd tantum habeo,quantum mihi sufficit. Item quòd es bene sanus. Item ꝙ bene potes operari.Item quòd me accusasti crimine capitali,vt ĩ præ.l.si quis à liberis.§.idem iudex.Item quòd me detulisti,ita ꝙ ex delatione graue dispendium passus sum,in auth..vt cùm de appel.cog.§.si delator.Coll.8.[e] ¶ † Et nota[f], quòd alimenta petun-
9 tur interdum per actionem ex testamento,s.quando in testamẽ-
f to relicta sunt,ff.de alim.& cib.leg.per totum. Interdum per actionem ex stipulatu,siue ex cõtractu stipulatio intercessit:& hoc quando ex pacto debetur,C.de donat.quæ sub modo,l.j.C.de rerum permu.rebus.C.de contrah.empt.l.3.Interdum per actionẽ præscriptis verbis,vt in præ.conc.Interdum per iudicis officium, & hoc à parentibus & liberis.vt in superioribus patet, & probaẽ C.de alendis lib.per totum,ff.de ag.lib.l.si quis à liberis.C.de bon.quæ lib.l.fi.§.vbi autem.Item patronus, & eius liberi petunt à libertis,ff.de ag.lib.l.j.§.fi.& l.alimenta.C.de ope.liber.l.j.alioquin reuocantur in seruitutem,vt ff.de iure pat.diuus.§.fi.& libertus à patrono:alioquin punitur patronus,vt in præ.l.alimenta.& hoc obtinet,quando vnus est inops,nec operari potest,& alter est diues,vt in præd.l.si quis ali.§.j. & C.lib.xj.de mendicant.valid.l.j. lxxxvj.dist.non satis.in j.col.Itẽ ꝙ frater naturalis petet alimenta
g à fratre legitimo,vt C.de nat.lib.auth.licet[g].& legitimus à legiti
h mo[h],ar.ff.sol.matr.quamuis.& l.seq.ff.de tut.& ratio.distr.l.j.§.j. ff.vbi pup.educ.deb.qui filium.ff.de admin.tu.tutor.§.in soluen-
i dis.& l.præ.& no.C.de alẽ.li.l.j.[i] ¶ † Quid si is, qui petit ali,de par
10 te sua se alere potest,dicit tamen se inopem?Resp.non debere a lj,nisi sit infirmus,vt in præ.l.si quis à liberis.§.tertio, & §.alimen-
11 ta.& l.fi.Idem in emancipatis,vt ea.l.§.j. ¶ † Sed nunquid dominus petit alimenta à vasallo?videtur,quòd sic,vt etiam diximus ĩ liberto.Dicunt quidam,ꝙ si magnam possessionem dedit in feudo,tunc tenetur alere,aliter non:ad hoc C.de don.si totas. 22.q.
k vlt.de forma.ext.de iure patro.nobis[k].nam pupillus de largis facultatibus præstat alimenta matri & sorori,ff.de tutel.& ratio. distrah.l.i.§.j. Alij contrà:nam perfecta donatio conditionem non
l recipit,ff.de don.l.si.C.de reuoc.don.l.fi.[l] ¶ † Sed pone:quidam
12 emancipauit filium & dedit ei partem:filius iurauit non petere d cætero alimenta à patre:nunc laborat inopia:quæritur,an hoc ñ
m obst.petere possit?Resp.sic[m] tale enim pactum est contra ius naturale:&

ADDITIONES.

a Præiudicialem. ¶ Roffr.in prætoria,de qua s.in fine,dicit,hanc ꝑiudiciale in viro non competere,cùm iure Romano vxor non sit in eius potestate,sed tantùm in eius officio,C.qui po.in pig.hab. l.assiduis.ff.de ope.liber.sicut patronus. Competet autem interdictum de vxore exhibenda,vel deducenda,si ab alio detinetur, ff.de lib.exhib.l.i.no.vel auocabitur per vtile interdictum de libero hom.exhib.Nec obst.l.3.§.si quis eum.ff.de lib.hom.exhib. quia dolum facit etiam pater,vel auus, quia iura matrimonij turbare desiderat,ff.de lib.exhib.l.j.in fine:Sed si vxor sui controuersiam exhiberet,locum haberet officium iudicis, etiam secularis, C.de inst.& substit.l.reprehendenda.licet & iure canonico cogatur vxor ad virum redire per ecclesiasticum iudicem, vt s.extrà de spon.non est.& vide,quod ibi no.in j.gl.& quod super ea dixi. Et quod dicit Rof.de iudice seculari,intellige,vbi matrimonium non negatur,nec refertur aliqua quæstio super illo,vt in principio huius ti.Dixit Rof.s.de iure Romano, ideo quia iure Longobardo vxor est in potestate mariti,si habeat mundum: & inde tunc habere posset locum actio præiudicialis in rem. allegat lib. 2.quòd successione legis,leg.si sorores.in fine.

b Item ex officio. ¶ Hic ingreditur secundam partem, s.de officiis, de qua s.dixi: & ibi habentur tres libelli sequentes, vt in vltima col.& positiones ipsorum.

c Filia. ¶ Sic Rof.quia prædixerat de filio.

d Si quis à liberis. ¶ Et nota,quòd de infirmitate,vel operis nil hîc dicitur:quia illud speciale in libello filij,vel liberti.

e Coll.8. ¶ De inope,qui habet patrem emancipatum,& auum,in in eius est potestate.Diues an ab auo,an à patre petat alimenta:item si habet patrem & filium diuites,quis priùs sibi debeat alimẽta,vide per Cy.C.de alen.lib.l.prima.Habeo etiam has quæstiões per quasdam apostillas, quas puto fuisse Iacobi de Aretio super l.si quis à liberis.in principio,ff.de liberis agnoscen.& in prima q̃stione sub dubio fortè,dicit patrem teneri.In secunda dicit, vtrũque debere contribuere,sicut plures hæredes contribuunt,ff.de alimen.leg.l.3.Item sicut plures fratres legitimi naturales. C.de natur.lib.auth.licet.& statim sequitur.

f Et nota. ¶ Hic incipit ingredi verba Alberti Galeo.& aliqua ampliat.De ipsius tamen ordine nihil quasi seruat,& multitudinem versiculorum euitans allegabo ti.per sex partes quasi æquales.& hoc principium sparsim sumptum est ex prima & secunda parte. Optassem,quòd autor fecisset membra in hac materia illa, vel alia,quæ fecit Martin.de Fã.& fuit primum,quis cui debeat alimẽta præstare:sub quo notabilem partem tractatus inclusit.

g Auth.licet. ¶ sumpta de Corpore,quibus modis nat.effi.sui, §.si quis igitur.Et hac ratione consuluit Dy.consilio suo 17.quòd si pater reliquit naturali alimenta sub conditione,cui naturalis nõ paruit,nihilò minus habebit à legitimis fratribus alimenta, quæ legis autoritate non à pura testatoris voluntate sibi debentur:& sic per testatorem non potuerunt auferri, in auth. de hæredi.& Fal.§.si quis autem.ff.de adop.si arrogator.de dote præleg.l.cùm quis.in principio,& §.mulieri.& ad l.Fal.l.pater filium.Et per hoc sit in parte satisfactum quæstioni Rof.xlviij.quæ tractat de illo,q filios legitimos instituit,& naturalibus legauit,si legitimis ꝑ quadriennium seruirent:& erat vnum membrum quæstionis, an renunciantes legato possint petere alimenta:aliam partem quæras in suarum quæstionum volumine.

h A legitimo. ¶ Supple,eo fortiùs de legitimis naturalibus loquendo,non de legitimis tantùm.

i L.j. ¶ & ff.de lib.agnos.l.si quis à liberis.post prin.

k Nobis. ¶ alleg.Guido ad hanc partem ff.quod cum eo,l.1.& 2.

l L.fin. ¶ Ad literam fuit Alberti Galeo.qui sic recitauit parte 2. in principio.& sciendum,quòd Iacob.Veronens.sua summa feudorum formauit de hoc capit.xlv.an vasallus teneatur alere dominum egenum?multa iura allegat ad affirmatiuam,ff.de lib.agno. si quis à liberis.§.solent iudices.& l. vlti. quæ de liberis loquitur: & multa alia plus, quàm xv. quæ per viam æquitatis sima dcducuntur ad casum.Inserit etiam duas leges de Lombar.sci.lib.2.de donat.quæ cum negatione,&c.leg.1.& lib.3.de transcrip.l.2.Addit,quòd in dubio melius est impendia fieri, quàm denegari alimenta ei,qui dominus bonorum aliquo casu futurus est:text.est ff.de ven.in possess.mit.l.1.§.sed & si incertum. Subdit Placen. scripsisse in summa C.de alend.libe.§.vlt.quòd vasallus & dominus ad inuicem tenentur se alere, cùm teneantur se ad inuicem defendere:& propter tuitionem milites aluntur à republica,quã tuentur,C.locat.l.milites.in fin.& libr.12. C.de re mili.l.milites. in prin.videre volui,si Azo in Summa posuisset hoc verbum Pla. reperi,quòd non:soluit Iacob.quòd nunquam hoc fieri audiuit, nec consuetudine est obtentum per id,quod dicit vasallum ad id non teneri,præcipuè per leges ff.de admin.rer.ad ciui.pertin.l.4. §.pen.ff.vbi pup.educ.deb.l.3.in fi.nisi dominus pro facto vasalli consumpsisset bona sua,putà pro ipsius defensione,ff.de decur.l. decurionibus.

m Respondeo,sic. ¶ secundum Albertum Galeo. parte 3.& per rationem,quæ sequitur,tenet etiam Gui.de Suz.in quæstione statutorum mihi sub litera F.quòd statutum continens, quòd pater non teneatur alere filium maiorem 18.annis,non tenet,cùm educatio illorum sit de iure naturali,vt patet in iuribus sequentibus,& inducit Inst.de iure nat.§.sed naturalia.& sic tolli non pt, vt ibi:& licet non fatear actiones esse productas à iure prætorio vel ciuili:ponderari tamen debet principale subiectum, cùm actiones cœperint ex tempore,illud verò debitum à natura.

turale:& ideo non valet,ff.de pac.ius agnationis. pater enim te-
netur alere filium secundum naturam,vt j.distinctione, ius natu-
rale.vt ff.de iusti. & iure,l.j.§.pen.30.distinct.si quis dereliquerit.
C.de bon.quæ lib.cùm non solùm. §.hoc proculdubio. Sic & fi-
lius tenetur alere patrem & matrem egentem,vt in præ.c.non sa
tis.22.q.4.inter cætera.extrà de iureiur.cùm quidam. C. de alen.
lib.l j.& 2.Hinc est, quòd prælatus tenetur alere pauperes paren
tes,vt in præ.c.non satis.xij.q.2.expedit.C.lib.x.de impon.luc.de
13 scrip.l.vnica.¶†Quid si pater meus est infidelis,& æqualiter e-
get cum extraneo fideli:quæritur,cui eorum potius debeo in vic
tus necessarios subuenire?Host.dicit, quòd patri, vt probatur &
no.30.distinctione,c.1.Alij dicunt,quòd fideli extraneo, argu.in
præ.c.non satis.in principio,ibi,circa domesticos fidei,&c.vbi de
hoc.Causam enim præstat natura,non gratia.nam talis pater po
a tiùs negandus est,quàm alendus,23.q.8.legi.[a]¶†Quid si quis in
14 trat monasterium conferens illi omnia bona sua,nunquid pater
eius poterit à monasterio petere alimenta?Respondeo, sic, si in
b egestatem deuenerit[b],C.de agnosc.lib.si quis à liberis.§.iidem re-
scripserunt.& extrà de prob.in præsentia.& in præ.capitulo,non
satis versiculo,similiter & debilitatis.xvj.quæstione prima, quo-
c niam quicquid[c].¶†Item pone: quidam tenens in concubinam
15 ancillam cuiusdam militis,habuit ex ea filium: quæritur, an pa-
ter,vel dominus illum alere teneatur?Dic, quòd dominus, ff.de
potest facere nullo accusatore apparente,infamia super hoc or-
ta,vt dixi,citatis tamen,quos tangit, & publicata accusatione, vt
suprà dixi,extrà de diuor.porrò.in fi.de off.ord.c.j.de accus.quali
ter.2 §.debet.Sed & iudex cōsiderare debet personam accusato-
ris & testis,vt eos repellat,si viderit repellendos,vt s̃.de offi. iud.
ver.impedit.Item an coniuges se diligant verè,vt nunc eorum ꝯ
fessio cum aliis adminiculis præiudicet in primo & secundo gra-
du,an fictè,vt tūc nullam præsumptionem inducat,vt ext.de eo,
qui cog.consan.vx.suæ,super eo.& ca.de illa. Item an sit fama de
hoc,quæ adminiculum præbet,extr.de spon.cùm in tua. 35.q.6.
si duo.& in præ.c.porrò.& semper in dubio pro matrimonio iu-
f dicet,extr.de testa.licet.2.in fin.ff.de pœnis,absentem [f].Sed quæ
6 dicta sunt,locum habent in matrimonio iam ꝯcto.¶†In contra
hendo autem locum non habet accusatio,sed duntaxat denunci
atio,vt in præ.c.ad dissoluendam.& hoc quandoque fit sine scri-
g ptis [g]:melius tamen fit, & tutiùs in scriptis,arg.in præ.c.literas.&
in præ.c.à nobis.& hoc modo fit:
h Forma [h].Ego H.vobis domino tali episcopo,vel officiali signifi-
co,& denuncio,ꝙ tractatur de matrimonio ꝯhēdo inter H.&T.
quodq; matrimoniū nō debet,nec potest esse,vel ꝯhi inter eos.
nam sunt ꝯsanguinei,vel affines in tertio, vel quarto gradu,hoc
modo:Nam B.& T.fuerunt frater & soror:&computet clarè gra
dus,vt extr.de testib. c.series.de consan.& affi.tua.Sed tamē hoc
non est necessarium in libello,sed in probatione sic:&postea nō
minet testes,dicens,& hoc sciunt talis & talis.Nec etiam hoc ne-
cessarium reputo,nec etiam hîc necessariò monitio trina exigit̃,
cùm alia crimina denunciantur,vt s̃.d̄ denun.ver.sed qualiter.qa
& si velit,non potest vnus alterum dimittere sine iudicio eccle-
i siæ [i].vt in præ.c.porrò.& eo.ti.significasti.35.q.6.multorum. 32.
7 q.2.c.2.& §.in hoc.c.j.¶†Sed nunquid is,qui repellitur ab accu-
satione,repelletur & à denūciatione?Respon.sic, secundū dom.
meum,vt not.in Summa eo.titul.§ dictum est.ver. sed nunquid.
8 ¶†Et no.quòd si viro intentante petitorium,lis contestāda est:
si tamen postea mulier petit restitutionem,sola petitio vxoris ꝓ
cedet,vt extrà de restit.spol.ex conquestione.& de causa posses.
& propr.pastoralis.Sed si vir īpetrat literas super petitorio, vxor
coram eodem iudice poterit agere possessorio:de quo dic,secū-
k dum Papam, prout no.in præ.decr.ex conquestione [k].¶†Porrò
9 vbi matrimonium etiam iam est contractum,potest fieri denun
ciatio inscriptis,& generaliter:& fiet hoc modo:
Forma.Coram,&c.propono & denuncio,ꝙ matrimoniū & spō
salia inter P. & Bertam de facto contracta stare de iure non pos-
sunt,pro eo,ꝙ inter eos est cōsanguinitas,vel affinitas in tali gra
du,vel pro eo,ꝙ idē P.priùs contraxerat cum Titia adhuc viuen
te:vel quia Bertam,vel eius filium, vel econtrà de sacro fonte le
uauit vel quia idem P.Sempronia eius legitima vxore viuente ei
dē Bertæ fidem dedit,ꝙ cum ea contraheret post mortem Sem-
proniæ,& eam illa viuente cognouit:vel machinatus est in mor
l tem primæ vxoris,vel frigidus,vel maleficiatus est [l]:&sic de aliis,
vt suprà in titulis specialibus est notatum.

ADDITIONES.

a Secundū dn̄m meū.¶Dixit hoc ipse Host.in summa huius tit.in fi.remittit autem ad tit.de lib.ob.§.3.vbi Tan.dixit,hoc est certū, quòd plures causæ possunt concurrere:quod cuique patet:& cōcurrentia aggrauat culpam:ergo eò magis omittenda.
b Ex literis.¶Causata fuit hæc falsa allegatio à Summa Hosti.hoc tit.§.ij.ver.oblato libello posset sic stare,literas.& de iureiu.ex literis.
c Dic,vt ibi.¶Dic hodie,vt in cle.de iudi.dispendiosam.&de verb.sig.sæpe.
d Papa dixit.¶Quod scripsi eo.tit.super rub.
e Dominus meus.¶in Summa huius ti.§.ostendendum.ante finē, vnde sumptum,quod sequitur vsque ad vers.sed & iudex.qui superiùs fuit de §.dictum est.vers.iudex autem.
f Absentem.¶Sumptum de Summa Host.q.fi.ver.in summa.
g Sine scriptis.¶Meliùs tamen & tutiùs fit in scriptis.
h For.¶Host.fuit in Summa huius tituli ad fin.
i Ecclesiæ.¶secundum Host.vbi s̃.
k Ex conquestione.¶Ibi scripsi super verbo,iudicibus.
l Vel maleficiatus est.¶Ad hoc dico,quòd non admittitur extraneus denuncians,vel accusans,vt s̃.in prin.dictum est.

a ¶De diuortiis [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Hanc rubricā nominatim non receperunt prædicti auctores,sed multos libellos, de quibus suprà,formauerunt, quibus diuortiū petebatur:speciales etiam libellos Ros.Host.& Bonagui. ac Aegid.j̃.videbis.Quæstio dominicalis 28.an propter consanguinitatem facto diuortio,is qui ante diuortium despōsauerat mulierē, illam repetere possit?videtur expediri per decr.ij.de eo, qui dux. in mat.Lxiiij.de resuscitato,an vxorem recuperet,vide de frigid. fraternitatis.super verb.miraculum.& de aliis similibus,quæ incidunt,ibi etiam vide.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium diuersis modis fieri potest.*
Vxoricida,vel matricida non potest matrimonium contrahere: quòd si contrahat,non tenet.
2 *Disparitas cultus impedit & dirimit matrimonium.*
3 *Diuortio ad tempus,vel quo ad thorum facto,qualiter sit libellandum.*
4 *Diuortio,quo ad thorum facto,debet vxor dotem amittere.*
5 *Diuortium fieri dicitur,vbi duorum fidelium alter transit ad hæresim,vel infidelitatem.*
6 *Mulier asserens ecclesiam in sententia super causa matrimoniali lata deceptā, qualiter formabit libellum.*
7 *In matrimonij separatione qua forma sit iurandum.*

1 Diuortium † quandoq; fit in perpetuum, & quandoq; ad tẽpus, putà quo ad thorũ. In perpetuũ, vt in multis casibus s. in diuersis titulis annotatis. Item q vxoricida vel matricida non pt contrahere: & si ꝯxerit nõ tenet, ext. e. c. j. quod intelligo cum eo, vel cum ea, qui, vel quæ machinata est in mortem, extra de eo, qui duxit in matrim. c. j. & c. pen.
a & fin. vnde sic libellus concipitur [a]:
Lib. Coram, &c. propono contra P. virum meum, à quo peto separari, quia primam vxorẽ interfecit, ad hoc, vt me haberet vxorem: quare debet sine spe coniugij remanere, 33. q. ij. interfectores, & in præ. concor. & extrà de conuer. infid. c. j. respon. j. Sed ne iste libell⁹ faciat te errare, scias, q vxoricida prohibetur matrimonium contrahere, vt in prædicto c. interfectores. & eadem quæstione, admonere. circa medium versus fi. Si tamen ꝯxerit, tenet, arg. ea. q. quicunq; ibi, aliamque duxerit, &c. & c. interfectores. & in præd. decre. j. de conuer. infid. in fi. Sed si interfecit eam, vel machinatus est in mortem eius, ad hoc, vt haberet aliam, nõ potest vnquam illam habere: & si contraxerit cum ea, non tenet, vt in præd. decr. de conuer. infid. in prin. Sic intelligitur extr. de eo, qui duxit in matrim. quã pol. per adult. super eo. & c. significasti. & sic intellige præmissum libellum. Gof. tamen dicit, non sufficere ma-
b chinationẽ, nisi & secundam polluat prima viuente, vt e. tit. c. fi. [b] Eadem intelligas in vxore, quæ diximus in viro: quia non ad imparia iudicãtur, 32. q. j. si quis. vel forma libellum. vt suprà de eo,
2 qui duxit in matrim. quam pol. per adult. ¶ † Item disparitas cul-
c tus impedit & dirimit: vnde sic libellus concipitur [c]:
Lib. Coram, &c. propono ego Berta mulier contra P. q contraxi cum eo matrimonium, credens eum fuisse catholicum, qui tñ pa-
d ganus, vel gentilis [d], vel Iudæus est: quare peto matrimoniũ huiusmodi sententialiter separari, extrà eo. quanto. & c. seq. 28. q. 1. idololatria. & c. caue. & seq. & c. Iudæi. & seq. C. de Iudæ. ne quis. & l. seq. C. de sponsal. l. fi. C. de epis. caud. & si legibus, Eodem mo-
e do conqueror, si contraxit cum hæretico non baptizato [e]. Sec⁹, si esset baptizatus: quia tunc teneret matrimonium contractum,
f vt in præ. c. non oportet [f]. Vel sic concipitur.
Lib. Coram &c. propono ꝯ Bertam vxorem meam, q me ex infidelitate ad Christi fidẽ trãseuntem, ipsa nolens fidẽ Christi suscipere, mecum renuit cohabitare: vel vult, sed non, nisi vt me ad infidelitatẽ pertrahat, vel non vult sine contumelia Creatoris: quare peto ab ea separari, & separari debere sententialiter declarari, mihiq; dari licentiam cum alia contrahendi, extrà eod. c. quanto.
3 & c. gaudemus. & in præd. c. idololatria. ¶ † Ad tempus autẽ, vel quo ad thorum, fit diuortium, putà propter adulterium: vnde sic
g libellus concipitur [g]:
Lib. Coram, &c. propono & denuncio contra Bertam vxorẽ meam, & eam accuso, q ipsa tali anno, mense, die & loco, regnante tali rege, cum T. in tali ciuitate, & domo, camera prima, committens in legem matrimonij, adulterium perpetrauit: quod me offero legitimè ꝓbaturum: quare peto ab ea separari, quo ad thorum & mutuam seruitutem & cohabitationem & exhibitionem necessariorũ: & nos separandos esse sentẽtialiter declarari, super
h hoc vestrum officium implorando [h], 2. q. 8. libellorum. extrà de procur. tuæ. extrà eo. c. 3. & v. extrà vt lite non contest. c. j. de iure iur. quemadmodum. ff. ad leg. Iul. de adul. is cuius. & l. si maritus. extrà de spons. ex parte. de conuer. coniug. ex publico. 32. q. i. dixit. nec tunc fiet inscriptio, vt in prædicto c. tuæ. Quidam autem addunt sic ad prædictum libellum: peto etiã ccc. lib. Turon. quas ab ea consecutus fui cum centum lib. quæ faciunt tertiam partẽ quantitatis dotis, cùm ipsa B. liberos nõ habeat, mihi adiudicari. Si verò liberos haberet, nõ peteret tunc nisi dotem, quam recepit, extrà de donat. inter virum & vxor. plerunque. C. ad leg. Iul. de
4 adulte. auth. si adulterio. ¶ † Sed vbi petit dotem, debet scribere, quo ad eam, in auth. Collat. 8. vt liceat matri & auiæ, §. quia verò plurimas. & pone hìc, vt patet suprà de accusatore, ver. item con-
5 tra agentem. ¶ † Item fit diuortium, quo ad thorum, si duorum fidelium alter transit ad hęresim, vel infidelitatem: vnde sic libellus concipitur:
Lib. Coram, &c. propono contra Bertam vxorem meam, q ipsa diabolo instigante transiuit ad infidelitatis, vel hæreticæ prauitatis errorem: quare peto ab eo, &c. suprà in proximo libello, extr. eodem, de illa. & c. seq. in fin. extrà de conuer. coniug. ca. vltimo.
6 ¶ † Quòd si mulier asserat ecclesiam in sentẽtia super causa matrimoniali lata fuisse deceptam, sic concipitur libellus:
i Lib. [i] Coram, &c. propono contra P. quòd ipse mecum contraxit legitimè matrimonium per verba de præsenti, & carnalis fuit inter nos copula subsequuta: quare peto ipsum mihi adiudicari in virum, & eum cogi, vt me tanquam vxorem, retineat, & maritali affectione pertractet: non obstante sententia diuortij per talem lata, si sententia dici potest, cùm in ea ecclesia decepta fuerit euidenter, extrà de re iudic. lator. & c. consanguinei. & c. seq. 35.
k q. ix. c. loci nostri. §. quia ergo. & c. seq. Dicunt tamẽ quidam [k], q non est necesse in libello poni deceptionem ecclesiæ: sed si contra libellum obiiciatur de sententia, respõdebitur, quòd talis sententia non transit in rem iudicatam, vt in præd. iuribus. Sed ego non sine causa pono. nam stabitur sententiæ, donec ostendatur ecclesiam deceptam fuisse, vt in prædicto capitulo, cõsanguinei.
l in fin. & c. lator. in fine [l]. ¶ † In summa nota, quòd cùm aliqui se-
7 parantur, taliter vir iurabit:
m Forma. Ab isto die in antea [m] tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ, nec in cõiugio, nec in adulterio, nec cum illa ad vnam mensam manducabis, vel bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi in ecclesia, aut in alio loco publico, vbi nulla suspicio mala possit esse, vt ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini, nec aliam coniugem accipies, nisi forte post actam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso: sic te Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Hæc forma habetur 35. q. 6. ab isto. j. Sacramentũ verò, quod præstat vir vxorem reconcilians, habes s. de spon. §. fin. versi. licet autem. potest enim eam reconciliare, vt s. de iureiur. quemadmodum. ad fin.

ADDITIONES.

a Concipitur. ¶ Secundum Roff. vbi quintum impedimentum, scilicet criminis, prosequitur.
b c. fi. ¶ Vt scripsi in præ. c. j. de conuer. infid. in gl. nunquid deficiẽte adulterio, requiritur machinatio vtriusque: quo interueniẽte sufficit machinatio alterius. ibi vide.
c Sic libellus concipitur. ¶ Secundum Roff. vbi sextum impedimẽtum prosequitur.
d Vel gentilis. ¶ Roffr. hoc dixit, patarenus, vel alterius sectæ. hoc causam dedit ver. seq. Item scias, q Rof. formato prædicto libello dixit illum procedere, nisi ille infidelis ad fidem redire voluerit. hoc dixi per c. Iudæi. statim allegatum, hoc est falsum, & illud cap. loquitur de matrimonio ꝯcto in Iudaismo muliere postea ꝯuersa. Vnde dicit ibi tex. quæ iam in Christianam translata est fidem, illa bene tenetur: sed in casu libelli matrimoniũ nullum: licet ergo ille conuertatur, non est matrimonium, nisi de nouo cõsentiat.
e Non baptizato. ¶ Impropria locutio. facit, quod no. xxiiij. q. iij. §. quia verò. & vide, quod dixi de cond. appo. §. vltimo, super prima glossa.
f Non oportet. ¶ Ad hoc de hæreticis, decreuit. lib. 6. & hoc sequi debet. vel sic, &c. hoc dico: quia Sic, non respicit proximè dictum sed præcedens.
g Concipit. ¶ Omittit libellũ Rof. qui sine solennitate infrà scripta posuerat in duabus virgulis. Iste aũt libellus fuerat ad literam Hosti. & quod circa illum hìc sequitur in summa huius titul. §. iij. post prin. cui concor. Bonagui. & Aegid.
h Implorando. ¶ Mar. de Fan. formans libellum mulieris cõtra virum breuiter concludebat: vnde peto ab eius cohabitatione & seruitute, qua ei teneor, per vos absolui.
i Lib. ¶ Secundum Bonagui. parte ij. vbi libellos formát, ante medium: vbi plenè de hoc prosequitur Aegid. c. ccix.
k Quidam. ¶ Bonagui. qui prælegit, q non ponatur quòd nõ fiat deceptionis specificatio, nisi petaĩ. nã vtile est actori diuersas causas prosequi, de quo s. de lib. concep. in fin. Dicunt tamen prædicti Bonaguid. & Aegid. deceptionem probari, si appareat sententiam latam per falsos testes, de test. sicut. vel falsa instrumenta, C. si ex fal. instru. l. fi. Vel non fuit seruatus ordo debitus, C. de sent. & interloc. l. prolatam. vel docetur iudicis corruptio, C. de arbit. l. arbitrator. vide, quod dixi in decr. consanguinei. super j. gl.
l Lator. in fi. ¶ Parũ releuat hoc dicere, sed cùm exceptio rei iudicatæ veniat in vim dilatoriæ, si placet proponenti, de lit. contest. c. j. lib. vj. meliùs videtur id proponere in libello, vt sic principaliter, non incidenter examinetur articulus.
m In antea. ¶ Vide, quod dixi supra de sponsa. §. ab isto die in antea. & §. postremò. vltra principium.

a ¶ De donatione inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituenda [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Rubrica duplex apud Legistas non est sic vnita: sed de his lõgos habent tractatus. Host. autem copiosè de his instruens Canonistas, dilatauit hanc rubricã in Summa, interserens quatuor rubricellas, & demum prosequẽs legalem materiam rerum amotarũ,

SUMMARIUM.

1 *Instrumentum qualiter sit super donatione propter nuptias conficiendum.*
2 *Instrumentum qualiter possit in sponsalitia largitate confici.*
3 *Sponsalitia largitas quæ dicatur.*
4 *Donatio propter nuptias, & dos inter se seruari eãdem æqualitatem requirũt.*
5 *Mulier possidens res dotales, viro eas vendicante, an possit excipere, quòd vir non dedit ei donationem propter nuptias æquiualentem.*
6 *Soluto matrimonio qualiter dos ad mulierem, & donatio propter nuptias reuertatur ad virum.*



IN hoc titulo primò super donatione propter nuptias, quam vir facit vxori: secundò super dote, quam vxor dat viro, vt ext. eod. nuper. in fin. instrumenta formabimus: tertiò verò libellos cõcipimus.
1 †Super donatione igitur propter nuptias sic conficietur instrumentum:
a Forma [a]. T. dedit & concessit ac donauit ex causa donationis propter nuptias P. sponsæ & vxori suæ pro se & pro omnibus suis, & dicti T. communibus filiis recipienti medietatem insuper & quar
b tam partem [b] omnium bonorum suorum mobilium & immobilium præsentium & futurorum ad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid sibi & dictis communibus eorum filiis deinceps placuerit, faciendum, promittens ipsi P. pro se ac dictis cõmunibus eorum filiis per stipulationem solennem præfatã propter nuptias donationem firmam, ratam & gratam habere & tenere, nec contrà facere, vel venire per se, vel per aliũ quacunque ratione, vel causa, seu ingenio de iure, vel de facto sub pœna. c. marcharum argenti solenni stipulatione promissa, ac refectione dãnorum & expensarum litis, & extra, ac obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta, vel non, præmissa omnia & singula firma perdurent. Hæc forma probatur extrà eo. c. fi. C. eo. donationes. extrà de emp. & ven. peruenit. ff. de iure do. profectitię. & C. de don. ante nup. si à sponso. & l. si liberis. & l. si ex constãte. & l. fin. Quidam etiam addunt, Constituens me dicta bona possidere, donec corporaliter sua auctoritate possessionem apprehẽderit: quam rem ei defendere & auctorizare promisit: quam donationem ideo fecit, quia ab eo dotẽ eiusdem æstimationis accipit, s. tantum: quæ omnia, &c. C. de don. ante nup. l. pe. & fi. ¶
2 † In
c sponsalitia autem largitate sic potest concipi instrumentum [c]:
Forma. Ego H sponsus & donator do & dono tibi G. dilectissimę sponsæ meæ & futuræ vxori meum annulum aureum cum optimo saphiro, & tales pannos, & tales inaures, & tales catenas argẽteas, & tales res ad habẽdum, fruendum, & quicquid tibi placuerit, faciendũ: quarum tibi possessionem trado, & me ipsas tuo nomine cõstituo possidere: vel si est immobile, quod donatur: dicatur: de qua re tibi præsentialiter possessionem & tenutam trado: quæ omnia suprà scripta, & c. C. de don. ante nup. si à sponso. & l.
3 conuentum. ¶Et scias, † quòd sponsalitia largitas dicitur illa, quam sponsus facit sponsæ, vt supra: cuius reliquiæ seruãtur in annulis & aliis munusculis, quæ spõsæ donant. Põt igit spõsus spõsæ donare, & econuerso: quę donatio in se cõditionẽ habet, vt ita demum retineri possit ab accipiente, si per eũ nõ stat, quò minus matrimoniũ cõpleatur: alioquin quod datum est, repetetur: si verò casu matrimoniũ impeditur, si quid sponso dedit spõsa, reuocat in totum, vt in

ADDITIONES.

¶ quę succedit inter coniuges in locum actionis furti, de qua infrà de fur. in vlt. col. ver. porrò cùm constante. & vides, quòd auctor nil directè prosequitur de donat. inter cõiuges prohibitis: ibi autem Hostien. de hoc facit specialem rubricellam: & est tertia, quã per v. membra per §§. distincta prosequitur: & de parte illa Roffr. bene fecit rubricam ante fin. operis, vbi de senatusconsul. Aemiliano, de quo fortè auctor non aduertit: sed plus credo eum aduertisse: quia tamen Roffr. non practicauit libellos, & positiones ponendo, ideo omisit. Posuit autem, quæ concurrere debent, vt senatus locum habeat, & xviij. casus collegit, quibus tenet donatio inter coniuges: quorum tamen aliqui sunt exempla regulæ datæ eod. tit. in princip. vt prędixi. Hostien. sub hac rubrica ponẽs quatuor rubricellas, ponit primam de donat. ante nupt. quæ etiam dici potest Propter nuptias, C. eod. tit. l. fi. in prin. & aliàs dicitur dotalis, eod. titu. plerunque. vbi de hoc: quandoque sponsalitia largitas, in authent. vt spons. largitas, Collat. i. & vt ibi nota. in princ. illud impropriè dicitur donatio, vel largitas: sicut & quandoque impropriè ponitur dos, eodem titul. & si necesse. & c. seq. Quomodo autem fit pro securitate dotis, & quomodo fructus huiusmodi non pertinent ad vxorem, sed ad virum, & alia circa materiam, ibi plenè prosequitur: vide, quod scripsi eod. tit. c. vlt. in gl. ad quid valet. ibi plenè soluitur: ad quid valet vxori hæc donatio, quam in vita vir possidet, & in morte ad ipsum reuertitur. Sed quæro, quod Hostien. ibi tangit: Contraxit cum M. recepta dote: & illa tunc donationem non petiit, post tempus id petit, scilicet sibi donationem hanc constitui. Ego dico, & sic est verum, has donationes in ciuitate Bononiensi non vsitatas iam xxx. annis elapsis etiam tempore Roland. vt ipse dixit post formam, quę hîc ponitur in princi. & sic per dissuetudinem erant abrogatæ, sicut & leges, iiij. distin. §. leges. C. de caduc. tol. l. vna, in princ. Item addo vxoris non interesse, cùm ego non fuerim stipulatus lucrifactionem dotis. Odof. dicebat vxorem audiendam, per l. pen. & vlt. C. de donat. ante nup. vbi patet, constante matrimonio dotẽ & donationem fieri posse & augeri: nec arctat, quòd hæc fiant ab initio. Item donatio ista fit ad securitatem vxoris pro dote, non propter fructus, vt suprà dixi: & posset esse, quòd maritus non haberet plus in bonis, quàm sit dos: facit C. ad Velle. authen. siue. & quod de consuetudine allegabatur, procedit in consuetudine contraria: & sic loquatur l. j. C. quæ sit longa consuetud. Ad hoc vltimum facit, quod scripsi de consuet. c. fin. lib. vj. in princip. Ad primum facit infrà §. j. versi. quid ergo. Et ibi remittam quæstionem de testatore, qui dixit, lego vxori meæ dotem suam, quæ fuit mille, & est apud Petrum: scripsi super rubrica de testam. post princ. Est sciendum ad secundam partem rubricæ, quòd Alber. Pap. super l. j. C. de dote cau. non nu. quæsiuit de viro, qui in publico instrumento confessus est vxori se recepisse dotem centum libras ab illo pro dote: & sic iurauit: moriens in testamento dixit se nil recepisse in dotem: mulier agit contra hęredem repetendo dotẽ: hęres excipit illam non numeratam. Simile in facto, quod not. s. de donatio. in quæst. ij. Contra hæredem, vt dicit, facit iurm: non tamen putes, quòd obliget hæredem ad periurium, tam ex eius forma, quàm per ea, quę scripsi de iureiur. veritatis. super vlt. glo. sed videtur validare contractum, in authent. de nupt. §. disponat. Contra mulierem facit: quia dolo petiit, quod non numerauit. Nec obstat iuramentum habens tacitam conditionem, si sequatur numeratio, C. de non num. pec. l. fin. de quo vide concord. de iureiuran. quemadmodum. in gl. ij. Dolus igitur mulieris sibi patrocinari non debet, nec sibi quærere actionem, ff. de dolo, l. j. §. j. & de arbit. l. ita demum. Et si decessit maritus intra tempus proponendę exceptionis non numeratæ dotis, heres id poterit: sicut viuens posset intra tempus residuum, C. de non num. pe. si intra. ff. de regul. iur. hæredem. nec est credendum maritum in morte mentitum, j. q. 7. sancimus. C. ad leg. Iul. rep. l. vlt. ad fi. Repelletur ergo mulier exceptione doli, nisi probet pecuniam numeratam. In contrarium testator in testamento suis verbis nocere non potuit, nisi hæredi, ff. de pig. act. l. Caius. C. debitorem ven. pig. impe. non posse, l. j. C. de probat. rationes. & authent. quod obtinet. per quam videtur hoc terminari. Item potius videtur machinatio fuisse in testamẽto, quam à principio. facit extrà de præsum. literas. in authen. de æqual. dotis. versi. quod enim. ad fin. ij. colum. Alb. Gal. distinguit, an illa confessio fuerit constante matrimonio, an priùs, primo casu non valet: quia censetur donatio, quæ inter cõiuges est prohibita constante matrimonio, C. eodem tit. donationes. & per totum, & extrà eod. tit. c. fin. Nec dicas, quòd confirmetur morte, vt ibi: quia contraria voluntas apparuit dicẽdo, vt ponit thema: plus tamen placet Alber. quòd per illa verba reuocata nõ esset, sed requiratur expressa reuocatio. Declaro hoc: vir dicens, quòd non habuerat dotem, nisi aliud addat, non per hoc donationem reuocat: poterat in hoc allegare actum suum meritorium. Item per hoc illam induceret ad suffragia animæ suæ prebenda, & his similia. Secundo casu, quando confessio viri fuit ante contractum, videtur, quòd mulier habeat probare numerationem re ipsa, C. qui pot. in pig. hab. l. assiduis. & de bonis proscrip. l. si quis. & de præscript. xxx. ann. cùm notissimi. §. illud. & in l. j. in princ. allegata, quæ dicit, quòd dotem facit numeratio, non scriptura. Hoc verum putat, nisi instrumentum confessionis, secundum eum, factum fuisset post prima dotalia instrumenta: quia tunc cessaret exceptio, C. de non num. pecu. l. in contractibus. §. j. Vbi autem quis confitetur se recepisse dotem, quam non recepit, distingue, vt scripsi extrà de fide instrumen. si cautio. super gloss. penult. quod etiam recitat Alberic. sed ibi pleniùs: quòd etiam ponit Hostien. sub rub. de dotibus promittendis, §. quid si maritus.

a Forma. ¶Rolan. parte secunda, & c. viij.

b Partem. ¶Quare sic locutus fuerit Roland. non video: nec in sua Aureola declarauit: debuisset ẽt auctor hæc mutare: hoc dico, quia dubium est, an donat tres partes de iiij. vel v. de viij. partibus bonorum suorum: hoc per illud, insuper.

c Concipi instrumentum. ¶Et fuit Mart. de Fan. mihi chart. iiij. & quæ sequuntur, ipsius sunt, vsque ad ver. & nota.

a vt in præ.legib.[a] & de hoc j.§.fin.¶†Et not.quòd in donatione
4 propter nuptias,& in dote seruanda est æqualitas,vt in auth. de
5 equal.dot.§.hoc igitur.& §.decreto.¶†Quid ergo si mulier pos
sidet res dotales,viro eas vendicante ipsa excipit,non dedisti mi-
hi donationem propter nuptias æquiualentem?Respon.obtinu
it,quòd mulier sibi potest consulere per retentionem,nec coge-
tur res dotales restituere non accepta donatione propter nupti-
b as,C.de don.ante nupt.auth.dos data[b].¶†Item qualiter soluto
6 matrimonio dos ad mulierem, vel donatio propter nuptias re-
uertatur ad virum,no.extrà eo.c.fin.Constante autem matrimo
nio vxor nequit dotem repetere,nisi in certis casibus, vt C.eo.si
constante.& C.de iure dot.vbi adhuc.& extrà de ꝯsuet.ex parte.

ADDITIONES.

a Vt in præ.legibus.¶Et de hoc j.§.fin.

b De don.ante nup.auth.dos data.¶Vide,quod ibi not.per glo.& per Cyn.& eris inuolutus.Ibi autem in fi.j.gl.ponitur dictũ Azonis,quòd mulier non habet petere, quòd sibi constituatur donatio:quia constituta est ipso iure secundum quãtitatem dotis: sed habet petere,vt tradatur:& sic quæstio ista loquitur etiam in excipiendo.Hu.&G.quia petit constitui condictione ex lege,& postea petit tradi:& sic variantur libelli.Mihi placet,quòd vnico iudicio & libello & planis verbis vxor in libello dicere possit se cẽtum dedisse in dotem:vnde peto à te centum nomine donatiõis ꝓpter nuptias:hoc maximè in nostro foro,de iudic.dilecti.Quãdo autem mulier soluit dotem,& vir stipulatus est lucrifacere dimidiam,vxor aũt non petit donationem pp nuptias eodẽ viuo, quam si habuisset etiam pacto de lucrando non apposito,intelligeretur appositum,vt ipsa ẽt dimidiam lucraretur:moritur maritus,&ipsa vidua vult lucrari dimidiã in bonis mariti illius quãtitatis,cuius fuerat dos.hîc variant Doctores:quia Accur.tenet,ꝙ nulla æquatio p̃t fieri de nullo:sed si fuisset etiam minima donatio constituta,illa bene intelligitur æqua in lucrifactione, vt ibi ĩ l.fi.eo.tit.§.fin aũt.sed quòd ipsa nihil,& maritus,si superuixisset, lucratus fuisset dimidiã,secundũ prædictum Azo. quod placuit etiam Mar.gl.si donatio censetur constituta ipso iure statim constituta dote in tanta quantitate,&eodem pacto lucrifactionis qđ non procedit:& tñ,etiam si illa opinio esset vera,quòd intelligeretur ipso iure constituta donatio,adhuc non approbatur illa solutio,licet nullum penitus:quia nec donationis cõstitutio:& sic nec pactum possit reduci ad aliquod: tamen aliquid potest reduci ad nullum.Dicemus ergo,ꝙ eo casu pactum lucrifactionis de dimidia factum marito, reduceretur ad nullum,& sic seruatur iꝰ volens æqualitatem.Item §.si autem.bene reducit nullum ad aliquod,s. quando ab vtroque facta est dotis datio & donatio: sed alter solùm fecit pactum de lucrifaciendo:quia tunc bene reducitur nullum ad aliquod,ad quantitatem scilicet à reliquo stipulatam,vt dixi s̃.Hoc vltimum etiam expressit Hosti. tit.prædicto, §.2.Quid ergo sit dicẽdum?primum autem non:& idem hîc addit. Tñ tu Canonista contenteris in hac materia de ibi per eum scriptis,vbi videbis in prædicto §. ij.in prin.quomodo prouidetˀ pauperi recipienti magnam dotem in summa, in qua donationẽ facere non posset.

ADDITIONES NOVAE.

Quod maritus possit donare vxori suæ vsque ad quantitatem fructuum dotis,allegatur glos.in l.ex annuo.de donat.int.vir.& vx.& l.sed vsusfructus.§.dos.ad l.Fal.Iac.de Aret.

De vestibus factis per virum vxori,an post mortẽ viri debeant esse hæredis viri,an ipsius vxoris,Bar.& Albr.in l.in his.in prin.ff. sol.matr.not.in l.rem legatam.de adim.leg.Bald.in auth.ex testamento.de collat.vbi dicit ꝙ annuli,& alia iocalia,quæ mittit spõsus sponsæ debeant remanere vxori post mortem viri.hoc verũ nisi essent res magni pretij,vt no.Bar.in l.j.§.nec castrense.de collat.Sed an ipsa iocalia sic per eam acquisita teneatur posteà conferre cum fratribus,vt dicatur patri acquisiuisse?&distinguũt:aut constat esse donata,& non confert,quia sunt aduentitia:aut constat ꝙ non sunt donata,& non confert,quia nõ sunt suæ istæ res, sed hæredum viri,vt l.id vestimentum.de pecu. & l.sed si vir. de don.int.vir.& vxo.præsumitur tamen concessisse ad vsum,nõ ad dominium,nisi aliud appareat ex modo,& ex genere impensę,vt l.vtrùm.de don.int.vir.Bald.in l.cum veterum.de don.ante nup. Salicetus sic dicit,interdum sponsus donat sponsæ simpliciter,& absolutè,& valet donatio,l.multum.in prin.de don.ante nup.interdum donat non simpliciter, sed effectum donationis confert in tempus perfecti matrimonij, & tunc hoc facit tacitè, vt quia confitetur recepisse nomine dotis,plusquã recepit animo donãdi,& non valet donatio. d.l.multùm.in 2.resp.Et ꝙ videatur tacitè cõferre in id tempus,patet ex eo, ꝙ nomine dotis donat,quæ dos non potest esse sine matrimonio,l.fi.eod.tit. Interdum facit hoc expressè,& tunc multò fortiùs nõ valet donatio,vt l.quod sponsæ.e.tit.ratio,quia dispositio collata in id tẽpꝰ, respicit illud tempus,&secundum ipsum infirmatur,vel firmatur,l.in tempus. in prin.de hær.instit.facit dictã confessionẽ spe futuræ numerationis,& tunc ꝓcedit materia tit.de dote cau.nõ num.Interdũ spõsus faciendo dictam confessionem recompensat cum sponsa, vt cum Burgensis,nobilem dominam in vxorem accepit animo recompẽsandi suam ignobilitatem,cum nobilitate,facit dictam ꝯfessionem,& tunc valet dicta donatio,vt l.si ita stipulatus fuero. de verb.oblig.

Circa hæc subscripta dicit Dy.ꝙ talia donata possunt repeti per hæredes,nec pręsumuntur donata,quia ad vsum conceduntˀ constante matrimonio, ideò ñ videntur donari,vt l.mortis cã.§.j.de dona.int.vir.& vxo.Item quia in necessitatibus,&c.d.l.rẽ legatã. de adim.leg.sed ex delicto vr̃ vir ad talia teneri,l.si cum dotem.§. maritus.ff.sol.mat.quia est in obsequio mariti,l.sicut patronꝰ.de op.lib.ergo talia donari non videntur,sed ita est ꝙ prædicta præsumuntur tradita per virum vxori, causa obsequij, quod præstat vxor viro constante matrimonio:quæ causa cessat dissoluto matrimonio per mortem viri:ergo repetuntur. Item quia prædicta præsumuntur donari ratione officij,quod præstat vxor viro constante matrimonio:quæ causa cessat per mortẽ viri,ergo,&c. ar. l.si cui.quib.mod.vsusf.amitt.Item quia in dubiis præsumptio ñ debet trahi ad illicitum, nec ad improbatum, l.si procuratori. §. Celsus.de condic.indeb.sed donatio inter virum & vxorẽ est improbata à lege : ergo non præsumitur donatio , & hoc sequitur Dy.in l.in his.in prin.sol.mat. Aliud Guido de Suz.sensit,qui dicit ꝙ præsumuntur donata per virum vxori: & licet donatio cõstante matrimonio non teneat, tamen morte confirmatˀ, l.filio. C.fam.ercis.Alia fuit opinio Iac.de Aret.posita in l. vsusfructus. §.dos.ad l.Falc. & sic distinguit: aut res prædictæ erant pretiosæ, & magni valoris,&facit vltra vires dotis,& pręsumitur donatio quia maritus facere non tenebatur , & sic donare præsumitur. & licet donatio facta constante matrimonio non teneat, tamen morte mariti confirmatur:aut dictæ res non sunt multùm pretiosę,&quia maritus ad hoc nõ tenebatur,l.si cum dotem.§.sin autem.sol.matri.& tunc non præsumitur donatio.Contra tñ multùm facit l.ex annuo.in prin.& l.si quis pro vxore.de dona.inter vir.& vx.Alia fuit opinio Gul.de Cu. in l.id vestimentum.de pecu.qui tenet ꝙ non possit repeti per hæredes,& quia vxor recepit sibi debitũ.pro hoc facit d.l.ex annuo.Alij distinguunt,an res prædictas maritus necessariò, & ex debito tradidit vxori.& non sunt minimę res,& tunc seruatur opinio Dy.aut non necessariò, sed gratia magnæ affectionis,vel alia causa voluntaria,& tũc:aut sunt modici valoris,& non repetũtur,arg.d.l.ex annuo.aut sunt magni valoris,& tunc præsumptio est ꝙ maritus eas concesserit vxori ad vsum temporalem,s.durante matrimonio,&pro onere viri,l.si vt certo.§.interdum.ff.commod.non vt perpetuò vxori remaneant:& ideò finito vsu restituantur heredibus viri.facit gl. in l.id vestimentum.& l.poculum ñascitur.de pecu.nec obstat l. ex annuo.quia potest dici,ꝙ nihil supererat vxori,sed consumptum erat,& ideò non repetitur,arg.l.pro omnibus.& l.diuortio. sol.matr. at in casu nostro loquitur cum prædictę res supersunt, quo casu vxor locupletaretur cum alterius iactura, & cõtra mẽtem viri.& hæc opinio vr̃ magis æqua,& adhæret menti maritorum,quæ debet attendi in talibus,l.non onus.si cert.pet.Ray.ponit in d.l.in his.§.j.& Albr.ibidẽ.sol.matr.& l.cum te.de don.ante nup.& l.si filij.de don.int.vir.& vx.facit Bal.in auth.ex testamento.de collat.

Quid autẽ sit de rebus donatis sponsæ,quando ducitur ad maritum post mortem viri?Barto. in l.sed si plures.§.in arrogato.de vulg.& pup.

Pone,aliquis accepit vxorem filiam alicuius,nulla dote sibi cõstituta:an constante matrimonio possit compellere patrẽ,vt dotem sibi constituat,no.in l.eleganter.§.j.de act.& obl.facit Bal.in l.fi.de sent.quæ sine certa.

Not.ꝙ pactum de dote lucrãda non dicitur causa lucratiua, gl. in l.si donaturus.§.si quis indebitam.de cond.ind. secundũ Bald.

An vxor possit renunciare iuri hypothecarũ in bonis viri,Bar. in l.quæ omnia.quar.rer.act.non dat.& l.iubemus.C.ad Velle.& auth.siue à me.eo.tit.& ibi Alb.

An sit licita vsura quæ datur pp dotẽ tardiùs datam, Iac.But.in l.j.de sum.trin.Bal.in auth.qui iurat. C.de bon.auct.iud.pos.& in Rub.C. de vsur.Inn.in c.salubriter.de vsur.

An soluto matrimonio possessio rei dotalis ipso iure reuertatˀ ad vxorem,dic ꝙ non.vt not.Bal.in l.dotis actio.sol.matr.& fuit opinio Iaco. de Aret.& ideò fuit necessaria constitutio precarij, Bald.in l ex conuentione.C.de pact.sed dominium,& quasi, dic quòd sic,vt dicit Ang.in l.cum sponsus.de public.

50 Pone, dedi dotē pro filia mea, & stipulatus sum mihi reddi, si decesserit sine liberis: postea filij decedunt hæreditate non adita, & omnis ex linea materna: an dos reuertat ad dotantem? Bar. in l. si cum dotem. in prin. sol. matr. Bal. de hoc in l. dos à patre. C. eod.

An bona viri sint obligata pro alimentis, sicut pro dote, Bar. in l. si cum dotē. §. si pater. sol. matr. & l. Lucius. de alim. & cib. leg. & extr. de præb. c. quod sæpe, libr. vj. & l. Lucius. qui pot. in pig. hab. & l. etiam. C. de iur. dot.

Vxor quo iure potest agere ꝯ detentores dotis? Resp. cōtra maritum personali, contra detentores, hypothecaria, Bar. hoc examinat in l. si constante. ff. sol. matr.

Pone, in casu l. vbi adhuc. C. de iur. do. dos mulieris consistit in pecunia numerata, & si ꝑ creditores mariti deponat, marit⁹ vult eam recipere, quis præferetur? Inn. & gl. in c. per vestras. de don. int. vir. & vx. vbi distinguit, aut vxor est suspecta, & maritus præfertur, vel apud tertiā personam deponitur, & ex lucro ipsi⁹ vtique aletur: aliàs ipsa prefertur. vnum tamen scias ꝙ creditores nō possunt ipsa inuita efferre dotē suā, vt no. ꝑ Cy. & Alb. in l. nō adhuc. de iur. dot. arg. l. cū tibi. C. qui pot. à ꝯrio sensu. Bal. de hoc in auth. quod locum. C. de collat. vbi tenet contrà. Cy. Bald. in l. i. ff. sol. matr. vbi tenet contrà.

De augmento dotis facto post multum tempus vxori suæ, no. hîc in Spec. & in auth. sed iam necesse. de don. ante nup.

Not. quòd in causa dotis procedendum est iuris ordine seruato l. j. C. ne pro dote bona mari.

Not. ꝙ licet donatio inter virū, & vxorē sit prohibita, nō tamē venditio, l. si quis donationis. de contrah. emp. & l. si spōsus. §. circa. de dona. int. vir. & vxor. & quid in dubio? not. in d. l. si sponsus. nec etiam depositum, l. fi. vt leg. nom. cau. facit Bal. in l. vxorem. de cond. ins.

An actio de dote sit bonæ fidei, Bal. in l. de diuisione. sol. matri.

An actio de dote sit directa, & contraria, Bal. quòd sic, in l. j. sol. matr. facit l. omnino. de imp. in re dot. fact.

An in dote mulier habeat hæredem, Bal. in l. 2. C. de hæred. act.

An expensæ factę per virum in recuperanda dote minuant dotem, & quid iuris sit de istis expensis, Bald. in l. j. de bon. mat. & l. omnibus. C. de act. & oblig.

An donatio facta inter virū & vxorē, confirmetur morte, licet traditio non interuenerit, Iac. But. & Alb. in l. 2. §. appellata. si cer. pet. no. Bar. Alb. & Signorolus, in l. si diuortio. de ver. obl. & dicit quòd non, si est nuda promissio vna cum confessione, quę habet vim cuiusdam receptionis, vt l. generaliter. de non nu. pecu. facit Bal. in l. j. de don. ante nup. nam dicit ꝙ confessio habetur pro traditione, l. ab emptione. de pact. Bar. in l. Papæ. de don. int. vir. dicit quòd confessio recepti habetur pro ficta traditione.

Si statuto cauetur quòd vir lucretur dotē mortua vxore, an lucrabitur dotē promissam? Bar. in l. iubemus nulli. de sacr. san. eccl.

Not. ꝙ licet nō possit dari fideiussor pro dote restituēda, vt in rubro, & nigro, ne fideius. dot. dent. tamen in dote à principio possunt constitui plures rei, principaliter insolidū. ita Bar. & Bal. in l. in dotibus. de dot. cau. non num. Bal. in l. 2. ne fideius. dot. dent. & in d. l. in dotibus. idem dicit.

In loco ꝯtus est consuetudo ꝙ vir lucretur totam dotē: in loco domicilij est consuetudo ꝙ vir lucretur tertiam partē. modo quæritur quæ ꝯsuetudo inspiciat in dote reddenda? Archid. lxij. dist. dicit indistinctè ꝙ inspicitur domiciliū viri, per tex. in l. exigere. ff. de iud. ꝙ hoc tacitè videat actū. & dicit ꝙ ibi est casus. idem tenet Bar. in d. l. exigere dotē. & in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fid. cath. hæc not. Bal. in d. l. exigere.

¶Baldus de Donationibus inter virum & vxorem.

Mulier non tenetur soluere dotem, nisi vir ei faciat donationem propter nuptias, versi. quid ergo. G. ¶An fideiussor, vel correus principaliter possit dare dotem, §. nunc de dote. ver. illud quoq;. G. dicit, ꝙ pt̄ dari correus à muliere viro, non fideiussor. G. ¶An augmentum dotis præsumatur de bonis viri, & an præsumat donatio, ver. & sic. & in §. formatis. ver. qd si vir. G. & C. de dote cau. l. j. in gl. ord. & C. de don. ante nup. l. j. cum si. ¶Si filius recipit dotem, an pater teneatur in §. formatis. vers. sed pone, filius. G. ¶De æquitate maritus puellę nondum adultæ lucrat fructus quasi dotis, si sustinet onera, vers. qa si mulier minor. G. secus de rigore, ff. quod cū fal. tut. l. pen. & G. & Bart. C. de bon. q̄ lib. l. non sine. per gl. ¶An pro alimentis bona viri sint obligata vxori, sicut pro alimentis pro dote, ver. sed nunquid bona. G. arg. ff. de pig. act. l. si necessitas. §. fi. secus aūt, si vir non haberet dotem. Bal. vide j̄. ti. ꝑx. §. vxor. ¶Fundus dotalis pt̄ permutari cum extraneo & cū viro, ff. de iure dot. l. si constante. & l. fi. ver. sed quæritur. G. ¶Si vir vergit ad inopiā, mulier agit hypothecaria, non actione de dote, sm Vber. ver. sed cùm mulier. G. & vir debet citari, & nō poterit ferri diffinitiua lite non contestata, ver. sed nunquid maritus. & vers. seq. G. Vel dic, ꝙ non agitur per actionem de dote restituēda, sed per condictionem ex auth. quod locum. C. de col. Sed in quo est priuilegiata instantia dotis? Respon. vt not. ff. sol. mat. l. j. in glo. & Bart. ¶Filia non pt̄ renunciare iuri hypothecæ in præiudiciū patris, vers. quid si filia. Item non potest renunciare hypothecæ sibi obligatę pro dote, per l. vbi adhuc. vers. illud ēt quæritur. G. ¶An hæres mariti possit opponere vxori dotē repetenti exceptionē adulterij, ver. quid si mulier agit. G. & dicit, ꝙ non: quia non lucratur maritus dotem, nisi eam accuset de adulterio, secundum Alb. Pap. G. vide j̄. de hom. §. 2. ¶Mulier ex dote tenetur alere maritū bannitum, ver. quid si vir est in banno. G. Et quid de patre, vide s̄. tit. prox. §. an pater. ¶Vbi sunt creditores, ibi præsumitur fraus in augmento dotis in pecunia: secus, si non sunt creditores, versic. quid si vir. G.

a ¶De dote post diuortium restituenda[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Hic patet, ꝙ auctor nobis fauet. nam materia de dote restituēda, de qua loquitur rubrum & nigrū huius tit. licet decr. nuper. & sequens possit trahi ad propositum, hîc proponit tractatum de illa constituenda. Huic cōuenit qō Pilei de patre, qui filiam viduam tradens Titio in vxorem, conuenit dotem dare, q̄ habuerat primus maritus: qui cùm duos fundos in dotem habuisset, reperitur & tertium habuisse pro dote, q̄ secundus maritus petit: vel si possidet pater, repetit: & est q. cxxj. in vno volumine, in aliis aliter, & incipit, Bœbius Marcellus. in quo tenet patrem ad prestationem fundi ꝯdemnādum: & si gener possidet, à possessione fundi repellendum. Motiua sunt, fauor dotis: quia fortè gener aliàs nō fuisset ꝯtrus sine illo tertio fundo. Item quia cōmunis opinio habebat illum dotalem. Item quia pro stipulatione interpretamur. maximè verba promissoris, ff. de accep. l. 3. Potissimè pōderat verbum Habuerat, qd latam significationem habet, s. iure dominij, vel quasi, vel possessionis, ff. de verb. obli. stipulatio ista. §. Habere dupliciter. & de verb. sig. l. Habere duobus. facit extrà de relig. dom. constitut⁹. ibi, quicquid iuris habebat. apertiùs ff. ne quid in loco pub. l. j. §. Habere. cùm dicimus, qui vtit, & iure possessionis fruit. Est autem sciendum, ꝙ in vno volumine harum quæstionum inueni hanc quæstionem bis positam, & primo loco aliter solutam & incipit qō, Titius Titianellam. & locata est ante quæstionem falsi procuratoris, qui domino fuit heres: & ibi soluitur distinguendo, an pater sciuerit priorem maritum illum tertium fundum tenuisse, an ignorauerit. Primo casu illum concessisse videtur: & imputet sibi sibi, quare apertiùs declarauit: sufficiat regula, cōtra eum, libro sexto. Secundo casu si ignorauerit, recipientur verba secundum quod intellexit: alleg. ff. de hær. insti. l. quo loco. §. j. & quod ibi not. & de leg. j. si rem obligatam. & de leg. 3. fideicōmissa. §. si seruo alieno. Extat etiam ad materiam quæstio Rof. xxxix. satis vtilis, sed prolixa: quam quia ī volumine habetur, succinctè transibo. Curator adultorum fratris & sororis adultam Titio maritauit constituta dote in xxx. qui Titius confidens de curatore, confessus fuit publico instrumento se recepisse, renuncians exceptioni non numeratę dotis: post tempus mortua puella ex statuto loci, quo vir lucratur dimidiam dotis, Titius petiit à curatore dimidiam, scilicet xv. curator non habens pecuniam, obligauit sibi fundum minoris cum auctoritate tutoris, & fructus fundi permisit illum percipere ex causa donationis: & sic multo tempore illos percepit: adult⁹ factus maior petit ab illo fundum per condictionem sine causa. Quòd possit, inducit: quia condictio sine causa locum habet, siue à principio contractus fuerit nullus, siue aliquis, sed iniustus, ff. de condicti. sine causa, l. j. & l. qui sine. Sed pignus est accessio principalis obligationis. Tenet ergo, si fuit debitum: aliàs non, Institut. quibus modis re contra. ob. §. creditor. C. de vsuris, eos. sufficiat regula, accessorium. cum exemplis, libro sexto. Nūc instat, quòd cùm dos fuerit numerata, vt per instrumentum apparet: & sic nulla obligatio: ergo nec pignoris cōstitutio. Vltra hoc, si dicas non fuisse numeratam, sufficit confessio: & aliàs renunciatio exceptionis nō numeratæ dotis, per quā saltem videtur voluisse donasse. facit ff. hoc eo. tit. l. si sponsus. §. si vxor. & C. de vsuc. pro don. l. irritam. sicut is, qui reddit, vel legat chirographum, ff. de pactis, tale. de leg. ij. qui chirographum. Nec obstat prætoris decretum, in quo de omnibus quæri debuit, quę mandat oratio, ff. de bonis eorum, qui sub tut. vel cur. l. magis. §. non possim. & in hoc satis instat. Tertiò dato, quòd prædicta cessarent, allegat pignus per receptionem fructuum liberatum, C. de pig. l. 2. & de vsuris, l. ex prædio. extrà eod. tit. de vsur. ca. j. & 2. nec in damno minoris curator illos donare potuit, C. de pac. l. pactum curatoris. In contrarium primò probat condictionem sine

¶ causa

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum qualiter sit in causa restituendæ dotis conficiendum.* & *num.* 2.
3 *Res immobilis inæstimata in dotem data, dicitur fundus dotalis.*
4 *Instrumentum qualiter conficiatur, vbi res immobilis æstimata, & pecunia, & res mobiles simul in dotem dantur mulieri.*
5 *Instrumentũ dotis restituendæ quo casu continere debet æstimationẽ, vel rem.*
6 *Dote in pecunia & rebus mobilibus constituta, qualiter conficietur instrumentum restitutionis.*
7 *Pactum inter contrahentes faciendum, vt vir immobilia non possidens emat aliqua mobilia certi pretij vsque ad certum tempus, quæ hypothecata sint vxori pro dote, qualiter sit scribendum.*
8 *Dotis viro per mulierem facienda, quibus verbis fieri dicatur. Fideiussores & mandatores dotiũ dari à iure prohibentur, nec dati obligantur.*
9 *Datio fideiussoris pro dote promissa per mulierem viro facta, an sit valida.*
10 *Instrumentum qualiter sit super dotis augmento conficiendum.*
11 *Dos constituta non potest iterum constitui, sed augeri.*
12 *Instrumentum dotis, vbi quis confitetur se totum recepisse, cùm aliquid supersit ad tempus dari promissum, qua forma sit scribendum.*
13 *Instrumentum qualiter sit concipiendum, vbi pater filium emancipat, & de dote vxoris filij, quam ipse pater receperat, ipsi filio assignat.*

NVnc de dote dicendum restat.
1 I. §. Si † igitur res immobilis inæstimata in dotem datur, sic instrumentum conficietur:
Forma. A. dedit, tradidit & concessit B. pro se suisque hæredibus recipienti in dotem & nomine dotis H. filiæ ipsius dicto B. matrimonialiter copulatæ talem domum inæstimatam, in tali loco, intra tales confines, vt dixit, sitam, ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid eis suisque hæredibus debito iure saluo deinceps perpetuò placuerit, faciẽdum, cum omnibus & singulis, q̃ intra prædictos continentur confines, vel alios, si qui forent, accessib. quoque & egressibus suis vsque in viam publicam: & cum in omnibus & singulis, quæ s. vel j. seu intra se habet, integrum, omnique iure & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente: quam rem idem A. se dicti B. nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem: quam siquidem accipiẽdi sua propria autoritate sibi omnimodam licentiam dedit, & deinceps etiam retinendi: promittẽs insuper se suosque hæredes dicto B. pro se suisque hæredibus stipulanti litem, vel controuersiam ei, vel eius hæredib. de re ipsa, vel eius occasione nullo tempore inferre, nec inferenti consentire: sed ipsam rem tam in proprietate, quàm in possessione sibi & suis hæredibus ab omni homine ac vniuersitate legitimè defendere, autorizare & expedire: & prędictam traditionem ac omnia & singula suprà scripta ꝑpetuò firma, grata & rata habere, &c. vt in prima forma[a], vsque in fi. hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi Centum marcharum, pone Centum lib. Tur. pòst iunge: dictus verò B. versa vice promisit per se suosque hęredes sine aliqua exceptione iuris, vel facti, obligãdo se dicto A. pro se suisque hæredibus stipulanti restituere eidem, aut dictæ T. siue ipsorum hæredibus, vel cui ius & casus dederit prędictam domum in omnem euentum restituendæ dotis[b] sub pœna centum lib. Turoñ. stipulatione promissa: qua soluta, vel non, prædicta omnia & singula
2 suprà & infrà scripta firma perdurent. ¶ † Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & impensas ac interesse litis & extrà: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem oĩa bona sua tam habita, q̃ habenda. Cæterùm voluerunt & mandauerunt ex hoc contractu duo vnius eiusdemque tenoris fieri instrumenta, vnum videlicet vnicuique parti dandum. Hæc forma[c] probatur C. de do. promis. & si pro te. & l. fi. & C. de iure dot. l. j. & l. quoties. & l. cùm dotem. & l. in rebus. & l. fi. §. præterea. & §. fi. & C. de rei vxo. ac. l. vnica §. cumque ex stipulatu. & §. seq. Clausula verò instrumenti probatur s. de instru. edit.
3 §. postquam. versi. si igitur. ¶ † Et no. quòd res immobilis inæstimata, in dotem data, dicitur fundus dotalis, ff. de fundo dot. l. dotale. respon. i. §. i. & §. dotale. dummodo matrimonium & rei traditio sequantur, vt in ea. l. & talis fundus alienari, vel obligari non potest, etiam vxore volente, Instit. quibus alien. non licet, resp. j. sed de hoc s. de emp. & vendit. §. sequitur. Sed si æstimata datur, dicitur emptitium: quia æstimatio venditionem facit, ff. de iure
4 dot. plerunque. C. de rei vxo. act. §. & cùm lex. ¶ † Si verò res immobilis æstimata, & pecunia, & res mobiles simul in dotem dentur, tunc sic instrumentum conficietur:
Forma. H. filia quondam A. dedit, concessit ac tradidit in dotem, nomine dotis iure proprio in perpetuum B. eius sponso ac viro, pro se suisque hæredibus recipienti talem petiam terræ aratoriæ æstimatam centum marchas argenti, sitam in tali loco intra tales confines, in qua esse dixit & communiter decem iugera, seu tornaturas, ad habendum, tenendum, &c. vt in præcedenti vsque, firma perdurent. hoc saluo, quòd, vbi dicitur ibi, sub pœna centum librarum Tur. ponatur sub pœna dupli dictæ æstimationis. postmodum iunge, dictus verò B. confessus & contentus fuit se habuisse & recepisse ab ipsa H. in dotem & nomine dotis in alia parte centum lib. Tur. in pecunia & rebus mobilibus æstimatis, exceptioni sibi non datæ, non solutæ, & non traditæ, quantitatis, & rerum mobilium, exceptioni doli, & omni alii auxilio omnino renuncians, & promittens per se suosque hæredes dictæ H. pro se suisque hæredibus stipulanti dare ac restituere eidem H. aut eius hæredib⁹, aut ei, cui ius & casus dederit, dictas cẽtum libras in omnem euentum restituendæ dotis[d], sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stipulatione promissa: qua soluta, vel non, &c. vt s. in prædicta forma vsque in finem. Hæc forma probatur in præ. concor. & C. de iure dot. l. ij. & l. iiij. & l. etiam. & ext. de donat. inter vir. & vxor. c. fi. §. sanè. & c. & si necesse. & meliùs ff. de fundo dot. si fundus. & C. de iure dot. si inter virum. Vel in præmisso casu, vbi scilicet datur in dotem res immobilis ęstimata, & pecunia, & res mobiles, potest alia forma seruari, & bene, vt videlicet fiat duo instrumenta, vnum scilicet de sola traditione rei immobilis æstimatæ, quod incipiet, vt & proximum præcedens, & continuabitur vsque ibi, dictus verò B. & ibi terminetur, supponendo statim locum & testes: & hoc instrumentum erit viri, seu rem accipientis: deinde fiat aliud instrumẽtum dotale pro vxore, seu pro dotem dante, hoc modo:
Forma. B. confessus ac contentus fuit se habuisse ac recepisse, sibique integrè datas, solutas & traditas esse in dotẽ & nomine dotis ab H. eius

ADDITIONES.

☞ causa non competere, cùm ipse petens sit dominus pignoris, & dominus non condicat nisi à fure, ff. vsufruct. quemadmod. ca. l. vlt. in fine. Item nec ratione possessionis, cùm omnis professio sit apud Titium, quam etiam ab ipso per hypothecariam aduocare posset: ergo fortiùs retinere. Ad primum, Institut. de actio. §. item Seruiana. Ad secũdum ff. de superfi. l. j. Nec potest dicere pignus sine causa esse penes illum, cùm debitum dotis præcesserit. Nec obstat renunciatio cum facta distinctione vsque ad quod tempus matrimonium durauerit, certo tempore possit peti, C. de dote cau. non nu. l. vlt. & auth. ibi posita. Inducit etiam, ꝙ si renuncians fuit in culpa, non soluens est in dolo, qui præponderatur culpæ, ff. ad leg. Aquil. item si obstetrix. & l. item Mela. item non potest probare se læsum, & sic etiam beneficium restitutionis non competit, ff. de iureiuran. nam & postea. §. si minor. Multò minus ius commune iustificatur etiam donatione fructuum propter vsuras medii temporis. Item quis nõ potest alienare fructus donationis, C. de bon. quæ lib. cùm oportet. in fi. j. colum. & sine prætore tutor disponit de fructibus, C. de admi. tut. lex, quæ tutores. omnia hæc prolixè tractauit. Soluit, condictionem sine causa non competere: & ab illa reum absoluendum, cùm contractus à principio tenuerit: debuit ergo intentare officium iudicis petendo restitutionem, C. de præd. min. si quid. & tamen in illo etiam succumberet, ex eo quòd probaretur læsio in dotanda sorore, C. si minor ma. fac. l. fi. ff. de admi. tu. cùm plures. §. curator. Declaro, quòd probaretur læsio, si aliter, quàm per cõfessionem prædictam probaretur numeratio: & tunc locus esset restitutioni: ipse autem Roff. dicit præsumi non numeratam ex officio curatoris obligantis prędium & iudicis auctorizantis. Subdit autem iustè adultum petere pignus liberatum propter fructus perceptos, si ex illis deductis expensis percepit Titius illa xv. quæ sibi debebantur per statutum. per iura allegata in fi. j. partis: aliàs si non percepit totum, habet ius retinendi, quia pignoris causa est indiuidua, C. de distrac. pig. l. quam diu. ff. de verbor. oblig. l. in executione. Nec obiicias de dec. salubriter. de vsu. vbi fructus pignoris pro dote non computantur in sortem: quia illud verum in marito, qui sustinet onera, vt ibi satis scripsi super glo. ij.
a Forma. ¶ De prima in ti. loquitur: quia secunda fuit additio.
b Dotis. ¶ Vide. quod dicam super forma proxima.
c Hæc forma. ¶ Quæ fuit Rol. in prin. secundæ partis: vbi etiam sequuntur formæ sequentes vsque in finem, duabus, quæ in prima persona formantur, exceptis.
d Dotis. ¶ Dixit Odoff. super l. vbi. C. de iure dot. quòd fatuum est restrĩgere hoc ad casum matrimonii soluti morte, vel diuortio, vt fiebat olim. Item subdit, quòd addendum est, vel si onera matrimonii nõ sustinebis: hoc dicit, quia quandoque non est casus restituendæ dotis, & tamen maritus non sustinet onera, vt cùm eiecit eam de domo. Subdit, quòd omnia hæc tria exprimi possunt: & ego addo, vel declaro ad additum Odoff. vel si onera matrimonii nõ subsunt ex facto, vel culpa tua: hoc dico propter casum conuersum, de quo suprà & propter id, quod dicam infrà §. prox. super ver. quid si vir.

ab H.eius sponsa & vxore ducentas lib. Tur. hoc modo, s. centum libras in vna petia terræ aratoriæ, sita in tali loco, intra tales confines, quæ æstimata fuit in centum libras: quam petiam terræ dicta H. ipsi B. æstimatam, vt dictum est, tradidit, vt patet in instrumento manu talis notarii subscripti cõfecto: reliquas verò quin
a quaginta libras in pecunia[a] & aliis rebus mobilibus æstimatis, exceptioni sibi non datæ, non solutæ, & non traditæ quantitatis pecuniæ, & rerum mobilium, siue dotis omnino renũcians, & promittens per se suosque hæredes dictæ H. pro se suisque hæred. stipulanti soluere, dare, ac restituere eidem, aut eius hæredibus, siue cui ius & casus dederit, cc. libras in omnem euentum dotis restituendæ: restituendo prædictam dictæ petiæ terræ æstimationem, aut ipsam petiã terræ, si tunc temporis penes eum, vel eius hæredes fuerit, ita tamen quòd in optione sit ipsius H. vel ei⁹ hæredum, siue illius, cui de iure restituenda fuerit dos prædicta, recipere alterum, quod maluerit, prædictorum, æstimationem videlicet, siue terrã, sub pœna dupli dictæ quantitatis, &c. vt s. in ꝑx. forma: vsque, tam habita, quàm habenda. Hoc probatur in præd.
5 concor. & ff. de pac. conuen. si pater. §. penul. & fin. ¶† Et not.[b]
b quòd illud, quod præmissum est, scilicet de restituenda æstimatione, vel re, ponendum est in instrumento, si id inter partes ex-
6 pressè agatur: alioquin potest omitti. ¶† Porrò si dos in pecunia & rebus mobilibus cõstituitur, sic potest confici instrumentum: Forma. B. confessus & contentus fuit se habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, solutas, numeratas & traditas esse ab A. sibi dante ac soluente nomine dotis, & pro dote H. eius filiæ ipsi matrimonio copulatæ, centum lib. Tur. inter denarios & res mobiles æstimatas, dicta H. nondum tamen tradita viro, sed adhuc in domo patris sui existente, exceptioni sibi non datæ & non solutæ, &c. vt s. Si verò vsque tam habita, quàm habenda: hoc saluo, q͂d vbi dicitur ibi, dictæ H. dicas dicto A. item vbi dicitur ibi, eidem H. aut eius, &c. ponas, eisdem, aut dictæ H. siue ipsorum, &c. hoc probatur in præd. concor. Et not. quòd est vtile omnes res datas
7 in instrumento specificari. ¶† Et scias, quòd si inter contrahentes agatur, vt vir immobilia non possidens, emat aliqua mobilia certi pretii vsque ad certum tempus, quæ hypothecata sint vxori pro dote, hoc pactum sic poterit scribi. Posita enim tota præcedenti forma postmodum subiunges sic:
Forma. Dictus verò B. vt ipsi H. cautum sit, tutoremque pro dote sua habeat, hypothecatam pacto promisit & conuenit eidem H. pro se suisque hæredibus stipulanti, hinc ad vnum annum in ciuitate, vel diœcesi Biteren͂. aliquam possessionẽ pretii centum lib. Tur. se empturum, quæ ipsi H. hypothecata & obligata sit pro dote prædicta: ita tamen, quòd ipsa specialis obligatio dictæ possessionis emendæ, non deroget generali: nec propter specialem à generali hypotheca omnium bonorum ipsius B. recedatur, sed in ipsa re speciali & in omnibus bonis ipsius B. tam habitis, quàm habendis ius suum hypothecarum saluum sit & integrum reseruatum sub pœna cẽtum lib. Tur. stipulatione promissa, &c. vt s. in prima forma vsque in fi. hoc probatur extrà de pig. ex literis.
8 C. de pig. quamuis. C. de pac. tam super dote. l. fi. ¶† Potes etiam
c sic breuiter formare[c]:
Forma. Ego A. purè, liberè & absolutè do in dotem tibi P. viro meo, omnia bona mea mobilia & immobilia, præsentia & futura, iura, & actiones, dans tibi licentiam agendi, petendi, excipiendi, habendi fructus eorũ, & quicquid placuerit faciendi: concedens etiam tibi actiones vtiles & directas, & tua auctoritate intrandi possessionem eorum: cõfitens etiam te mihi propter nuptias donationem fecisse, prout iura præcipiunt. quæ omnia, &c. C. de iure dot. nulla. & l. de his. C. de rei ven. doce. C. de don. ante nup. l.
d pen. & fi. authen. sed iam. & authen. dos data. ¶ Vel sic[d]:
Forma. Ego H. cõfiteor, & verum est me accepisse in dotem à te P. nomine C. filiæ tuæ centum libras, videlicet quinquaginta in pecunia, & alias l. in robam æstimata: renuncians exceptioni non num. pecu. & non datæ dotis: quas dotes taliter custodire & saluare promitto: quia si aliquo tempore matrimonium solutum fuerit mea morte, dictam dotem integram tibi & ei restituam, præter quàm quod vsu consumitur, scilicet in pannis. Si verò solutum fuerit morte ipsius C. sine communibus liberis: vel si liberi intra pupillarem ætatem decesserint, dictam dotem integram tibi restituam, si tunc vixeris, præter quàm quod vsu consu-
e mitur: quæ omnia, &c. Illud quoque notandum est[e], quòd à iure prohibentur fideiussores & mandatores dotium dari, adeò vt etiam dati non obligentur, quomodocunque renuncient, vt C. ne fideius. dot. dentur, l. j. & ii. vt iam dicam. ¶ Potest tamen facere, vt ipsi vnà cum principali dotem recipiant, & ambo sint rei debendi in solidum obligati, super quo instrumentũ sic conficietur:
Forma. A. filius quondam D. & C. filius quondam H. confessi & contenti fuerunt, atque asseruerunt se habuisse & recepisse, ac sibi integrè datas, numeratas & traditas esse à G. dante & soluente pro dote & nomine dotis, H. eius sororis sponte & vxoris ipsius B. inter denarios & res mobiles æstimatas centum lib. Tur. exceptioni eis non datæ, non solutæ, non numeratæ atque non traditæ & habitæ quantitatis pecuniæ, & rerum immobilium, siue dotis omnino renũciantes, nec non promittentes per se, eorumque hæredes vnusquisque eorum principaliter, & in solidum se obligando dicto G. pro se suisque hæredibus soluere, dare & restituere ipsi H. vel eorum hæredibus, aut cui ius & casus dederit, ipsas centum libras in omnem euentum restituendæ dotis, sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ, stipulatione promissa, & refectiõe, &c. vt suprà in forma illa: A. dedit, &c. vsque, firma perdurent. pòst iunge, renunciantes nouarum constitutionum & epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, condictioni si-
9 ne causa, in factum actioni, & omni alii auxilio. ¶† Sed distinguit super hoc: quia si mulier dat viro fideiussorem pro dote promissa, hoc non valet, nec tenet, vt in præ. l. Si verò vir dat vxori pro dote seruanda, nec tunc valet, nec factum tenet, vt in eisdem
f legibus. Si pro restituenda, tunc valet, & tenet, secundum Odof.[f] Sed Azo & Accur. contrà: quia lex prohibet viro, & patri eius, & cuilibet dotem recipienti, fideiussorem dare, & vxori petere, vt in præd. l. C. & in rubrica. Si ergo contrà fiat, non tenet, C. de legib. non dubium. x. distin. vide extrà de test. c. ij. in fin. Sat enim potest viro credi dos, cui committitur & creditur corpus vxoris,
g extrà de dote post diuor. rest. per vestras g. xij. q. j. præcipimus. C. de pac. conuen. hac lege. nec præiudicat viro, vel fideiussori, si re
h nunciet dictæ legi, vt præd. l. non dubium[h]. Si verò dos alicui extraneo

ADDITIONES.

a In pecunia. ¶ Miror. quia etiam in summa Roland. inueni hunc errorem, qui pro cl. libras computat ducentas: quare suspicor, ꝙ hîc deficiat: & alleg. l. in aliis. & c. aut, vt hîc dicat cl. libras, quia illud bis ponitur, non puto erratum.
b Et no. ¶ Secundum Roland.
c Formare. ¶ Secundum Mar. de Fan. mihi charta iij.
d Vel sic. ¶ Secundum Mar. de Fan. & continuantur superiori.
e Illud quoque notandum est. ¶ Reassumit verba & formam Rol. cui continuatur sequens, & ipse Rol. dicit in Aureola, secundum communem opinionem, formam, quæ sequitur, tutam esse. Ego id non fateor, qui noui iam pronunciatum contrarium. Pro eius tamen dicto facit l. ij. C. ne fideius. dot. den. quæ prohibet illos, q̃ dotes suscipiunt, dare fideiussorem. Cùm igitur alius cum viro suscipit dotem, nil fit contra legẽ: ad hoc facit C. de dot. cau. non nu. l. vlt. C. de rei vxor. act. l. vna. §. j. & quod no. Accur. in l. j. C. ne fideius. post prin. & quod sequitur ante versi. cæterùm. & j. §. ꝑx. ver. item nota. quòd aliàs iudicatum vidi, eum, qui sic cum marito dotem suscepit, matrimonio soluto de dote non teneri. Ad l. secundam præallegatam, quæ loquitur de his, q̃ susceperunt dotem, respondebatur, id intelligi de illis, quorum erat cum viro suscipere: sicut pater, auus & proauus. Cùm enim duo rei debendi sint inuicem fideiussores, vnus scilicet pro parte illa, quæ peruenit ad reliquum: de quo satis not. ff. ad Velleia. l. vir vxori. §. ij. facit ff. de in rem verso, si pro patre. ff. commo. l. vnde quæritur. ergo leges locum habent, quæ de fideiussoribus loquũtur. Item patet ad sensum, ꝙ si ista forma ꝓcedat, lex illa erit imposita verbis, & non rebus, contra id C. cõmunia de leg. l. ij. in fi. & de elect. commissa. §. porrò. lib. vj. & erit secundum id lex ludibrio, vt ibi, & C. de bonis, quæ lib. l. vlt. §. vbi autẽ. & erit prohibitũ vna via, quæ effectum respicit, alia via concedi ad illudendum effectum, ꝯ regulam, cùm quid vna. lib. vj. vbi vide concordantias. Plus instarem, nisi duo resisterẽt. Primum, scilicet consuetudo id approbans: contra quam tamen facit l. j. ti. prædicto, ne fideius. quæ vitiat consuetudinem causæ, præcesserat prohibitionẽ, & nondum damnatam: fortiùs igitur posteriorem. Secũdum, quia recipitur pro vera, opinio Odof. quæ sequitur, & quæ placet Dy. vt ibi dicam: & tamen dico, prædicta valere posse ad partem cautionis de dote soluenda, propter quod hîc expressi.
f Secundum Odof. ¶ Et hoc vltimum placet Dy. qui sic se iudicasse dicebat, vt ẽt Cy. refert in prin. l. j. C. ne fideius. Sit ratio: q̃a omnis opinio feratur, ꝙ soluto matrimonio bene datur fideiussor de dote restituenda. Valere igitur debet datus cõstante matrimonio, ex quo confertur eius effectus in tẽpus, quo fieri poterat, ff. de donat. inter virũ & vxor. l. si cũ vxori. in fi. cũ l. seq. de hæred. instit. l. in tempus. Item cùm pignus & fideiussores æquiparentur, Instit. de rerũ diuis. §. venditæ. cùm teneat pignoris datio pro dote restituenda, ff. qui pot. in pign. hab. l. j. ff. de sol. quãuis. aliàs incipit, Callipodius. Ergo & fideiussorem datio. pro hac parte facit C. de bon. quæ lib. l. cùm oportet. §. non autem. & §. fi.
g Per vestras. ¶ Vbi de hoc dixi post Hostien. super glo. lex enim.
h Non dubium. ¶ Ita not. in præd. l. i. C. ne fideius. Sed qui tenent contrariũ, dicunt illis legibus non impediri satisdationes spontaneas

traneo de voluntate viri detur, ille se poterit de ea restituenda, si
ue solus, siue cum marito principaliter obligare, vt dixi infrà pro
10 ximo versi. item nota, quòd alius. ¶† Cæterùm super dotis aug
mento sic conficietur instrumentum:
Forma. B. contentus & confessus fuit atque asseruit se habuisse
& recepisse, ac sibi integrè datas, solutas & numeratas esse ab H.
eius vxore in augmentum & nomine augmenti dotis suæ quin-
quaginta libras Turonenses, quæ ad ipsam H. siue dictum B.
pro eo peruenerunt, ex pretio quarundam possessionum
quondam A. patris eius sibi iure institutionis relictarum
ab ipso A. in ipsius testamento scripto manu talis notarii, excep-
tioni sibi non datæ, non solutę atque non habitę prædictæ quan
titatis pecuniæ in augmentum, & nomine augmenti dotis prædi
ctæ, & omni alii auxilio omnino renuncians necnon promittens
per se suosque hæredes dictæ H pro se suisque hæredibus stipu-
lanti soluere, dare & restituere eidem, siue eius hæredibus, aut
cui ius & casus dederit, ipsas centum lib. in omnem euentum re-
stituendæ dotis sub tali pœna, &c. in auth. de æqual. dot. §. illud
11 quoque. ¶† Et sic nota, necesse fore exprimi, vnde peruenerit
pecunia in augmentum data: alioquin præsumitur de bonis viri
fuisse, & contractum huiusmodi in fraudem fieri creditorum, ff.
de don. inter virum & vxorem, Quintus Mutius. C. eo. etiam ex-
a trà eo. c. ij.[a] Item nota, quòd prima dotis cōstitutio ante matrimo
nium & constante matrimonio fieri potest, & dos constituta ite
rum non valet constitui, sed augeri sic, vt C. de don. ante nup. cū
12 multæ. Instit. de don. §. sed nos. ¶† Si verò quis confessus est in
instrumento se totam dotem recepisse, & tamen in veritate ali-
b quid superest, quod ad tempus dari promittitur, ita scribes[b]:
Forma A. promisit per se suósque hæredes, H. pro se suisque hæ-
redibus stipulāti dare & soluere eidem H. aut certo eius nuncio
decem lib. Tur. hinc ad vnum proximum annum in tali loco pro
residuo, & ex causa residui & complementi dotium, centum filię
suæ & vxoris eiusdem B. non obstante confessione solutionis ip
sarum dotium facta ab ipso B. in instrumento dotali scripto ma-
nu mei notarii subscripti: quod si dictis loco & termino, &c. vt suprà
de solut. ver. verùm. & facit ad hoc ver. qui ibi sequitur. hoc pro-
batur C. de dote cau. non num. l. j. & fi. dic super hoc, vt C. de con
13 fes. §. sequitur, in fi. ¶† Hoc quoque sciendum est, quòd quando
que pater filium emācipat, & dotem vxoris filii, quam ipse pater
c receperat, ipsi filio assignat[c]: super quo sic instrumentum confi-
cietur:
Forma. Cùm A. B. filium eius à se mancipauerit, vt patet in instru
mento talis notarii confecto, & idem B. moretur, vel moraturus
sit cum H. eius vxore & filiis suis seorsum à patre. æquumque sit,
vt dos pro sustinendis matrimonii oneribus constituta ad eum
perueniat, qui matrimonii onus supportat, idcirco idem A. co-
ram me notario & testibus infrà scriptis dedit & soluit ipsi B. cen
tum libras Tur. quas habuit, recepit dotis nomine, & pro dote ip
sius H. tempore contracti matrimonii inter ipsam H. & B. prædi-
ctum, qui B. dictam pecuniam ab ipso A. patre suo ibidem & in
præsenti recipiens, confitens etiam & asserens tantam esse huius-
modi quātitatem, promisit per se, suosque hæredes dicto A. pro
se suisque hæredibus stipulanti onera ipsius matrimonii susti-
nere, & dictæ vxori ac filiis de cætero præstare alimenta, ac se fa-
ctorum & curatorum omni exceptione remota, quòd dicta H.
vel eius heredes, aut quiuis alter, ad quem spectaret ipsarum do-
tium restitutio, dotes ipsas aliquo tēpore, vel casu ab ipso A. vel
hæredibus non petet, nec lis, vel quæstio ei, vel eius hæredibus
ipsarum dotium, vel alimentorum occasione vllo tempore mo
uebitur, vel inferetur à quoquam de iure, vel de facto: quod si fiet,
& ob hoc idem A. damnum aliquod passus erit, cōseruabit eum
indemnem: quodque idem B. prædictam solutionem & prædic-
ta omnia & singula suprà scripta perpetuò grata, firma & rata ha
bebit, tenebit & obseruabit, nec contrà veniet per se, vel per ali-
um quemcunque. &c. vt suprà proximo, vsque in fi. hoc saluo,
quòd vbi dicitur ibi, sub pœna centum marcharum, dicatur, sub
pœna dupli dictæ summæ pecuniæ. extr. de don. inter vir. & vxor.
per vestras. ff. de iure dot. si is, qui Stichum. §. ibi dos. extrà de vsu-
ris, c. salubriter. C. de iure dot. l. ij. & iij. Si verò mulier, pro qua pa
ter & mater, seu frater dotem dedit, pactum facit patri, vel fratri
de non petendo aliquid de bonis paternis ratione quartę institu
tionis, seu iure naturæ debitæ. qualiter tunc instrumentum con
ficietur, vide s. de pac. §. instrumentum.

ADDITIONES.

☞ neas, sed solùm lege, vel consuetudine coactas dari: quod placu-
it Iacob. de Ra. qui etiā dixit ex causa tenere posse fideiussionem
de dote soluenda: vt quia creditur maritum illam dissipaturum
iuuentutis calore, cui occurrendum est, C. de do. quæ lib. l. fi. §. fi-
lius. Sed ad hoc facilis esset responsio: cùm matrimonia sint vo-
luntaria, quis cogit mulierem cum tali contrahere? Sed tamen
responderi posset, eam probabiliter ignorasse. facit, quod dicam
infrà §. prox. super versi. sed cùm mulier.
a Eo. c. ij. ¶ Hic vide, quod no. j. §. prox. versi. quid si vir diu. & quod
ibi dicam.
b Ita scribes. ¶ Roland. xj. iij. partis.
c Assignat. ¶ Forma sequens est pen. ij. partis, & ibi in notula præ-
cedenti tantū plus dixit Rolan. qui instruit mulierem, ne dotem
ipsam recipiat, nec socerum absoluat: quod & si faceret, non vale
ret, quia deterior fieret ex eo dotis conditio. facit ad id ff. de pac-
tis dot. l. de die. cum legibus seq. Sed in Aurora postea id corre-
xit, dicēs, quòd licet vtile sit mulieri habere socerum obligatum
securitate maiori, tamen, si dos assignetur, vt s. viro emancipato,
& fiat de ipsius consensu, & ipsa socerum absoluat, valebit abso-
lutio. Monet eum, quòd etiam cōstante matrimonio dos potest
restitui mulieri, vt se & suos alat: quare igitur ea consentiente ob
eandem causam propter eius & suorum alimenta & dotis onera
opponenda non poterit alteri restitui, præsertim marito? Nil al-
legat ad primum, sed textus est ff. de iure dot. l. mutus. §. j. de do-
nat. inter vir. & vxor. l. si quis pro vxore. in fi. ff. sol. mat. l. quam-
uis. & l. si cùm dotē. §. j. Et sic posset intelligi, quod de iusta causa
dicitur. C. si constante matrim. dos. sol. fu. l. vna, vbi etiam hoc te
nuit Vbert. de Bob. & hoc placet Roland. tamen annectit ibi ali-
am causam, quæ parum placet, dicens, quòd hoc casu hoc non
est dotis restitutio, sed quædam innouatio: quia maritus de dote
recepta nouum instrumentum faciet vxori, in quo confitebitur
se dotem recepisse à patre illa consentiente & mandante: pater
etiam à filio cautionem recipiet, de qua patet in forma, quæ se-
quitur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus pro dote restituenda qualiter sit concipiendus.*
2 *Vir in causa donationis propter nuptias qualiter libellum formabit.*
3 *Donationis propter nuptias effectus quare dicatur magnus.*
4 *Actio ex stipulatu ciuilis pro dote duplex est: prima datur viro ad petendum dotem.*
5 *Actio secunda ex stipulatu ciuilis datur vxori, vel patri eius, vel hæredibus, soluto matrimonio, pro dote data repetenda.*
6 *matrimonio morte soluto quibus verbis dos repetatur.*
7 *Adulterium filię an patri nocere debeat, qui eam dotauerat, vt dotem perdat.*
8 *Actio de dote repetenda communis est patri & filiæ.*
9 *Filiafamilias iuri hypothecarum renunciante, & in contractu matrimonii consentiente, an nocere debeat patri.*
10 *Filio emancipato dotem iussu patris recipiente, an pater teneatur.*
11 *Filiofamilias de volūtate patris dotem recipiente, an bona patris sint obligata.*
12 *Mulier minor xij. annis contrahens matrimonium, & dans fundum in dotem, si postea repudiat virum, an possit fundum cum fructibus repetere.*
13 *Dos data à patre pro filia emancipata, an sit profectitia, vel aduentitia.*
14 *Dotem cum matrimonio recipere non est prohibitum.*
15 *Bona viri an possint pro vxoris alimentis obligari, sicut pro dote.*
16 *Mulier an possit permutare rem dotalem.*
17 *Pecunia dotalis potest in prædia conuerti.*
18 *Viro ad inopiam vergente, an possit mulier agere constante matrimonio pro rebus mariti sibi pro dote & pro donatione propter nuptias obligatis.*
19 *Mulier non potest alienare bona viri, sed bene eis vti.*
20 *Vir excommunicatus, aut in banno existens, an ex rebus dotalibus ali debeat, & an ei mulier non obstante excommunicatione communicabit.*
21 *Mulier quo iure aget contra detentores bonorum dotalium.*
22 *Mulier pro restitutione bonorum dotalium agente, an maritus vocabitur, & an ei libellus dabitur.*
23 *Viro ad instantiam mulieris pro dote restituenda vocato, & non veniente, an stabitur mulieris probationibus, & an possit ex illis condemnari.*
Sententia non est lite non contestata ferenda.
24 *mulier an possit res, quas per hypothecariam vendicauit, alienare.*
25 *muliere ab hæredibus viri dotem repetente, an illi deducere possint expensas à viro factas in defensione, seu exactione rerum dotalium.*
26 *muliere contra hæredes mariti ad dotem agente, an illi possint contra eam de adulterio opponere.*
27 *matrimonio per errorem conditionis separato, qua actione repetet vir donationem propter nuptias.*
28 *matrimonio ex aliqua causa diuiso, qua actione sit dos exigenda.*
29 *Vir diu post contractum matrimonium faciens vxori augmentum dotis, facto inde publico instrumento, an eo mortuo poterit ipsa illud repetere.*
30 *Dotis priuilegia sunt plura.*
31 *Dotis causa an spectet ad ecclesiam.*
32 *mulier an sit habenti expressam hypothecam præferenda.*
33 *Habens generalem hypothecam non est habenti specialem æquiparandus.*
34 *marito malè sua substantia vtente ita vt quædam consumpserit, si demum ad bonos mores se conuertat, an possit nihilò minus mulier dotem repetere.*

a 2.§. Formatis instrumentis, dicendum est de libellis. In hoc ergo titulo sic libellus cõcipit[a]:
1 Lib.†Coram,&c. propono contra P. quòd cùm olim inter me & eum fuisset matrimonium de facto contractum,idem P.à me, vel ab alio pro me recepit centum in dotem,seu pro dote,vel in causam dotis, ratione ipsius matrimonii inter nos de facto contracti:quòd quidem matrimonium, quia repertum est non fuisse legitimum,fuit ecclesiæ iudicio separatum. Vel si non fuit contractum,dic,quòd c.in dotem,vel pro dote à me,vel alio pro me recepit ob matrimonium inter me &eum contrahendum,quod matrimonium non fuit secutum:quare peto dicta c.mihi reddi, & restitui,& restituenda fore decerni & declarari,& ad hoc ipsũ sententialiter condemnari,extrà de coniug.ser.c.ij. extrà eo.c. j. & c.si necesse.& c.de prudentia.ff.de cond.sine causa.auunculo. ff.de cond.ob causam dat.l.fi.ff.de ritu nup.si præfectus.¶Vel sic: Lib.Coram,&c.cõqueror ego C. de H.hærede A.quondam viri mei,à quo peto mihi restitui c.libras, videlicet l. in pecunia, & l. in roba æstimata: quas dictus A. vir meus habuit occasione mei in dotem: ad quod propono actionem ex stipulatu, C.de rescis.
2 act.l.j.in prin.suprà §.prox.versi.potes etiam. ¶†Eodem modo concipiet vir in donatione propter nuptias, vt in præ. c. de prudentia.& eo.ti.c.fi.& c.nuper.in fine.Vel sic:
Libellus.Coram,&c.conqueror de P.à quo peto talem vineam meam,quæ olim fuit H.viri mei,& mihi propter nuptias data fuit:vnde cùm aliàs de suis bonis dos mea,quæ fuit c.solui nõ possit,dictam vineam mihi restitui peto:ad quod rei vendicationem propono,C.de don.ante nup.auth.permissa.secundum Mart. de
b Fan.[b]¶†Est autem magnus huiusmodi donatiõis effectus. nam
3 si quo tempore mulier de bonis viri dotem rehabere non posset,semper haberet recursum ad rem istam donatam,vt C.ad Velle.authen.siue.& in authen.vt immobil.ante nup. per totum. Et si mulier viro alienanti consenserit, vel iuri hypothecarũ renunciauerit, non nocebit ei, & pœna de dote facta, & in donatione subintelligeretur.C.de don.ante nup.l.fi. C. de pac. conuen. ex
4 morte.& l.lege.& authen.æqualitas.¶† Et nota[c],quòd duplex
c est actio ex stipulatu ciuilis pro dote:prima,quæ datur viro ad petendum dotem,in qua sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui promisit se daturũ centum in dotem pro Berta vxore mea, qnam dotem mihi dare & soluere recusat: vnde ago contra eum, vt illa c. mihi soluat, & ad hoc propono actionẽ ex stipulatu,C.de rei vx.act.l. vnica, circa prin.
¶Actor ergo sic ponet:
Pos.actoris.Pono,quòd cõtraxi matrimonium cum Berta, ff. de iure dot.l.iij.Item quòd illud tenet, vt ibidem, & in præd. c. & si necesse.Item quòd eam ad domum meam traduxi,ff. eod. l. non enim.& l.promittendo.Item quòd promisisti mihi dare c.pro illa in dotem,C.de rei vxor.ac.l.j.circa prin.xxx.q.v.aliter.& ita certa fuit dos,ff.de iure dot.l.cũ post.§.gener. ¶Re[e] verò sic ponet: Pos. rei. Pono, quòd promisisti contrahere matrimonium cum Berta, sed pòst repudium interuenit.Item quòd illa tibi est in tertio consanguinitatis gradu,extrà e.de prudentia.Item quòd eam
5 sine dote accepisti, infrà versi. prox. ¶†Secunda autem[d] datur
d vxori,vel patri eius, vel hæredibus soluto matrimonio pro dote data repetenda:constante autem matrimonio non repetitur,nisi viro ad inopiam vergente,infrà ver.sed cùm mulier.in qua sic libellus concipitur.
Lib.Coram,&c.conqueror de P. olim marito meo,cui dedi centum in dotem,quando cum eo contraxi: vnde cùm matrimonium illud bona gratia diuortio dissolutum sit, dotem illam mihi peto restitui:& ad hoc propono actionem,&c.C.de rei vx. act. l. vnic.Bona gratia separatur,& est locus repetitioni, vt pote si fiat monachus, C.de episcop.& cler.l.fi.extrà de conuersi.coniug. c. j.Sed secundum canones non potest regulariter vnus intrare, & alter in seculo remanere,xxvij.q.ii.multorum. & c. Agathosa. &
6 extrà de conuers.cõiugat.per totum.¶†Porrò si matrimonium morte soluatur,sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.& M.hæred.T.olim mariti mei, à quib.peto,vt mihi reddant,seu soluant,seu restituant,c.vel domos,vel vineas,quas inæstimatas eidẽ T. viro meo in dotem dedi, cum fructibus inde perceptis: & ad hoc propono actionem, &c.vt in præ.l.vnic.§.exactio.& §.fi. Ideo dixi Inæstimatas:quia illæ dicuntur propriè dotales,vt in ead.l.§.cùm autem.Si autem darentur æstimatæ,tunc peteretur æstimatio sola,C.de iure dot. ple-
e runque.C.eo.si inter virum. ¶Actor ergo sic ponet[e]:
Pos. Actoris.Pono,quòd tu maritus vergis ad inopiam, extrà de consuet.ex parte.Item quòd matrimoniũ solutum est bona gratia.Item quòd tibi marito solui centum pro dote.Item quòd fuisti confessus te recepisse:& tempus legitimum transiuit.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,quòd matrimonium adhuc durat. Item quòd bene facio facta mea. Item quòd tua culpa factũ est diuortium:putà quia adulterasti,extrà eodem,plerunque.Item quòd promisisti dotem,& non soluisti.Item quòd matrimonium contractum fuit sine dote,vt xxx.quæst.v.si quis diuinis.in authen.de trien.& semis.§.neque illo.in fine §.sed contrà,ea. q. nullum. Item quòd dotem solui tibi matrimonio constante:quod fit in casibus ff.de iure dot.mutus.§.manente.aliàs non,C.si constante matrim.dos sol.fu.l.j. ¶Sed nota, quòd vir lucratur dotem propter adulterium vxoris,vt extrà de donat.inter virum & vxorem,plerunque.
7 ¶† Sed nunquid [f]adulterium filiæ nocet patri,qui eam dotaue-
f rat,vt dotem perdat?Dicunt quidam,quòd sic,argu.in authen.de nup.[g]Accur.contrà. Nec obstat præd.auth. quia ibi loquitur,qñ aliàs delinquit.de hoc not.C.de iure dot.l.si dotem. C. de diuor.
h & repud.consensu[h].¶†Item nota,quòd actio de dote commu-
8 nis est patri & filiæ.quod dic,vt suprà de actore, versi. item filia.
9 ¶†Quid si filiafamiliàs renunciet iuri hypothecarum,&consentiat in contractu mariti, nunquid nocet patri?Dic, quòd non, ff. sol.mat. l.ij.respon.j. interest enim patris habere filiam dotatam. posset enim vir præmori,& ipsa etiam posset sine liberis decedere,ff.ad leg.Aquil.l.in lege. Alii contrà, cùm nõ noceat patri eo casu,in quo dos est reuersura ad patrem,vt ff. de pactis dot. cùm dos. Sed de consuetudine non reuertitur ad eum, sed ad liberos,
i qui ex illo matrimonio extant[i].Circa consensum vxoris,vel etiam viri in alienatione rei dotalis,vide suprà de emp.& vend §.iii.
10 versi.sed nunquid.& seq.¶†Sed pone:filius emancipatus recepit dotem iussu patris,quæritur, an pater teneatur?Et videtur, quòd non,vt C.lib.x.de filiofam.minor.l.j. Nam si esset in potestate,teneretur,vt ff.soluto matrimonio,si cùm dotem.§.penul.Sed indistinctè,quia aut affirmauit eum in sua potestate esse:quo casu tenetur,vt ff.de dolo,eleganter.§.fin.& l.sequen.ff.quod falso tut. auctor.nouissimè. Aut non affirmauit:&tunc non tenetur.in culpa enim fuit,qui nõ interrogauit,ff.de exercit.l.finali,ff.de re iu.
11 qui cum filio contrahit.ff. ad Maced.l. penult. ¶†Sed quid si filiusfamiliàs recepit dotem de voluntate & parabola patris?Et videtur,quod bona patris nõ sint obligata pro dote,vt ff. quod iussu,l.penul.Dic tamen contrà,cùm teneatur pater actione de dote,ff.sol.

ADDITIONES.

a Concip.¶Secundum Bonagui.parte ii.col.v. & Aegid.c. cxviij.
b Secundum Mart.de Fan. ¶Cuius fuit etiam libellus præcedens, mihi chart.iii,Insti.iiij.verba,quæ sequuntur, etiam fuerunt ipsius,& præcedunt libel.
c Et not.¶Hîc assumit verba Roffr. de libel. iuris ciuilis,vbi de actione ex stipulatu pro dote:& in ista,quæ datur marito,dicit qnque necessaria, quæ per positiones patebunt. durant autem verba Roff.vsque ad ver.nunquid. Ibi autem in vltima col.inuenies per eum plenè tractatam quæstionem de marito,cuius vxor decessit,& filii supersunt ex matrimonio,an teneatur restituere dotem?In qua distinguitur,an dos fuerit aduentitia, an profectitia? & in ea,an pater fuerit stipulatus, an non ? & an sibi soli reddi? & hoc non est dubium:an sine hoc? & hîc ponit opiniones contrarias,& non adhæret,quæ opiniones not.in l.dos à patre.C.solut. mat.remittit ad Summam Azon,de rei vxor.act.super versi.item non obiiciuntur.& ad Summam sol.matr.Cyn.in l. prædicta,dos à patre.sequitur Dy.qui tenuit cum But.Ioan.Azo.Accur.quòd ad patre redeat,& facit recitationem,quæ legendo declarabitur: fatetur in fi.quòd consuetudo approbat opinionem Mar.contrariam:&idem dicebat dominus meus in pre.l.dos.& in l.vna,C.de rei vxor. act. & ego, quòd communiter statuta municipalia tollunt hoc dubium,sequendo Mart.
d Secunda autem.¶Scire debes,quòd de præcedenti non est quæstio,quando nascatur:quia incontinẽti nascitur:sed de ista disputatur ideo,quia datur dos sub conditione omnino extitura,scilicet diuortio facto restituenda:& sic statim nascitur,sed nõ intentatur,nisi matrimonio soluto.pro eis facit ff.de cond.indeb. l. nã & si.&l.quod sub conditione.&ff.quando dies leg.ced.l.cùm hæres.sed Ioan.placuit,quòd solùm soluto matrimonio nasceretur de hoc Roffr.vbi s.in fi.
e Sic ponet.¶Non in proximo libello,sed in illo,qui præcedit proximum.
f Sed nunquid.¶Hîc assumit verba Albe.Gal.tit.de dotibus.
g De nup.¶Quæ responsio,cùm capiat chartas vij.nimis confusa fuit allegatio. Alb.dicebat in prin.puto meliùs dictum fuisse §.si igitur mulier.
h Consensu.¶Vide,quæ dixi eo.tit.plerunque.super vlti.glo.
i Extant.¶Dicebat Alber.vel ad maritum,si liberi non extant.

te, ff.sol.matrim.si cùm dotem.§.transgrediamur. & C. de rei v-
12 xo.act.l.vnica,§.& vt pleniùs.¶†Quid si mulier minor xij.annis contrahēs matrimonium,dedit fundum in dotem:deinde repudians virum,repetit fundum & fructus perceptos:opponitur ei, quòd habuit alimenta:quæritur,an possit?Dic,quòd de rigore iuris repetet fructus:secus de æquitate,vt no.ff.de iure dotium,do
a tis.ff.sol.matr.fructus[a].¶†Quid si pater pro filia emancipata det
13 dotē,nunquid hæc dos est profectitia,vel est aduentitia?de hoc
b no.C.de rei vxo.act.§.exactio. & §. extraneum[b]. ¶†Item nota,
14 quòd alius potest cum matrimonio simul recipere dotem,vt C.de dote cau.& non nu.l.fi. C.ne fideiuss. vel mand.dot. den.l.ij.
c vbi de hoc,suprà §.proximo,ver.illud quoque in fi.[c]¶†Sed nun
15 quid bona viri sunt obligata pro alimentis, sicut & pro dote[d]?
d Videtur,quòd non.nam de dote est tantùm expressum C. de rei vxor.act.l.vnica.§.& vt pleniùs.C.qui pot.in pign.hab.l.fin. Sed potest dici,quòd sic, matrimonio constante,cùm ali debeat iuxta dotis quantitatem & ipsius conditionem,ff. soluto matrimonio,si cùm dotem.§.si constante. nam onera facultatum sunt, ff. de vsufructu,si pendentes.sed eo soluto, non, cùm tunc non teneatur alere,nisi,vt prædixi. Quidam tamen dicunt,bona obligata esse tantùm pro dote, & non pro alimentis,cùm maritus personali actione teneatur de his alimentis: vide suprà qui filii sint
e leg.§.nunc dicamus.& sequen.[e]¶†Sed quæritur,vtrùm mulier
16 potest permutare dotale prædium,vel in pecunia,vel in alio fundo?Sup hoc dicunt quidam,quòd mulier permutare potest rem
f dotalem,arg.ff.de iure do.si ei nuptura.& l.seq.& l.fi.[f]¶†Sed an
17 cum viro?& dicunt quidam,quòd sic,si eius in hoc versetur vtilitas,ff.de transa.cum hi.§.pe.ff.de iure do.plerūque.C.de sacrosanctis ecclesiis,authen.sed & permutare.extr.de his,quæ fiunt à prælato sine consensu capituli,cùm apostolica.siue rem cum re, siue rem cum pecunia, vt ff.de iure dot.cùm in fundo.§.vxor viro.in fi.& l.ita.& pecunia etiam dotalis poterit in prædia conuer
g ti[g],ff.de pact.dotalib.si mulier.& l.cùm maritus.responso j.&facit ff.de don.inter virum & vxorem,si sponsus.§.ii.& iunge,quod
18 not.suprà de emptio.& vendit.§.iij.ver.item pone.¶†Sed cùm
h mulier viro[h] ad inopiam vergente[i] possit agere constante matri
i monio pro rebus mariti sibi pro dote & pro donatione propter nuptias obligatis,vt C.de iure dotium:vbi quæritur,an etiam dotem poterit repetere?per eandem legem dixit Vbert.quòd non: quia ibi nil de dote dicitur:& probatur satis in principio,dum dicit,rebus,quæ extra dotem,&c. sed poterit recuperare illam per l.C.de col. authen. quod locum. Alii contrà:extrà de don. inter virum & vxorem,c.penult.extrà de consuetud.ex parte.Poterit etiam mulier petere res parafernales,vt in præd.l.vbi.in prin.ibi, rebusque,&c. & etiam donationem propter nuptias,vt in auth.
19 ibi positis.¶†Sed nunquid poterit desiderare,vt res sibi dentur in solutum?Respondeo,non,secundum Vbertum:alioquin alienare posset,quia dominium acquisiuisset,Institut.de off.iu. §. pe. & in præ.l.vbi,expressè dicitur,quòd alienare non potest,sed res habebit,& eis vtetur cum viro & filiis. Accur.tamen not.in præ. l.vbi.ita tamē,quòd ei dari possunt in solutum, licet alienare nō
20 possit.¶†Quid si vir est in banno,vel excommunicatus, nunquid ex his rebus aletur?Respon.sic,C.de cri.expil.hær.aduersus. ff. sol. mat.si cùm.§.si maritus.lxxxvj.distinct.pasce.& nō obstante ban
k no,vel excommunicatione viro communicabit,vt x.q iij.quoni
21 am. extrà de sententia excommun. inter alia[k]. ¶†Sed quo iure agēt mul

ADDITIONES.

a Fructus.¶De viro autem minore xxv.annis,an bona sua sint obligata pro dote.quam recepit,not. Accur.in l.fi.C.de leg.tut. Tu dicas,quòd sic,per l.ij.in fi.&3.in prin.ff.de reb.eo.quia ex quo permittitur ei matrimonium contrahere,ergo & accessorium, scilicet dotem recipere,extrà eod.tit.cap.iij.bene facit ff.de iure dot. mutus.

ADDE,quòd contrarium tenet Bar.in l.si constante,ff.solu.mat. & Pet.de Ancha.consi.xciii.& vide in d.l.si cōstante.& opi.Spec. habet Bart.in d.l.si constante.ff.sol.mat.quanquam aliqui contrà de Spec.mentionem non facientes.

b Et §.extraneum.¶Dicebat Alber.per ibi not.& de iure dot.profectitia.§ fin.patere,quòd sapientes in hoc discordant.de hoc etiam ff.soluto matrimonio,l.ij.§.quòd si in patris.&tene,quod ibi not.in fine primæ glossæ, scilicet quòd nomine profectitia est: sed nomine & iure non,nisi sit in potestate.

c In fi.¶Vide,quod ibi dixi in princ.

d Pro dote.¶Est sciendum Iac.de Ruf.quęsiuisse de alimentis præteritis denegatis à viro,an pro illis vxor habeat tacitam hypothecam?& casum formabat in vxore soluto matrimonio repetente dotem,an etiam pro illis tunc habeat hypothecam.sicut pro dote?Tenuit,quòd non.Mouetur,ꝙ non reperitur hoc iure scriptum,vt sequitur.bene facit de sent.excom.is,qui.j.respon. lib. vj. Item l.contrahitur. ff. de pig. apertè dicit, hypothecam in rebus non haberi nisi per pactum & consensum: si quo casu hæc lex quocunque motiuo vulneretur,per legem aliud vulnus inferri non debet.Sufficiat regula,quod contra rationem:ff.de reg. iur. & regula,quæ à iure.lib.vj.cum cōcor. Secundum prædicta dicit potissimè moueri per l.assiduis.in fi.C.qui pot.in pig.hab.&ff.de admin.tut.l.impuberi.&ff.de stip.seruorum,si seruus communis. in j respon.Et dicit,quòd auxiliatur lex in auth.de non alien.aut permut.§.vt autem lex.Collat.ij.Subdit, etiam dici posse alimenta non esse onera prædiorum.Hoc verum,nisi specialiter à testatore,vel ex pacto essent ad id deputata certa ꝑdia:& sic loquatur l.ij.ff.de alim.& cib.leg.in fi.

e Et seq.¶Hîc continuabatur olim ver.vtrùm.circa fi.§.quod totum.vsque ad fi.de verbis Alber. quod est intermedium post primam publicatoinem,fuit super additum.

f Et l.fi.¶Puto Gul.vidisse scripta Mar.de Fan.qui hanc quæstionē & seq.plenè prosequitur, dicens, quòd si bene inspiciatur lex finalis ad hoc alleg.propter solam vtilitatem ibi fit alienatio:dicit etiam id expressum in l.siue generalis.eo. tit. quam negat loqui de mobilibus,cùm finis dicat decreto iudicis alienationem permittit:quę permissio tempore illius l.non habebat locum in mobilibus,C.de admin.tut.lex,quæ.ff.de fun.dot.l.lex Iulia. Item expressum est in l.ita cōstante.cum l.seq.ff.de iure dot.quæ dicunt, fundum,vel rem permutatā esse dotalem.De quęstione sequenti tenet, quòd etiam cum viro permutare potest pro fundo magis idoneo ,ff. de iure dot.mutus. nec refert, à quo talē fundum habeat,cum eius non intersit, ff. de senat.l.senatoris. & de verb. oblig.l.cum seruum.Nec obstat,quòd sit maritus,cùm non prohibeatur cum illo contrahere,nisi donando.vnde venditio inter ipsos bona fide facta valet.de hoc ff.eo.tit.quod autem.§.Imperator. Ad casum facit ff.de iure dot.cùm in fundo.§.vxor viro, in fin.per quem. §.dicit,quòd etiam in pecunia videtur permutari posse. nam si hoc licet cum extraneo, fortius sibi videtur licere debere cum viro:sicut & pecuniam posset in dotē habere:& hoc casu soluto matrimonio facilis esset æstimatio,vt ibi in ver.sicut autem.Item pone alias:j.in fi.respondebo ad obiectionem,quæ ibi tangitur.

g Conuerti.¶De quo non dubitatur.

h Viro.¶Vt not.in l.vbi.Idem in socero,qui recepit dotem:vbi etiam notatur,ꝙ si vir & socer recepit,& alter ad inopiam vergit, & licet opi.sit,an id possit per illam l.an per ius nouissimum?certum tamen est, quòd agere potest. Interest enim eius plures debitores habere,ff.de lib.leg.l.iiij.in fin & ibi etiam not.& pleniùs per Odofr.quòd non excludet vir vergēs,&c. vxorem agentem offerendo fideiussores: quia fragilis est cautio, qua non obstante posset fieri egenus:& sic se, virum & prolem sustentare non posset,quod vult lex illa.facit ff.ad Velleian. l.qui ita.§.j.Non obstat decr.pen.eo.tit.vt ibi no.in fin.iiii.gl.Sic etiam soluitur alia quæstio, an alii creditores mariti possint vxori dotem offerendo petere bona vxori ꝑ hypothecā assignata,vel ab ipsa possessa,secundum l.C. de pign.l. seruus. Et respondetur,quod non, cum vxor illa tenere debeat pro se & marito & filiis alendis, vt in l. vbi. & hoc constante matrimonio.Illo autē soluto,id possent,secundū Iac.de Aret. qui dixit in l.cùm tibi.C.qui potior.in pig.hab.Hac ratione etiam dicitur, quòd vxor vltra dotem res reuocare non potest,vel incumbere pignori:sicut alii creditores,vt dici solet in auth.ei,qui iurat.C.de bon.aut.iud.poss.quia cū agat ex speciali, vt se & suos alat, vt est dictum,non posset incumbere pignori sine iniuria creditorum.quibus non licet offerre:sic C.commu.de leg.l.i.vbi etiam agat hypothecaria solùm pro quantitate debiti

i Vergente.¶Innuit hoc de nouo euenire:si enim scienter nupsisset inopi,cessaret beneficium illius l.sm Marti.de Fan.in l.vbi.facit ff.vt in poss.leg.si is,à quo.§.fi.& decre.pen.eod.tit.j.allegata: si ignorauit,secus:facit de electione,nulli.lib.vj.ff. de confir. tut. l.in confirmando.C.de iure dot.in rebus.ibi, ex quo claruit, &c.

k Inter alia. ¶Quia hîc de bānito & excommunicato tractatur,de his duo breuia videamus,quæ sunt Alber.& Odoffr.quæstione, quæ incipit.quidam pater.an vxor sequi volēs bannitum, possit repetere dotem? Ad negatiuam inducit certas causas in iure expressas,per quas vxor repetere potest dotem:inter quas ista non est,ergo,&c.ff.de his,qui sui,vel alie.iuris sunt,l.patre.de sent.ex. com nu.is,qui.libro sexto.Item si promittat quis decē post mortem,stipulatio non committitur per deportationem ff. de verb. oblig.ex ea parte.§.insulam.ad idem C.de don. inter virū & vxorem,res quæ.Item vxor calamitates & infortunia viri participare debet,ff.solut.matrimon.si cùm dotem.§.si maritus.Soluebat, quòd iure Codicis repetere poterat:quia eum sequi nolendo, & repetendo,patet mutatus eius affectus erga virum.hoc dicit per l.primam,de repud.Item dicit idem iure Authenticorum,C.de bo.dā.auth.bona.Fatetur aūt,matrimoniū non esse solutū,quo

aget mulier? Respon. contra detentores aget hypothecaria, contra maritum personali: & priùs debet conuenire virum, quàm ex
a traneos, C. de actio. & obligat. authen. hodie[a]. ¶ † Sed nunquid
22 maritus vocabitur? Resp. sic, vt ff. de adopt. nam ita. & dabitur ei libellus, vt iij. quæst. iij. induciæ. §. offeratur. & diffinitiua sententia feretur, cùm iure ordinario procedatur: & poterit appellari, secundum Vbert. & sic concipitur libellus:
Libellus. Coram, &c. agit Maria contra B. virum suum, vt ei det & soluat centum nomine dotis suæ: quia vergit, vel vergere cœpit ad inopiam: quam dotem sibi dedit, vt in præd. l. vbi. & in præ
23 dict. decret. ex parte. ¶ † Quid si vir vocatus non venit, nunquid recipitur probatio mulieris, & ei condemnabitur ad restitutionem dotis? Respon. non: quia regulariter sententia non fertur lite non contestata, vt C. de temp. appel. l. fin. extrà vt lite non contest. quoniam. sed mittetur mulier in possessionem bonorum viri, vt C. de bon. auctor. iud. pos. cũ proponas. extrà de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. per totum, & stabit in possessione, vt reus tædio affectus veniat responsurus, vt ff. vt in possess. leg. si is, cui. vel dabitur in solutum bonis eius, vt dixi. Si autem ipse postmodum
b diues efficiatur, mulier ei restituet dotẽ[b]: quia res est in pristinũ statum reducenda, arg. ff. de rerum diui. l. in tantum. ff. de relig. & sum. fu. cùm loca. ff. de serui. rust. prædior. & Attilicinus. in fin. ii.
24 quæst. tertia, c. si quẽ pœnituerit. §. restituo. in fi. ¶ † Quid si mulier velit has res, quas per hypothecariam vendicauit, alienare? Respond. non potest, etiam mariti consensu, vt patet in præd. l. versi. hoc etiam patet rei vendicationis dotalis exemplo. arg. ff. si quis cautio. si eum. §. qui iniuriarum. & not. ff. eodem, si is inter.
25 ¶ † Illud etiam quæritur: ecce, mulier repetit dotem ab hæredibus viri: illi volunt deducere expensas à viro factas in defensione & exactione rerum dotalium: quæritur, an possint? Et videtur, ꝙ sic. necessariæ enim fuerunt, vt ff. de nego. gestis, qui aliena in fi. quia iudicium redditur in inuitum, ff. de verborum obl. inter stipulantem. §. j. vnde dotem minuent, ff. de impen. in rebus do. fac. quod dicitur. Item commodum dotis principaliter ad eam pertinet, C. de iure do. l. pen. igitur onus ferre debet, C. de caduc. tol. l. prima, §. pro secũdo. Item vtiles fuerũt: quia causam perdidisset, nisi eam defendisset: & vtiles expensæ sunt viro restituendæ, vt ff. de impen. in rebus do. fac. voluntariæ. & argum. ff. famil. ercis. ex parte. Argum. contrà: quia vir dominus est fructuum: vnde, vt dominus, res dotales tuetur, ff. de impen. in rebus dota. fac. l. ij. & quod dicitur. & eius est actio dotis, vt C. de rei ven. l. doce. C. de iure dot. de his. ita dispendium eius esse debet, vt ff. de vsufruct. hactenus. §. modica. & l. pendentes. in fi. Item hoc statuit in simili casu, vt C. de bonis, mater. l. j. C. de bonis, quæ lib. cùm non solùm §. vbi. vnde & hoc statutum esse debet intelligi, ext. de constit. translato. ff. ad leg. Aquil. aliud. ff. de verborum oblig. à Titio. Et hoc verius videtur: nam aut vir vincit, aut succumbit: si vincit, debuit aduersarius ei in sumptibus condemnari, extrà de pœnis, calumniam. C. de iudic. properandum. Quòd si culpa iudicis factum non sit, habet actionem cõtra iudicem, vt eodem titulo, sancimus. si verò factum sit, habet actionem iudicati: & sic videtur vtroque casu expensas, quas fecit, habere, cùm habeat actionem, ff. de reg. iur. qui actionem. Frustra ergo repetit, quod habet, ff. de re iudic. si quis dolo. §. fi. extrà de iudic. examinata. Si autem succumbit, & causa bona erat, frustra petit, quod impendit, arg. ff. de euictio. si per imprudentiam. & l. si ideo. extrà de emp. & ven. ca. fin. Si causa mala fuit. sibi imputet, quia inutiliter expẽdit, arg. C.
26 de admin. tut. non est ignotum. ff. eod. quæstioni. §. fi. † Quid si mulier agit ad dotem contra hæredes mariti, nũquid illi possunt
c contra eam opponere de adulterio[c]? Et videtur, quòd sic, vt C. de adult. l. fi. prope finem, ff. qui, & à quibus, sed & si maritus. nam etiam post mortem agitur de crimine propter bona, ff. de iure fis. l. eius, qui. C. de inoffi. testa. si quis filium. & in modum exceptionis quæritur de crimine, ff. de adult. l. secunda, §. si publico. Item quæ annua sunt ad agendum, &c. ff. de excep. doli, purè. Arg. contrà, ff. de accu. ex iudiciorum. C. de inof. test. omni modo. C. de reuo. don. l. fi. Iac. dicit, quòd nõ competit exceptio, cùm maritus non lucretur dotem, nisi accuset de adulterio, & inscribat, vt in auth.
d vt lic. ma. & auiæ, §. quia verò. Sed Alber. Pap. cõtrà[d]. ¶ † Sed qua
27 actione vir repetet donationem propter nuptias, vbi matrimonium separatum est per errorem conditionis? Respon. non per actionem de dote: quia dos non potuit constitui, cùm ipsa esset
e serua, sed per actionem de peculio, ff. depositi, Lucius[e]. ¶ † Sed si
28 matrimoniũ ex aliqua cã separat, vt ext. c. mulieres. qua actione petet dos? si. n. petet actione de dote: qa nullũ fuit matrimoniũ, ff. de iure dotium, l. iij. ff. de cond. ob turp. caus. l. j. Respon. habebit locum actio ex illa lege, ff. de cond. ob tur. cau. arg. C. sol. mat. si
f ignorans, vel alia. & illa erit priuilegiata, sicut & actio de dote, ar-
29 gum. ff. de pecul. ex facto, ff. de priuil. cred. l. ij.[f] ¶ † Quid si vir diu post contractum matrimonium fecit augmentum dotis vxori, facto inde publico instrumento, nunquid eo mortuo poterit ipsa illud repetere? Et videtur, quòd non. præsumitur enim donatio, ex quo instrumentum in domo viri factum est, arg. C. de donat. ante nup. cùm te. ff. de don. inter virum & vxor. l. penult. ad idem ff. eod. cùm sponsus. §. igitur. ff. de contrahen. emp. l. si quis. Præsumitur etiã fraus: quia diu pòst ipsis cohabitantibus factum est, in auth. de æqual. do. §. aliud quoque. ver. & ne. ff. de ritu nup. qui in prouincia. §. diuus. ff. de don. post contractum. extrà de ap-
g pel. ex parte. sæpe enim inaniter[g] dotes in instrumentis conscribuntur, C. de bonis proscri. si quis post hac. C. de do. causa mort. l. j. ff. de probat. qui testamento. ff. de leg. iij. Titia. §. Caius. Nec instrumentum facit dotis augmentum, sed numeratio dotis, C. de don. ante nup. l. j. Arg. Contrà: quia standum est instrumento, nisi contrà

ADDITIONES.

☞ ad id, vt alii nubere possit: sed habetur pro soluto, quo ad repetitionem dotis. Si tu ponas per bannum bona confiscanda, non esset quæstio: super qua vide, quod dixi de instrument. edit. §. compendiosè. versi. xj. & sub versi. ii. oppo. in princ. An autem vxor virum sequi teneatur, not. xxij. quæst. ij. vnaquæque. & qui matrimon. accusa. poss. cap. j. Secunda quæstio fuit Rof. & est xxj. de excommunicato, qui parere non vult, & in excommunicatione & contumacia perseuerat: propter quod vxor nolens ei cohabitare, repetit dotem per vtilem actionem ex stipulatu: quærebat, an iustè petetur? & quia ista quæstio in volumine habet, & facit ad præcedentem, ideo vtranque breuiter trãseo. per eandem enim l. de repud. & eius rationem soluit, ꝙ iure ciuili repetere possit: iure poli, vel diuino, dicit maritum absoluendum, cùm & duret matrimonium, & vxor illi cohabitare teneatur: nil allegat. vide pd. decre. inter alia. & quod ibi no. in pen. gloss. & quod super ea dixi, & remisi: & quo ad casum, vide Host. in Summa de sen. excommu. c. si. super ver. lex.

a Authen. hodie. ¶ De hoc plenè per Cyn. in l. vbi. in ix. q. & seq. ibi tractatur, an teneatur alere socerum.

b Mulier ei restituet dotem. ¶ Contrarium not. in l. vbi. in pe. pro quo facit gl. ff. qui satisd. cog. sciendum. in fi. facit etiam ff. de reg. iur. factum legitimè. cum concor. libro sexto. Item in dubio hoc tenendum est, quod fauorabilius est dotibus. eodem ti. nuper. ff. de regul. iur. in ambiguis. Facit etiam textus ipsius l. in fi. qui videtur administrationem viro concedere solùm in rebus postmodum per eum acquisitis. Scias, ꝙ hanc quæstionem tractat Cy. in l. vbi. est sua q. xviij. sed pleniùs dicam: & quomodo vltima quæstio istius ti. infrà ab ista differt, ibi dicam. Scias, ꝙ secunda opinio superiori contraria, fuit Azon. tenentis, quòd maritus locuples factus per condictionem sine causa dotem recuperare & exigere poterit, cùm datum ob causam fuerit, quæ non rediit ad non causam, propter quòd licite repetitur, ff. de cond. sine causa, l. si fullo ff. qui satis. cog. si ab arbitrio. & hãc ponit Cy. Non plus insto. Sed habeo tertiam opinion. Vbert. de Bo. qui tenet, quòd plus est. quàm ipso iure, quòd dos extracta redeat ad maritũ locupletem factum: alleg. ff. de rerum diuis. l. riparum. §. fin. & l. seq. in princ. ff. de religios. & sump. fu. l. cùm loca, de cur. furio. l. prima, in princ. Cessante enim causa cessabit effectus, Cod. de episcopis & clericis, l. generaliter. de resti. mili, l. fin. de testamen. milit. l. pen. ff. de pactis. l. quod dictum. Ponderat etiam, quòd cessat causa legum, scilicet præd. l. vbi. & C. de collat. authen. quod locum. ff. solut. matrim. si constante. & in authen. de æqual. dot. §. illud quoque. Cessent igitur leges ipsarum causis cessantibus, ff. de iure patro. adigere. Aduerte, quòd in hoc hęc opinio differt à proxima: quia secundum illam oportebit adiri iudicem, qui super libello dando super condictione sine causa pronunciet: hìc non, sed autoritate propria illam administrabit, vt priùs. Vel si diceres iudicem, ad eum solum adhibitur super hoc, quòd declaret dotem ipso iure ad maritum reuersam.

c De adulterio. ¶ Quasi ad literã, sed pleniùs suprà posuerat hunc versi. de excep. §. dicto. versi. item quæritur, ecce.

d Contrà. ¶ Cui videtur fauere Accur. C. de rei vxo. ac. l. vna, §. illo proculdubio.
ADDE, quòd Bal. tenet, quòd hæredes non possunt accusare de adulterio. eius cons. cccxxxij. lib. j. & consilio lxxxviij. vbi alle. Spe. hìc, Pau. de Cast. consi. cxxxviij. in fi.

e Lucius. ¶ De dote, vide de coniug. ser. in fi.

f Cred. l. ij. ¶ De hoc eo. tit. c. iij. in j. glo.

g Inaniter. ¶ Aliàs, immaniter. in maiori quantitate, quàm veritas habeat.

contrà probetur, C. de contrahen. & commit. stip. optimam, nec præsumitur dolus, nisi probetur, ff. de prob. quoties. §. qui dolo. permissum est enim tale augmentum fieri, C. de don. ante nup. si constante. Potest dici, si instrumentum clàm factum est, præsumitur fraus: aliàs non. extrà vt ecle. benef. cap. vnico, ff. de ritu nup. l. fin. ff. de admin. tut. non existimo. Vel dic, quòd si vir tempore confecti instrumenti habebat creditores, & augmentum consistit in rebus mobilibus, tunc præsumitur fraus: ar. in præ. §. aliud quoque. in fin. ff. quæ in fraud. cred. l. omnes. §. Lucius. C. de donat. ante nupt. authentic. eò decursum. secus, si in immobilibus, quia per se constat, C. libro x. quando, & quibus quarta pars, le-
a ge ij.[a] ¶ † In summa nota, quòd plura sunt priuilegia dotis. Pri-
30 mum est C. de hæret. cognouimus. Secundum, C. ad Vell. si dotales. & l. fi. Tertium, C. de iure dot. si stipulatio. & de don. ante nu. cùm an. Quartum, C. de dotis promis. l. iij. & fin. Quintum, C. de iure dotium, vbi. & l. in rebus. Sextum, septimum, octauum, & nonum, C. de rei vxo. act. l. vnica, in princ. §. & vt pleniùs. & §. accedit. & authen. sed quamuis. Decimum, C. de admi. tut. l. lex, quę tutores. ff. de iure dot. si generali. Vndecimum, C. com. de leg. l. fi. & authen. ibi posita. Duodecimum, C. ad Trebel. authen. contrà rogatus. & auth. vbi. Decimumtertium, qui po. in pig. hab. assiduis. & authen. si qui ex reb. Decimumquartum, C. de bon. proscrip. si quis. in princ. Decimumquintum, ff. de condict. indeb. cum his. Decimumsextum, ff. de pac. dot. de die. & l. Attilicinus. Decimumseptimum, ff. solut. matr. si cùm dotem. §. ij. Decimumoctauum, ff. de alim. & cib. leg. cùm vnus. §. finali. Decimumnonum, ff. ad leg. Falcid. si vsus. §. fin. Vigesimum, ff. vt in pos. leg. l. pen. in fi. Vigesimumprimum, circa personales actiones, ff. de priuil. cred. l. ij. §. fin. Vigesimumsecundum, ff. de bo. dam. quinque. Vigesimumtertium, ff. de iur. do. in ambiguis. ff. de reg. iur. in ambiguis. sol. matri. si cùm dotem, §. fi. Vigesimumquartū, C. de hæret. auth. item
31 dotis. ¶ Vtrùm causa dotis spectet ad ecclesiam, no. extrà de for. com. ex tenore. & videtur, quòd sic, cùm accidit causæ matrimo-
b niali, extrà eo. de prudentia[b]. ¶ † An mulier præferatur habenti
32 expressam hypothecam, not. C. qui pot. in pig. hab. assiduis. & ex-
33 trà de pignor. ex literis. ¶ † Sed nūquid præferatur in postea quæsitis habenti expressam hypothecam? Fortè non: cùm non æquiparetur habens generalem habēti specialem & expressam, vt C. qui pot. in pignor. hab. si generaliter. De hoc, & an habeat priui-
34 legium in bonis soceri, notatur in prædict. l. assiduis. ¶ † Sed pone: maritus cœpit malè vti substantia sua, & quædam consumpsit, & postea ad bonos mores conuersus bene negotia sua gerit: vxor nihilominus dotem repetit: quæritur, an possit? Respon. dicit Azo, quòd sic: quia actio Seruiana competens postea non desinit, ff. si quis cautionibus, l. qui autem. §. j. ff. de eden. l. j. & ij. §. i. ff. de euict. euicta. §. ij. ff. de actio. & oblig. quæcūque. Accur. & Hug. contrà: quia cessante causa, &c. extrà de appellat. cùm cessante. ff. de pact. l. j. §. dictum est. C. de episc. & cler. l. generaliter. C. de ingen. man. l. j. & ij. nisi ad inopiam sit perductus: vel nisi euidens sit facultates non sufficere, ext. de consuetud. ex parte. C. de iure dotium, vbi. ff. soluto matrim. si constante. ff. de cur. furio. l. j. C. de sent. pas. l. si in auth. vt cùm de appel. cognos. §. si quis de parenti-
c bus. De hoc in præd. l. vbi[c]. Item quære hîc, vt s. de oblig. §. j. ver.
d sed pone, contraxi[d].

ADDITIONES.

a L. ij. ¶ Vide suprà §. prox. versi. cæterùm. & si aduertis, hîc prosequitur solùm de fraude creditorum, non de fraude legis, quæ donationem prohibet. Hui⁹ ratio: quia quæstio supponit maritum mortuum, & sic confirmata erat, eod. ti. cap. vlt. Scias, quòd Lambertus de Ram. quæstione, quæ incipit, commune talis loci. de hoc tenuit, quòd si vxor contra creditores mariti produxit duo instrumēta dotalia: vnum factum tempore nuptiarum, aliud longè pòst, non defendetur contra creditores, nisi ex primo, cùm illa dos præsumatur vera, & reliqua machinata & ficta, quæ peti non potest, C. plus valere, quòd ag. l. j. ad Velleian. l. si mulier. ff. de administ. tut. si minoris. Subdit, quòd ad hoc, vt valeret, dotis cōstitutio cōstante matrimonio fieri debebat per modum augmenti, propter authen. de æqual. dotis, supple, & secundum formam datam §. prox. sub vers. cæterum. & per hoc intelliges, quod ibi dicitur in versic. seq. q̄ secunda dos constitui non potest sed prima potest augeri, causa tamen specificata, vt ibi patet.

b De prudentia. ¶ Distingue, vt ibi not. in gl. ij.

c Vbi. ¶ Salua pace Alber. Gal. cuius fuit iste versi. i. respon. de dotibus in fine autoris: ista quæstio diuersa est ab illa, quæ no. in l. vbi. ad fi. hîc enim post reformationem viri vxor propter præcedentem culpam petit dotem: ibi ante reformationem iam dos fuerat assignata: & omnis opinio, quæ illo casu facit pro viro, fortiùs in isto: aliàs autem prò & contrà dixi s. in ver. quid si vocatus.

d Versi. sed pone: contraxi. ¶ Ille ver. est pen. & fuit etiam Alber. tractantis, quod tempus recipiatur in dote promissionis & numerationis. Ex quæstionibus omissis suppleo vnam vltimæ conuenientem, an vxor præmoriēte viro, cuius communes filii sunt hæredes, patre ad inopiam ex sua culpa vergente, possent filii petere dotem maternam, q̄ ex pacto non lucrabatur pater, licet sibi vsusfructus debebatur, C. de bo. quę lib. cum oporter. l. cùm non solùm. & in authen. vt fratrum filii, §. quod verò. Quòd possint, facit: quia successerunt in ius matris, ff. de diuer. & temp. præscri. cùm hæres. facit regula, is, qui in ius. lib. vj. & ibi concordantię. Et si dicatur illud fuisse priuilegium maternum, & sic non transire ad hæredes, ff. de administ. tut. l. ex pluribus. respondetur, legem loqui de hærede non suo: nos autem hîc de suo tractamus. facit ff. soluto matrim. l. maritum. C. qui pot. in pig hab. l. assiduis. in fi. præcipuè cùm causa priuilegii materni filios respiceret, scilicet vt ex dote ali possent, C. de iure do. l. vbi. Sed ex alio capite videntur filii repellendi, scilicet quia filii, qui ꝯ patrem litem mouere non possunt, nisi in casu, qui habetur in l. lis nulla. ff. de iudic. & aliis, quæ ibi no. inter quos iste non est. facit l. patre. ff. de his, qui sui, vel alie. iuris sunt. Censetur ergo prohibitum, quod non est permissum, ff. de iudi. cùm prætor. extr. de transac. c. ij. vbi de hoc. Et si dicatur, ex quo pater suspectæ vitæ est, concedatur filio, q̄ agat. ff. de procur. l. filius. §. sed & si filia. respondetur, quòd ille §. hoc non dicit: sed patre existente suspectæ vitæ permittit per filiam super dote alium procuratorem fieri, non contra patrem, sed contra alios hæredes mariti. Quomodo igitur filiis consuletur? Respondetur, si casus esset dandi curatorem patri, putà propter furorem, daretur, & ille dotem & reliqua seruaret, ff. de tut. & curat. l. is, qui. §. diuus. vel dabitur curator solùm doti, qui conseruabit proprietatem eius filiis, & vsumfructum patri: & potissimè, si in immobilibus dos consistat. in immobilibus enim dotalibus non est sic alienandi periculum: item propter hypothecam filiorum contra possidentes: non est etiam periculum tale in aliis. in authen. vt lic. mat. & auiæ, in princip. & C. de bo. mater. l. j. Dicunt etiam quidam per l. ff. ad Trebel. l. Imperator. & C. de inoffi. test. filius matrem. quòd posset iudex circunstantiis ponderatis cogere patrem, vt dotem filiis restitueret, securato patre de vsufructu quod satis placet. & facit extrà eodem titul. c. penult. in fine.

a ¶ De Secundis nuptiis[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Ex Quo auctor nos hîc in pace dimisit, fruamur illa, quo ad practicam. Sed extant aliquæ quæstiones, quas nosse vtile reputo: & ante omnia, iustitiam iuris nostri permittentis vxorem intra annum nubere, copiosè scripsi ad obiectiones respondendo in decret. l. fin. eod. ti. super gl. ij. ¶ De vsufructu legato vxori, quandiu vidua manserit, quòd non debeatur, si nupsit, scripsi suprà qui fil. sint leg. §. finali, super versi. quid si dixerit. ¶ Quæstio est, an pater habens filios ex prima vxore contrahens cum secunda, priuetur successione filii primi matrimonii decedentis ab intestato in lucro dotis, eo modo, quo priuatur mater habens filios ex primo contrahens cum secundo in lucro donationis ante nuptias. hîc concurrunt leges C. de leg. hær. l. de emancip. de secun. nup. l. fœminæ. cum l. seq. & l. generaliter. communia de succes. l. filius. authen. de non elig. secundò nub. §. cùm igitur neque virum, quod ex dote. in rubro & nigro, de nup. §. quoniam infirmas. char. iiij. & §. hinc nos alia. char. vlt. & non plus insto, quia Cy. super auth. sed & si quis, C. de secund. nup. in iii. quæst. dicit, hāc quęstionem, quæ hîc fuerat disputata, non agitandam, ponens eam pro non dubia, per præ. §. quoniam infirmas. qui de vtroque parente loquitur, & Iacob. de Bel. §. illum. cum ver. seq. communiter prosequitur vtroque parente: dubium tamen faciebat, quia §. j. hinc nobis. illum sequens loquebatur solùm de matre. ¶ Quæstionem vtilem Richar. Malum. reassumptam per generum meum quondam dominum Phil. de Formaginis hîc insinuabo, & forsan exquisitè, quia non respicit secundò nubentem, sed id, quod ex secundis nuptiis obuenit: Prima inchoat, quidam in suo. Secunda, testator filio. Testator filiis institutis legauit B. vxori mille fruenda toto suæ vitæ tempore, donec honestè vixerit sine viro post vitam cuius voluit Titium filiis institutis habere illa mille: vxor prædicta secundò nupsit, & sic expirauit legatum: quærebat de illis mille, penes quem esse deberent illa B. viuente, an penes hæredes, an penes Titium? Dominus Phil. auxit quæstionem, in locum tituli ponens, legatum factū pupillæ simpliciter, vel pro dote, quærebat, quando competeret pupillæ legati petitio. Pro hærede allegat, quòd cùm in verbis non est dubitatio, non est habēda quæstio voluntatis, ff. de leg. iii. ille. §. cum in verbis. qui. & à quibus, l. prospexit. de exercit. l. i. §. si is, qui nauem, C. de lib. præter. l. iij. Sed hæc verba sunt clara. scilicet toto tempore suæ vitæ: ergo, &c. Item cùm testator de vita, vel morte loquitur, de naturali intelligit, non de ciuili, ff. de verbor. oblig. ex parte. §. insula.

SVMMARIVM.

1 *Viro diu se absent ante, postea autem reuertente, an si inuenerit vxorem suam cum altero contraxisse, poterit eam repetere.*

1 IN hoc titulo non est libellus necessarius: hoc saluo,† quòd si aliquis diu abfuerit, & rediens reperiat vxorem eius cum alio contraxisse, poterit eam repetere, vt extrà eodem, ij. extr. de sponsa. in præsentia. extrà vt lite nõ cõtesta: quoniam. §. si verò. xxiiij. q. j. cùm per bellicam. C. de repud. auth. hodie. & poterit libellum concipere, vt suprà de sponsa. §. sequitur. versi. si autem vir. verbis decenter additis & mutatis.

¶ De Accusationibus, & inquisitionibus, &
a denunciationibus[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libelli accusationis quæ continere debeant.*
2 *Libellus accusatoris qualiter subscribi debeat.*
3 *Denunciatio criminis, vel excessus, qualiter fieri dicatur.*
4 *Libellus an sit in denunciatione criminis necessarius.*

HAEC rubrica tres habet partes, de quibus primò dicemus: secundò aliquas libellorum formas supponemus.
1 I. §. Est † ergo notandum[b], quòd libellus accusatio
b nis hæc continere debet, scilicet nomen iudicis, cui porrigitur, & accusatoris, & accusati: item crimen, & eius qualitatem, seu magnitudinem. Item cum qua persona, & in quo loco commissum est, & etiam locum loci: putà in tali angulo domus, vel pomarii, vel vineæ: exẽplo Danielis, qui cùm adulterium diceretur fuisse in pomario à Susanna commissum, quæsiuit sub qua arbore: Item annum & mensem commissi criminis: diem verò & horam ponere non tenetur, Item annum & mensem & diẽ dati libelli. Itẽ nomẽ Imperatoris & Papæ in patrimonio beati Petri: vel etiam vbique, si velit: vel regis in regno: non consulis qui ho
c die nõ sũt. Itẽ debet et alia cõtinere, vt s. de lib. cõcep. §. quid cõtinere[c]. Formas

ADDITIONES.

☞ Plenam remissionem de hoc vide in decret. susceptum. de rescrip. super glo. pen. lib. vj. Est autem certum, quod per secundas nuptias vxor non est mortua naturaliter: imò nec ciuiliter: maneat ergo legatum penes hæredem. Soluit pro Titio multis rationibus inchoans ab ista, certum est, legata & fideicommissa esse donationes causa mortis, ff. de legat. j. legatum. & C. de donat. causa mort. l. fi. ad fi. Tales autem donationes plus vult ipsam habere, quàm illum, cui reliquit. Item magis vult habere eũ, cui reliquit, quàm hæredem suum, ff. de donat. causa mor. l. j. & l. senatus. §. j. Institut. de dona. §. j. Conclusio ex his patet: pro qua facit ff. de cõdit. & demonst. si quis eum. & si vsusfr. pet. l. fundus. detracto specialiter ad solutionẽ: alleg. ff. quando di. leg. ced. l. si ita. & ad Trebel. l. si mulier. §. j. aliàs j. respon. quę optimè faciunt coniecturando, quod credebat testator vxorem non nubere, ideo de morte locutus fuit: sicut in illis legibus mater nõ credebat filios emancipandos per patrem, dum viueret: & ideo dixit, cùm sui iuris essent per mortem patris, & tamen sic relictum debetur, cùm sui iuris sunt per emancipationem. Ad sol. etiam inducit ff. de adimen. leg. l. codicillis. §. si gener meus. Bene & subtiliter distinguit quatuor tempora, maximè propter verbum pro dote discutienda, quando cedat legatum pupillæ. Primum tempus, quo vxor secundò nupsit. Secundum, mortis vxoris. Tertium, cùm pupilla erit habilis ad nubendum. Quartum, cùm nubet: & de omni tempore plenè probat: & demum singulis allegationibus sigillatim respondet. Soluit, vt suprà primum tempus attendendum, scilicet quo vxor secundò nupsit: & hoc per præd. l. mulier. item ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. § fi. & de condit. & demonstrat. l. cùm tale. §. Męuiæ. & quod ibi no. & l. hoc modo. eod. tit. & hoc dixit, siue attendatur verbum Simpliciter, siue illud Pro dote, in quæstione ipsius posita: & pro contrariorum solutione plenè prosequitur, per quæ verba in iure ponatur conditio & tractatus de causa cessante: & verè singula tam subtiliter, vtiliter, & copiosè, quòd mihi tristitiam auxit ipsius relegatio secundum calamitatem Italicam ex qua secuta fuit mors ipsius & filiæ.

a Vide, Quod dixi de prima parte rubricæ integraliter conscribenda, quia quaternaria. Et de practica huius rubricæ primæ, s. de accusatore, super rubrica. principalis adiutor auctoris fuit Roffr. in libel. nostri iuris, parte ij. in cuius princip. repleuit plus quàm octo chartas: de prima parte rubricæ scilicet vsque ad ti. de inquisit. dæmon. de aliis duabus rubricæ partibus prosequitur. Tan. parte secunda ponit rubricam de criminibus, & qualiter contra criminosos agatur: & vnum libellum format in criminali Bonagui. de his parte secunda, char. pen. & vlti. Aegidi. cclxxxiij. vsque ad xciiij. Demum hîc auctor de duobus criminibus publicis & ciuilibus format libellos: licet suprà de accusatore & de vulnerib. multæ quæstiones formatæ sint, quia tamen hîc sumus in formis libellorum, æstimaui hîc plus congruere, quæstionem de accusante Titium, à quo se percussum dicit cum sanguinis effusione, probatur confessione, vel vestibus, percussione sine sanguine: quæritur, an Titius sit absoluendus, an condemnandus de percussione sine sanguine? Quòd condemnandus sit, inducitur decre. cùm dilectus. de dolo & contu. cum l. Celsus. ff. de arbit. & de appel. significauit. & quod ibi not. in glo. pen. & de probat. licet. in glo. sic videtur. facit ff. si certum petatur, quidam. ad hęc omnia iura, quę volunt delicta puniri, vndecunque claruerint, xxiiij. q. iij. Excep. Ad contrarium, qualitas expressa non est probata: sic reus absoluendus, extr. de simon. licet Heli. ff. cõmuni di. vt fundus. de neg. gest. Pomponius. ij. & in delictis attenditur qualitas, de homi. sicut dignum. in prin. ff. de pœnis, aut facta. §. qualiter. Sed qualitas diuersificat: fateri oportet, quod vnum nõ est reliquum: ergo, &c. hoc maximè, vbi duo sunt statuta diuersificantia in his pœnis. Cõdictio enim ex vno non potest trahi ad aliud, ff. de institu. l. habebat. de iureiurando, si quis. facit extrà de testi. cùm causa. in fi. Pro hac parte facit, quod absolutiones sunt fauorabiles, vt in regula, cũ sunt. lib. vj. & hoc tenendum est. Sed est sciendum, quod aduocati vidẽtes qualitatem non probatam, scribi faciunt apud acta ante sententiam, quod accusans? detrahit illam partem Cum sanguine: & quando fuisset accusatio de insultu, vel vulnere cum armis, cum cicatrice & secundum no. est probatum, faciunt detrahi illud Cum armis, vel cum cicatrice. quæ dicunt se posse facere per §. si minus. Insti. de actio. & ff. de noxal. in delictis. §. si detracta. Sed hæc non probat: quia libellus olim post litis contestationem, hodie postquam oblatus est, res mutari nõ potest, in authen. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. Item ius iam quæsitum reo, accusans qualitatem detrahendo tollere non potest. Peroptimè patet de electione, ab eo. libro vj. & in aliis terminis in cle. eodem tit. de elec. constitutionem. §. pe. in fi. Ad contraria responde, vt not. in §. si minus. Clarius responde ad §. si detracta. in præalleg. decre. ab eo. super ver. reuocari. in Nouella. Sed conuertitur quæstio: si dictum sit de percussione, & probatur de illa cũ sanguine, vel cum armis, vel cum cicatrice, nunquid secundum probata condemnabitur? quod sic, facit ratio puniendorum maleficiorum. Ad contrarium, quod dictum est suprà: per quæ hoc, secundum quosdam, placet: mihi videtur longè diuersum hoc dictũ à proximo. nam in qualificato restringo me ad illam qualitatem, & ideo necesse est probari: sed in non qualificato tacitè, vel expressè, licet in probationibus vagari, sicut etiam in ciuilibus: nam vendicans rem iure dominii, qualecunque dominium probet, obtinet. Sed si certam dominii causam exprimat, nisi illam probet, succumbat: sufficiat de re iudic. abbate sanè. lib. vj. & exponendo, quod de tacito dixi, si dicens se simpliciter percussum, cõcluderet, quòd petit reum puniri secũdum formam talis statuti, & illud loquitur de simplici percussione sine sanguine, armis, vel cicatrice, tunc assentirem prædictis. Cessante verò omni restrictione expressa, vel tacita, puto, quòd secundum probata debeat cõdemnari. Poterat tamen reus à principio generalitatem petere declarari, cùm qualitates sint in eis exprimendæ, vt hîc in princ. Hoc etiam scias, quod accusatus de percussione cum sanguine, probare posset valde modicũ sanguinis exiuisse: & per accidens, vel à casu: per quod in iudicis resideret arbitratu, an locum haberet, quod de percussione cum sanguine est statutum: facit, quod no. de sententia excommu. cùm illorum. versic. nos tamen. ad materiam facit, quod in ciuilibus scripsi s. de act. seu pet. §. sequitur. super ver. hoc quoque. ADDE, an qualitas deducta in libello possit detrahi, Bar. consil. ccxxiij. Et an, si non probet, reus debeat absolui? Bart. cons. cxvij. & Roff. consi. clxvij. Quando qualitas adiecta dispositioni, sit necessariò probanda, vide plenissimas remissiones per do. Phi. in c. ij. in xlj. col. extrà de rescrip.

b Est ergo notandũ. ¶ secundũ Rof. vbi suprà ad literam rub. de libel. qualiter in accusatione cõcepi ante finẽ: hoc etiã posuit Accur. C. de accus. l. pe. in gl. fi. vbi et posuit formã libelli accusatorũ. §. quid continere.

c ¶ Quod hîc dictum suprà de loco loci, facit ad ea, quæ scripsi s. de instr. edi. §. postremò. alleg. instrumẽtũ. sup ver. quod si loc. Huic materię congruit quęstio facti, talis: Iudex Titium reum in iudicio confessum, quòd mihi debebat centum, condemnauit ad illa soluenda mihi intra certum diẽ, præcipiens, quòd illa in termino solueret sub pœna decem lib. termino transacto, & solutione nõ facta do petitionem, in qua narro contẽptũ præcepti facti apud acta, & peto illum cogi ad pœnã soluendã, quã incurrit ex contẽptu in processu causæ: reus dicit se absoluendũ, quia locus contẽptus, vel in quo dico contẽpsisse, non fuit expressus in libello, licet fuerit expressus locus præcepti: inducit l. libellorũ. canonizatã. ij. q. vlt. & l. fi. C. de accus. cũ si. hîc inductis: in cõtrarium ☞ allegat

Formas autem libellorum inuenies infrà e. tit. & infrà de simo. &
2 de hæret. & de homic. & de adul. & in aliis ti. ¶† Vltimò accusator subscribet in libello p se vel aliū, si nescit scribere, in hoc mō:
a FORMA inscriptionis [a]: Ego Lucius ꝓfiteor me hunc libellum
b dedisse anno domini M.270. mensis Maij intrantis die 9.[b] & præfatam accusationem me legitimè prosecuturum & probaturum promitto: profiteor etiā, & ad hoc me specialiter obligo, pœnā calumniæ, seu talionis me subiturum, si hanc accusationem calūniosè instituero: vel si in probatione defecero prędictorum Predicta omnia probantur 2.q.8. quisquis. & l. libellorum. quę est ff. de accus. C.e. in causis. & l. accusatoris. C. qui accus. nō pos. qui crimen. 4.q.4.c. nullo introduc. §. in scriptio & in concor. quæ sunt infrà tit. prox. in prin. de hoc in præ. §. quid continere. ver. à quo. ¶Qualiter autem inscribat se laicus clericum, vel minor maiorē accusans, vide j. de adulter. ver. sed quæritur. ¶Casus autē, in quibus non est necesse inscribi, vide s. de accusat. versicu. item quòd
c non rectè [c].

¶De secunda verò parte, scilicet de inquisitionibus, nihil in pręsens tangimus, quia eam plenè suprà in tit. de inquisitionibus discussimus.

3 ¶† Cæterùm de denunciationibus breuiter est sciēdum, quòd denunciatio criminis, vel excessus fit hoc modo:

Lib. Coram vobis talibus propono ego talis. ꝙ talis rector talis ecclesiæ, vel talis eps dissolutus est, vel fœminam tenet in domo sua continuè propter fornicationem: vel est homicida, quia talē tali die & loco taliter peremit. & dilapidat, & ꝯsumit bona ecclesiæ suæ: vel est simoniacus conferendo, vel recipiendo sacros ordines, vel alia sacramenta, vel beneficia ecclesiastica per pecuniā, vel adulterium cum tali vxore tali die & loco talibus commisit, vel est periurus, vel insufficiens: & super his publicè diffamatus apud bonos & graues, licet secundum regulam Euangelicā eum primò seorsum inter me & eum solum, secundò adhibitis aliquibus, qui prodesse poterant, diligenter & charitatiuè monuerim, vt se sup his corrigeret, ac de ꝯmissis Deo & ecclesię satisfaceret, tamen me non audiuit, nec aliquid apud eum profeci: quare nō valens hoc vlteriùs vrgente ꝯscientia tolerare, hoc vobis & ecclesiæ nunc dico, & super his scriptis vobis denuncio, & corā vobis, si necesse fuerit, sum probare paratus: & peto ipsum à sua administratione remoueri, & ante omnia, cùm sit de dilapidatione suspectus. omne genus alienationis sibi interdici. Præmissa probātur 2.q.j. si peccauerit. extrà de iud. nouit. ext. e.c.2. & c. inquisitionis. & c. qualiter. 2. & c. fi. & c. accedens. & de simon. c. licet Heli. 22.q.v. hoc videtur. in fi. 2.q.7. quapropter. de off. deleg. venera-
4 bili. hæc pleniùs dicuntur s. tit. de denunciatione. ¶† Nec in denunciatione est libellus necessari⁹: quia de plano expediri habet, vt ext. de iud. nouit. ad fi. Aliam formam denunciationis vide suprà qui mat. accus. non pos. Item aliam formam alteriùs tamē generis, suprà de empt. & vendit. §. fi. Aliam quoque s. de procur. §. sequitur. ver. in summa.

ADDITIONES.

☞ allegat ꝯtemptum ꝯsistere in animo ꝯtemnentis, & est quædam omissio faciēdi, non aūt est factum, cui possit attribui loc⁹, inducitur l. 4. §. j. ff. de act. emp. quę dicit, rem, quæ non est, æstimari nō posse: nec dari pt ei, qui in rerum natura non est, ff. de hære. insti. l. si liber homo. §. si ita scriptum. in fi. & eius. quod non est, nullæ sunt cāæ, ff. de iure codic. quidam referunt. Non faciendo autem facit id, de quo impetitur, ff. de regulis iuris, qui non facit. Sufficit ergo locus præcepti: aliàs illud esset inutile, etiam elusorium, ꝯ l. ff. de leg. j. si quando. de iud. prætor. & vide suprà de iurisd. om. iu. in fine, & quod ibi scripsi. Adhibetur tamen circa hoc talis cautela, quia requirā ipsum in termino, ꝙ soluat: quod si non facit, locum requisitionis exprimam in libello, vel accusatione: & fauebit can. 22. q. 2. faciat homo. quod potest facere: quia de procuratione carnalis copulæ dixi de testib. c. præterea. in fi.

a Forma inscriptionis. ¶plenior, quàm posita per Roff. in rub. quā proximè allegaui: sed in forma libellorum super diuersis criminibus ponit plenè hanc formam.

b Die nono. ¶aliàs xx. vide, quod no. in §. quid continere. vbi s. & j. allegato, ver. diem quoque. cum ver. seq.

c Rectè. ¶In cuius ver. fi. & de li. conce. §. fi. in prin. inuenies, quòd in Italia & in multis partibus non fit inscriptio per consuetudinē rationabilem, vt super illo ver. dixi: tamen aliqua contrà vide.

SVMMARIVM.

1 *Crimen publicum, seu extraordinarium per libellum est denunciandū, & qua forma debeat in hoc libellus confici.*
2 *Vendens filium alterius qua pœna veniat puniendus.*
3 *Agens l. Iulia repetun. qualiter libellum formabit.*
4 *Agens ciuiliter contra criminosum, qualiter formabit libellum.*
5 *Libellus qualiter sit super crimine læsæ maiestatis, vel hæresis, & similium, cōcipiendus.*
6 *Crimina priuata quæ dicantur.*

2. §. NVNC formæ aliquę libellorum legales in hoc generali tit. sunt ponendæ, quæ non poterant alibi
a commodè adaptari [a]. ¶† Scias ergo, ꝙ quædam sunt publica &
1 extraordinaria crimina, super quibus saltem super duobus exempli gratia libellum formemus: & primò super l. Fauia de plagiariis: in qua sic libellus concipitur:

Libellus. Coram, &c. propono contra P. ꝙ ipse hoc anno, mense tali vendidit in ciuitate Bon. in tali ipsius P. domo tali camera ipsius dom⁹ T. seruum Titij Caio pro decem, ipso T. irrequisito & ignorante: & hoc, imperāte domino Federico Romanorum Imperatore semper Augusto: vel regnante Ludouico Rege Frācię: vel temporibus talis Papę: quare eum super hoc vobis accuso, & peto ipsum l. Fauia de plagiariis, vestro arbitrio puniri, & puniēdum fore sententialiter declarari: & ego Lucius profiteor, &c. vt s. ff. ad leg. Faui. de plagiar. l. fi. Alij sic incipiunt: Anno tali, mense
2 tali, regnante tali, &c. sed in hoc non est vis. ¶† Si autem vendat quis filium alterius, tunc est pœna ordinaria. scilicet capitis: vnde tunc aliis seruatis, vbi dixi Vestro arbitrio, pone Pœna capitali, vt
3 in ea. l. ¶† Secundò super leg. Iulia repetundarum, in qua sic libellus concipitur:

Libellus. Coram, &c. propono ꝯtra P. ꝙ cùm ipse in ciuitate Bonoñ. potestatis, vel iudicis officium exerceret, tempore sui officij hoc anno, mense tali, in domo talis, in prima camera eius, regnāte tali, pecuniam accepit à T. aduersario meo ob iudicādum, vel non iudicandum: ob interponendum decretum, vel nō interponendum: & ipse iudicauit, vel interposuit decretum, vel non iudicauit, vel non interposuit decretum: vel recepit pecuniam ob dicendum testimonium, vel non dicendum, vel ob accusandum vel non accusandum: & ipse dixit testimonium, vel accusauit: vel non dixit testimonium, vel non accusauit: pone vnum ex his, qđ placuerit: & super hoc eum coram vobis accuso: quare peto ex vestro arbitrio eum vel extraordinariè puniri, & puniēdum fore sententialiter declarari: & ego Lucius, &c. vt suprà eodem tit. ff. ad leg. Iuliam repet. l. eandem. & l. Iulianus. §. hodie, quas habes j.
4 q. j. in fi. quæstionis: & hoc, cùm criminaliter agitur. ¶† Si verò ciuiliter, sic concipitur libellus:

Libellus. Coram, &c. vt s. in prox. lib. vsque, quod placuerit. iunge, quare peto ipsum in quadruplum condemnari, j. q. j. eum qui. 18. dist. quoniam. C. ad leg. Iuliam repetundarum, l. fi. in fi. Tamē in hoc libello non est necesse ponere aliquid de anno, vel mense, vel domo, vel nomine Principis, nisi velis: licet videatur ꝯ extrà de procurat. tuæ. nisi ciuiliter agat vir ad thori separationem propter adulterium: tamen omnem solennitatem inscriptionis ser-
b uat, licet se ad talionem non obliget [b]. ¶† Sunt & alia crimina,
5 quæ publica & extraordinaria sunt, vt crimen læsæ maiestatis, in quo qualiter libellus concipiatur, no. infrà de hæret. Item hæresis, simonia, homicidium, & adulterium, & similia, de quib⁹ infrà
6 in suis ti. dicemus. ¶† Alia verò crimina sunt priuata, vt furtum, iniuria, & his similia, de quibus etiam infrà per eos titulos differemus: & s. tactam distinctionem prosequere, vt suprà de accu. §. 2.
c ver. circa hoc [c].

¶De

ADDITIONES.

a Adaptari. ¶Hoc dicit, vt excuset quaternitatem huius rubricę in hoc opere, & totum, quod sequitur, Roff. fuit in nostris libel. rubrica de lib. leg. fal. & tit. præced. &, vt no. Azo & Accur. C. super rub. plagium dicitur à plaga: quæ sonat in vulnus, quod infertur domino, vel patri vendito filio, vel seruo, Esa. j. in prin. Vulnus, liuor & plaga. ponitur etiam pro patria & pro rete: datur versus:

Vulnera plagæ sunt religio plaga rete.

b Non obliget. ¶Hic contrarium seruatur: & sic verum est, ꝙ etiā in exceptionib⁹ talia sunt exprimenda, de quo satis scripsi de pur. can. c. fi. fortiùs in talibus libellus.

c Vers. circa hoc. ¶Illi ver. & huic fini congruet, quod quærit de illo, qui accusauit de crimine priuato, non exprimens suum interesse, an ex tali petitione possit cā diffiniri? & videtur, ꝙ sic, ex quo verè ipsius interest, licet id non expresserit in libello: satis est, ꝙ appareat in processu. facit extrà de rei iud. cùm Bertholdus. ff. de rei vend. l. 3. in fi. & de appel. l. scio. deposi. l. j. §. argentum. C. iud. licet & de fideicom. lib. l. deberi. & facit, quod no. in l. 3. ff. de priuat. delic. In contrarium inducitur accusatorem non fuisse legitimum, nec ipsius accusationem, quæ non expressit interesse, de accus. l. j. & l. 3. ff. de colluf. deteg. & in l. libellorum. canonizata 2. q. 8. Differunt enim in hoc publica crimina à priuatis: quia ad prima quilibet admittitur, ad secunda non, nisi cuius interest pro iniuria, ñ pro aliena, vt in præ. l. 3. de priuat. delic. & de sepul. viol. l. 3. §. si is.

a ¶De calumniatoribus[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra calumniatorem bonæ famæ concipiendus.*
2 *Actio in factum ex edicto de calumniatoribus, illi competit, contra quem recipitur pecunia pro accusando, vel non accusando de calumnia.*
3 *Contra recipientem pecuniam, ne calumniam alicui faciat, qualiter sit libellus formandus.*
4 *Positiones actoris & rei, ubi agitur de calumnia, qualiter sint formandæ.*
5 *Libellus qualiter sit concipiendus, ubi agitur senatusconsulto Volusiano.*
6 *Senatusconsultum Turpilianum quo casu locum habeat.*
7 *Accusator probans, sed per falsos testes, an sit, tanquam calumniator, puniendus.*



Ic libellus concipitur hîc:
1 Lib.†Coram,&c.propono q̃ P.ꝙ ipse calumniosam accusationem contra me instituit, vt meam famam integram apud bonos & graues viros crudelissimè laceraret, asserẽs me simoniam, vel adulterium, vel huiusmodi commisisse: & se ad ea probanda, & ad talionem etiam obligauit, in qua si quidem accusatione calumniosa, & in probatione obiectorum defecit: quare peto ipsum ab ordine tali, in quo est, deponi, & in auxilium ꝑpetuum deputari. & ad hoc ipsum sententialiter condemnari: &
b ego L.&c.vt s̃.de accus.§.j.[b] ver.vlt.extr.e.c.j.& 2.v.q.vj.quia iusta.2.q.3.calũniator.& c.seq.& q.8.quisquis.& c.q crimen. & q. 7.si qui sunt.ext.de accus.licet.ver.quia verò.extrà de iud.cùm ñ ab homine.in fi.Si verò denunciasset calumniosè, potest peti, vt à beneficiis perpetuò suspendatur, ext.e.c.2. Quòd si in modum exceptionis, ne electio confirmetur, petat, & ꝙ per terminum à
2 beneficiis suspendatur, vt extrà de elect.statuimus.¶†Porrò sæpe dat quis alicui pecuniam, vt te accuset de calumnia: quibus ca-
c sibus tibi datur actio in factum ex edicto de calumniatoribus[c] in quadruplum intra annum, pòst in simplum, ff. de calumniator.l. j.& j.q.i.in eum. Si ergo accepisti pecuniam, vt negocium mihi ꝑ calumniam faceres, sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P.qui recepit decem à T.vt mihi talem quæstionem per calumniam moueret: vnde illa decem peto in quadruplum mihi solui: & ad hoc propono actionem in factum, quæ oritur ex edicto de calumniatoribus, ff.de calũ.l.j.&
3 j.q.j.in eum.& c.concussionis.in fi.q.¶†Si verò accepisti, ne mihi calumniam faceres, sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c. conqueror de P.qui recepit decẽ, ne mihi calũniosam quæstionem moueret: vnde illa decem in quadruplum mihi solui peto, & ad hoc propono,&c.vt s̃.ff.e.si quis ab alio. &
4 in præ.c.in eum.& c.concussionis.¶†Actor ergo sic ponet:
Pos.act.Pono, ꝙ recepisti pecuniam à T. vt negotium mihi ꝑ calumniam faceres, ff.e.l.j.& 2.& l.generaliter.j.q.j.in eum. Item ꝙ recepisti aliquid, vel consensisti propter aliquod compendium. Item quòd T.mandante, vel ratum habente fuit datum. Item ꝙ volebas T, quæstionem mouere calumniosè, & dedi tibi pecuniam, ne moueres.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono, quòd iustam causam cõtra te fouebam: scilicet fortè de actione in factum, quæ oritur ex re iudicata. Item ꝙ agebã tecum ex vendito. hoc ꝯcesso, patet, ꝙ non per calumniam insistebat: ad quod duo exiguntur, & ꝙ calumniosè causa agatur, &
5 quòd pecunia detur, ff.e.l.j.¶† Verùm sæpe plures conueniunt
d in lite alicui mouenda[d], vt id, in quo reus condemnabitur, communiter inter eos diuidatur: quo casu locum habet senatusconsultum Volusianum, in quo sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.& T. qui ꝯuenerunt cum M. vt litem mihi inferret, vt quicquid ille exegerit, totum inter eos esset commune: vnde cùm ille à me exegerit decem, vel vendicauerit domum, peto illa decem, vel domum ab eis mihi reddi, & eos mihi in duplum condemnari, ff.de concus.l.j.C. de fals.l. pe.& hoc si agit ciuiliter. Si verò criminaliter, concipitur secundum l. ff.de accusat.libellorum. quæ est 2.q.8.& s̃.tit.prox.in prin. Est &
e senatusconsultum Libonianũ, de quo vide s̃.de fide instrumẽ.[e]
6 ¶†Est etiam senatusconsultum Turpilianum, quod locum habet.cũ quis non impetrata abolitione ab accusatione discedit, ff. ad Turpil.l.j.& l.quæsitum.2.q.3.c.si quæ.§.si quis autem.in quo sic libellus concipitur:
Lib.Corã,&c.ꝯqueror de P.qui cũ me accusasset lege Iulia de vi
f publica[f]. ipse lite contestata[g] ab accusatione sine abolitione de-
g stitit, & sic in Turpilianum senatusconsultum incidit, cuius pœna est quinque librarũ auri: vnde peto ipsum pervos mihi in hoc condemnari, & illam pœnam mihi dari & solui, C.e.l.j.ff.de præ-
h uaric.ꝑuaricationis.2.qu.3.Paulũ.& §.hinc colligitur.& c.seq.[h]
7 ¶†Quid si actor probauit, sed ex aduerso probatum est testes eius infames esse, & ita iudex absoluit accusatum, nunquid accusator, tanquam calumniator, punietur? Et videtur, ꝙ sic: quia effectum inspicimus, extra de bigam. nuper. Quidam tamen ꝯdicunt, arg.ff.de bon.liber.l.qui cùm maior.§.fi.ff.de condit.&demonst.
i l.Mæuius, cui fundus.& vide s̃.de accusat.§.fi.ver.fi.[i] super hoc vide, quod no.s̃.de accusat.§.v,& de abol.§.j.

ADDITIONES.

☞multum facit, quia non videbatur admittendus, nisi priùs suum interesse probaret, extr, de testi.veniens.2. Communiter tenetur hac exceptionem in vim dilatoriæ proponendam; & post litem contestatam opponi non posse, extrà de reg.iur.inter. C.de procur.ita demum.& de excep.l.fi.facit, quod post Inn.scripsi de accusatione, super quæstione.super verbo, obiectum.in fi.Non tamẽ pro eo iudicari posset, nisi ostenderet interesse. Habebit igitur id ostẽdere, ff.de anna.excep.si ex multis. Fuisset autem à principio repulsus, si fuisset obiectum, nisi suum interesse docuisset, vt in d. c.veniens.

a Quis dicatur calumniator, preuaricator, vel tergiuersator, vide 2. q.3.c.si quem.§.notandũ.vbi Gratianus posuit tex.l.j.ff.de aboli. crim.& de his Summistæ hîc: & vide Host.hoc tit.§.quando. qui materiam no.ff.de infa.athleta.§.calumniatur. Pleniùs prosequitur, ponens quinque opiniõe, quarum prima habet calumniatorem quem non dici, nisi de calumnia conuincatur. Secunda, ꝙ sacramento purgatur calumnia. facit, quod no.e.tit.c.j. Tertia distĩguit, an sit, vel non sit iuratum de calumnia. Quarta distinguit criminalem à ciuili. Quinta, quæ sibi placet, est, calumniatorem in omni causa presumi eum, qui non probat: non tamen semper de calumnia puniri: prosequere, vt ibi. Ex officio autem iudex absoluens accusatum, punit accusatorem: quod dic, vt C.e.l.j.Guid.de Suz.super pre.§.calumniator.dat consilium, ꝙ reus accusatori respondens sic dicat: Nego omnia & singula, de quibus sum per Titium accusatus, dicendo ipsum Titium me per calumniam accusasse: vnde peto ex nunc à vobis, domine iudex, vt ipsum, vt calũniatorem, vestro arbitrio & officio puniatis. excitabitur enim per hoc officium iudicis ad id, quod tenetur, etiam hoc non sic peti. ꝯo, vt in l.præallegata.

b §.j.¶Congruentiùs dixisset s̃.tit.prox.propter varietatem rubricarum, de quo s̃.dixi in rubr.de accusatore.

c Ex edicto de calum.¶quod est 9.inter edicta, quę Roffr.prosequtur, & totum eius est vsque ad ver.verùm. Pecunia autem hîc largè sumitur, ff.e.l.j.§.fi.& l.2.j.q.3.totum. Et hæc actio non est natiua, sed datiua, id est, data ex æquitate prætoris: summa in hoc, ꝙ pecuniam tibi datam tertiò à te repetam. Istius autem quadrupli triplum est poena: aliàs etiam post annum esset pœnalis, cùm tũc possit peti simplum: de hoc ibi per eum in fine.

d Mouenda.¶Etiam si aliàs iustè moueatur secũdum Roff. vbi de hoc tractat, dicens, quòd sufficit, sic legem scriptam esse, vt allegat, ff.qui, & à qui.l.prospexit.

e Suprà de fid.instr.¶in fi.& hoc Roff. continuat suprà vers.prox. & hoc sequens huic.

f De vi pub.¶In priuatis enim non est locus Turpiliano, ff.eo.l.si quis.§.j.& l.in priuatis. sed extraordinariè punitur, vt ibi.

g Lit.contestata.¶Istud statim reassumam.

h Et c.seq.¶Lib.fuit Roffr.dixit lit.contest. qui secutus fuit opin. Azo.dicentis in Summa huius tit.ante lit.contest.non habere locum Turpilianum, ff.e.quæsitum, quasi non accusauerit, sed accusare voluerit, ff.rem ratam hab.l.amplius. Dicebat tamen ꝙ domino suo ꝯtrium videbatur post libellum oblatum, ff.e.ĩ senat[9]. §.qui post.& de cal.l.pe. Roffre.vt dixi, adhæret Azo.& benigna mitigatione pœnarum sufficiat regula, in pœnis. libr. vj. & vide, quod dixi s̃.de accusat.§.quintò tractandum.circa med.

i Ver.fi.¶cum remis. quas ibi dedi: & quod hîc sequitur, non respicit quæstionem, sed rubr.& eius materiam. Item quod sequitur, scribatur extensè, aut sup.tractandum.

¶Baldus de Accusat.& calumniatoribus.

Forma denunciationis super dilapidatione.G.hic. Si auctor probauit, tamen testes sunt repulsi per infamiam, excusatur à calumnia, §.fi.G. Et sic nota, quòd ad accipiendum, vel accusandum de calumnia sufficit probatio per testes infames. Bal.

a ¶De Simonia[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Intrat Roffred. materiam accusatorum, formans libellos certos coniunctim: tertium ponit de simonia. Bonagui. 2.part.char. penultim.primum libellum de hoc format. Item Aegid.cap.lxxxij. & dicam j.de quæstione venereali 73.an sit simoniacum dare pecuniam episcopo, ne simoniacè ordinet: dixi c.2.cùm in ecclesia. vt in vlt.gl.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter ſit in caſu ſimoniæ concipiendus.*
2 *Libellus cōtra eum, qui beneficium ſimoniacè adeptus eſt, qualiter ſit formandus.*
3 *Patroni & parochiani an poſſint ſuos ſacerdotes de ſimonia, vel de adulterio, vel alio crimine accuſare.*
4 *Simoniacè in monaſterium intruſus qualiter petatur extrudi.*
5 *Contra venditores, vel emptores iuriſdictionum vicedomini, vel huiuſmodi, qualiter ſit formandus libellus.*
6 *Laici an poſſint cogi ad eccleſiaſticas conſuetudines obſeruandum, quo ad ſolutionē ſeruitiorū pro nuptijs, & exeqis mortuorū, & ſimilibus p eos exhibitis.*
7 *Receptio in religionem ſub hac forma, Recipimus te, ſi detuleris, vnde viuas, &c. an ſit valida.*

a SIc poteſt libellus concipi [a]:
1 Lib. † Coram, &c. propono ꝯ P. ꝙ ipſe fuit hoc anno tali menſe, à tali epiſcopo in presbyterum, vel diaconum per ſimoniam promotus: quia decem marchas vel palefredum dedit eidem epiſcopo, vt eum ad dictum ordinē ordinaret: quæ quidem munera ipſi epiſcopo ex pacto dedit ī tali ciuitate in domo talis, in prima camera domus ipſius, præſidente ſummo pontifice domino Clemente Papa IIII. quare peto eum à ſic ſuſcepto ordine degradari, & degradandum fore ſententialiter condemnari: & ego Lucius, &c. vt ſ. de accuſ. §. j. verſ. vlt. ext. e. ex tuæ. & c. de regularibus. & c. per tuas. 2. & j. q. j. erga. & c.
2 quod quidā. & q. v. præſentium. ¶ † Si verò beneficium ſit quis ſimoniacè adeptus, vel electus, ſic concipitur
Lib. Coram, &c. propono contra P. ꝙ ipſe tale beneficium fuit adeptus per ſimoniacam prauitatem, vel in tali eccleſia ſimoniacum habuit ingreſſum, nec intrauit per oſtium, ſed aliunde conſcendit, dando videlicet centum epiſcopo, vel eius familiari, vel pater eius, vel alius dedit pro eodē: quare peto ipſum bñficio huiuſmodi, ſeu adminiſtratione ſententialiter priuari & priuandum fore decerni: & ſuper ipſa eccleſia, & iuribus & pertinentiis ſuis ſibi perpetuū ſilentium imponi, ext. de accuſ. licet. & c. veniens. j. q. j. ordinationes. & q. v. c. j. ext. de elec. ſi alicuius ext. e. ex inſinu-
b atione. & c. ex diligenti. j. q. 3. ſi quis obiecerit. ¶ Vel ſic [b]:
Lib. Coram, &c. propono ego P. canonicus Mutiñ. ꝯ H. qui ſe gerit pro epiſcopo eccleſiæ Mutin. ꝙ ipſe ſimoniacū habuit ingreſſum, nec intrauit per oſtium, ſed aliunde conſcendit: de quo publica infamia laborat: vnde ipſam eccleſiam illicitè occupatā detinet in animæ ſuæ periculum, & ſcandalum plurimorum: quare ipſum vobis defero & accuſo petens ipſum à beneficio deponi, & ab adminiſtratione dictæ Mutiñ. eccleſię remoueri, & ſuper ea, ac eius iurib⁹ perpetuum ſilentium imponi, & ad hoc ipſum ſententialiter condemnari, ad pœnam talionis, ſi in probatione defecero, me adſtringens, ſecundum Aegid. Sed tu hanc formā col-
3 lige ex præmiſſis. ¶ † Poſſunt etiam patroni & parochiani ſuum ſacerdotem de hoc, vel de adulterio, vel de alio crimine accuſare 16. q. vlt. filius. & q. j. conſtitutum. ext. de teſti. ex parte A. 23. diſt.
c illud [c]. ¶ † Porrò ſi quis, vel ſi qua pretio in monaſterio recipit,
4 ſic libellus concipitur [d]:
d Lib. Coram, &c. vt ſ. in j. lib. vſq; quare peto. verbis ꝯpetēter mutatis, iūge, monachum, vel monialem de ipſo monaſterio expelli, & in locum arctioris regulæ ad agēdum perpetuā pœnitentiā intrudi. Et eodem modo contra abbatem, vel abbatiſſam, & c. tit.
5 quoniam. & c. vlt. & c. non ſat. & c. ſeq. & c. veniēs. ¶ † Eodē modo in emptoribus & venditoribus iuriſdictionis, vel vicedominatus, vel huiuſmodi, & in aliis diuerſis articulis huius materiæ, vt e. tit. conſulere. j. q. 3. ſaluator. ext. ne præla. vic. ſuas, vel iuriſ. per to-
6 tum. ¶ † Quòd ſi laici conſuetudines in his diu obtentas nolint ſeruare, ſic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. propono ꝯ T. ſyndicū vniuerſitatis & homines talis loci, ꝙ cùm pro benedictionibus nubentium, vel exequiis mortuorum, vt mortuus, ſeu eccleſia habeat lectū ſuum, vel veſtes, vel pro baptiſmo, & huiuſmodi conſueuerunt tantum dare de conſuetudine diu obtēta, homines vniuerſitatis ipſius conſuetudinem ipſam nituntur infringere prætextu canonicæ pietatis quare peto nomine dictæ eccleſię ipſos ex officio veſtro cogi ad conſuetudines huiuſmodi obſeruandas, & eos ad id ſentētialiter
e condemnari, ext. e. audiuimus [e]. Cōtrà ext. e. cùm in eccleſia. & c. Iacobus. vbi dicitur, ꝙ in talibus conſuetudo nō valet: quare Io. dicit, præmiſſam decretalem in aliis laudabilibus conſuetudinib⁹ intelligendam: & Inn. IIII. dicit, ꝙ non cogitur quis talem conſuetudinem ſeruare. Tu tene, quod dixi in libello: quod tamen ī-
f tellige ſanè [f]. Conſultiùs tñ aget rector, ſi ꝯ hæredes defuncti, vel contra lecti, vel veſtimentorum detentores agat, vel petitorio, vel poſſeſſorio, prout occurrerit, q̃ ſi totam vniuerſitatem in ius vocet, niſi tota vniuerſitas ſibi ſuper hoc controuerſiam faciat. tunc enim poteſt, vt ſuprà de accuſ. ver. ſi. ¶ Qualiter autem concipitur libellus in l. Iul. repetundarum ꝯ eum, qui pecuniam recepi ob iudicandum, vel non iudicandum, dixi ſ. de accu. §. nūc for-
7 mæ. ver. 2. ¶ † Et nota, ꝙ non licet aliquem recipere ſub hac forma: Recipimus te, ſi detuleris, vnde viuas: quia bona eccleſiæ nō ſufficiunt niſi nobis, extrà e. in tantum. Alij tamen contrà, argu. j.
g q. j. ſi quis propter [g]. In ſequenti titulo non formo libellum, quia de illa materia tetigi ſ. e. tit. ver. etiam.

ADDITIONES.

a Sic poteſt libellus concipi. ¶ Secundum Roſ. vbi ſuprà.
b Vel ſic. ¶ Bonagui. expreſſit Cardinalem datum auditorem, &c.
c Illud. ¶ Et de his Bonagui. & Aegi. formauerunt libellos, vbi ſ.
d Conci. ¶ ſecundum Roſ. vbi ſuprà.
e Audiuim⁹. ¶ Credo, quòd dec. ſeq. ad apoſtolicam. voluit allegare: quod etiam apparet ex ſequentibus, quia ibi eſt gl. Io.
f Sanè. ¶ Vt ſcripſi e. tit. ad apoſtolicam. in gl. magna, & ſuper verbo, liberè cōferantur. & ſuper 2. gl. ſcilicet quòd nullo modo ſacramētū ̧ppter id non ſolutū denegeť, vel loco pignoris teneať.
g Si quis propter. ¶ Vide, quod no. eo. tit. quoniam. 4. glo. & ſuper ea dixi.

ADDITIONES NOVAE.

§ Not. quod ſi ius commune deducatur in pactum non eſt ſimonia, Inn. & Hoſt. in c. auditam. de reſcr.
No. quòd non committo ſimoniam ſi detur aliquod temporale pro bono pacis, vel cauſa pietatis renuncianti iuri ſpeciali, Inn. in c. non ſine mulcta. de arbi.
Not. quòd ſi me procurāte fui electus, licitum eſt mihi ſoluere aliquid pro confirmatione, gl. ī l. eos qui vtenſilia. de decur. ſuper ver. petere quæ incipit, in homine.
De eo qui reliquit monaſterio ſi talem reciperent in ſororem, Bar. in l. vxorē. §. hæres. de leg. 3. & l. Titio. §. Titio. de ꝯd. & dem.

a ¶ De Magiſtris [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Salaria quibus magiſtris debeantur.*
2 *Magiſtri qualiter debeant ſuas poſitiones pro ſalarijs exigendis formare.*
3 *Res medico vendita pro ſanatiōe alicuius membri, quo caſu veniat repetenda.*
4 *Libellus qualiter ſit ſuper aduocatorum ſalarijs concipiendus.*
5 *Salarium ſi ſtipulatio interceſſit, petitur certi condictione, quæ oritur ex ſtipulatione.*
6 *Studentes in curia Romana quibus, aut quorum priuilegijs gaudere dicantur.*

1 SCias, quòd † quoddam eſt officium iudicis, quod datur loco principalis actionis pro mercedibus & ſalariis grammaticorum rhetorum, geometrarum, medicorum, aduocatorum, obſtetricum & nutricū, ff. de
b var. & extrao. co. l. j. §. j. & p totū: q̃b. ſalariis dixi ſ. ī ti. ď ſalariis [b]: in quo

ADDITIONES.

a Auctor non plus poſuit de rubr. hìc autem in principio remittit ad rubricam ſuprà de ſalar. In illa autē rubrica, quæ eſt vltima primæ partis, in ſi. pe. §. ipſe remiſit ad libellum Roſ. in tit. de conſtitut. de ſuffragio: & hæc eſt ad finem vol. & ad rubr. de offic. iudic. quo petitur ſalarium, &c. In illis autem tractauit auctor theoricam materiæ: hìc autem reſeruauit practicam & libellos. De dominicali lx. de magiſtro, qui vult intra terminum recedere, & ſubſtituere æquè bonū, vide ſup regula, qui facit. lib. vj. De ñ adſtricto diſputare, qui diſputauit, ſed reliqua per ſtatutum debita nō peregit, vide ſuper regula, acceſſorium. lib. vj. De magiſtris componentib⁹ libros, an ſua nomina inſcribere debeāt, vide in ſi. Nouellæ vj. Dominicalis l. de ſcholari, qui remanſit in ſcholis ad libri cuſtodiam, tangitur extrà depoſ. c. ſi. poſt prin. Venerealis 77. de ſcholari, qui ſocio mutauit pecuniam, quam vſurario ſoluere volebat, tangitur de fideiuſſor. peruenit. ſuper gl. ergo. Quæſtionem autem Io. de Deo de impetrante, qui dixit ſe ſcholarem, cū non eſſet, vide ſuprà de reſc. præſen. §. ratiōe impetrantis. circa ſi. De ſcholari recedente ſine licentia creditoris ex mādato epiſcopi, vel patris, vide ſuprà in regula, in ma. li. vj. An teneatur depoſiti ſcholaris, in cuius camera ſocius librum poſuit, nihil dicens, vide ſuper rubrica de depoſito. An ſatis ſit ſcholari conuento, qui ſatiſdare tenetur, dare alium ſcholarem, vide ſuprà de ſatiſdat. §. 2. ver. quid ſi ſcholaris. De minore ſcholari hoſpitium cōducente, ſcripſi ſ. de locato, §. poſt quam. ver. porrò. poſt poſitiōes actoris. Item plures quæſtiones de ſcholari conuento, vide ſuprà de reo, ver. item ſcholaris. & ver. ſeq.
b De ſalariis. ¶ Roff. rub. de ſalar. ponit de his libellos.

a in quo sic libellus concipitur[a]:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui cũ mihi pollicitus esset decem libras pro patrocinio,quod ei præstiti in tali causa:vel cũ per me non staret,quo min⁹ præstarem:vel pro cura infirmitatis suę, vel pro doctrina, illas decem libras mihi soluere recusat. vnde a-
b go ꝯ eum,vt mihi soluat:& ad hoc propono officium vestrum[b],
2 vt ĩ p.l.j.§.ĩ honorariis.&§.aduocatos. ¶† Actor ergo sic ponet Pos.act.pono,ꝙ sum grammaticus,rhetor,aduocatus, &c.vt s̃.Item ꝙ conuenisti mihi dare decem libras pro doctrina,vel cura, vel pro salario causæ. Item ꝙ conuenisti ante litem contestatam in aduocato C.de postul.quisquis. Item ꝙ patrocinium illud,vel curam,vel seruitiũ tibi exhibui,vel docui,ff.de var.& extraor.co. l.j.C.de suffrag.l.vnica.Item ꝙ causa adeo fuit magna, ꝙ contingebant me decem libræ pro salario. Item ꝙ consuetudo est ĩ par tibus istis,ꝙ tãtum salarium detur,ff.de var.& extraor.cog.l.j.§.in honorariis.& §.aduocatos.¶Reus verò sic ponet:
Pos.rei.Pono,ꝙ dicebas te grammaticum, vel medicum,vel aduocatum,& nihil sciebas,ff.de orig.iuris,l.2.circa fi. ff.de mun.& honor.vt gradatim.§.reprobari.ff.de excus.tut. sed & reprobari. C.de profes.& med.grammaticos.lib.x.Item ꝙ mihi gratis exhibuisti patrocinium,doctrinã,vel curã.Item ꝙper te stetit,quò minus præstares,ff.mand.l.j.C.de cond.cau.data,aduocati.Item ꝙ recepisti nomine palmarij vltra xx.lib.Turo.ext.in dec. Greg.X.de
c postul.properandum.§.cæterùm[c]. ¶† Porrò si is, qui patitur in
3 oculis,vendit aliquam rem medico,quia tamen mala collyria in oculis apponit,sanus factus rem venditam potest repetere ꝑ officium iudicis loco principalis actiõis,ff. de var.& extraor.cognit, medicus.in quo sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. qui cũ paterer infirmitatem in oculis propter aduersa medicamenta,quę apposuit in oculis,cõpulit me vineã meã sibi pro xx.vendere,& vendidi, vñ ago ꝯ eũ officio iudicis,vt rescissa prædicta venditione, vineam meam mihi restituat, & ad hoc propono officium vestrum,vt in præ.l.medicus.Si autem non vendidit,sed dedit,sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c.vsque,compulit me.iunge,librum,vel equum sibi talem dare.vnde ago contra eum officio iudicis,vt rem meam restituat, & ad hoc propono officium vestrum vt in prędicto tit.
4 ¶† Cæterùm[d] super salariis aduocatorum sic cõcipitur libell⁹:
d Lib.Coram, &c.conqueror de P.cui cũ promisissem pro salario suo equum meum,vel prædium meum,vel domum meam talẽ, ipse auctoritate propria equum meũ occupauit:quare peto possessionem ipsius equi,prædij , vel domus mihi restitui,& eum à petitione salarii,ꝙ amodò illud à me petere non possit,per sententiam vestram excludi.& ad hoc propono ꝯdictionem ex le.C.de
5 suffr.l.vnica:vel potest peti officio iudicis,vt dixi.¶† Sed & sala
e rium[e],si stipulatio intercessit,petitur,certi condictione,quæ oritur ex stipulatione:qđ dic,vt s̃.de salar.§.sequitur.ver.is quoque. & tunc sic libellus concipitur:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui mihi certum promisit salarium,putà decem,& illud mihi dare recusat,licet per me non steterit,quò minus sibi patrocinium præstarem:vel si præstitisti,dicas: cùm sibi patrocinium præstiterim:vnde illa decem peto certi cõ
f dictione, quæ oritur ex stipulatione[f],arg.Inst.de verb.ob.ĩ prin.
6 ¶† Et nota,ꝙ studentes in curia Romana gaudent illis priuilegi
g is,quibus gaudent studentes in studiis generalibus,vt in constit.
h Alexan.IIII.[g]de priuileg.cùm de diuersis[h].

ADDITIONES.

a Conci.¶secundum Rof.in præ.rubrica de off.iud.vbi etiam sunt positiones sequentes.
b Officium vestrum.¶Vide,quod hic additur in fi.in vlt.libello.
c Properandum.§.cæterùm.¶quã hodie non habemus:& tunc auctor recipit rubricã quartam post proximam,in qua specialiter ad hunc casum datur iudicis officiũ:nec dedit Roff.positiones,quas dixit facilè colligi ex tribus necessariis, quòd ille fuit infirmus,& medicus apposuerat medicamenta mala, quòd ille propter hoc vendiderit,vel dederit.
d Cæterùm.¶Hic assumit de suffragio verba Rof.super rub.constitutio de suffragio.
e Sed & salarium.¶Reuertitur ad primum dictum.
f Ex stipulatione.¶Et si incertum,per actionem ex stipulatu, vt ibi dicitur.
g Alex.IIII.¶Imò est Inn.IIII.& est 2.in ti.lib.vj.
h Cùm de diuersis.¶An per id debeantur fructus beneficij,ibi no. in vlt.gloss. & vide,quod scripsi de clericis non resid.tuæ.De studio Theologiæ,de quo hîc in nigro,nil dicit auctor:ꝓpter quod supplendo,quæro de illo, qui studẽdo in Theologia recepit per quinquennium,vel circa fructus præbẽdæ suæ in absentia:demũ hoc tacito,impetrat à Papa quòd fructus illos percipiat quinquẽnio in illa studendo,an valeat impetratio,Circa quod sciendum, vt scripsi in dec.licet.de præb.si illa decr. manauit post dec.super specula.hoc e,ti.fuit rescriptum iuris communis,non priuilegium:si pri⁹,fuit priuilegium.illud autem ignoramus: quia fuerũt ambo eiusdem auctoris: & ibi dixi:hodie autem nõ daretur talis forma per modum priuilegij,nisi in casu thematis primo tempore expresso:quia tale esset tacitum:quo expresso forsan priuilegium nõ habuisset.Forsan,dixi:quia in illis studiis,in quib.magistrari non potest in Theologia,qui certo tempore nõ studuerit:putà octennio, iustè peteret de gratia volens magistrari:qui studuisset quinquennio,gratiam pro triennio : vel qui studuisset triennio,gratiam pro quinquennio;facit ad hoc constitutio Benedicti circa Cistercienses,que incipit,Fulgẽs sicut stella.ad fi.Vbi autem nulla expressione tali facta peteretur ad hoc priuilegium,cãcellaria denegaret,dicens,Habes ius commune, si vis iudicem iustitię,parati sumus dare:& si illud reciperet,tacitum priuilegium iuris,quo vsus non fuerat,valeret.sup his vide,quod scripsi s̃.de cler.non resid.super rubrica,ver.vbi,in 2.q.

ADDITIONES NOVAE.

So Not. quòd studium viguit in Bononia ferè mille annis. in cle. j.de magist.
An magistri vel scholares,an omne simul,faciãt vniuersitatem gl.in l.fi.C.de iurisd.om.iud.ꝙ scholares faciant vniuersitatẽ,no. in c.in causis.ext. de proc.& no.quò ad hanc materiam quæ dicit Bal.in auth.habita.ne fil.pro patre.

¶Baldus de magistris.

Studentes in curia habent priuilegium studentium in studiis generalibus,§.fi.G.Nota,ꝙ doctor in legendo debet considerare vtilitatem scholarium:dicit tamen Cy. scholares vt plurimum laborant contra propria commoda,sicut mulieres : ita dicit ipse in l.4.C.de sponsali. ¶Nota,ꝙ leges non debent legi,nisi in ciuitatibus habentibus priuilegia studij: quæ priuilegia nullæ ciuitates habent,nisi eis concedantur à principe : & ideo clerici studentes in aliis ciuitatibus, non habent priuilegium de fructibus percipiendis præbendarum in absentia: quia studia, quæ non sunt priuilegiata,reputantur adulteria,secundum literam,quę est in §.discipuli.in procemio Digestorum:& sic doctorato detur licentia legendi hîc & vbique,illud debet restringi ad loca debita & ꝯgrua secundum Cy. Dicunt tamẽ Doctores, ꝙ consuetudo inueterata & præscripta dat priuilegium,& similis est priuilegio:facit,quod no.ff.de iur.om.iud.l.more.& l.& quia. ¶Doctor, qui non potuit perficere librum propter aliquam difficultatem,tamen salariũ meretur:de quo dic, vt l.j.§.diuus. de var.& extraord.cog.& probatur in procem.Digest.§.his igitur.& ver.sufficit.Nota,quòd socij doctorum gaudent priuilegiis eorum.

a ¶De Iudæis & Saracenis[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a De vtrisque recurre ad Summistas:& vides, ꝙ auctor non compleuit rubricam scilicet de eorum seruis:quia de illis tractare nõ intendebat.Sed Host.in Summa diuisim prosequitur, vt tres rubricas.Practici auctores hanc materiam non tractarunt ꝑter Rof. qui libellum cõposuit ĩ. descriptum super constõne,Christiani. ad finem voluminis libellorum iuris ciuilis.Et vides,ꝙ in libello proponitur ꝯdictio ex illa lege:auctor vnũ omisit de textu legis, non ignorandum. quia rectores prouinciarum & officiales locorum,si talia sic non vendicauerint,ad illam pœnam tenentur. Et scias,ꝙ satis Roff.institit sup illa lege,& q̃rit in fi.an si Iudæus, vł paganus non vult agere condictiõe ex illa lege,sed velit agere vi bonorum raptorum,an sibi id liceat?arguit,ꝙ sic.per l.ff.de publican.l.j.§.vnde quæritur, ibi dicitur, ꝙ agere volens contra publicum potiùs vi bonorum raptorum,furti,damni,vel iniuriæ, quã edicto de publicanis,auditur.Ipse tenet contrarium,dicens, eis ñ dandam potestatem agendi, nisi in quantum expressè. ius concedit,cùm priuilegiis sint indigni.Non obst.qđ infrà dicam,quia vi bonorum raptorum datur intra annum in quadruplum. Sint ergo contenti duplo,quod eis permittitur.Item scias, quòd qa lex illa vtitur his verbis Diripuerunt, Abstulerunt, Rapuerunt, putat ipse,ꝙ hoc dicatur de duplo,locum habere in mobilibus, qb. illa verba conueniunt, Instit.vi bon.rap.§. sed nedum. & secundum hoc in illis locum habebit duplicatio. Vnde in libello vides,ꝙ libellus duplicationem applicat ad ablata : quare in fundo sufficit possessionem eius restitui: & poterit agi. Vnde Iudæi cùm Romanis legibus vtantur, C.de Iudæis.Iudæi. Item scias de c.posito in libello, in vno libro Roffre. habeo extensè codicem, in alio cẽtum.Et sciendũ,ꝙ licet de Iudæis habeamus expressum, ꝙ tenentur ad decimas prædiales,de decimis,c.de terris.& ad æstimationem personalium, quas soluerent Christiani,de vsu.quãto.in fi. quia de Saracenis nil habem⁹ expressum ĩ regnis Christicolarũ, ĩ

SVMMARIVM.

1 *Iudæis, vel paganis violentiam inferri iura prohibent.*
2 *Saracenis arma, ferrum, & similia Christianis nociua deferens, excommunicatus habetur.*
3 *Serui ob delictum, vel maleficium effecti, an possint libertatem consequi.*
4 *Saracenos docens arma, naues, vel machinas, & similia facere, qua pœna sit mulctandus.*
5 *Iudæi legem Moysi ad literam seruare dicuntur.*

1 IVra nolunt,† φ Iudæis, vel paganis violentia, seu rapina inferatur: quod si fiat, sic concipitur libellus: Lib. Corã, &c. ɔqueror ego A. Iudeus, vel pagnus de P. Christiano, qui me de possessiõe talis fundi, quem possidebam, eiecit: vel ꝑ vim ablatiuã mihi abstulit cẽtum: vñ peto possessionem dicti fundi, vel cẽtũ, seu mihi ablatũ, in duplũ ab eo mihi restitui: & ad hoc propono ɔditionem ex l. C. de paga.
a & e. fac. Christianis. vel dec. ext. e. sicut Iudæi [a]. ¶† Et nota, φ si qs
2 deferat arma, ferrum, vel lignamina Saracenis, aut in eorum nauibus regimen exerceat, excommunicatus est, & capientis eum
b seruꝰ efficitur, vt extrà e. item quorundam [b]. † Sed nunquid capi
3 ens illi dare poterit libertatem? Respond. non: sicut si princeps alicui cõcedit latronẽ in seruũ, non pt illi dare libertatẽ, C. quibꝰ
4 ad liber. procla. ñ licet. de latronũ. ¶† Quid si aliquis Christianꝰ docet Saracenos facere naues, vel machinas, quomodo punieť? Respon. si ipsi primò non habebãt peritiã huiꝰ artis, decapitãdus
5 est, C. de pœ. l. fi. C. de malef. & mathe. l. j. ¶† Et scias, φ Iudæi le
c gem Moysi seruãt ad literã [c]: quidam autem ex Saracenis recepe
6 runt quinque libros Moysi, sed prophetias abiecerunt. ¶† Dicuntur autem Iudæi Agareni, Ab Agar ancilla Saræ liberæ, vt ex tr. c. si Iudæos. Saraceni verò dicti sunt à Samaria ciuitate, & non à Sara. Item ita abstinendum est à communione Saracenorum, sicut & Iudæorum, vt 28. q. j. sæpe. & c. seq. nisi in casu, qui est extr. e. quàm sit.

ADDITIONES.

☞ quibꝰ habitãt Saraceni, sæpe de his disputatur & allegatur ꝑ Saracenis, scilicet φ nullo iure de eius cautũ est, φ teneatur. Item φ non consueuerũt, potissimè quia olim fuerãt loca illa Saracenorum in hoc pro eis allegať præ. dec. quanto. in fi. à contrario sensu. Item allegať, φ soluũt decimas regibus. His non obstantibus dicẽdum est eos ad prædiales indistinctè teneri, sicut ď Iudæis dicitur in præced. c. de terris. Principaliter eñi in illis operatur manus Dei, cùm nullus sit potens de mortificato semine fructũ habere, de deci. cũ ñ sit. Itẽ Dei est terra & fructꝰ eius, vt in psalmo, Domini est terra. & 13. q. 2. in Ecclesiastico. Item hoc onus decimæ sequiť possessorẽ, quicũq; sit, C. sine cen. vel reliq. l. 2. & 3. & lib. x. de anno. & trib. l. prima. ad hoc induciť gl. Inn. qui in Decre. in aliquibus tit. præ. de decimis, fecit de Saracenis mẽtionẽ in prĩcipio. Hìc insto: quia glossellã illã non posui. Dicit enim ibi Inn. in principio, super verbo, promiscuè. sicut Saraceni & Iudæi ĩ Vngaria. Hæc non posuit Inn. putãs illam ñ conuenire literæ sequẽ. ibi, quamuis censeãtur nomine Christiano. sed hoc supplebo, q̃uis super, quidã ex eis censeãtur, &c. bene ɔpetebat gl. & sic facit ad propositum. Ad ɔsuetudinem, quæ allegatur, respondetur, φ saltem in prædialibus non procedit, vt no. e. tit. de deci. c. j. libr. vj. & dixi in quæstione porrorum, in 4. parte super regula, qui prior. Nec iuuat, quod dicitur Saracenos olim tenuisse terras illas. Respondetur enim, φ priùs fuerãt Christianorum: & sic recuperatæ per Christianos naturam suam resumũt, 7. q. j. pastoralis, & dato, φ nunquam priùs fuissent Christianorum, ex quo sub eis sunt regi debent lege diuina & canonica, ext. de deci. parochianos. & arg. à ɔrio non procedit, vbi resistit iuri, vt satis scripsi de postul. bonæ. 2. super vltima gl. Non iuuat ẽt, quod dicunt se decimam soluere regibus: quia illa est decima temporalis dominij, & nos tractamus de diuina & canonica, vt probatum est prox. suprà. Itẽ & si hoc cessaret, respondetur per dec. eam te. de iureiur. de deci. ad hæc. & c. quamuis. Et si quæratur, quomodo compellãtur? respondetur per dec. in aliquibus. vel secundum decr. postulasti. de Iudæis. ¶ An liceat inuadere terras Saracenorum, paganorum, vel infidelium? & an sine iustacã possint eis suarum possessionum & rerum dominia auferri? & de pertinentibus ad hoc, maximam gl. quærere, quam scripsi post Inno. & Hosti. de voto, quod sup his. Vidi quædam solennia scripta septem rationibus concludentia, φ princeps pacificos infideles de suis terris absque legitima causa non debet expellere, quia fundatur super præcepto: Quod tibi non vis fieri, &c. de quo satis in princip. Decretorum. Item quia iure naturæ nobis participãt. inducit ca. charitas est. vt mihi videtur, de pœnit. dist. 2. ante finem, ver. item non illi tantùm. vsque ad ver. item illi verò plus. & ex eo iure naturæ, & ex charitate illis in necessitate subuenire tenentur, 42. dis. quiescamus. 86. dis. non satis. Secundò inducitur textus canonis 23. q. j. noli. in fi. & q. v. prodest. versi. proinde. vsque ibi, nihil inhumaniter. Et φ ex charitate agendum est, nõ ex furore, 12. q. 2. fraternitatis. Tertiò inducitur illa gl. per hoc. in c. si de rebus. 23. q. 7. Item iure gẽtium possident, ergo iustè, 14. q. 4. quod dicam. Item cã. quando. 23. qu. 4. & q. v. vnum solum. vbi improbatur crudelitas. Quartò sunt oues Christi, Io. x. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, scilicet ecclesiæ. Et sine distinctiõe dictum fuit Petro Io. vlt, Pasce oues meas. Successor ergo Petri habet illas pascere & defendere: ergo non impugnare, vel lædi permittere, de nat. ex lib. vent. c. vno. Quintò adducũť textus, qui bene facere videnť, xlv. dist. sincera. & c. de Iudęis. & 23. q. 4. c. fi. & quod no. 28. q j. Iudæorum. in j. gl. Imò sine ipsorum consortio, illos Deo lucrari non possumus, 23. q. 4. infideles. 11. q. 3. ad mensam. Sextò, verbum Apostoli dicentis ad Ephesios vlt. quomodo domini seruis obedientibus debeant se habere, & ad Colos. vlt. in prin. inducit, φ pro sceleribus infideles punimus, de rapt. c. in archiepiscopatu. ergo sine cã non sunt puniendi, lvj. dist. c. satis peruersum, nec de habitationibus, vel possessionibus expellendi, cùm ecclesia sustineat cohabitationẽ ipsorum, e. tit. & si Iudæos. facit xj. q. 3. nolite. vers. audi ergo. Vltimò text. est in l. Christianis. C. de pagan. & eorum sacri. qui eos quietè viuentes iubet non molestari, de Iudæis. idẽ extrà eo. tit. c. 2. & c. sicut. Item à ɔrio canones 23. q. 8. dispar. vt ibi, & no. 16. q. 3. porrò. ver. & nota. Item cælum cæli domino, terram autem dedit filiis hominum: ergo negandum eis nõ est, qď ius humanæ societatis concedit, 23. q. 2. notãdum. facit v. distin. ad eius verò. inducit demum 23. qu. v. ca. vltim. ¶ Conuertendo hunc casum quærit, an Christianus sine peccato possit ad sui defensionem vti auxilio infidelium? Quòd possit, induciť ff. de iustitia & iure, l. vt vim. & hoc præcipuè, cùm aliter se tueri non pt. ff. ad legem Aquiliã, scientiã. §. qui cũ aliter. & facit lex, & si quis fumũ. ĩ fi. & l. quemadmodum, §. item Labeo. bñ facit clem. de homici. c. vno, 2. respon. Et quod de Paulo legiť Actuum 22. & habetur 23. q. 3. §. item ab aliquo. ad fi. ad hoc ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. quod ait. ff. de bo. eorum, qui sibi mor. cõsci. l. j. in fi. & de bo. lib. qui cũ maior. §. si libertus. itẽ si adstrictus potest vti dolo, 22. q. 2. vtilẽ. 23. q. 2. dominus. & canes toleremꝰ propter pacem ecclesiæ, 23. q. 4. quidã. & Deus per malos vindictã fecit, 23. qu. v. c. fi. in prin. Item econuerso in iusto bello infideles iuuantur per fideles, 23. q. j. quid culpatur. xj. q. 3. Iulianus. Itẽ propter necessitatem communicamus excommunicatis, de sent. excom. si verè. Item ad defensionem fructuũ vtimur arte Mathematica vtroq; testamẽto damnata, C. de Mathe. l. eorũ. Puto infideles pacificos non habentes guerrã actiuè, vel passiuè nobiscũ necessitate ĩminente licitè posse vocari: aliàs non, scilicet si guerra viget, vel nostrum bellum est iniustum, vel iustum, sed non vrget necessitas: & facit dec. cũ olim. eodẽ tit. quæ distinguit talia tempora, & facit 2. Machab. Impio prræbes auxiliũ: & his qui oderunt Dominum, amicitia iũgeris: & qď habeť Esaiæ 23. q. 3. c. j. versi. itẽ sicut legitur. Dubitari vidi, an per ecclesiam puniendus sit Iudæus ad sectam Saracenorum transiens? Ad negatiuam inducitur, φ ambæ istæ sectæ tolerantur à nobis. de Iudęis enim & paganis loquitur lex, Christianis. C. de paganis: & secundum Apostolũ ad Corinthios quinto, nil ad nos de his, qui foris sunt, & propter id nostris constitutionibus nõ ligantur, de diuor. gaudemus. 2. q. i. multi. Nec dici pt retrospicere, qui veritatem non agnouit. Et si dicatur, Iudæos peiores gentibus, vel pãganis, vel trãsitus commẽdãdus: patet primum 2. q. j. nonne. & ratio dicti ibi no. & φ sint peiores, notat actus ecclesiæ, quæ in Parasceue, dũ pro paganis orat, flectit genua: pro Iudæis, non. Dubitatur etiam de Christiano, q priùs Iudæus fuerat, vel non fuerat, vel nunc labitur, & relabitur in Iudaismum: in hoc non insto propter ea, quæ plenè scripsi de hæret. contra Christianos. lib. vj. super j. gl.

ADDE, an Saraceni possint compelli ad decimas, originaliter Old. cons. xcj. Et an Christianus possit inuocare auxilium ab infidelibus, per eundem cons. 71. Et an per ecclesiam debeat puniri Iudæus, qui descendit ad sectam Saracenorum, per eundem cõsi. lj.

a Sicut Iudæi. ¶ De Iudæis tantùm loquitur: tamen facit e. ti. Iudei. & c. quàm sit. & c. in nonnullis. in quib. de cohabitatione paganorum cum Christianis dicitur.

b Item quorundam. ¶ Vbi scripsi, quod sequitur.

c Ad literam ¶ Vnde venit in vsum, quòd inhærentes plus literæ quàm sensui, dicimus iudaizare.

a ¶ De hæreticis[a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Practici auctores nil de ista dixerunt, pter Rof. in nostris, qui formauit duos primos, cum sua rubrica: & est secunda in ordine libellorum: ad materiam facit. quod dicam infrà de sortileg. super rub. De Bonoñ. origine habente hìc bona, & domicilio Florentiæ, de damnato Florentiæ de hæresi, cui domino cõpetãt bona? de Bonoñ. prolixè scripsi e. tit. cùm secundum. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra hæreticum qualiter sit formandus.*
2 *Laicus laicum coram seculari iudice de heresi accusans, quibus verbis vtetur.*
3 *Receptatores hæreticorum, & eis communicantes, hæretici censentur.*
4 *Suspecti de hæresi an pro excommunicatis habeantur.*
5 *Crimen læsæ maiestatis æquiparatur hæresi.*
7 *Adstringentes se ad hereticorum exterminuim, qua gaudeant indulgentia, seu priuilegio.*
7 *Hæreticorum prauitatem impugnantes an habere quotidianas distributiones debeant.*



In hæresi sic concipitur libellus:
1 Lib. † Coram vobis reuerẽdo patre domino epo talι, ꝓpono ꝯ P. ꝙ ipse malè sentit de fide, dicens sacramentum altaris, seu corporis & sanguinis Christi nullum esse: dãnat etiam matrimonium: nec credit resurrectionem, & quotidie cũ hæreticis ꝯseruatur in tali ciuitate in domo sua in prima camera, seu tali loco ipsius domus: & hoc anno, mense tali, regnãte tali, eosdem ibi adorauit, vel ꝯsolatus fuit ab ei, seu manus impositionem accepit: vñ ipsum vobis accuso, & peto ipsum excommunicari, & bñficiis priuari, & à tali suo ordine degradari, degradatumq; curiæ seculari tradi seu relinq legitimè puniẽdũ: & ego L. &c. vt s̃. de accus. §. j. ext. e. ad abolendã. §. j. & e. sicut ait. & seq. §. vlt. & c. excõmunicamus. j. in prin. §. q aũt. q §. est C. e.
a authẽ. Gazaros. & c. pe. ext. de sum. tri. c. j. & C. e.[a] l. j. C. de hæret. q. cunq; in hac. prope fi. & l. Arriani. Quod autem dixi, peto eũ excõicari, reputo superfluũ. licet qdã hoc ponãt. nam omnis hæretic⁹ excõicat⁹ est, ext. e. excõmunicam⁹. j. & 2. ext. de sent. excom.
2 noueri. ¶ † Si aũt laic⁹ laicũ corã iudi. seculari accuset, sic dicet[b]:
b Lib. Corã vobis, domine iudex, ego talis propono ꝯ P. &c. vt s̃. vsque, & peto ipsum. iũge, secũdum iura puniri. Vel. sic: vñ peto ipsum ꝯfiscatis eius bonis vltimo supplicio puniri: & ego L. &c. vt in præ, legibus, & in præ. dec. & e. tit. vergentis. Veruntamẽ si ante sententiam velit ad fidẽ redire, admittet̃, 23. q. 3. dicit Apostolus. & in præ. c. ad abolendã. §. j. & in perpetuum carcerem detru
3 detur, & e. tit. c. pe. ¶ † Eodem etiam modo ꝯcipitur ꝯ credẽtes, & receptatores, qui & hæretici reputantur, si excommunicationem propter hoc in se latã per annum sustinuerint, ext. e. c. pe. in fi. & c. excommunicamus. j. §. credentes. qui §. est C. e. auth. credẽtes. & C. de his, qui latro. occul. l. j. & 2. & cum aliquis credens, vł
c ceptator ab initio recusatur [c], tunc peti potest, ꝙ excõicetur.
4 ¶ † Eodem etiam modo ꝯ suspectos de hæresi: quia ex hoc excommunicati pannũ ĩ excõicatione steterũt animo indurato, vt
5 in præ. §. qui autẽ. & in præd. auth. Gazaros. ¶ † Cæterũ cùm crimen læsæ maiestatis in qbusdã ꝯueniat cum hæresi, vt ext. e. ver-
d gentis. & C. eodem, Manichæos. & ideo hîc libellum formem⁹[d]:
Lib. Corã, &c. propono ꝯ P. ꝙ ipse hoc anno, mense tali. imperãte tali domino Imperatore semper Augusto. cũ talib⁹ scelestã factionem iniuit de nece ipsius domini Imperatoris, in tali vrbe, in domo sua, & in prima camera ipsius domus super quo eũ vobis accuso, & peto ipsum lege Iulia maiestatis puniri, & ad pœnã ipsum sententialiter ꝯdemnari: & ego L. &c. vt s̃. de accus. §. j. C. ad leg. Iuliã maiest. quisqs. quæ est 6. q. j. §. verũ. & l. vlt. ext. de homic. ꝓ humani. 79. dist. si quis Papæ. De forma iuramẽti, qđ præstat. q reuertit̃ ab heresi, vel schismate, vel alio horrẽdo crimine,
6 vide s̃. de iureiuran. ver. de sacramento redeũtis. ¶ † In fauorem autẽ fidei no. ꝙ Catholici qui crucis assumpto charactere ad hæreticorũ exterminium se adstringũt, illa gaudẽt indulgẽtia & priuilegio. quæ accedentibus in Terræ sanctæ subsidiũ ꝯcedunt̃, vt
e ext. de hære. excommunicamus. §. Catholici[e]. Per quod patet, ꝙ clerici habebunt beneficia sua triennio, vt ext. de Iudæis, ad libe-
f rãdum, in integra[f]. Et decimã, vel vicesimã pro hoc subsidio deputatã, q̃ ecclesias ꝯtingit, poterunt secum ferre, ext. de vot. c. fin. & si moriantur ante triennium, creditores vsque ad trienniũ bñficia ipsa tenebunt: quia hoc eis per Papã cauetur: aliàs sibi imputare deberent, q pecuniam credidissent, ff. loca. si quis domum. §.
g j.[g] arg. ext. de reb. ec. ali. vel non, nulli. & clerico interdictum est beneficiũ alienare, xj. q. 2. alienationes. Sed expone ibi beneficiũ id est ius beneficij: hîc aũt alienat fructus, qđ ei licet, extr. ne plat. vic. sũ. vel iura, c. fi. & de loca. & ꝯd. c. 2. & possunt capi in pignus pro debito, ext. de fideiuss. ꝯstitutus. & valet hîc autoritas Papæ,
7 vt C. de excep. rei iu stipẽdia. ¶ † Sed nunquid isti percipiẽt omnes fructus beneficij, vt nec vicarium ꝯstituant? Videtur ꝙ sic. nã si omnes percipiunt, ergo nullas operas tenentur ecclesiæ præstare: quia operæ non sunt in fructu, ff. de ope. ser. l. 3. ar. ext. de appel. peruenit. de præb. de cætero. Et hoc puto, vt necessariæ expẽsæ pro seruitio ecclesiæ deducãtur, ff. de rei vend. fund⁹. ff. de pe.
h hæred. si à domino. §. fructus. Item dicit Vinc.[h] quòd tales habebunt quotidianas distributiones, cum integraliter percipere debeant sua beneficia: & Integrè, rem perfectam significat, vt 2. q.
i 3. c. si quem. in fi.[i]

ADDITIONES.

a Et C. e. ¶ sc. de sum. tri. propter id, quod sequitur.
b Sic dicet. ¶ Libellus iste non procedet, cũ secularis iudex de hoc crimine, quod merè ecclesiasticum est, cognoscere, vel iudicare non possit, e. ti. inquisitionis. §. prohibemus. lib. v. & c. seq. in fi.
c Recusatur. ¶ Id est, vitat̃: vel litera corrupta debet dicere Reputatur: non fuit iste finis Roff.
d Formemus. ¶ Positum per Roff. immediatè ante s̃. proximos, fuit enim primus in ordine x. libel.
e §. Catholici. ¶ Totum, quod sequitur, fuit ad literam Vin. ĩ isto §.
f Integra. ¶ Quam ibi posui cum gl. Host.
g §. j. ¶ Hoc scripsi, ne prælat. vic. su. c. vlt. super gl. 2.
h Vin. ¶ vbi s̃.
i In fi. ¶ Contra hanc allegationem est decr. super. de magistris, ꝯiuncta cum dec. licet. de præbendis. Nec valet etiam ratio Hosti. qua dicit illos haberi pro residentibus, per no. de cler. non resi. c. vno, lib. vj. in gl. no. & quod super ea scripsi: de hoc scripsi de Iudæis, ad deliberandum. super ver. integrè. vbi vide.

ADDITIONES NOVAE.

An hæretici dicantur perdere dominiũ rerũ suarum statim cũ efficiuntur hęretici ipso iure: an verò lata sententia contra ipsos, Bar. in l. Imperator noster. de iur. fisci.

An hæreti possint puniri ad mortem, Cy. in l. cunctos populos de sum. trin. & fid. cath.

An filij filiorum dicantur posteri hæreticorum, Io. Andr. in ca. vergentis. de hæret.

Pone, ĩquisitor hæreticę prauitatis reuocat aliqua bona alienata per hæreticum: an emptor possit postulare vt pretiũ quod dedit restituatur, no. in l. si debitor. quæ in fraud. cre. & l. j. §. j. si quid in fraud. patr.

a ¶ De schismaticis[a]. Rubrica.

SVMMARIVM

1 *Ordinatus in presbyterum à schismatico episcopo, an, & qualiter veniat ab officio presbyteratus remouendus.*



Sic concipitur libellus:
1 Lib. † Corã, &c. propono ꝯ P. quòd ipse fuit scienter à tali episcopo schismatico in presbyterũ ordinat⁹: quare peto ipsum à presbyteratus officio remoueri, & remouendũ esse sententialiter declarari, ext. e. c. j. & 2. ix. qu. j. ordinationes. In sequenti tit. non est libellus necessarius.

ADDITIO.

a Ad Summistas recurre. Omittit autem autor duas rubricas: & prima erat bimembris, quæ diuisim habentur in Codice: ad cui⁹ partem primam, scilicet de apostatis, duas quæstiões rememoro, scilicet de beneficiato, q. factus est miles, & de religioso ferente habitũ coopertum cum habitu clerici secularis. Primam, quæ fuit dominicalis xx. vide de clerico ꝯiug. c. vno, lib. vj. super gloss. huic ergo secundam super regula, certum est. lib. vj. De secunda parte rubricæ, quis dispenset cum rebaptisato scienter, vel ignoranter, dubiè loquitur autor de primo, quòd nec Papa dispẽsat, s̃. de leg. §. nunc breuiter. ver. 9. & sic dubiè de secundo, quòd dispensat episcopus, e. tit. §. nunc de episcoporum. ver. 121.

a ¶ De infantibus, & languidis expositis[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit à filio, seruo, vel liberto, &c. contra impiè eos habentes concipiendus.*



Potes hîc sic concipere libellum:
1 Lib. † Corã, &c. propono ego filius, vel seruus, vel libertus olim talis ꝯ eum, ꝙ ipse me infantem, vel lan-
b guidum[b] exposuit, seu exponenti ꝯsensit, vel ratum habuit, vel impiè mihi alimẽta negauit, pietatis officio relegato: quare peto me liberum fore à neximus patriæ, vel dominicę potestatis pronunciari, & me patremfamilias, si erat liber, & in potestate patris, vel liberum, si erat seruus, vel ingenuũ, si erat libertus, sententialiter declarari, extr. e, c. j. C. e. l. 2. 87. dist. si expositus. C. de Lati. lib. tol. l. vnica, §. sed scimus, C. de episc. audien. nemini. ff. pro derelicto, l. fin. in auth. de nup. §. si verò ab initio. Potes etiã addere, si vis: & peto ipsum nihilò minus ex officio vestro ad arbitrium vestrum puniri, C. de pat. potest. nec filium. ff. de liber. ag noscen. l. j. §. pœna.

ADDITIONES.


a Deficiunt practici auctores: ad Summistas recurre.
b Vel lãguidum. ¶ Quod sequit̃, fundatur super altero istorũ, scilicet infante, vel lãguido: & sic posuit se ĩ tuto propter opinionẽ, quæ vult, ꝙ alimentorũ denegatio in quacũq; ætate, ẽt sano habeat operari. q̃ sequitur: de hoc vide, qđ dixi e. tit. c. vno, super verbo, alicui. & super gl. pe. & plenè p Host. in Summa hui⁹ tit. §. vlt.

¶ De ho

a ¶ De homicidio [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra homicidam ad pœnam corporalem coram iudice seculari concipiendus.*
2 *Libellus contra clericum homicidam qualiter sit à clerico concipiendus.*
3 *Clericus incorrigibilis potest degradatus curiæ seculari tradi.*
4 *morte post percussionem, febre tamen intermedia, superueniente, cui veniat imputandum, & quorum testimonio de mortis causa standum.*
5 *Quatuor simul in aliqua camera existentib. si vnus illorum proiiciens lapidem extrà quendam interimat, cui illorum imputandum sit.*
6 *Pupillus an possit de morte patris pacem facere.*
7 *Partes adinuicem concordantes non egent iudice.*
8 *Pace de vulnere facta, si moriatur vulneratus, an poterit vulnerator accusari de morte.*


SIc forma libellum coram iudice seculari ad pœnam corporalem infligendam:
1 Lib. † Coram, &c. propono ↄ̃ P. ꝙ ipse anno & mense tali regnante domino Ludouico rege Franciæ, occidit Titiũ cum ense, vel claua, vel cultello, percutiendo eũ in tali loco lethaliter in ciuitate tali, in vico, vel domo tali, in tali latere, seu parte ei⁹: super quo vobis cum accuso, & peto ipsum secũdum leg. Corn. de sicar. pœna capitis puniri. & sic puniẽdum fore sententialiter cõdemnari: & ego Lucius, &c. s̃. de accusat. §. j. de poe. dist. j. is, q cũ telo. & l. si quis necãdi. quę sunt C. ad leg. Corn. de sicar. ff. e. q cędẽ.
2 Instit. de public. iu. 33. qu. 3 sex sunt. ¶ † Clericus autem contra clericum sic libellum concipiet:
Lib. Coram, &c. vt s̃. vsq;, quare peto. iunge, ipsum ꝑ vos officio & beneficio priuari, & priuãdum esse decerni, & à suis ordinibus
b degradari [b], & ego Ludouicus, &c. ext. de iu. cùm nõ ab homine. ext. e. sicut dignum. §. fi. l. dis. clericum, q paganum. & c. si eps. & c.
3 seq. & c. studeat. ¶ † Quòd si depositus sit incorrigibilis, p̃t pet, vt degradatus curiæ seculari relinquat̃ legitimè puniendus, vt in p̃ceden. c. cũ non ab homine. ext. de verb. signifi. nouimus. qđ qua
4 liter fiat, dixi s̃. de accusatio. §. 2. ver. & nota, ꝙ. & seq. ¶ † De facto quæritur: A. vulnerauit B. qui febre superueniente decessit: accusatur de morte: ipse verò asserit illũ ex febre obiisse, & plures laici testes inducti hoc dicunt: medici verò pauciores dicũt, ꝙ vulnus extitit cã febris. Respon. potiùs est credendum paucioribus
c medicis, qa factũ meliùs noscunt [c]: arg. ff. de orig. iuris, l. 2. §. exactio. in auth. de ñ alie. §. qđ autem. ext. de testa. ĩ nostra. C. de re milit. qui semel. l. dist. vt cõstitueret̃. ver. experto. ext. de æta. & qual. ad aures. de pœniten. dist. vj. c. j. ver. interrogaret. & circa huiusmo
5 di accusationes vide s̃. in tit. de accusatore. ¶ † Pone, ꝙ quatuor homines erãt in vna domo? vnus eorũ proiecit lapidem, & prætereuntem peremit: non ↄstat quis proiecit, ↄstat tñ, ꝙ vnus eo
d rum proiecit [d]. Et videtur, ꝙ omnes tenẽtur, ff. ad legem Aquil. item Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. & hoc propter incertitudinẽ, ff. de transact. controuersia. ff. de his, qui deiec. vel effu. leg. j. §. fi. & l. 2. Arg. contrà, ꝙ non teneantur, 23. q. vltima, si quatuor. Nec obstat præalleg. l. ff. ad leg. Aquiliã, quia ibi constabat oẽs ꝑcussisse. Item l. j. de his, qui deiec. vel effud. in alio casu loquit̃, sed videtur, ꝙ nullus tenetur. nam constat, ꝙ tres non deliquerũt: ergo non tenẽtur, ext. de his, quæ fiũt à maio. par. ca. quæsiuit. C. de pœnis, sancimus. & melius est innocentem absoluere, &c. ff. e. absentem. ext. de simo. licet Heli. ad fi. & exẽplo graue est, &c. C. de his, qui latro. occul. l. fi. in fi. & probatur ff. ad leg. Aquil. sciẽtiam. §. cùm sciẽtiam. deficit enim probatio. non ius, ff. de test. tut. duo. Super hoc dicũt qdã, ꝙ si omnes interuenerũt animo offendendi illum, tunc quilibet tenetur: quia vnus videtur hoc fecisse de voluntate & mãdato aliorum, C. e. nõ ideo minus. ff. de vi & vi armata. l. j. §. quoties. ext. de homic. sicut dignũ. ext. de cler. pugn. in duello, c. 2. in fi. Si verò ñ intrarũt animo illũ offendẽdi, tũc oẽs ĩ dubio absoluent̃, ff. de actio. & oblig. Arrian⁹. ext. de ꝓba. ex literis. nã in criminib⁹ claræ debent esse ꝓbatiões, 2. q. 8. sciãt. Iudex tamen ꝓpter bonũ regimẽ, & vt cæteri timeãt, pœnã pecuniariã imponat

ADDITIONES.

a Solus Roff. ex practicis auctoribus formauit libellum in hoc ti. & est quintus in ordine libellorum: habuimus duas Bonifacianas ↄstitutiones in vj. & in Clem. vnã: multum est expediẽs in hac materia. Ex pręmissis quęstionib⁹ terminatis per illas. scias ꝙ aliquas quæstiones spectantes ad hunc titulum posuit auctor s̃. de accus. & ego ibi cumulãdo quæstiones aliquas de bannitis, addidi tres quæstiones: vide super regulis in vj. scilicet, frustra nullus pluribus. & regula. quod quis. Prima in quarto membro de illo, qui pacificatum postea bannitum occidit. Secunda de illo, qui negauit se occidisse: nunc dicit, ꝙ ad sui defensionem. Tertia de clerico, q incidebat vt laicus bannito, & postea occiso: vulgata est quęstio, & si statutum punit insultãtem, item vulnerãtem, item occidentem: an insultãs, percutiens & occidens vno impetu, his omnib⁹ legib⁹ accusetur, & puniatur? & pluries terminatum est, & sic seruatum, tãtùm de occiso teneri, per l. illud. ff. ad leg. Aquil. in fi. & no. in l. qui de crimine. C. de accus. in fin. 4. gl. & facit, qđ de continuatione not. ff. de actio. & oblig l. antepenultim. facit l. quoniã multa. C. ad leg. Iul. de vi public. bene facit ff. de don. inter vir. & vxor. l. 3. §. si stipulãti. Ibi enim propter celeritatem coniũgendarum inter se actionum vna actio occultatur. ad idem ff. de iniur. l. prætor. §. si plures. allegat etiam l. non est nouum. ff. de act. empt. & ven. Procedit hoc, cùm insultauit & percussit, vt occideret, & occidit. Sed quid si non occidit, sed solùm insultum fecit, & percussit? Videtur per superiùs allegata, ꝙ solum ex percussione teneatur, cùm in illa sit maleficium consummatum & continuatũ, ff. de nouat. si ita stipulatus. in fi. & l. seq. ad idem ff. de adult. quod ait. in fi. ad leg. Aq. l. si ex plagis. §. tabernari⁹. & de incen. rui. nau. l. j. §. proinde. In ↄ̃rium ff. de iniur. in l. prætor edixit. §. si mihi. & l. fi. negatiuè dixit, ꝙ nunquam plura delicta ↄcurrentia faciunt, ꝙ vllius impunitas detur, nec delictum ob aliud delictum minuit pœnam. ff. de priuat. delict. l. nũquam. ad idem ff. de termino mo. l. fin. ad Turp. l. in senatus. de furtis, qui tabulas. in fine. Varietas enim criminum inducit varietatem pœnarum, de poe. distinct. j. c. pœnæ. Cùm ergo insultãdo commiserit vim publicam, & vulnerando inciderint in legem corneliã iniuriarum, vt no. in l. prętor. ergo vtraque lege punietur: & videtur expressum in prædicta l. q de crimine. 2. responso. Solutionem in quibusdam scriptis inuenio, sed quæstionem non habeo: & Franciscus Accur. tenuit ipsum solùm de percussione, vel vulnere teneri, per priùs allegata. Ad contrarium, & ad l. qui de crimine. respondet, illam loqui de criminibus ita diuersis & separatis, ꝙ vnum non est pars alterius: sed in casu nostro ↄtinuatio & ↄnexitas facit illa censeri vnum. Aliqui contrà. qui licet concedãt, quod priùs dictum est, ponderant solum homicidium. Ratio est: qa id punitur morte, quæ omnia soluit, & crimen extinguit, vt in authen. de nup. §. disponat. & ff. ad Turpil. in senatus. C. si reus, vel accus. per totum: quæ ratio cessat in hoc secundo casu. Inuenio Gul. quandoque distinxisse, an sine insultu fiat percussio, id est, simul insultaui & percussi: & procedat prima solutio. Si verò insultaui, ex quo insultu orta est rixa: in qua postea percussi: procedat secunda solutio, quasi actus sint separati ab insultu & eius principio. Vltra ea, quæ de ↄtinuatione dicta sunt suprà, faciunt no. 5. q. 9. nihilominus. Et mihi videtur hoc in facto ↄsistere: si enim iste insultauit & vibrauit, sed non percussit illo forsan se flectente, & tũc incipit rixa, istã tñ vibrationem ↄtinuauit, licet forsan etiã in vibrationibus ↄ̃ eum factis restiterit, & finaliter his ↄtinuatis illum percussit, satis id ↄtinuum repeto: sed si propter rixam retrocessisset ad propriã etiã vicinam domum, vel etiam alterius, recipiens forsan lãceam, & percussit, procedere posset, qđ de actu separato dictũ est. Et quæstio de illo secundo, qui se defendendo occidit debito moderamine non seruato, an teneatur lege Corn. de sicar. terminari vidi, ꝙ non: quia lex illa non requirit dolum. Et ꝙ hoc casu lata culpa non æquatur dolo, textus est ff. eo. scilicet ad l. Corn. de sicar. l. in lege. ad idem inducit l. j. C. e. ti. facit extrà de restit. spol. olim. j. in fi. Tenebitur tamen de homicidio culpabili, nõ doloso, per iura prædicta. Scias ergo, ꝙ aliter se saluare non valet, si occidit etiã vibrãdo, non solùm non teneat de occiso, sed etiam irregularis non est, vt dicit cle. e. tit. in fin. Vt tamen ibi not. in defensione sui corporis tantùm, nõ filij, vel suorum, habet hoc locum, quod de irregularitate dictum est. Pro illorum tamen defensione percutiens & occidens posset excommunicatus non esse, licet irregularis sic, vt ibi scripsi, & clariùs in dec. si verò. j̃. de sent. excom.

b Degradari. ¶ Vide remissionem, quæ statim sequitur.

c Noscunt. ¶ Vide s̃. de prob. §. fi. ver. hoc quoque, dicit Guido de Suza. super procemio Digestorum, §. i. ꝙ si pars vulnerati & pars vulnerantis ↄcordãt de medicis vno vel pluribus assumendis, iudex eis acquiescet: si verò discordãt, ipse eliget, allegat, quod dicitur de pluribus tutoribus volentibus per vnum administrari: sed de quo discordant, Instit. de satisdat. tut. §. si autem. Et quid duobus hæredibus legatarij discordantibus, an agãt reali, vel personali, ff. de legat. j. huiusmodi. §. fi. Subdit etiam, quòd si iudex ad dictum medici dicentis vulnus Titij, cùm plures vulnerauerũt, fuisse mortale, condemnauit Titium de occiso, qui Titius dicẽs medicum falsum dixisse, petit ante sepulturam peritiores medicos adhiberi: quod factum est, & illi referunt illius vulnus non fuisse mortale, retractabitur sententia, sicut dicitur de lata per testes falsos, vel instrumenta, C. si ex falsis instrumen. l. falsam. & l. fi. ff. de re iud l. diuus. suprà de excep. cùm venerabilis.
ADDE, vt pulchrè per Bal. cons. cv. lib. j.

d Proiecit. ¶ Ad quæstionem facit, quod not. s̃. de leg. §. iuxta. versiculo, quid si quis in rixa, vide, quod satis scripsi e. tit. significasti. 2. in gl. arg. ad quæstionem, & ibi de quæstione venereali xv.

a imponat,ff.de pos.bona fides [a]. ¶† Illud autem quæritur,vtrùm
6 pupillus possit de morte patris facere pacem?Et vr̃,quòd ñ:quia
b pupillus de morte patris accusat,vt ff.de accusa.l.2.in fine [b],& si
remittit,donat,ff.de transact.l.j.ff.de donati.inter virum & vxor.
sponsus.nec pupillus donare potest,ff.de tut.& rat.distra.l.j.resp.
j.Argumen.contrà,quòd valeat pax per eum facta,ff.de iureiurã.
tutor.ff.de furtis,interdum.§.si tutor.quia pax à pactione dicitur
ff.de pactis,l.j.& pactum est quædam donatio , ff.de pact. contra
iuris ciuilis.in fi. Et dicitur pactum inter partes ex pace conueni-
ens ex scriptura,extrà de verb.significat.pactum.Dic.quòd si ali-
quid ei datum est,tunc valet,ff.de transa.præses.& etiam,si nõ est
sibi datum.interest.n.minoris,vt litibus& sumptib.non vexetur,
ff.de min.l.minorib.& facit bene ff.de iniur.sed si vnius.§.si filio.
nam & ciuitas pacem seruans commendabitur,ff.de cẽsi.l.j.& ad
c hoc C.de veteri iur.enuc.l.j.[c] Vber.autem dicit,quòd infans nul
lo modo potest facere pacem,etiam tutoris auctoritate:nec fac
ta pax tenet,ff.de pœnis,l.j.Si verò iam excessit infantiam, quòd
intelligit,nec tũc etiam sufficit sola tutoris auctoritas, vt dicit ff.
de administrat.tutorum, l.j.§.j.quia nec etiam per se posset , cùm
etiam non sit permissum pupillo cum tutoris auctoritate distra-
here vilissimum prædium,ff.de rebus eor.per totum,C.de præd.
minor.per totum.Potest tamẽ facere pacem cum tutoris aucto-
ritate.& interueniente iudicis decreto:& facta valet : & hoc,vbi
d excessit infantiam [d].Nec obstat,quòd non debet interponi iudi-
cis auctoritas.nisi propter æs alienum,vt ff.de rebus eorum,ma
gis.§.ante pe.quia hoc fit pacis fauore,& qa pupillo expedit.Ma-
lè ergo dicunt,secundum eum,qui dicunt tutorem facere posse
pacem pro infante.Nec obstat C.ad Trebel.sancimus. responso
j.in fi.vbi dicitur,quòd potest restituere hæreditatem nomine in
e fantis:quia in pace de remissione tractat̃ [e].Sed pone:P.vulnerat⁹
ad mortem à T. fecit pacẽ & remissionem H.noĩe ipsius T.vt ip-
se H.eã faceret.& remitteret ipsi T. mortuo:itaq; P.dict⁹ H.fecit
pacem & remissionem ipsi T.quæritur,an valeat,& seruanda sit?
Et videtur,ꝙ non,cùm sit facta mortuo mãdatore,arg.ff.si cer.pe
tatur,eius,qui in prouincia. Item eo tempore debuit haberi rata
pax à T.quæ & potuit fieri à P.vnde modò non p̃t rata haberi,cũ
fieri possit,ff.rem ratam hab.bonorum. & videt̃ casus ff. quis or-
do in bonor.pos.ser.l.ↄsilio.respon.j.in fi.mors enim omnia sol-
uit,in auth.de nuptiis.§.deinceps, Argumen.ↄ.nam si amicus vẽ
ditoris mei mihi tradidit possessionẽ , post mortẽ illius possessio
7 mihi rectè quæsita est,ff.de acqr.possess.fundi.¶† Nullæ em̃ sunt
partes iudicis inter partes ad inuicem cõcordantes, ff.de ope.no
ui nunciat.l.j.ff.de verb.obligat. cùm seruus. C.de inst. & subst.si
mater.itẽ T.ratũ habet: vñ per inde haberi debet,ac si hoc ei ge
rendum mandasset, C.ad Macedo.l.fi. Vñ dici potest,ꝙ res nõ est
integra,nec videtur reuocatum mãdatum.nam potest iam mor.
tuus reuocare illud.& vide, quod no. suprà de iu. deleg.§.restat.
ver.item mortuo.& C.de loca.§.nũc aliqua.ver.cl.ibi,quid si do
8 minus.¶† Quid si facta pace de vulnere, obiit vulneratus,nũqd
poterat accusari vulnerator de morte? de hoc suprà de accusato
re,vers.sed pone.¶ Qualiter libellus concipitur in crimine læsæ
maiestatis,dixi suprà in tit. de hæret. In tribus verò sequentibus
titulis non est multum necessarius libellus.

ADDITIONES.

a Bona fides.¶ Secundum Alber.Gal. cuius ad literam fuit iste ver
siculus,de actio. ver.pe.ADDE,quòd dictum Spec.sequitur Bal.
cons.8 1.lib.v.
b In fi. ¶ Et periculum sibi imminet hæreditatis perdendæ,si necẽ
patris non vindicat.C.de his,quibus vt indig.l.j.propter quod in
eo accusante cessat pœna calumniæ,C.de calum.l.3.
c L.j.¶ Hucusque fuit Alber.Gal.vbi s̃.ver.antepe.
d Infantiam.¶ Pro hac dist.facit de iud.c.si annum.§.j.lib.6.
e Tractatur.¶ Sup. quod tutor & curator facere non potest,C. de
pac.l.pactum curatoris.Hoc scias.ꝙ Guid.de Suza super lege il-
la tenuit,pacem tutoris valere,vbi factum nõ est liquidũ:& facit
quod in præced.l.no.allegat fauorem pacis,de quo s̃.& multa,q̃
potest tutor : quia defert iusiurandum,iurat in litẽ & de calũnia,
transigit cum fure, & est loco domini.hoc patet per ordinem ff.
de iureiurando, l.tutor. & de in litem iurando,videamus.§. si tñ.
C.de iuramen.calũ.l.2.§.quod obseruari.ff.de fur.si pignore.§.fi.
de administ.tut.qui tutelam. Ad fortificandam ergo pacẽ est ↄsi-
lium eius.ꝙ occisor neget,ita ꝙ pax nõ fiat cum occisore, sed cũ
illo,qui dicebatur occisor,per prædictam l.preses.& quòd iudicis
autoritas interueniat,quæ etiam sæpe aliàs inualidum facit vale-
re,ar.ff.quod cum fal.tut.l.i.§.idem.de aqua plu.arcen.l.quanquã
in fi j.respon.de infam.l.furti.§.qui iussu,&c.
ADDE,vt per Abb.cons.lxvj.

ADDITIONES NOVAE.

[illegible] Non valet statutum quod qui occidit occidatur nulla defensi-
one obstante, no.in l.itaque.ad l.Falc.

Pone,bona homicidæ debent publicari: modò quidam vulnerauit Titium,qui diu pòst mortuus est ex dicto vulnere:à quo tẽpore veniant bona publicanda, D.Argent.in l.ait lex.ad l. Aquil.

Pone,aliqs pcussus mortiferè,reddidit pacẽ vulneranti:posteà decessit ex dicto vulnere:Propinqui volunt ipsum accusare , nõ obstante pace,an possint?not.in l.damni.§.Sabini.de damno inf.

Pone,plures erãt in vna domo,ex qua proiect⁹ fuit lapis,& percussus fuit Petrutius,quis punietur?Bar.in l.si in rixa.ad l.Cornel. de sic.& Spec.hîc.& Bal.sequitur opinionem Spec.

Pone,aliquis videt aliquẽ occidi,& posset hoc prohibere si vellet,& non prohibet,an debeat puniri?no.in l.omne delictum. §. fi.de re milit. & l.qui bona.§.cùm inter.de dam.inf.

Statuto cauetur quòd si quis homicidium commiserit capite puniatur:mõ aliquis fecit aliquam mulierem parere abortiuum, an illa pœna puniatur?Ia.But.in l.si quis negãdi.C.ad le. Corn.de sica.D.Signorolus in consiliis suis, Albr.in l.qui in vtero.de stat. homi.plenè.

¶ Baldus de homicidio.

6 criminis? Respon. sic: nos scimus, q̃ talis promisit Titio ꝓ aliqua causa x. sub conditione, si nauis venerit ex Asia: & de hac promissione debitor fecit chirographum, quod nec plus, nec minus cõtinebat, & P. hoc chirographum deleuit. Vel aliter: Esto, quòd ñ habeam testes, qui interfuerint promissioni, habeo tamen, qui viderint instrumẽtum debiti. Isti dicẽt: Nos vidimus hoc chirographum in prima figura, in quo continebatur, quòd talis ex causa donationis ꝓmisit T. xj. si nauis veniret ex Asia: qđ chirographũ scripsit talis notarius: & hoc chirographũ P. deleuit: & hoc est q̃ dixit lex summatim probari debitum: quia non ex toto probo continentiam instrumenti, C. de eden. auth. si quis in aliquo.

ADDITIONES.

a in lege Aquilia. ¶ sit deletum. & quid dicat l. illa, vide in suffra. de decr. significauit. de testib. cuius decrę. materia cum ibi notatis facit ad propositum.

b Prope fin. ¶ Longus est tractatus, & est inter ciuiles ad ipsarum finem septimus: & sequens quæstio ibi est ad literam in vlti. col. ver. item quæritur, quid.

ADDITIONES NOVAE.

So Pone statuto cauetur q̃ potestas habeat arbitrium in falsitatibus, vel q̃ condemnatus de falso non admittatur ad officia. quod debet intelligi de falso, propriè & strictè sumpto, scilicet de falso quod cadit in aliquod capitulum legis Corneliæ de falsis, Bar. in l. is qui ducenta. §. vtrum. de re. dub.

Not. quòd tacendo verum committitur falsum, sicut exprimẽdo falsum, vt l. pe. C. de episc. & cler.

An s̃nia lata ꝯ notariũ de falso ꝑiudicet parti, Bar. in l. denuntiasse. §. quæritur. de adulter. & l. præuaricatorum. de præuaricator.

An producens accusationem falsam, possit ex hoc accusare l. Cornelia de fal. vel tanquam calumniator, Bar. in l. si quis obrepserit. de fal.

Pone, q̃s dedit notario quandã schedulam, vt ipsam poneret in actis, & ipsa cõtinebat falsum: notarius verò bona fide accepit, & ipsã ĩ actis posuit, an teneať de falso, Bar. ĩ l. si q̃s obrepserit. đ fal.

Quando testis varians dicať falsus, Bar. in l. eos q̃ diuersa. de fal.

An ille qui habet literã similẽ literæ alterius, & subscripsit nomen suũ falsum cõmittat, Iac. de Aret. in l. q̃d sit falsum. de falsis.

Quæ sit ratio cur obligans rem duobus non incidat in falsum sicut vendens, Iac. Butr. in l. si q̃s pignore. §. sed & si q̃s. de pig. act.

Qui falsitatem committit in causa, perdit causam, l. in fraudem §. quotiens. de iur. fisci.

Not. quòd testis reddens studiosè causam non concludentem committit falsitatem, secus si simplicitate sit loquutus, not. in l. Lucius. de his qui not. infam.

An vtens illicito rescripto, vel illicito instr̃o scienter, puniatur pœna falsi, no. in auth. de non alien. §. quia verò verisimile. in gl. quæ incipit, sed nunquid, per Nic. de Neap.

Not. q̃ interrogatus in iudicio, si vult vti instrumento, et r̃nderit q̃ non: præsumitur falsum no. gl. in l. si falsos. C. de fal. quod limitat Iac. But. in l. 3. C. de fide instr. & vide ibidem & Bar. & Bald. & etiam in l. iudicati. C. si ex fal. instr.

De iudice qui reuelat sententiam suam antequam ipsam ferat, vel qui manifestat aduersario secreta partis suæ, & idem de notario, & procuratore, Alb. in l. j. de fal.

Si instrumentum, vel testis continuat falsum in vno capitulo, an sit falsum in alio separato, Bal. in l. si ex falsis. de transact.

Not. quòd etiam circa scripturam priuatam committitur falsum, Bal. in l. pe. C. de fal.

¶ Baldus de crimine falsi.

An per testes, qui legerunt instrumentum, probetur instrumenti tenor, hìc ver. fi. G. tenet, quòd sic, C. de fid. instru. l. sicut iniquum. & in auth. si quis in aliquo documento. per Cy. no. in c. cùm olim. el j. extrà de priuileg.

a ¶ De Sortilegiis[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra sortilegum qualiter sit concipiendus.*



Potest sic libellus concipi:

1 Lib. † Coram, &c. propono contra P. quòd ipse sortilegus est, vt pote qui hoc anno, mense tali, regnãte tali, in ciuitate tali, in prima ei⁹ camera, vel in tali triuio dæmones inuocauit: furta in astrolabio, vel per auiũ volatum inspexit. & alia sortilegia facit: & super hoc eum accuso: quare peto eum pœna capitis puniri, & ad hoc eum sententialiter cõdẽnari: & ego L. &c: vt s̃. de accus. §. j. ver. vlt. C. de malef. & math. ne mo. & l. seq. Sed secundum Canones sic conclude prædicta: quare peto ipsum infamen fore sentẽtialiter nunciari, 3. q. 6. constituimus. & vj. q. j. infames. & canonicè puniri, & puniendum fore decerni, 26. q. 9. ꝯ idolorum. & de conse. dist. ij. pro dilectione. extrà eo. c. j. & ij. In duobus sequentibus titulis ñ est necessarius libell⁹.

ADDITIO.

a Non tractarunt de hoc practici auctores: de materia recurre ad Summistas. Et licet ecclesia sortilegia reprobet, credit t̃n maleficia, vt patet in rubrica de maleficiatis. De scientia & arte Astrologiæ & Astronomiæ an sit iure canonico, vel ciuili damnata, & an pœna debeatur exercẽtibus, vel exequentibus ipsius scientiæ iudicia, plenè scripsi eo. tit. c. ij. Item de sortilegiis, & diuinationibus est dicendum, quòd aliqua sapiunt hæresim, aliqua nõ: & primarum aliqua sapiunt id manifestè: & de his se possunt inquisitores hæresis intromittere, de hæret. accusatus. §. sanè. vbi de hoc, & aliqua no. vt ibi. Curiosus circa hoc scire debet, quod Thomas de superstitionibus plenè tractauit secunda secundæ, q. xciij. & tribus sequentibus. & ibi in xcv. q. articulo quarto tractat de diuinatione, quę fit per inuocationem dæmonum: & illam asserit illicitam primò ex parte principij, quasi tunc inuocans ineat fœd⁹ cũ dæmone: & tunc fortius sacrificium, vel reuerentiam exhiberet inuocans dęmonio inuocato. Secundò pp futurum euentũ: quia quicquid agit dæmon, ad id tendit, quòd inuocantem perducat ad aliquid saluti nociuum. Sed an hoc sit hæreticum, non exprimit. Propter quod sciendum, aliquibus Theologis videri põderandum effectum, ad quem tendit inuocans dæmonem. Si enim inuocat ad mulieris amorem prouocãdum, attribueretur superstitioni, non hæresi: potissimè quia hoc ipsius est proprium homines tentare contra pudicitiam, & ad animarum lapsum: vnde Tentator vocatur Matthæi 4. & Lucæ 4. in principio. Licet igiť hoc sit turpe, fœdum, mortale & graue, non tamen sapit hęresim manifestè: & sic non est locus prædicto §. sanè. hoc verum, nisi esset cum adoratione. vt ibi no. nam, vt ibi addidi super gl. si adorare hæreticum hæresim sapit, vt ibi in §. ille fortiùs dęmonẽ adorare. Vbi autem dæmon inuocatur ad scienda futura per ipsius responsa, hoc attribuitur creaturæ, qđ est proprium Creatoris: propter quod videretur, q̃ hoc hęresim saperet manifestam, Isaię lxj. Annunciate nobis, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, q̃a dij estis vos. circa hoc tamen vide Aug. 27. q. 4. c. pe. & vlt. Secundum prædicta locum habet, quòd voluntas & propositum distinguunt maleficia, extra de sent. excom. cum voluntate. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. diuus.

ADDE videnda originaliter per Oldr. consi. ccx.

¶ De Clerico venatore. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus contra clericum venatorem qualiter sit formandus.*



Concipitur sic libellus:

1 Lib. † Coram, &c. ꝓpono contra P. rectorem talis ecclesiæ, seu diaconum, quòd ipse continuè deseruit syl-
a uaticis venationibus, piscationibus[a] & aliis huiusmodi voluptatibus & vagationibus: quare peto ipsum per vos canonicè puniri, & puniendum fore decerni, extrà eo. c. j. & 2. 34. dist. quorundam. contra de consec. dist. v. nunquam. verbo, taxantur. Et secundum hanc formam concipitur libellus in duobus sequentibus titulis.

ADDITIO.

a Piscationibus. ¶ Saluari p̃t hoc verbũ per id, qđ dicit Cõtinuè deseruit: aliàs dicere debuisset Occupationib⁹, sicut dicit cle. de stamona. ne in agro. §. porrò. in prin. & vide, quod ibi no. & sic soluitur ꝯrium, quod sequitur: vbi monachi texunt retia ad pisces capiendos: nam & piscari non est prohibitum, cùm & piscatores fuerunt Sancti 86. dist. de Esau. & vide, quod ibi no.

ADDITIO. Adde tu, an venatio sit prohibita episcopis, & quid de religiosis, & quid de piscatione, vide plenissimè per Io. de Turrecrem. in c. qui venatoribus. dist. 86. Hen. Ferran.

¶ De Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra clericum excõicatum ministrantem concipiendus.*



Sic concipitur:

1 Lib. † Coram, &c. propono cõtra P. quòd cùm ipse à tali episcopo pro tali excessu fuisset excõicat⁹, vel interdictus, vel suspensus, tamen eadem excõicatione, interdicto, vel suspensione durantibus, hoc anno, tali mense, & loco tali, regnante tali, non erubuit in contemptum clauium diuina officia, sicut priùs, celebrare: imò quantum in eo fuit, veriùs prophanare: quare super hoc eum vobis denuncio & accuso, & peto

peto eum à suis ordinibus perpetuò deponi & deponendum fore sententialiter declarari: & ego L. &c. vt s. de accusa. §. j. ver. vlt. extr. eo. c. j. & 3. & 4. de dolo & cõtu. veritatis. de vita & honest. cler. vt clericorum. §. si quis. xj. q. 3. de illis. & ca. si quis episcopus damnatus. extrà de ætat. & qualit. cùm bonæ. 32. dist. præter hæc. extr. de exces. prælat. tanta.

a ¶De Clerico a non ordinato ministrante. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter sit contra clericum non ordinatum ministrantem formandus.*



Oncipitur sic libellus.

1 Lib. †Corã, &c. propono contra P. quòd ipse sibi manu ordinatoria non imposita, vel eo nondum in diaconum ordinato, missarũ solennia celebrare, vel Euãgelium legere solẽniter præsumpsit: quare peto per vos ipsum ꝓpter hoc canonicè puniri, & puniendum fore decerni, extr. eo. c. j. & ij. Eodem modo cõcipitur libellus in sequentibus duobus titulis. In tertio verò titulo de excessibus prælatorum, quæ generalis non est, non est libellus necessarius, de cuius materia per speciales huius operis titulos satis poteris inuenire.

ADDITIO.

a Ad Summistas recurre: & quis cum isto dispenset, & ad quid, vide s. præal. §. nunc de episcoporum. ver. 18. & quod no. eo. ti. c. 2. in gl. penul. & quod super ea dixi.

a ¶De Noui operis nunciatione a. Rubrica.



N hoc titulo hoc ordine procedemus. nam primò de noui operis nunciatione dicemus: secundo verò de cautione damni infecti supponemus.

SVMMARIVM.

1 *Aedificans in solo alterius ipso inuito & prohibente, cogi potest etiam suis expensis ædificium destruere.*

2 *Interdictum Quod vi, aut clàm, competit illi, in cuius solo etiam post denunciationem fit aliquod opus.*

3 *Denuncians ædificanti in solo alieno, ne ædificet, an debeat esse præsens in loco vbi fit opus.*

4 *Interdictum Quod vi, aut clàm, cui, & quo casu succurrere dicitur.*

5 *Opus nouum nuncianti securum est coram tabellione & testibus mensuram accipere totius ædificij faciendi.*

6 *Aedificationem factam in solo alterius post denunciationem debere destrui, an sit verum.*

7 *Nunciatio operis iure facta nullo existente præsente, an sit valida.*

8 *Nunciatio furioso facta an teneat.*

9 *Nunciatio facta opificibus domino ignorante, an sit valida.*

1 1. §. Aedificanti †ergo in solo tuo, vel ædificare volẽti plerunq; denũcias, ne ædificet: qui spreta denunciatione nihilominus ædificat: proditum est ergo tibi interdictum de noui operis nũciatione, per qđ cogetur destruere suis expensis, quod fecit, etiamsi iustè ædificat, ff. de no. oper. nunc. l. j. & l. prætor ait. in prin. & l. verùm. extrà eo. c. j. & pe. j. ver. quid si quando. ¶Sic ergo libellus concipitur b:

b Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui postquam nunciaui sibi nouum opꝰ in ædificio tali per iactũ lapilli c, ipse ædificauit: vnde peto, quòd illud, quòd post nunciationem ædificauit, destruat suis expensis: & ad hoc propono interdictũ de noui oper. nunc. vel actionem in factum subrogatam in locum eius, vt in præ. cõcor. & extr. eo. c. 2. ad principium: & hoc, quando ædificans possidet: si autem alius d, tenetur, qui possidet, præstare patientiam tantùm vt ff. eo. l. j. & fi. ¶Actor ergo sic ponet:

c

d Pos. act. Pono, ꝙ de nouo vis immittere in ædes meas. Item ꝙ ędificas de nouo contra leges, vel senatusconsulta, vel constitutiones, vel quia vis destruere domum istam, ff. eo. de pupillo. §. publica. ff. fin. reg. l. fi. ff. de contra. emp. senatus. ff. de leg j. cætera. C. de ædifi. pri. Mæuia. Item ꝙ ædificas contra seruitutem, quæ mihi ꝑ talem locum debetur. Itẽ ꝙ vis facere tale opus. Item ꝙ vis illud facere in tali loco, ff. e. l. j. §. hoc autẽ edic. Item ꝙ vis denuò facere, e. l. j. §. si quis ædif. & §. opus nouũ. Item ꝙ ex socius T. in re tali. hoc concesso, cessat oppositio, quæ fit per l. ff. eo. tit. in prouinciali. Item ꝙ quando nunciaui tibi nouum opus, in re illa nunciaui, in qua fiebat opus. Item ꝙ licet res illa sit communis tibi & alij ego tibi nunciaui in re præsenti, ff. eo. de pupillo. §. nunciationẽ. & l. si quis fortè. & l. opus nouũ. & l. cuilibet. & l. in prouinciali. §. si in loco. & l. j. §. fin. & l. ij. & cùm res est communis, sufficit vni nunciare, ff. eod. de pupillo. §. si plurimum. Item ꝙ iuraui me non nunciare animo calumniæ: vel etiam fui paratus iurare, vt in l. de pupillo. §. qui opus nouum. Item quod nunciaui in tali parte ædificij, vel in toto. Item quòd quando nunciaui opificibus, tu sciuisti, j. ver. fin. ¶Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, ꝙ tale solum, in quo ędifico, est pleno iure T. Item quòd iam est annus, ꝙ illud opus feci, vt in præ. l. de pupillo. §. ꝙ opus nouum. Item ꝙ duo mẽses tantùm sunt, ꝙ nunciasti nouũ opus. hoc concesso, patet, ꝙ non est opus futurum, sed factum, ff. eo. l. j. §. hoc autẽ edictũ. Sed aduersus facta opera competit interdictum Quod vi, aut clam, vt ibi. Item ꝙ solum, vbi ædificaui, est mihi & tibi cõe, ff. eo. in prouinciali. Item ꝙ in tali ędificio, quod iam erat factum, facio fulcimentum. Item opus, quod facio, est riuus, vel cloaca. ff. de riuis, l. vnica, ff. e. de pupillo. §. si quis. Item ꝙ requisitus noluisti iurare te animo calumnię non nunciare. Itẽ ꝙ eram absens, quando nunciasti, extr. eo. c. ij. ad princ. Item ꝙ opus erat consummatum prius quàm rediissem, j. ver. fi. Item ꝙ licet renunciaueris, nunciationem illam remisisti, ff. e. l. j. in prin. ff. de remis. l. j. Itẽ ꝙ mihi tantùm & in tali loco tantùm nunciasti. Item ꝙ in alio loco, s. tali, fiebat opus. Qualiter autem super cautione, ꝙ præstatur ab eo, cui nouum opus nũciatur, libellus concipietur, dixi s. de pig. & aliis cau. §. sequitur. versi. item sæpe. Item qualiter ipsa cautio formetur, vide s. de satisda. §. fi. ¶†Itẽ si post, vel contra denunciationem tuam, vel te celante opus in tuo fiat, competit tibi interdictum, quod vi, aut clàm: super quo concipitur libellus, vt s. de rest. spo. §. j. ver. cæterùm. ¶†Sed nunquid denunciãs debet esse præsens in loco, vbi opus fit? videtur, ꝙ sic, arg. ff. eo. de pupillo. §. nunciationem autem. & §. seq. versi. & generaliter. Sed videtur sufficere, si remotus sit, ita tamen, ꝙ audiri possit, argu. de ver. oblig. l. j. circa fi. ¶†Sanè e præcedens interdictum succurrit ei, post cuius nũciationem ædificat, vt illud destruatur, etiamsi iustè fiat, vt dictum est. Est & aliud interdictum, s. vt liceat ædificare ei, cui nunciatum est, si satisdederit, per quod consulit ei, cui nunciatum est: & est prohibitorium, s. ne vis fiat ei, qui satisdederit de opere destruendo, si velit ædificare, ff. de noui oper. nun. ait prætor. §. deinde. & §. hoc interdictum. ¶Sic ergo libellus cõcipitur: Libellus. Coram, &c. conqueror de P. qui cùm mihi nunciasset nouũ opus, & sibi satisdederim de opere demoliẽdo si appareat me iniustè ædificasse, vel paratus essem satisdare, & si vellem ędificare, nec prohibere & impedire, quò minus ædificem, non cessat,

2

3

4

e

ADDITIONES.

a De practicis auctoribus solus Rof. hoc prosequitur inter edicta: & est antepe. in ordine Digestorũ, & voluit auctor sequi ordinẽ Digestorum, vbi ad hanc rubricam continuatur rubrica de damno infec. Rof. aũt coniungit illam prætoriis stipulationib. Secundò illam reassumit inter xiij. cautiones, & est 4. an denũciatio noui operis fieri possit die feriato? & an causa ipso die tractari? scripsi plenè s. de feriis. §. sequitur vltra prin. de illo, qui denũciauit nouum opus per iactũ lapilli, dicens, ꝙ ex parte Papæ propter id nolẽs litigare coram ordinario. Ioan. de Deo. lib. 4. q. 2. dicit, ꝙ si ipse non verificat, quomodo ex parte Papæ factum fuerit, vel fieri potuerit, non mutabitur per id, quod ius definit de his nunciationibus: & hoc, nisi appellasset ad Papã tali appellatione, cui deferendum foret, de appel. si duobus. aliàs, vt dicit. facile esset cuique lædere, vel multum tardare ius proximi, cõtra id de pœ. dist. 2. charitas. ver. item proximos. Probet ergo intra tres menses de iure suo, & seruetur dec. vlt. eo. ti. de duobus fratribus, quorũ pater vni dimisit furnum, alteri salinarium: qui secundus vult etiam facere furnum, cùm antiqua consuetudo habeat contrarium. Itẽ de duobus fratribus, quorum pater Comitis vasallus reliquit castrum maiori, alteri latas possessiões cum castro feudales, an maior possit fratrẽ prohibere in possessionibus illis facere castrum? Has Pileus tractat q. 36. primã, & 21. secundam. In prima tenet, ꝙ potest, ff. de dam. infec. Proculus. de aqua plu. arcen. l. j. §. itẽ aiunt & l. si in meo. In secunda idem, dummodo illa factio scãdalis, vel seditionibus materiam non præbeat, quod iudicis cognitioni relinquit, alleg. ff. de oper. pub. l. 2. de ser. vrb. præb. cum eo. ADDE, vt per Rof. cons. lij.

b Concip. ¶secundum Rof. vbi s. qui enumerat decem, quæ requiruntur, & quæ per positiones patent, & totum ibi eius ad literã vsque ad ver. qualiter.

c Per iactũ lapilli. ¶Quare hoc dicatur, vide no. eo. tit. c. ij. & super magna gl.

d Alius. ¶Dicit Rof. ædificauit, & alius possidet? & tenet, vt sequit. Et scias, ꝙ l. pen. loquit in hærede eius, cui fuerat renunciatũ, & cui opere facto decessit: l. fi. non probat id, ad quod inducitur, & loquit in emptore post denunciationẽ factã venditori: & ędificauit emptor. Fateor, ꝙ inter solutiones ꝯtrarij glossa ponit istam.

e Sanè. ¶Hic incipiunt verba Roff. in penultimo interdicto, quod continuat s. prox. & hoc vsque ad ver. & not. & quatuor, quæ in hoc requiruntur, positiones ostendunt. Et hãc etiam reassumũt, vbi de xiij. cautionibus est quinta.

cessat, vel me impedit ædificare: vnde ago contra eum, ne me impediat: & ad hoc propono interdictum de noui operis nun. quo cauetur, ne satisdatione præstita ab eo, cui nunciatur nouũ op⁹, impediatur, quo minus ædificet, vel actionem in factum subrogatam in locum eius, vt in præ. §. deinde. & ext. eo. c. pe. & fi. ¶Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, ꝙ mihi nunciasti nouum opus, vt in præ. §. deinde. & ea. l. §. hoc interdictum. Item ꝙ tibi caui, ꝙ si appareret me iniustè ædificasse, opus factum destruerem, vel paratus fui cauere. hæc enim paria sunt vt in præ. concor. Item ꝙ prohibes me volẽtem ædificare post satisdationem à me præstitam, vt in præ. §. deinde. Item quòd est minus anno, quòd hanc prohibitionem fecisti, ff. eo. prætor. §. hoc interdictum. ¶Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, ꝙ nunciaui tibi nouum opus. Item ꝙ petij, ꝙ mihi satisdares. Item ꝙ cauere recusasti. Item quòd iam transiuit ann' ab eo die, ex quo dicis quòd te prohibui. Item quòd parat⁹ fui intra spacium trium mẽsium de iure meo probare, & noluisti me
5 expectare, extra e. c. fi. ¶†Et no.ᵃ quòd is, qui nouum opus nun-
a ciat, sapienter aget, si coram tabellione & testibus facit mensurari ædificij longitudinem, latitudinem, & altitudinẽ: quiá cũ opus factũ post denunciationem demoliri debeat, vt s. per hoc scietur postmodũ, q̃tũ post denũciationẽ fuerit ędificatũ, vt ff. e. ñ solũ. §.
6 quid opus nouum. ¶†Sed nunquid verum est, ꝙ si in re ædificatũ sit post denunciationẽ, quòd illud debeat destrui? vt dixi s. in prin. non videtur: quia si vocatus, qui venire non tenebatur, non venit, non incidit in edictum ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi exi. l. ij. & arg. ff. de fur. non videtur. Sed dic contrà, & hoc, quia ɔtempsit auctoritatem prætoris. Sed certè & in prædictis contrariis contempsit: sed hoc locum habet in dubio. Nã si certum esset, quòd aliquis calumniosè nũciasset, non debet ædificatũ post denunciationem demoliri, secundum Rof. ff. ne quis eum, qui in
7 ius voc. est, vi exi. l. j. ¶†Quid si ᵇ quando fit nunciatio operis, &
b in re præsenti, nullus erat præsens, nunquid tenet nunciatio? Io. dicit, valere, ar. ff. de dam. infe. dies. §. quoties. C. de ann. except. vt perfectiùs. ff. quod vi, aut clàm, l. aut quæ aliter. §. ij. in fi. & valebit hæc nunciatio: quia postquam dominus hoc sciuerit, debet absti-
8 nere ab ædificando: qđ si nõ fecerit, destruere tenetur. ¶†Nam & nunciatio facta furioso tenet, ff. de noui operis nun. operis. At ille magis dr̃ ignorans, ꝗ̃ aliquis, ff. de ritu nu. in eo. §. inuitum. C. de falsa mo. l. j. vel ibi tenet in præiudicium tutoris & curatoris, si
9 sunt soluẽdo, arg. C. de iudic. properandum. §. fin. ¶†Sed quid si fit nunciatio fabris & opificibus, vt dixi, & illi non abstinent: postea dominus venit, nunquid opus factum post nũciationem domino ignorante debet destrui? Respondeo, non, ff. e. de pupillo.
c §. si quis fortè ᶜ. illud autem, quod dominus fecit, postquam sci-
d uit nunciatum, debet destrui ᵈ.

ADDITIONES.

a Et no. ¶Reuertitur ad verba Rof. super interdicto s. prox. & hoc ibi vide in fi. j. colum.

b Quid si. ¶ver. iste fuit Rofr. continuatus libello. Versiculos, qui sequuntur, ibi vide in 3. col. ver. sed quid, si quando. & versi. seq.

c Si quis fortè. ¶Valde plenè prosequitur hoc dictum, & exponit hunc §. Hosti. in Summa huius tit. §. cui fiat. in j. colum.

d Debet destrui. ¶Nisi forsan denũcians sciens ędificatũ, satisdationem simpliciter recepisset: vñ disputauit Dyn. ꝙ si is, qui verè ius ædificandi habebat, nũciationẽ sibi factã cõtempsisset, & post illã ædificauerit: pone, ad tres pedes: & demum satisdedit nuncianti scienti sic ædificatum, & processit in opere, non poterit nunciãs petere demoliri illos tres pedes factos post denunciationem ante satisdationem: & hoc triplici ratiõe. Prima, quia petitio demolitionis locum habet ante satisdationem, non post, nisi pronunciετur non iustè ædificatum, ff. eo. l. stipulatio. §. j. & §. habet autem. Secunda, quia facta remissione tacitè, vel expresſè, ex nunciatione agi non potest, eo. tit. si opus. Tertia, quia stipulando opus demoliri. si iniustè apparebit ędificatum, vr̃ aliàs denunciator remittere prius delictum, & eius pœnam ff. de sol. l. qui decem. §. j. & de nouat. l. quoties. circa principium, & l. si Stichum. in prin. Et pro hac parte bene facit lex eo. tit. de pupillo. §. si is. vbi dr̃ de satisdatione data fore perinde, ac si nũciatum fuisset. Sed in ꝯrium facere videtur lex, sciendum. eod. tit. vbi dr̃, ꝙ denunciatione remissa tacitè, vel expresſè, saluæ remaneant aliæ actiones: ergo & demolitio peti poterit. Sed dic, illud intelligi de actionibus, quæ incœperunt competere pp nunciationem: sed de his, quæ cõpetebãt ante nunciationem, sicut esset negatoria, vel confessoria, de quibus satis scripsi de verborum significationib. abbate. super prima gl. cum suis remis. Et aduerte: quia qđ Dyni fuit de illo, qui post nunciationem sciebat ædificatum: secus enim in id ignorãte, per l. 4. aliàs, mater. ff. de inof. test. ad fi. de peti. hær. l. legitima. ff. de acquir. hæred. Clodius. Alia iura ad idem vide s. de præscrip. §. j. ver. quid si quis. de locat. §. nunc verò. ver. 34.

SVMMARIVM.

¶De damno infecto.

1 *Petens cautionem damni infecti à vicino, cuius ædificium minatur ruinam, qualiter libellum concipiet.*

2 *Damno iam secuto per vicini ruinam, qualiter formabit damnum passus libellum.*

1 §. 2. Nunc dicamus de cautione damni infecti. ¶†Si igi-
a tur ᵃ ædificium alicuius minatur ruinam ædificio, vel predio alicuius, potest vicini ædificij dominus à domino ædificij minantis ruinam petere, quòd sibi caueat nomine damni infecti: quæ stipulatio continebit totum interesse illius vicini, ff. eo. in stipulatione. & l. sed & si conducere. & l. damni infecti. & concipietur sic libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. quia ædificium suum minatur ruinam ædificio meo: vel cùm habeat ædificium ruinosum iuxta ædificium meum, & posset de facili damnum contingere, quòd mihi caueat nomine damni infecti, vel satisdet: & ad hoc propono officium iudicis, ff. e. l. j. & l. dies. & l. prætor. §. j. ff. de præt. stip. l.
2 j. ¶†Si autem sit damnum iam secutum, sic concipietur libellus.
Lib. Coram, &c. cõqueror de P. qui mihi cauit nomine damni infecti propter tale ædificium suũ, quod ruinam minabatur: & tũc ædificiũ illud cecidit, & totũ ædificium meũ destruxit: vnde ago contra eum, quòd prædictum mihi damnum emendet, vel resarciat: & ad hoc propono actionem ex stipulatu, quæ prætoria est, ff. eo. prætor ait. §. j. & ij. Vel concipe, vt s. de pig. §. sequitur. versi.
b cæterùm ᵇ. ¶Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, ꝙ ædificium tale, vel impositio, si est in prædio rustico, est ita ruinosum, vel ruinosa, ꝙ damnum de facili ex eo, vel ea, contingere potest, ff. eo. l. ij. Item quòd damnum vitio operis cõtingere posset, vel cõtigit, si iam datũ est, ff. eo. fluminũ. §. j. & §. vicinum. & §. item seruus. Item quòd denunciaui tibi, vt mihi satisdares. Idẽ, si procuratori, vel domino, vel inquilino, si est absens, ff. eo. dies. §. prætor. & §. toties. Item ꝙ iuraui, vel parat⁹ sum iurare, quòd nõ peto cautionẽ animo calumniandi, ff. eo. prętor. & l. qui bona. §. qui damni. & §. fi. Item ꝙ promisisti, vel cauisti mihi nomine damni infecti, ff. eo. prætor. & l. damni. Item ꝙ iudex apposuit certum diem, intra quem deberet cautio ista durare, ff. eod. dies. in prin. & l. qui bona. §. fi. Item hoc solo remedio mihi consulitur, ff. eod. si ædibus. & l. qui bona. §. item is. Item has ędes habebam vicinas tempore interpositæ stipulationis, ff. eo. q bona. §. si quis, quia. & l. damni infecti. §. si is, qui vicinas. Item quòd tale ædificium iustè habebam iuxta tuum ruinosum, vt in præd. l. qui bona. §. si qs iuxta. sed hæc est iuris. Item ꝙ quia noluisti mihi cauere, fui missus ex primo, vel secundo decreto in possessionem ædium, quæ minant ruinam, sed me prohibuisti. super quo vide. & concipe libellum, vt suprà de primo & secundo decret. §. restat. in prin. & de eo, qui mit. in possess. versi. cæterum. Item ꝙ cùm sis dominus insolidum, cauisti, pro tertia, ff. eo. stipulatio. Iẽ quòd damnum contigit culpa tui cauentis, vel vitio ædificij. ff. e. fluminum. §. quanquam. & §. Cassius. & §. item apud Iulianum. ¶Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, ꝙ edictum tuum bene est munitum. Item ꝙ illud damnum contigit ex nimia vi ventorum. Item quòd mihi denũciasti extra iudicium, ff. eo. dies. §. hoc autem iudicium. Item ꝙ recusasti de calumnia iurare, C. de iur. calum. l. j. Item quòd post diem à iudice appositum damnum contigit. Item quòd poteras habere actionem communi diuidundo. cùm res sit mihi & tibi communis. Item quòd ædes, pro quibus agis, emisti post interpositam stipulationem. Item quòd illas illicitè ædificasti. Item ꝙ volui tibi cauere: sed cautionem recipere recusasti. Item quòd es pro tertia parte dominus, & caui tibi pro tertia tuæ partis. Formam autem huius cautionis vide s. de satisdatione, §. fin. & quære, vt ibi.

ADDITIONES.

a Si igitur. ¶Incipiũt ad literam verba Rof. loco primo, vbi s. ibi etiam enumerat 14. necessaria, vt hæc licitè petantur: & quicquid hîc sequitur, ibi fuit eius.

b Ver. cæterùm. ¶ibi ponitur forma, per quã exprimitur æstimatio damni, vel si reædificauit, exprimitur expensa facta: & fuit loco secundo, de quo suprà, ipsius Rofre.

De priuileg

a ¶ De priuilegiis [a] & excessibus priuilegiatorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium, cuius priuilegia à summo pontifice concessa contemnuntur ab episcopo, qualiter contra ipsum formabit libellum.*
2 *Libellus cōtra priuilegiorum suorum fines excedentes, qualiter sit cōcipiēdus.*
3 *Prælati an possint suam iurisdictionem exercere in exemptos.*
4 *Ordinarij an possint suam iurisdictionem exercere in datos, seu oblatos exemptorum.*
5 *Priuilegium de benedicendo abbati concessum, intelligitur solùm in missa, non in publico.*
6 *Priuilegium de mitra & aliis pontificalibus vtendo abbati concessum, qualiter sit intelligendum.*
7 *Priuilegium de annulo ferendo abbati concessum, an extendatur extra suum monasterium.*
8 *Mercenarij annales priuilegiatorum an possint à diœcesanis excommunicari.*
9 *Priuilegium personaliter non extenditur ad processus, seu sententias ordinariorum.*

IN hoc titulo sic concipitur libellus: 1 ¶ Lib.† Coram, &c. propono ego abbas talis monasterij, quod episcopus & officialis talis loci priuilegia eidem monasterio à sede apostolica cōcessa cōtemnētes, in monachos & subditos eiusdem monasterij excōicationis & interdicti sententias de facto pro libito fulminant, vel alia grauamina inferunt: quare peto dictas sententias cassari & irritari, & eis, ne de cætero talia attentent sententialiter prohiberi, cū nullum ius sit sibi talia faciendi: peto etiam eis præcipi, ne priuilegia dicto monasterio concessa deinceps violare præsumāt, extr. eo. tit. quanto. & c. dilecti filij. & ecōuerso sic potest cōcipi libellus:

2 ¶ Lib.† Coram, &c. propono contra abbatem, vel conuentum talis loci, quod ipsi priuilegiorum suorum fines excedentes, sua iustitia non contenti, manus ad ea extendunt, quę sibi canones inter dicunt, & priuilegia non indulgent, videlicet tempore interdicti publicè campanas pulsando: interdictum etiam pro eis quandoq; positum aliis seruantibus violando: non permittentes etiam in suam fraternitatem receptos in iuribus episcopalibus rñdere nominatim interdictos in suo cœmiterio sepeliēdo: publicas pœnitentias iniungendo, indulgentiarum literas concedendo, de causis matrimonialibus audiēdo: & sic de aliis: quare peto omnia prædicta reuocari, & sibi sententialiter inhiberi, ne deinceps talia audeant attētare, extr. eod. c. ij. & c. parentibus. & c. petitis. & c. pe. & c. vt priuilegia. & in aliis cc. extr. de exces. præla. accedētibus. 3 ¶ † Et no. quòd prælati possunt suam iurisdictionem exercere in exemptos in casibus contentis in const. Inn. eo. ti. volentes. non obstantibus priuilegiis apostolicis contra illam post modū impetratis. Item hi, qui se dicunt exemptos, de quo non constat, nec longo tempore in possessione exēptionis fuerūt requisiti ab ordinariis, debent priuilegia exemptionis, saltem quo ad articulos, de quibus est quæstio, eis in loco congruo & secreto, vel aliquibus viris ad hoc per ipsos ordinarios deputatis ostēdere: alioquin ordinarij in eos iurisdictionem suā exerceant, nec per conseruatores illorum impediantur: imò sentētiæ & processus ipsorum conseruatorum ipso iure nulli sunt contra ordinarios habiti, vt in constit. Alexandri IIII. eod. titu. quia personæ [b]. b Postquā aūt ostenderint, ordinarii de illis non poterūt iudicare, nec cōtra illos vltrà procedere, vt no. fm Papam, extrà de verb. sign. ex parte. Itē licet aliqua ecclesia sit exempta, non tamen populus: c imò episcopo subest, vt in cōstit. Alexan. eodem tit. cùm super [c]. & ideo Papa not. extrà eo. ad hoc. quod ecclesiæ hospitalis non sint 4 exemptæ, eodem ti. cùm capella. ¶ † Item ordinarij possunt iurisdictionem suā exercere in datos, seu oblatos exemptorū, qui eis aliquem censum faciunt, non tamen se eis omnino reddiderūt, sed in suis proprietatibus morātur: nec ob hoc conseruatores illorum cōtra ipsos ordinarios quicquam attētent. Itē oratoria, vel capellas in locis non exemptis sine locorum diœcesani licentia ñ construant: nec in sic constructis, nec in locis non exemptis celebrent aut celebrari faciant, cùm ab ordinariis fuerint interdicta, alioquin ab ipsis ordinariis compescantur: & si conseruatores illorum in contrarium aliquas sententias tulerint, Papa reuocat illas: sed nec in locis exemptis hæc faciant sine licentia apostolicæ sedis. Item causas proprias suorum hominum liberorum, licet eis cēsuales sint, nō assumāt agendas, vel defendēdas. Hæc ha d bent in cōstit. Alexandri IIII. eo. tit. licet regularis [d]. ¶ † Nō est 5 etiam ignorandū, quod abbates habentes priuilegiū, quod possint bñdictione super populum effundere, non possunt hoc facere pu e blicè, aut per vias ciuitates, castra & villas: sed solum in ecclesia [e] missa

ADDITIONES.

a Pabulum habuit iste tit. ab auctore: quia totum hoc insertum fuit eius. dempto breui ver. sed quæritur. & ver. seq. qui ambo fuerunt additio: & Vinc. vt ibi dicā. Primò igitur ponit duos libellos aduersos. Secundò nobis insinuat iura quædam tunc non nota, propter quod tūc id fuit multum vtile, hodie propter Sextū posset decidi. Tertiò remittit, vbi tractauit impugnationes priuilegiorum: & ibi in principio dixi, à quibus illas habuerit. Et quia duo libelli hîc positi, & ver. non est etiam. cum duobus sequentibus de abbatibus, quorum multi sunt priuilegiati, tractant: est sciendū, quòd quidam sunt abbates, qui, vel quorum monasteria sub nullo sunt episcopo, & in nullius episcopi territorio. Hoc dicit Hos. de abbate Cassineñ. in dec. cùm contingat. de fo. com. vbi scripsi in glossa, quamuis enim. ad fi. Vt autem ibi dixi, Cassineñ. est Hodie episcopalis. Alia verò similia monasteria vide in constitutione Papæ Benedicti XII. de monachis nigris: prima post prooemium vers. ante finē assertiuè ponitur, talia fore monasteria, Sublacense, item Farfense, quæ sunt in speciali prouincia Papali: itē sancti Vincentij de Vulterno in partibus Apuliæ: & ibi priùs sub dubio dicitur idem de monasterio sancti Florentij veteris in partibus Gallicanis. Diuersæ igitur sunt species abbatum. Primò in quibusdam partibus dicuntur abbates prelati ecclesiarum seculariū: sufficiat decr. ex transmissa. de renun. & quod ibi not. in & super prima gl. Nec mirum, quòd etiam præsidentes laicis & secularibus officiis dicuntur abbates prælati ecclesiarū, vt de abbate Genuensi dicitur, vt scripsi de fo. comp. si diligenti. super j. gl. in prin. de vtrisque nil ad propositum. Habemus abbates præsidētes monasteriis & religiosis: ex quibus aliqui, vel aliqua non habent parochiam: & hoc vigebat olim, secundum quæ tempora loquitur xciij. di. à subdiacono. xvj. q. j. generaliter. & de talibus monasteriis loquitur c. j. eadem q. vt ibi no. Et eo tempore abbates erant, ñ presbyteri. Hodie liceat non habeant parochias, habēt tamē curam animarum monachorum & conuersorum suorum. propter quod debent esse, vel fieri presbyteri, de ætate & qualit. c. j. Secūda species est monasteriorum & abbatum habentium parochiā, cuius cura regi debet per clericum secularem, de capel. monach. c. j. & quod in quibusdam partibus malè seruat, vt ibi scripsi. Propter populum autem tenentur ad ea, quæ sunt legis diœcesanæ: de quo vide de officio ordinarij. dilectus. ad fin. vltimæ gl. & satis scripsi de statu monach. c. j. Et prædictis aliqui sunt episcopis subiecti: & hoc regulare, quod sonat rub. de relig. do. vt episcopo sint subiectæ. Aliqui verò exempti, de quibus tenendum, quod habetur eo. tit. c. j. lib. 6. vterque istorum possent non habere, & habere priuilegia, de quibus hîc tractatur, vel his similia, quæ seruāda sunt cum declarationibus, quæ sequentur. omnes prædictæ regulariter intra territorium, vel diœcesim certorum episcoporum præter illos, vel his similes, quos s. nominaui, qui non sunt exempti à iurisdictione episcoporum: quia exemptio presupponit subiectionem, à qua liberatur exemptus: quod in istis non est: iste tñ status sine priuilegiis parum valeret. Item esset posset hoc casu dubium, quando certum est, quòd sunt extra territorium cuiusque episcopi, sunt tamen intra prouinciam archiepiscopi. Et de archiepiscopo dico: quia prima duo, s. Sublacense & Farfense, sunt in speciali prouincia Papali, vt dixi, ita quòd in illis cessat dubiū. Fateor etiam, quod posset tale monasterium sic esse extra territorium archiepiscoporum, sicut episcoporum, quando eadem sunt confinia episcopatuum & archiepiscopatuum vicinorum: & locus ille vtrisque est intermedius: vel quando archiepiscopalis prouincia non habet alios fines, nisi tales episcopatus cum suis territoris. Si verò haberet certa confinia, putà duo flumina, intra quę est tale monasterium, non video, quare archiepiscopus ibi nō haberet archiepiscopalē & metropoliticā iurisdictionē, sicut in propria diœcesi: facit extrà de deci. quoniā. & facit, quod dixi de prouincia Papali. Habemus super regula, in iudiciis. libr. 6. quæstionem de ecclesia priuilegiata super præscriptione cētenaria, an illa possit vti prælatus contra capitulum, vel econuerso. Super regula, priuilegium. est quęstio de priuilegio Papali, quod respicit ecclesiam, expresso tamen nomine prælati, vel econuerso. Super regula, qui sentit. est quæstio de priuilegio familiarium admittendorum ad diuina. An futuros respiciat dominicalis lviij. an exemptio monasterij cum capellis competat postmodum acquisitis, vide eod. tit. cùm capella. Quæstionem Iacobi de Bel. quis ex duobus priuilegiatis eligat forum, vide eo. tit. c. j. lib. 6. super versicul. apostolico priuilegio. Quæstionem de episcopo, qui impetrauit beneficium à Papa testandi de ducentis marchis tacito statuto ecclesiæ, quo poterat testari de c. vide s. super rub. de testa. in prin.

b Quia personæ. ¶ Quam non habemus: sed pro parte de illa sumpta fuit decret. cùm personæ. eod. tit. lib. 6.

c Cùm super. ¶ Hanc etiam non habemus: sed in parte ex illa sumi potuit dec. per exemptionem. eo. tit. lib. vj.

d Regularis. ¶ Quę hodie deciso exordio incip. autoritate. eodem tit. libri sexti.

e In ecclesia. ¶ Non qualibet, sed quæ ad eum spectat pleno iure, & ad consequentia, supple, vel vesperas.

missa finita, vel post matutinum, nisi id expressè in eorum priuilegiis contineatur. Item nequeunt primam tõsuram conferre, nisi conuersis suis, vel his, qui ad monasteria cõuolauerunt, vel in quos ecclesiasticam & quasi episcopalem obtinent iurisdictionẽ, nisi aliud eis cõpetat ex speciali priuilegio, vel consuetudine prę
a scripta, vt in constit. Alexandri IIII. eodem tit. quia nonnulli [a].
6 ¶ † Abbas quoq; cui ex priuilegio concessum est, vt mitra & aliis pontificalibus vti possit, si exemptus est, in cõciliis & synodis vti põt mitra aurifrigiata, non tñ aureas, vel argenteas laminas, aut gẽmas habẽte: non exẽptus verò simplici alba plana vtatur: licet in aliis locis exemptis & ñ exẽptis vti possit mitra, ſm tenorẽ
b priuilegij sui, vt in cõstit. Clementis IIII. eo. tit. exigit [b]. ¶ † Quę
7 ritur, vtrùm abbas, qui ex priuilegio vti potest annulo, possit il-
c lo extrà monasterium suum vti? Respond. [c] recurrendum esse ad formam priuilegii, extrà eo. porrò. quod est late interpretãdum,
8 extrà de don. cùm dilecti. ¶ † Quid de mercenariis annalibus priuilegiatorum, nunquid possunt à diœcesanis excõmunicari? Re-
d spon. sic, & eis decimas soluent [d], extrà de priuilegiis, quidam. &
9 c. porrò. ¶ † Porrò priuilegia concessa ad tempus, vel in perpetuum, personis singularibus ecclesiasticis, vel secularibus, cuiuscunq; præeminentiæ sint aut status, vel etiã comitatibus, quòd interdici, vel excommunicari, vel terrę ipsorum interdici nõ possint, non extenduntur ad sentẽtias, vel processus ordinariorum, exceptis illis tantùm, per q̃ regibus & reginis, eorumq; filiis, necnon & religiosis quibusdam, non personarum tantùm, sed ordinum, vel priuilegiatorum locorum in hoc ratione immunitatis conceditur, vt in constit. Clementis IIII. eo. tit. sedes. & in con-
e stit. Alexandri IIII. eo. tit. qa pro qualitate. & c. quia nõnullis [e]. Hãc materiam de priuilegiis prosequere, vt s̃. de instru. edi. §. nũc autem. In sequentibus duobus titulis non est libellus necessari⁹.

ADDITIONES.

a Quia nõnulli. ¶ Quæ exordio deciso hodie inci. abbates. eo. ti. li. 6. hodie tamen sublatum est, quod in fi. dicebatur de consuet. prę scripta in decr. prædicta, quod etiam posuit Gul. & vide, quod ibi dixi in fi. & ver. super priuilegio.
b Exigit. ¶ Hodie incipit, vt apostolicæ. eo. tit. lib. 6.
c Respondeo. ¶ Secundum Vin. post quẽ hoc scripsi, de vita & honest. cler. in ver. sed nec annulos. ad partem, quòd possit, facit prędicta decr. vt apostolicę. Sequens etiam ver. fuit eius, vt scripsi in decr. quidam. ibi allegat.
d Soluent. ¶ Et contra religiosos id impedientes prouisum est per clemen. de decimis. c. i.
e Et c. quia nonnullis. ¶ Hodie incip. ne aliquid eo. tit. lib. 6.

ADDITIONES NOVAE.

Not. quòd priuilegium concessum ciuitati porrigitur ad castra secum vnita, Iac. de Aret. in l. si finita. §. ex hoc. de dam. inf. Bal. in l. fi. de sacr. san. eccl.

Not. quòd priuilegium quantumcunque personale transit ad filium, l. sordidorum. de excusat. tut.

An priuilegium vni sexui datum porrigatur ad alium, Iac. de Are. in l. j. C. de adulte. Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideic. dicit ꝙ non.

An priuilegiatus faciens actum contrarium priuilegio amittat ipsum, Cy. in l. j. de excus. tut. & ext. de constit. c. cum accessissent.

Not. ꝙ cessante cã cessat priuilegium, l. Titia. §. vsuras. de leg. 2.

An priuilegiũ patris transeat ad filios viuente patre, Cyn. ꝙ sic, in l. iniurias. C. de iniur. Bal. in l. cum pater. §. à te peto. de leg. 2.

An rescriptum impetratum ꝯ aliquem extendatur contra eius hæredem, Cy. in l. temporales. quando lib. princ. dat. Spec. contrà in tit. de iud. deleg. §. restat verò.

An Imperator possit reuocare priuilegia concessa à se, vel per suum prædecessorem, & idem de ciuitate, Guido de Suza. in l. ex præcepto. C. de nouo Cod. fac. vide Bal. in c. j. de nat. feudi: & in l. qui se patris. C. vnd. lib.

Si conceditur alicui priuilegium cum clausula, non obstãte aliquo statuto, an extendatur ad statuta posteà facta, vel solùm ad præsentia, Alb. in l. si à colono. de verb. oblig.

An priuilegiũ amittaṫ non vtẽdo, Inn. ĩ c. cũ accessissent. de cõst.

An priuilegium personale concessum per principẽ finiatur cũ persona, glo. in l. cum tale. ff. sol. matr. tenet quòd sic: contrarium verò not. in l. 3. §. quod autem. quod quisque iuris.

An priuilegiũ datũ vni transeat ad aliũ, dic sic: interdum priuilegium datur personæ: interdum rebus: interdum mixtè interdũ generi: interdum ciuitati, vel loco: interdum causæ. primo casu, dic ꝙ interdum causa est immediata beneficij, & tunc ad aliam ꝑsonam non extenditur, l. maritum, sol. mat. aliquãdo persona est causa mediata, & tunc ad aliam transit, l. hæredes. ad Velleian. beneficium enim Velleiani immediatè non datur personis mulierum, sed mediatè. Secundò casu dic ꝙ transit priuilegium, ad quẽ transeunt res, l. j. §. permittitur. de aqu. quot. & æst. tertiò casu, dic quòd transit ad alium, hoc est ad fideiussorem, considerata personalitate, l. in causę, & l. ꝙ si minor. de min. quarto casu dic, ꝙ transit ad alium, dum tamen descendat ex linea masculina. l. j. de iur. immu. quinto casu dic, ꝙ transit ad alios, & non tamẽ censentur alij q̃ ipsimet qui erant primò: iste enim populus censetur idẽ populus, qui erat modò sunt mille anni, l. proponebatur. de iud. sextò. qñ datur causæ, vt in cã depositi, & similibus, transit ad aliam personam, vt in l. omnibus. & l. Neratius. de reg. iur. & aduerte, ꝙ Dy. dicebat beneficium restitutionis in integrũ ideò transire ad alium, vt putà ad singularem successorem, vt l. interdum. & l. ꝙ si minor. de min. quia quamuis sit personale, tñ persona non est cã immediata beneficij, seu priuilegij, l. nam & posteà. §. si minor. de iureiur. non quia sit reale. nam si esset reale, transiret ad fideiussorem: quod non facit, l. exceptionem. de excep. & l. 2. C. de fideius. secundum Iac. But. hoc reprobat tali ratione: qñ duæ causę concurrunt, vna mediata, altera immediata, semper debemus attẽdere immediatam, & secundum eam disponere, & non secundum mediatam, l. cum quis. cum gl. de dolo. & l. metum. §. sed licet. q̃ me. cã. si ergo dictũ Dy. esset verũ, ꝙ lęsio esset cã immediata, psona cã mediata, ñ attenderemus personam, sed ipsam lęsionẽ, tanq̃ causam immediatam, & per consequens beneficiũ restitutionis in integrum deberet dici reale, non personale, quod est falsum: quia tunc transiret ad fideiussorem, vt d. l. exceptio. & ideò dicit Iac. Butr. tale beneficium est nullum Dy. in c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Rich. de Salicet.

An numerus xij. liberorũ excuset patrẽ ab omnibus personalibus, patrimonialibus, & mixtis, Bar. quòd sic, in l. si quis decurio. C. qui num. lib. lib. xj.

An priuilegium transeat ad hęredes, Alb. in l. maritum. sol. mat. Ang. in l. cum quidam. §. fiscus. de vsur. not. Bar. in l. licitatio. §. fin. de publica.

An habens priuilegium propter alium possit eo vti contra ipsum, Bal. in l. accessionis. §. j. de excusat. tut.

Si conceditur priuilegium alicui nobili, & filiis, & nepotibus, non veniunt filii quandiu pater viuit, nec nepotes, donec filij viuunt, Bal. in l. cum pater. de leg. 2.

¶ Baldus de priuilegiis, &c.

Materiam de priuilegiis, aliquid vide s̃. de instru. edit. §. an valeat confirmatio. cum quinque §§. seq.

a ¶ De Iniuriis & damno dato [a]. Rubrica.

ADDITIO.

a Vt dicit auctor, rubricæ sunt duę partes. Itẽ prima diuiditur in duas actiones, s. prætoriã & ciuilem: & breuiter demptis remissionibus & duabus q̃onibus Alb. Gal. quas ĩ. signabo, totum, quod de prima dr̃, ad literam fuit Rof. vbi de actiõe iniuriarum prætoria, & est pen. inter prætorias, vbi auctor pleniùs loquitur, quia numerat decem, quæ necessaria sunt in ista: quæ tamen per positiones colligi possunt. Hoc scias, ꝙ Cy. vtriusque actionis materiam plenè tractat per modum summæ, per xix. q. C. eodem. tit. si non conuicij. quarum octo, s. vj. & vij. sequentes respiciunt libellum. s. an agẽs iniuriarum habeat exprimere sibi inuito iniuriam illatã? Item quòd animo iniuriandi. Item quod conuicium non est verum. Item an debeat æstimari. Item qualiter. Item quomodo sit iniuria declaranda. Item ꝙ si verberatus pulsatus, & cõuiciatus sit agens. Item an exprimere debeat actionis nomen. An actio iniuriarum vendi, vel cedi possit ante litem contestatã, scripsi de ces. act. §. j. ad fi. post vers. vtrùm agens. Quæstionẽ dominicalem xiij. posui s̃. de instrum. edi. §. nunc verò. super vers. item pone, &c. de infirmo, qui remisit iniuriam, & senat⁹ vult agere. Est q̃o de vxore atrociter verberata per virum, an possit agere ꝯ eum actione iniuriarum? de atroci quæritur, quia leuis castigatio permissa est marito: de hoc not. 7. q. j. sicut alterius. 33. q. 2. placuit. de iureiur. queadmodum. in vlt. gl. & super ea ad negatiuam allegatur. C. rerũ amot. l. ij. ff. de infa. l. j. ff. de ser. cor. l. si. & sit ratio denegãda, ne malè simul viuant, C. de fur. l. si. in fin. ff. de oper. lib. cũ patronus. C. de emen. propin. l. j. ff. de relig. & sump. fu. at si quis. §. idem Labeo. Ad ꝯriũ inducit ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. in fi. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt, l. j. in fi. de iniuriis, l. ij. & l. prætor. §. sed & si. C. de fur. si quis seruo. Per quæ iura tenent quidam, vxorem agere posse. Melius tñ videtur, ꝙ agat actione in factũ ad præseruandum illæsam famam mariti, vt prędicta l. 2. C. rerũ amot. ff. de dolo, non debet. ff. de fur. si quis vxori. Interdum statuta permittunt impunè meretricem percuti, an id locum habeat etiamsi sit maritata? Iudicatum fuit, quòd non. per l. si vxor. §. j. ff. de adul. per quam patet, quòd etiam in meretrice ponderatur matrimonium, ita quòd locus est accusationi adulterij. Et facit, quod not. in l. si ea. C. eod. tit. de adult. de statuto, quod vult per patrẽ emendari damnum per filium, de quo filio intelligatur, dixi super rubri

ca qui

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter ab eo, qui agit actione iniuriarum prætoria, debeat formari.*
2 *Duobus se inuicem iniuriantibus, an possint se inuicem accusare.*
3 *Positio actoris in actione iniuriarum, qualiter sit formanda.*
4 *Agi criminaliter & ciuiliter de iniuria an possit.*
5 *Actio iniuriarum an oriri possit ex iniuria vasallo facta.*
6 *Actio iniuriarum diuersimodè consideratur à doctoribus.*
7 *Dolere plus dicitur quis perditione vnius denarij de eo quod habet, quàm non lucrando duos.*
8 *Maleficia non debent remanere impunita.*
9 *Statutum puniens facientem insultum ad domum alicuius, an comprehendat assilientem aliquem in porticu domus.*
10 *Iniuria facto irrogata qualiter sit punienda.*
11 *Agens actione iniuriarum facto illatarum, qualiter ponere debeat.*
12 *Pater remittens iniuriam filio factam, an ipsi filio nocere dicatur.*
13 *Iniuria facta debet statim ad animum reduci: aliàs dissimulatione aboletur.*
14 *Actione iniuriarum agi potest intra annum, & non post.*
15 *Quatuor personæ an possint agere ex vna iniuria.*
16 *Iudicium ciuile tollitur per criminale, & econuerso.*
17 *Aestimatio iniuriæ, siue contumeliæ, alia est ab æstimatione damni.*


Aec rubrica duas habet partes: igitur de prima primò dicendum est, scilicet de iniuriis.

1 I.§.Scias † ergo, quòd is, qui tibi iniuriam verbo [a] intulit,
a conueniri potest actione iniuriarum prętoria: vn
b de sic libellus concipitur [b]:

ADDITIONES.

☞ca qui fil. sint leg. ¶ Quia repræsaliæ pertinent ad hūc titulum, vt
patet in vj.q. de il.is do. Gul. & Iac. de Bel. vide super regula, nō de
bet aliquis. eod. tit. Sed fuit ab olim disputata qō de repręsaliis da
tis per cōe Boñ. ciui Bonoñ. in districtu Genuen. deprædato, cō-
tra cōe Genuæ & homines in ciuitate, vel territorio habitantes:
quæritur, an comprehendat ciues Bonoñ. Genuæ habitantes? fu
it per Iac. de Bel. hæc qō reuoluta, an liget Genueñ. Bononiæ ma
nentem voluntate, vel quia bannitus? incipit qō Iac. dux in duca-
tu. & est secundum ipsius membrum. Prima fuit soluta illum Bo
noñ. nō teneri principaliter, per l. 3. quæ incipit, est verū & l. seq.
& l. ciues. C. li. x. de incolis. Secunda ēt fuit soluta, Genueñ Bono
niæ manentem non teneri principaliter pp odium repræsaliarū,
quæ sunt graues legibus, & naturali æquitati ɔ̄riæ, vt in dec. vni-
ca, in prin. lib. vi. & odia restringenda sunt, in regula, odia. eod. tit.
quod facit ad vtranq; qōnem. Et, prout dicit, non vr̄ dubium in
bannito, in casu, quo perdat ciuitatem & bona, qui habetur ꝓ de
portato, iuxta not. Instit. quibus mo. ius pat. po. sol. §. relegati. Nō
dicetur ergo ciuis, ff. de pœnis, quædā. Et idem in exule, qui & nu
dus exulat, not. de cap. mi. l. ij. §. j. & l. tutelas. in fin. ff. de reb. dub. si
cognat. ibi, in ciuitate tamen manet. inducit pro volūtario absen
te, ꝗ habetur pro ɔ̄dicente, sol. mat. l. ij. §. fi. & patet de arb. c. ij. lib.
6. Habet ergo hoc locum, qđ dr̄ à generalitate quidā tacitè exci-
pi, C. de inoffi. test. l. si qñ. in prin. ff. de calum. in hæredē. extra de
iureiur. ad nostram. 3. & ibi concord. in vlt. gl. An municeps, cui
per municipium emendandum est damnum, contribuat. vide s̄.
de censi. §. i. vers. quid si damnum. & quod super eo dixi. ¶ Quæ-
stionem de domibus vicinis incendio depositis per viciniam &
turbā, pp id arcendum, disputauit Gul. Acc. an illarum pretium sit
soluēdum per commune ciuitatis, an per viciniam: & quomodo
tunc sumatur vicinia? & qua actione petatur emenda? ꝗ à cōi in
ducit C. ex quibus cau. ser. acci. præ. li. l. ij. & per totum. ff. de adul.
si postulauerit. in fi. & l. seq. ad l. Aquil. si quis fundū. §. j de of. præ.
vr. l. j. in fi. & l. 2. & 3. in prin. C. de stat. & imag. tribus vltimis legi-
bus, ff. ad Sylla. l. lex Cornelia. in prin. C. de his, qui deiec. l. vna, ff.
de iur. fisc. cùm tacitum. C. de sacrosan. eccl. l. ad instructionem, ff.
de reli. l. minimè. ff. de ser. fug. l. j. §. pen. & l. diuus. C. de epis. & cle.
nulli. in fi. C. de cad. tol. l. vna, circa fi. C. de famos. lib. l. i. §. accusa-
toribus. ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. pen. & de expen. ludor. pup. l. j.
Quòd à vicinia, allegat. ff. quema. ser. amit. l. si locus. in fi. ff. ad leg.
Rho. de iactu, l. j. & ij. & l. nauis. de relig. si quis sepulchrū. in prin.
ff. ad Sylla. l. domino. C. de ser. communi ma. l. j. C. de Iusti. C. con-
fir. l. vnica, circa princ. ibi, sine nouis expensis publicis, facit ff. de
neg. gest. Pomponius. & l. quæ vtiliter. ff. de loc. pub. l. 3. & ne qd
in loco pub. l. ij §. vicinales. & de via public. l. ædiles. ff. de cloacis,
l. j de testi. l. 3. Sabino. C. de cap. & postlim. reuer. l. fi. circa princ. q̄
iura inducuntur, ꝗ multa, quæ expediunt reipublicæ, fiunt priua
tis expensis: ad hoc ff. de re mil. l. 3. §. in bello. C. cōia de leg. auth.
quę res. in fi. ff. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. pen. ibi, si quid tñ
&c. studiosè institi, vt in similibus habeatur iurium copia. De vi-
cinia verò dicit, illam posse intelligi, quantum incendium pote-
rat extendi, ꝗ iudex arbitratur recepto aliquorum testimonio,
& habito consilio: veniet autem attendendum an domus verisi-
militer potuisset, vel non, ab igne defendi: an tempus esset vēto-
sum, an pluuiosum: ad hoc ff. de verb. sig. l. littus. de iure deliber. l.
j. in fi C. de fide instrum. comparationes. ff. ad leg. Aquil. qui occi
dit. §. pen. auth. de fide instrum. §. j. ff. de verb. obl. continuus. §. cū
ita. & ad Sylla. si quis in graui. in prin. Distinguit Gul. an iussu ma
gistratus, vel officialis facta fuerit destructio, an sine iussu. Primo
casu aut iussus fuit iust⁹, aut iniustus: si iniustus, magistratus tenet̄
lege Aquilia, vel Quod vi, aut clàm, ff. ad leg. Aquil. quemadmo-
dum. §. pen. quod vi, aut clàm, l. si alius. §. est & alia & non vicinia
vel turba, ff. ad leg. Aquil. liber homo. in princ. facit regula, quod
quis. lib. 6. Si iussus fuit iniustus, nec magistratus, nec turba tenet̄,
vt prædictis legibus: sed dicit fortè cōe teneri, C. de sacro san. ec-
cles. iubemus nullum. Eodem modo subdistinguit secundo casu,
an turba id fecerit iniustè, vel iustè. Primo casu tenet̄ lege Aqui-
lia, per d. l. si quis fumo. §. j. vel quod vi, aut clàm, vt in pręmissis le
gibus. Si iustè, etiam, sub dubio fortè dicit teneri viciniam: & arg.
eius, quod dicitur de via publica per flumē ablata, ff. quemad. ser.
amit. l. si locus. in fi. & de via publica, l. ædiles. De actione dicit eo
casu, quo competit, & dari fortè iudicis officium, ff. de var. & ex-
traordi. co. l. j. vel cōdictione ex lege, ff. de adult. l. si postulauerit.
in fi. & l. seq. & in factum quæ in variis iuris articulis, &c. C. de sa-
crosan. ecc. l. sancimus. & ff. de præscrip. ver. l. j. 2. 3. & 4. & de exer
cit. l. j. in prin. & forsan eadem contra viciniam allegans ad id, qđ
dixit de actione in factum, ff. de præscrip. verb. qui seruandarum.
¶ Iungatur alia not. quæstio, si propter homicidium à vicino cō-
missum domus eis per curiam diruatur, propter quod mea conti
gua lęsa est, vel corruit: Quòd teneat̄ vicinus, ex cuius culpa hoc
mihi euenit, inducitur ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. pen. ff.
loca. videmus. §. fi. & hoc eo. tit. c. fi. in prin. ad idem ff. loca. si mer
ces. ff. com nuni di. si is, cum quo. Fertur Alb. Pap. placuisse: ꝗ te-
neat̄ curia, vel magistratus, ff. de iniur. l. nec magistratibus. ad leg.
Aquil. quemadmodum. §. magistratu. C. de his, qui lat. occul. l. 3.
§. tribus. & pro homicidio allegatur, quòd causa fuit remota de
qua no. extr. de homi. de cætero. ff. de reg. iur. non, vt ex pluribus
Guidoni placet, si fiscus successerit, quòd eo casu teneatur, ff. de
reg. iur. qui in ius eo. tit. is qui in ius. lib. 6. aliàs tenetur homicida.
Sed hoc intellige, nisi magistratus fuerit in culpa, vt dictum est
in prox. quæst.

a Verbo. ¶ Si facto, statim subdit, in ver. iniuria verò.

b Concip. ¶ Iste libellus fundatur super iniuria conuicij, vel verbi
contumelia; & an teneatur, dices, si illud est verū: dixi post Host.
eo. tit. c. fi. super 4. gl. Et addendo ad ibi dicta, scire debes, quòd in
hoc inuenio diuersa scripta, Primū sic, quod ibi scripsi post Host.
scilicet talem tunc teneri, quando id dicit ad infamandum. Acc.
in l. eum qui. in princi. ff. de iureiur. simpliciter tenet, conuician-
tem teneri iniuriarum, siue in iudicio, siue extra iudicium id agat.
facit Instit. eod. tit. in prin. gl. ij q. j. non peccauerit. in prin. distin-
guere vr̄, an id fiat in iudicio, & liceat: an extra iudicium, & non li
ceat: & secundum primum modum intelligit præ. l. eum q. Alij di
stinguunt, an illud conuicium proueniat ex culpa eius, cui iniun-
gitur, puta ꝗ dr̄ proditor, hæreticus, vel periurus: & tunc non te
netur: & sic loquatur l. eum qui. aut sine culpa: cui iniungitur, pu
tà quia dicit eum bastardum: & tunc tenetur; & sic loquitur lxj.
dist. nasci. C. de nat. lib. l. legem. Alij aliter distinguunt, s. an expedi
at reipub. illud conuicium publicari: & tunc non tenetur. Nec di
stinguunt isto casu, an peruenerit ex culpa, vel sine: vt quia lepro
sus, & tales expedit separari, quia contagiosus est morbus, de cō-
iug. lepros. c. j. de eccles. ædifi. cùm dicat. de cler. ægrot. rectorib⁹.
& c. seq. & si verum est, non tenetur, vt l. eum, qui. Aut nō expe-
dit, vt in bastardo, monacho, claudo, & cucurbita, & his similib⁹:
& tunc tenetur, vt s̄. quia inhumanum & iniuriosum est nostros
defectus detegi, C. quando, & quibus quarta pars deb. l. ij. lib. x. &
hoc placebat domino meo in l. si non conuicij. & ibi placet Pet.
& Cy. sub 8. q. Dyn. aliis verbis vtens dixit, quòd aut de conuicio
poterat accusari: & si dicit verum, non tenetur, vt in præd. l. eum
qui. & C. eo. l. 3. Aut accusari non poterat: & tunc licet dicat ve-
rum, tenetur, vt in præ. l. 2. nisi probet se non animo iniuriandi di
xisse, vt in præd. l. si non conuicij. Posset autem sic ritè distingui:
Aut dico conuicium in iudicio, aut extra. Primo casu si probo,
nullum dubium, vt in l. eum qui. cum concor. Et hoc intelligo, si
ue agendo, siue excipiendo id fiat, vt dixi s̄. de accus. ad fin. super
versi. sed pone. Iuris enim executio non habet iniuriam, ff. eo. in-
iuriarum. & ff. de reg. iur. l. factum cuique. §. j. ibi, non videtur ve-
rificare, qui ordinaria actione experitur. Secundo casu, aut fit per
libellum famosum: & tunc etiam si dicat verum tenetur, C. de li-
bel. famos. l. j. secundum canones excusatur, sed in publicum pro-
deat: quod dic, vt v. q. j. in summa. Si sine libello, aut illud conuici
um dicitur ex causa, aut nō. Si verò causa correctionis, dicatur eti
am publicè, primæ ad Timoth. v. peccantes coram omnibus ar-
gue, vt cæteri timorem habeant, vt ex ea causa etiam coram su-
☞ periore

Libell. Coram,&c. conqueror de P. qui mihi tali anno & mense, in tali domo, vel loco, vel tali vico talis ciuitatis, talem iniuriã dixit, s. vocauit me filium meretricis, vel hæreticum, vel cucurbitam, vel cantauit de me malam cantionem: quam iniuriam nollem quòd mihi dixisset, vel de me cantasset, vel scripsisset pro centum libris Tur. quare ago contra eum actione iniuriarũ, & peto dictas centum libras mihi dari, vel præstari. Hæc forma probatur Inst. de iniur. §. ĩ summa. ff. e. l. fi. C. e. l. fi. ff. de priuat. deli. l. fi. Quòd certæ iniuriæ mentio fit in libello faciẽda, habetur ff. e. prætor edixit. in prin. Vel sic: quare peto cum arbitrio vestro, &c. vt ĩ. in sequenti libello. Quòd si criminaliter agere velis, concipe libellũ,
2 vt s. de fur. in prin. ver. si autem. ¶†Si autem vice versa iste actor vocasset ipsum P. filium meretricis, vel hæreticum, & huiusmodi an se possint mutuò adinuicem accusare, no. ĩ. de acc. ver. quid si te. Vtrùm actio perpetuetur per litis contestationem factam in actione iniuriarum per filiumfamiliàs sine patris consensu, no. s. de actio. ver. quid si filiusfamiliàs. ¶Actor ergo sic ponet:
3 Pos. ac. †Pono, quòd tu es compos mentis, & maior 14. annis. ff. de rei ven. quòd infans. ff. e. illud. xv. q. j. illud. ff. ad leg. Cor. de sicar. infans. 3. q. ix. indicas. extrà de delic. puer. ca. j. & 2 Item quòd
a animo iniuriandi dixisti mihi tale conuicium, s. filius meretricis[a],
b vel hæretici, vel cucurbita[b], ff. de fur. qui iniuriæ. & in præ. l. illud Item quòd cantasti de me carmen famosum, vel malam cantionem: quia dicebas me adulterum, vel aleatorem, C. de famos. lib. l. vnic. v. q. j. per totum. ff. e. non solùm. §. si quis lib. item quòd sũ homo honestus & religiosus, nisi enim esset talis, non competeret hæc actio contra verum dicentem, ff. eo. cum qui. §. j. C. eo. l. si nunciator. Item quòd statim illa iniuria dicta, eam ad animum reuocaui: secus, si dissimulasset, ff. e. non solùm. §. iniuriarum. Item quòd sum liber homo, Inst. eo. §. seruus. ff. e. item apud Labeonẽ. §. prætor. & §. si quis sic fecit. xv. q. j. illud. Item dixisti eam, cùm omni careres officio. Item quòd ibam, vt matrona, & tu me meretricem dixisti, extrà de sent. exc. contingit. 2. ff. e. apud Labeonẽ. §. si quis virgines. ¶Reus verò sic:
Pos. rei. Pono, quod sum furiosus, vel minor 14 annis, xv. qu. j. illud. item quòd per ludum dixi tale verbũ tibi, extrà de præsump. c.
c j. [c] Item quòd tale die dixi tibi tale verbum, quod dicis iniuriosũ & eo die postea simul comedimus, Inst. de iniur. §. si. ff. de adim. legat. l. 3. Inst. de suspec. tu. §. inimicitiæ. Item si te dixi meretricem, ideo dixi, quia, vt meretrix, incedebas induta, ext. de sen. exc. in audientia. & de priui. ex parte. & in præ. §. si quis virgines. Item ꝙ eo die, quo dixi tibi iniuriam, eram rector ipsius ciuitatis, ff. e. iniuriarũ actio. §. is, qui. & §. si quis, quod. & §. qui iure. & l. nec magistratibus. item quòd iam est ann⁹ elapsus, postquam tibi dixi, Inst. de
d perpet. & tem. act.[d] ¶†Sed quæritur, an de iniuria possit agi & ci-
4 uiliter & criminaliter, vt s. ver. quòd si? Resp. non: quia licet in aliis publicis & priuatis delictis agi possit ciuiliter & criminaliter, vt no. s. de fur. prope prin. non tamen hîc: quia cùm hæc actio ꝯpetat ad vindictam, ff. de col. bo. cùm emancipati: si egeris ciuiliter vel criminaliter, iam es consecutus vindictam: vnde vtraque age-
5 re non potes, vt quando ciui. act. præiu. cri. l. vnic. ¶†Quid si fiat
e vasallo[e] meo iniuria, nunquid agam actione iniuriarum? Respõ.
f sic, si in mei contumeliam & contemptum fiat, vt Inst. e ti.[f] & in
g constitu. Gregorii X. de elec. sciant[g]. vbi de hoc dicam. ¶†In hac
6 autem actione est diuersitas[h] inter Doctores circa æstimationẽ
h faciendam sacramento iniuriam passi, vt ff. de in litem iuran. in actionibus. videlicet quæ sit forma huius sacramenti. Dicunt enim quidam, quòd hæc:
FORMA. Ego iuro, quòd priùs nollem lucrari centum libras, q̃ si aliquis mihi hanc iniuriam fecisset. Vel sic: Iuro, quòd pro centum libris, quas mihi dedisset aliquis, hanc iniuriam pati nollem. ¶Actor verò putat sic iurandum:
FORMA. Ego iuro, quòd priùs vellem amittere centum libras d̃
i bonis meis, quàm talem iniuriam pati[i]. nam cùm in pœnis potius debeamus esse mitiores, vt ff. de poe. l. pe. ideo hæc forma præua-
7 let: †quia plùs dolet quis perdere vnum denarium de eo quod habet, quàm non lucrari duos. Veruntamen qualitercunq; & in qualicunq; actione iniuriarum, siue in actione prætoria, siue ciui-
k li, iuretur, semper iudex taxabit[k], vt ff. e. cõstitutionibus. Sed si iudex timidus sit, nec velit præcipere, quòd iuret, prout dictum est sed stat in generalibus, dicat sic, pro quanto noluisses hanc iniu-
l riam pati, vt no. in Summa Azo. C. e. ti. Pileus tamen dixit[l], debere iurari sic: Pro tanto nollem pati tantam iniuriam. Sed contra Azo. est: pone enim, quòd aliquis est nobilis homo modicũ habens: certè non videtur, quòd iste dicere possit: ¶Ego priùs vellem amittere tantum de meo, cùm eius periculo nihil sit, qui ni-
8 hil habet, ff. de fur. itaque. extrà de sol. c. si. ¶†Item pone, quòd passus iniuriam est auarissimus, qui priùs vellet carere oculo, quã denarium perdere: quomodo iste iurabit, quòd priùs vellet tantum amittere de suo? & sic maleficia remanerent impunita, quod eẽ nõ debet, ff. ad leg. Aqui. ita vulnerat⁹. ext. de sen. exc. vt famæ. Sed dic

ADDITIONES.

☞periore, sed nõ in iudicio, ad eius correctionem dici poterit. Vel vult promoueri, & est spurius: eodem modo dicet ordinatori: vel est hæreticus occultus, vel locum vult prodere: istorum & similium publicatio iustissimam habet causam: & quia non fit animo ĩiuriandi, non tenetur. faciunt enim hæc duo coniuncta cessare actionem iniuriarum: & ostendunt animum iniuriandi non fuisse causam publicandi, s. cùm concurrant cum iusta causa publicãdi, & est vera. Per circunstantias enim & indicia oportet de animo iudicari: facit, quo no. C. ad leg. Cor. de sicar. l. j. & constat, præsũptiones præsumptionibus contrariis quandoque tolli. de hoc de elect. cùm inter. in gloss. hîc concurrunt. & de præsumpt. literas. in gl. ante p. propter quod etiam causa quandoque non iusta, licet non iuuet ꝯ pœnam. excusat tamen ab actione iniuriarum quia animus non erat: ad id ff. e. l. item apud. §. si quis astrologus. In secundo membro, quando sine causa dicitur conuicium, putà etiam rixa fit & animosè, tunc, etiam si conuicium sit verum, tenetur. hoc enim est subiectum huius actionis, s. animus iniuriãdi quod verba sonant & dicendi modus: nec veritas cõuicij eximet eum ab hac actione, C. de postul. l. si quis. & de of. rec. prouin. l. 3. ibi, nam & si veræ voces sint, nec ad libidinem effusæ. vbi patet, ñ sufficere veritatem conuicij, sed & requiritur, quòd absit libido & voluntas iniuriandi: facit l. 3. C. quemad test. aper. vbi iubet Imperator non aperiri partem testamẽti, quæ respicit alterius ignominiam: & vide, quod no. Deum retributorem aduerbiorum, ñ simpliciter nominũ. de coll. c. j. in 2. gl. itẽ si à denũciãdo repell. ẽ malo zelo denũciãs, de re iud. cũ I. & A. de acc. cũ oporteat. forti⁹ ꝓhibed⁹ ẽ ĩfamare: & ꝯ detractores vide 6 q. i ex merito. cũ c. fin.
a Meretricis. ¶Hiero. contra Iouin. G. bene est liberis, quibus nec de matre est erubescendum, nec de patre dubitandum.
b Vel cucurbita. ¶Vide, quod de hoc & de bastardo dixi post Hos. vbi s.
c C. j. Per quam decret. & per l. si non conuicij. C. e. ti. de iur. hoc dicenti incumbit probatio: solet hîc poni exemplum in ludentib⁹ ad schacos, qui sibi solent improperia dicere.
d Actio. ¶Supple, in prin. Et scias, quòd de isto anno sunt duæ quæstiones. Prima, an sit prætoria, quam non dubitatur esse annalem: & iste annus sit continuus: an vero vtilis? & glo. in l. si non conuicij. C. e. ti. tenet, ꝙ continu⁹, nisi in casu metus, de quo ff. qd̃ me. cã. si cũ exceptione. §. j. Prædictus § Inst. inducitur ad cõtrariũ: quia regulariter in prætoriis & edictis ann⁹ est vtilis, & vt ibi: & hoc placet Iac. de Ra. vt recitat Cy. vbi s. in 3. q. Alia qõ est, an ciuilis, de qua ĩ. pereat anno. In qua etiam est opi. vt refert ibi gl. quia Io. & Bu. tenet illam annalem: & est speciale. secũdũ eqs. Mar. & Odof. dicunt perpetuam: quod est regulare in ciuilib. & hoc placet Iac. de Rau. vt refert Cy. vbi s. e. q. 3. Rof. ponit, vbi de ciuili circ. medium sequendo dominum suum Azo. & præceptorem suũ Rof. ẽt ciuilem esse annalẽ, & pter casum metus annum semper esse ꝯtinuũ. In vtraque fit ratio etiã in ciuili: quia datur ad vĩdictã alle. l. si. de col. bon. cùm emancipati. §. 2. & Ale. ibi dixit Doct. communiter hoc tenere. Gui. de Su. super pdicta l. C. sequitur istos eadẽ rõe: quia actio est odiosa, & sic restringẽda. sufficiat regula, odia. lib. 6. hoc placet. declaro odium: quia ad vindictã. vt s. & quia infamar. ff. de his, qui no infa. athletas. §. vlt. extrà de re iud. cùm te.
e Quid si fiat vasallo. ¶Quæstio est Alb. Gal. de ac. ver. sed pone, ꝙ quidam allegat ff. e. item apud. in fi.
f Eodem ti. ¶Supple §. sed si libero.
g Sciant. ¶lib. 6. cum conc. quas ponit glo. quæ incipit, net. ver. in hac autem actione.
h Diuersitas. ¶Et de hac Cy. vbi s. in x. q.
i Pati. ¶Hãc approbat Acc. ff. e. l. iniuriarum æstimatio. & ipse Gul. in dec. si canonicè. ff. de of. ord. lib. 6. & ibi. no. in gl. & hîc in fi.
k Taxabit. ¶Et in vtraque ps priùs taxare potest, secundum Rof. q sequitur Azo. vide Cy. vbi s. in ix. & xi q. & in xij. inuenies, quòd agens vno libello de plurib. iniuriis. vt quia conuiciatus, pulsatus & vulneratus. illas poterat simul, vel diuisim æstimare: & ꝓcedet vtroque casu libellus. Ad primum non obstat ff. famil. ercis. l. Mæuius. quia verum est, quòd diuersa est æstimatio totius & p̃tis: sed hæc etiã simul æstimans omnem partem includit. Nec obstat ad secundum. quòd diuisim possit, ff. de iniur. l. prætor edixit. § si mihi. quia licet debeant prædicta simul illata vno libello coniungi, vt ibi, non per hoc sequitur, quòd vna æstimatione. nam ad sensum patet, quòd ibi esset inculcatio & protelatio litium. hîc nullus, ex quo eodem libello fit æstimatio, licet quælibet diuisim exprimatur.
l Dixit. ¶Hoc recitat Rof.

a Sed dic[a], ꝙ primo exemplo iurat, ꝙ nollet tãtùm perdere de suo non habito respectu ad id qđ habet, sed ad id, quod haberet. item quòd in secundo bene posset opponere, ex quo enim sciret, ꝙ đ
b bet lucrari ex illa iniuria, tam citò iuraret[b]. ¶ † Pone: in statuto a
9 licuius ciuitatis continetur, quòd faciens insultum ad domum[c] a
c licuius, puniatur in centum libris: ecce quidam assiliit T. in porticu domus suæ, quæritur, an fecisse videatur insultum ad domũ? Et videtur, quòd sic. nam appellatione domus porticus coniuncta domui continetur, ff. de leg. j. cætera. §. hoc senatusconsultũ. ff. de verb. sig. ædificia. & l. qui incontinenti. ff. de leg. 3. prædiis. §. fi. ff. de pig. creditor. Non enim tenetur quis porticum destruere, si publico vsui non obstat, C. de oper. pub. ędificia. ff. ne quid ĩ loco pub. fiat, l. 2. si quis in prin. ff. de oper. pub. si legatum. §. fi. Ar. contrà, ꝙ non teneatur: quia porticus fuit supra solum publicum: & sic contra leges: quia solum debet esse liberum vsq; ad cælum, ff. de seruit. l. fi. ff. quod vi, aut clàm, l. pen. §. fi. item domus appellatione domicilium continetur, ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. j. ff. de adul. qui domum. ff de ven. inspi. l. j. §. j. ¶ Secundò dicit. potest ꝙ appellatione domus & porticus contineatur generali consuetudine attenta. magna enim ratio suadet, &c. & ne maleficia, &c. ff.
d de fideiuss. si à reo. §. fi. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus[d]. extr. de sen. exc. vt famæ. & videtur expressum. 18. q. 4. si quis contumax. & c.
e si quis in atrio. extrà de immu. eccl. cùm ecclesia[e]. Quid si in statuto continetur, quòd quis pro alapa soluat decem, nunquid dans
10 tres alapas, soluet 30. de hoc s̃. de sententia, §. j. ver. sed pone. ¶ † Iniuria verò, quæ facto irrogatur, putà quia qui verberatur, vel pulsatur, vel alio modo manu iniuria infertur, vel domus sua violenter introita. punitur per actionem iniuriarum ex lege Cornelia, quę
f ciuilis est, ff. ad leg. Corn. in qua sic libellus concipitur[f]:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui iniuriosè ac violenter intrauit domum meam, vel me pulsauit, vel verberauit: quam iniuriã nollem sustinere pro quinquaginta libris: vnde peto ipsum in p̃dicta quantitate mihi condemnari, & condemnandũ fore decerni: & ad hoc propono actionem iniuriarũ ciuilem ex lege Corne
g lia, ff. e. lex Cornelia[g]. de l. prætor. & l. item apud. §. ait prætor. Sed
h contrà. nam iniuria[h] debet æstimari à iudice. ff. e. constitutionib[9]. Ergo actor non debet æstimare: vnde quidam sic ꝯcipiũt libellũ: Lib. Cor, &c. conqueror de P. &c. vnde peto eum ciuiliter de hac iniuria puniri, & eum mihi cõdemnari, vel puniri arbitrio vestro extraordinariè, vel secundum æstimationem à vobis faciendam me Iudex, & puniendum fore decerni, & ad hoc propono, &c.
i Sed prima verior[i]. ¶ Actor ergo sic ponet: Pos. act. † Pono, quòd
11 me verberasti. itẽ quòd domũ meam per vim introisti, ff. e. l. lex Cornelia. §. j. & 2. in fi. item quòd me pulsasti. item ꝙ de me carmen famosum scripsisti, v. q. j. quidam. Item quòd malam cãtionem cantasti. Item quòd vestem lugubrem ad meam iniuriã por
k tasti. Item quòd capillos submisisti[k]. Præmissa probantur ff. e. itẽ apud Labeonẽ. §. ait prætor. & l. lex Cornelia. §. pen. & fin. & l. qđ senatus. & l. vestem. ¶ Reus verò sic:

Pos. rei. Pono, quòd tantùm manum leuaui. item quòd domum conduxeras, vt ibi per momentum stares. Item quòd intraui de volũtate tua. item quòd sum tuus carnalis frater. item quòd scripsi, vel cantaui verum. item quòd barbam, & capillos, & vestem, sicut priùs, portabam, licet modò non portem. ad tempus enim illatæ iniuriæ me refero, ff. e. iniuriarum. Alias etiam fac, vt ĩ prætoria dixi. Quæ verò scripto irrogatur, punitur per cõsti. C. de fa.
12 lib. l. vnica, & v. q. j. per totum. ¶ † Sed nunquid nocet filio, si pa
l ter remittit iniuriam ipsi filio factam[l]? Resp. sic, quantum ad actionem iniuriarum prætoriam. Idem etiam est, secundum Azon. & H. quantum ad illam, quæ descendit ex lege Cornelia. Alij tamẽ contrà, vt no. ff. de iniur. sed si vnius. §. filio. in publicis autem criminib. non videtur, quòd ei noceat: quia in illis filius inuito patre
m potest interesse, ff. de adul. l. inter liberos. §. fi. & l. filium.[m] ¶ † Vlti
13 mò nota, quòd nisi passus iniuriam statim ad animum reuocet, dissimulatione iniuria abolefur: nec postea remissam iniuriam ex pœnitentia recolere valebit, vt Inst. e. ti. §. fi. & ff. e. non solùm. §.
14 i. ¶ † Potest autem quis intra annum agere actione iniuriarum,
15 & non pòst, C. e. si non conuicij. ¶ † Item ex vna iniuria quatuor personæ agere possunt, & quantumcunque vnus egerit, alter ab agendo non remouetur: putà de iniuria mulieri illata, potest ipsa
n agere, & vir eius[n], & pater eius, & socer eius, Inst. e. §. patitur. ff. e.
16 l. fi. ¶ † Item de omni iniuria agi potest & ciuiliter & criminaliter, & tollitur ciuile iudicium per criminale, & econuerso, ff. de ĩ iur. quod senatus. & l. prætor. §. i. & hoc ideo, quia vtraque propo
17 nitur ad vindictam, s̃. ver. sed quæritur. ¶ † Si tamen de atroci iniuria actum est iniuriarum, nihilominus agi potest Aquilia ad dãnum: & econuerso, ff. e. item apud. §. si quis seruo verberato. Et alia est æstimatio iniuriæ, siue contumeliæ, & alia damni, ff. ad legẽ Aquil. sed & si quidem. §. iniuriam.

ADDITIONES.

a Sed dic. ¶ Dicit Ros. defendendo sñiam domini mei, s. Azonis.
b Iuraret. ¶ Fateor hoc propter eius auaritiam: sed non soluitur obiectio de periurio: quia falsum est, ꝙ potius tantum perdere voluisset. Sed quomodocunque reuoluas, in tam auaro nõ cessabit periurium, etiam si iuret quòd pro tãto lucro pati illam iniuriam noluisset, nisi des auarum etiam tenendò, non cupidũ in agẽdo.
c Ad domũ. ¶ Intelligitur hoc de domo habitationis licet propria non sit, Inst. eo. ti. §. domum. ff. de alea. l. j. §. domum. ff. de his, qui deie. l. i. §. habitare.
d Ita vulneratus. ¶ Hucusque fuit litera Alb. Gal. de acc. ver. pone q̃stionẽ. s̃. & cõmendatur cõmuniter hoc dictũ. Aliquibus. videt̃ distinguendũ, an porticus sit propria domus: & tunc procedat p̃dicta solutio: & sic loquitur l. vlt. ff. de ser. vrb. præd. §. j. facit ff. de ĩ iur. l. lex Cornelia. & l. qui in domum. Oportet ergo ingressum ĩ locũ priuatũ ipsius aggressi fieri, sicut priuata est domus, de cui⁹ tuitione fit prouisio: facit ff. quod metus cã, l. metũ aũt p̃sentẽ. 3. responso. Cũ enim locus publicus oĩb. pateat, ff. de rer. diu. l. j. suo iure illũ ingressus est: facit ff. pro soc. l. merito. Ad rẽ ergo ꝓpriã & domui ꝯnexã arctãdũ ẽ statutũ in insultis, in iure: sicut in denũciatione dr̃ ꝙ in rem fieri debet, ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. 2. & tũc ad canones ĩ. allegatos respõdebitur, ꝙ faciũt pro distinctione: quia atrium & porticus ecclesiarũ erãt ipsarũ. Et p eundẽ modũ soluetur alia quęstio de portante arma ꝯ statutum inuẽto sub porticu domus suæ p officiales, vt per eundẽ modũ porticus distinguatur, vt si solum ipsum sit proprium, sit immunis à pœna ac si in domo tenuisset: sic facit ff. de reg. iur. l. nemo ex domo. & faciũt leges in prin. ver. allegatæ: secus, si solum erat publicum: facit ff. ne quid in loc. pub. l. j. §. tractatum. & de flum. l. fi. hodie tamen statutarij in vtroque membro prædicta declarant.
e Cùm ecclesia. ¶ Ad hoc inducit, quasi cœmiterium se habeat ad ecclesiam, sicut porticus ad domum: ad idem e. tit. decet. li. 6. ver. cessent in ecclesiis. ver. quid si in statuto.
f Conci. ¶ Secundum Ros. vbi de hac ciuili: & est versic. ad fi. ciuilium.
g Lex Cornelia. ¶ & ibi §. j. exponitur Verberare, cum dolore cędere: pulsare, sine dolore.
h Iniuria. ¶ Talis, s. ciuilis descendens ex lege Cornelia: & hoc no. Acc. in l. iniuriarum æstimatio. ff. e. & scripsi post Gof. e. ti. c. 1. super gl.
i Verior. ¶ Intellecta, vt s̃. ver. in hac. ibi, veruntamen.
k Submisisti. ¶ Fortè ante oculos in signum doloris: sicut dicit de veste lugubri: & fiebat ad iniuriam: & hæc duo ponit l. vestem. ĩ. alleg. ver. sed nunquid.
l Factam. ¶ De hoc no. ĩ. de sen. exc. cùm illorum. §. si verò.
ADDITIO. Vide Bar. in l. Lucius. ff. sol. mat. vbi dicit, quòd si pater est vilis persona, non potest remittere iniuriam factam filio: & idem Bar. in l. sed si vni⁹. §. filiofamiliàs. ff. de iniur. Et an iniuria remissa in foro conscientiæ operetur in foro contentioso, vide omnino Fel. in c. inter quatuor. col. fi. extrà de maior. & obed. Et quid si pars remittat iniuriam faciendo concordiam, vel pacem, an iudex possit & debeat desistere ab inquisitiõe & punitione, vide Bal. in l. si quis in hoc. ver. item ista. C. de epis. & cler. Et adde, ꝙ remittens iniuriam non videtur remittere ius consequendi damnum, quod ex iniuria passus est, vt decidit Dy. quem refert & sequitur Bal. in l. si pro iure. in prin. ff. de cond. fur. & ponit Alex. cõsil. 21. inc. requisitus. in v. vol. Hen. Fer.
m Et l. filium. ¶ Ad literam fuit Alb. Ga. de ac. ver. pone, quòd pater.
n Eius. ¶ Hoc non conuertitur, quòd vxor agat pro iniuria viri, defendendæ enim sunt vxores per viros, non econuerso, ff. e. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum diuersimodè consideratur.*
2 *Damnum seruo datum an debeat domino solui.*
3 *Homine libero occiso an possit agi actione legis Aquiliæ.*
Liberum corpus æstimationem non recipit.
4 *Damnum homini libero factum qualiter sit æstimandum. & n. 5.*
6 *Operæ hominis occisi vsque ad quod tempus sint æstimandæ.*
7 *Pace facta de vulnere, aut pecunia pro ipso accepta, an possit postea agi pro expensis.*
8 *Damnum dans à corpore in corpus, ad quid teneatur.*
9 *Damnum dans à corpore in non corpus, ad quid teneatur.*
10 *Damnũ dare à non corpore in nõ corpus, quid sit, & illud faciẽs ad quid teneat̃.*
11 *Agens pro damno dato à corpore in corpus, vel à corpore in non corpus, vel à non corpore in non corpus, qualiter ponere debeat.*
12 *Quadrupede alicuius alteri damnum dante, qualiter sit agendum.*
13 *Quadrupede alterum quadrupedem aggrediente, si dubitatur de agressione, & ambo moriantur, quis teneatur.*

14 *Occasionem damni dans damnum dedisse videtur.& n.15.*
16 *Incendium occasione commissi ab alio maleficij factum, cui sit imputandum.*
17 *Animal alicuius si damnum faciat alicui, qualiter sit agendum.*
18 *Agens occasione damni per animal dati, qualiter formabit petitionem.*
19 *Animalibus immissis in prædium alterius, & damnum facientibus, qualiter sit agendum.*
20 *Animalia si absque immissione fructum alicuius depascantur cui sit imputandum.*
21 *Damnum datum in frumento, dum est adhuc herba, qualiter sit æstimandum.*
22 *Dominus animalium noxam facientium an liberetur illa dando.*
23 *Animal damnificans an possit à damnum passo detineri.*
24 *Cane, vrso, vel leone damnum facientibus, qualiter formabitur libellus.*
25 *Actio in factum ex delicto de his, qui deiec. vel effud. cui, & quo casu competere dicatur.*
26 *Interfecto aliquo ex proiectione alicuius rei extra domum, qualiter sit formãdus libellus.*
27 *Pluribus in eodem cœnaculo habitantibus, si vno effundente, vel deiiciente dãnum sequatur, qualiter erit agendum.*
28 *Actio ciuilis arborum fur. cæsar. cui, & quo casu competere dicatur.*
29 *Interdictum de arboribus cædendis, cui, & quo casu competat.*
30 *Interdictum de glande legenda, quo casu, & cui competere dicatur.*
31 *Seruo alteri damnum dante conueniendus est dominus, & ad reddendum cogendus, sed postea poterit etiam à seruo satisfactionem repetere.*
32 *Dominus an teneatur ex delicto famuli sui.*
33 *Clausula ista generalis, scilicet Et aliis rebus, in libello apposita, multum operatur.*

¶De damno dato.

a 2.§.Sequitur videre de secunda parte rubricę, s. de damno dato. In qua scias[a], †quòd quãdoque
1 datur damnum à corpore meo in corpus rei tuæ. Inst. ad l. Aquil.
§. tertium. & tunc competit actio legis Aquiliæ directa, quæ ciuilis est, per quam totum tuum interesse rei tuæ consequeris: ĩ qua
b sic libellus concipitur[b]:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui seruum meum occidit, vel vulnerauit, vel suo corpore in re mea tali damnum dedit, quod æstimo xx. vnde peto mihi illa xx. solui: & ad hoc propono actio-
2 nem directam legis Aquiliæ. ¶†Si autem seruus ille melior fuerit retro intra annum, vel res illa intra xxx. dies, sic concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui T. seruum meum occidit, q retro intra annum valuit quinquaginta: vnde peto illa quinquaginta: & ad hoc propono actiõem directam legis Aquiliæ. ¶Pro reo verò sic:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui corpore suo in re mea tali, putà domo, vinea, vel boue, tale damnum dedit, quæ res retro intra xxx. dies valuit xl. vnde peto illa xl. & ad hoc, &c. & semper adiicias: & si negauerit, peto illum in duplum mihi condemnari. ff. ad l. Aquil. l. 2. & l. si seruus. §. huius. & l. Neratius. §. hæc actio. In-
3 stit. e. §. fi. hoc autem pone ĩ. in proxima actione. ¶†Sed nũquid
c pro libero[c] homine occiso agi potest lege Aquilia? Resp. sic: & licet liberum corpus non recipiat æstimationem, vt ff. si qua pau. fec. di. l. pen. agetur ad mercedes medicorum, & alias expensas in curatiõe factas: veniet etiam æstimatio operarum, quibus pater occisi caruit, & cariturus est: nõ autem æstimatio libertatis, vel ci-
d catricum, vel membrorum eius, vt ff. e.[d] l. ex hac. & ff. de his, q deiec. vel effu. l. fi. B. tamen dixit lege Aquilia agi non posse, ff. ad l.
e Aquil. l. huic scripturæ. §. fi.[e] ¶†Quid si statim obiit, nec aliquæ ĩ-
4 pensæ sunt in medicis factæ? Resp. tunc æstimabuntur operę, quibus pater cariturus est: vel si pater occisus est, æstimabit hæres operas illas, quas amisit, & haberet potuit tempore vitæ suæ: putà
5 quia erat cerdo, vel pelliparius, vel mercator, vel aduocatus. ¶†
f Quid si nullam artem sciuit? Dic[f], æstimari interesse, vt ar. ff. de li.
6 causa, l. fin. & arg. ff. de vsufr. l. arboribus. §. de illo. ¶†Sed vsque ad quod tempus æstimabuntur operæ, quibus quis cariturus est? Resp. vsque ad tempus, quo verisimile est illum occisum viuere potuisse, iuxta æstimationem l. ff. ad leg. Falcidiam, hæreditatum
7 computationi. ff. de transf. cùm hi. ¶†Quid iuris sit, si facta pace, vel lata sententia super vulnere, obiit vulneratus, & an accepta pecunia de vulnere postmodum agi poterit ad expensas? de hoc
8 s̃. de accusatore, ver. sed pone. & seq. ¶†Quãdoque vero datur[g]
g damnum à non corpore in corpus: vt si panno rubeo fugas armenta, vel iumenta mea, vt fugiant, & sic præcipitata sunt. teneri enim mihi vtili actione legis Aquiliæ, ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac quoque. Teneris etiam actione in factum, ff. de fur. in furti actione. §. fi. Vel si inclusisti pecora, & ex hoc mortua sunt fame, Inst. eodem §. certum. In hac ergo sic concipietur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui panno rubeo fugauit armẽtũ meum, vel pecora mea inclusit, & sic fame mortua sunt: quæ quidem iam est annus, quòd valuerunt centum: vnde ago cõtra eum, quòd illa centum mihi præstet, & ad hoc propono vtilem actionem in factum legis Aquil. hæc forma probatur Inst. e. ti. §.
9 cæterùm. ¶†Quandoque à corpore in non corpus: & habet locum in factum subsidiaria leg. Aquilia, quæ prætoria est, ff. de pręscr. verb. quia actionum. Inst. ad leg. Aquil. §. fi. vt si aureum annulum de manib. tuis excussi, & cecidit in flumen: & sic ei damnum datum est à corpore, quia à manibus in nõ corpus: quia annulus existens in aqua non minus valet: sic ergo concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui annulum meum, vel pecuniam excussit de manibus meis, & cécidit in flumen, vel in mare: quem annulum æstimo centum solidis: vnde ago contra ipsum & peto ab eo, vt illos centum solidos mihi det, & ad hoc propono actionem in factum subsidiariam legis Aquiliæ, ff. de præscr.
10 verb. quia actionum. ¶†Quandoque verò à non corpore in nõ corpus: & tunc hæc eadem actio locum habet, vt si misericordiæ causa seruum tuum compeditum solui, & pòst ille fugit, Inst. e. §. fi. Sic ergo concipitur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui T. seruum meum, quem in compedibus posueram, soluit: & sic seruus ille aufugit, qui q valuit xl. iã sunt xxx. dies: vnde illla xl. peto, & ad hoc propono, &c. vt s̃. in præ. l. quia actionum. ¶Actor ergo si ponet:
11 Posi. act. †Pono, quòd seruum illum, vel annulum, vel animalia emi bona fide: vel habeo in eo, vel in eius vsumfructum, vel vsũ vel sum dominus illius serui, vel habeo pignori: & debitor meus à me liberatus est in actione temporali: vel non est soluẽdo, ff. e. item Mela. §. l. Aquil. & §. fin. item quòd inclusisti illa animalia: & sic fame mortua sunt; vel seruus ille mortuus est. item quòd dolum commisisti, vel latam culpam, vel leuem, vel leuissimam, ff. e. in d. l. item quòd seruus ille valuit tantum. iam est annus: vel animalia valuerunt retro iam est annus: ff. ad leg. Aquil. l. 2. Inst. e. §. j. Item quòd tu es sanæ mentis, & maior 14. annis, ff. de rei ven. infans. 3. q. ix. indicas. xv. q. j. illud. ext. de deli. pu. c. j. & 2. itẽ quòd seruus ille, vel illa animalia à te vulnerata intra annum intra 30. dies tanti fuerunt, ff. e. si seruus seruũ. §. huius legis, inst. e. §. caput. item quòd fuisti confessus in iure te occidisse seruum, vel animalia, ff. e. inde Neratius. §. fi. & l. seq. item quòd animalia, vel seruus occisa fuerunt. ¶Reus verò sic:
Pos. rei. Pono, quòd seruus ille, vel animalia illa sunt Titij, vel fuerunt. hoc concesso, restat, quòd non actoris, ff. de acq. pos. possedi. §. ex plurimis. ff. commo. si, vt certo. §. si duobus, extrà de proc. licet. & C. de proc. maritus. item quòd tu sciebas illa animalia, vel illum seruum, quem possidebas, ad alterum pertinere. hoc concesso, non potest actor dicere, ego bona fide possideo: & vt bonę fidei possessor volo agere. ff. de ser. cor. l. j. ff. de relig. & sumptib. fu. l. 2. §. in locum. item dico, quòd hæc animalia, vel seruus ad T. pleno iure pertinent. hoc concesso, non potest habere actiõem legis Aquiliæ, tanquam vsurarius, vel vsufructuarius. item quòd debitor tuus, cuius est seruus, quem dicis me vulnerasse, est soluendo, nec adhuc præscripsit actioni tuæ. item quòd transibas p iaculatorium, vbi ludebam, quando te percussi, ff. e. item si obstetrix, in fi. item quòd sum furiosus, vel minor 14. annis, item q stabas in via publica, & faciebas tibi tondere capillos tuos, quando ego te

ADDITIONES.

a Scias. ¶De hac dist, no. inst. ad legem Aquil. in fi. & sunt quatuor eius membra, de quibus sequitur.
b Conc. ¶Secũdum Ros. qui istos tres libellos sic simul ponit, vbi de directa l. Aqui. in 3. col. quia tractatus longus est, recurrere ad rub. 7. ad fi. ciuilium, cui continuatur actio de pauperie, de qua ĩ. ver. porrò. & est 6. ad fi.
c Sed nunquid pro libero. ¶Saltum facit in ver. Ros. quæ videas ĩ medio. ti. ver. item quærit dominus.
d ff. e. ¶Prox. alleg. si quadrup. pau. fec. dic.
e §. fi. ¶inducebat etiam l. hi enim. cum l. se. ff. de ædi. edic. Quomodo autem ad illas leges respondet Azo, vide per Rom. vbi s̃. vł si vis per ipsum Azonem in Sum. ad leg. Aqui. 2. col. ver. sed si liber homo. Hoc dico, qa vtrobique meliùs, q̃ ponat gl. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Ros. tamen dicit, q sententia Bu. magis vr̃ legibus conuenire. Et ego addo, quòd Italicus approbat illã, licet lex Lombarda in plagiis & homicidio liberi hominis cõpositionem recipiat, vt ibi patet l. j. rub. 6. & 8. Si tamen diceretur, q illa esset pœna, non æstimatio, sicut no. ext. e. ti. c. j. in fi. i. gl. esset legis illius aliqualis defensio.
f Dic. ¶Ros. dicit, quòd nullæ æstimabuntur: allegat easdem leges: nescio, quare autor mutauit eius verba.
g Quandoque verò datur. ¶Hîc assumit verba Ros. ad literam de actio. in factum subsid. vel vti. leg. Aquiliæ: & est vltima inter prętorias & durant vsque ad ver. porrò.

ego te vulneraui,ff.e.item Mela.in prin.item quòd seruus,quem
confessus sum me occidisse,vel vulnerasse,viuit,vel sanus est, &
quòd fuit sine aliqua læsione,iam est annus,ff.e.vnde Neratius.§.
fi.& duabus legibus seq.item quòd ille seruus non valuit vltra d
12 cem,iam est annus.sed hæc est negatiua.¶†Porrò quadrupede
T.tibi damnum dante, habes contra T.actionem in factum de
a pauperie,quæ ciuilis est[a],per quam emendabit damnum,vel ani
mal pro noxa dabit,ff.si quad.pau.fec.dic.l.j.Inst.e.ti.in qua sic cō
cipitur libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.cuius quadrupes, fortè equus,
vel asinus motus naturali feritate mihi tale damnum dedit in re-
bus meis:quod damnum æstimo xx.& ad hoc propono actionē
in factum de pauperie:¶Vel sic:
Lib.Coram,&c.ago contra P.vt mihi soluat æstimationem dam
ni, quam facio, vel æstimo xx.quod damnum equus suus intulit
reb[9] meis naturali feritate,putà fregit vasa mea,vel vegetem cal
b ce fregit:& vinum est effusum,& ad hoc propono actionē,&c.[b]
13 ¶†Quid si dubium sit, quòd quadrupes alteram sit aggressa,
c & vtraque[c] mortua est?dic neutrum dominum alteri teneri, ff.
ad l.Aquil.l.lege Aquilia.§.cùm instrumenta.& 23.q.vlt.c.fin.Si
autem fregerit crus calce,vel oculum effoderit, vel fecerit aliq̃
plagam tibi,tunc sic concipitur libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.cuius equus calce me percussit
& mihi crus fregit,vel brachium,vel mihi oculum effodit,vel au
rem dentibus præcidit,vel me vulnerauit,& propter plagam me
oportuit decem dare medicis,& alia decem expendi in curatio-
ne:vnde peto ab eo xx.& tot pro operis, quibus carui & caritur[9]
14 sum:& ad hoc,&c.¶†Quid si tuum animal incitauit meum, ita
quòd meum dedit alteri tertio damnum?Resp.dominus tertij a-
nimalis aget contra te, cuius animal meum incitauit, secundum
Odof.quia qui occasionem damni dat.&c.extra de iniur.c.fi.ff.ad
l.Aquil.qui occidit.§.in hac.& facit ff.si quadrup.pau.fec.di.l.j.§.
sed & si in stagni.& ff.ad leg Aquil.si seruus.§.pe.& ff.de ser.cor.l,
15 Neratius. §.j.¶†Quid si propter fæces, quas proiecisti in viam
ante domum meam,condemnatus sum in decem secundum sta-
tutum loci?Dic,quòd agere possum contra te ad illa decem:quia
qui occasionem damni,&c.vt s.& ar.in præ.l.si seruus.§.si nauē.
& e.ti.quemadmodum,§.si funem.& l.si seruum.ff.de his, qui de
iec.vel effu.l.si verò.§.cùm autem.& §.pe.& hoc,quando res nō
est mihi communis:aliàs ageretur communi diuidundo.vt ff.cō
16 mu.diui.si is,qui.¶†Sed pone:inimicus tuus,cuius fortè occidi
sti patrem,incendit domum tuam meæ vicinam,ex quo mea cō-
busta est:quæritur,vtrùm possim agere cōtra te lege Aquilia?Et
videtur,quòd sic,cùm incendium culpa tua factum sit, qui guer-
ram habes propter homicidium,quod commisisti, vt extrà de in
iur.c.fi.ad idem ff.sol.matri.in his.resp.j.& ff.locat.si merces.§.cul
pæ.item videris causam damni dedisse,vt dixi.Vnde videtur,q̄ te
neris actione in factum,vt in præal.§.in hac.& e.ti.qua actione.§.
Celsus.Vber.dicit, quòd in nullo teneris. Nec obstat,quòd qui
occasionem damni dat,&c.quia illud verum est,nisi aliud mediū
interueniat,sicut hîc interuenit,vt ff.loca. qui domum. Absit e-
nim,vt ea,quæ præter voluntatem nostram accidunt,&c. 23.q.
v.de occidendis.& facit extrà de homi.de cætero.Alij contrà ar.
in primis conc.ff.communi diui.l.si is,qui communes ædes C.ad
d leg.Iul.de vi pub.quoniam.ff.de do.cùm quis dicitur[d].¶†Si au-
17 tem in aliis damnum dedit,sic concipietur libellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.cuius canis carnes meas come-
dit;vel equus,vel bos herbam:vel porcus farinam: vel murileg[9]
lardum: vel mustela erodit pannos, quæ æstimo decem:vnde a-
go contra illum,vt soluat mihi illa decem:&ad hoc propono vti
lem actionem in factum de pauperie ff.ad leg.Aquil.l qui occi-
dit.§.si quis alienum,& l.si seruus seruum.§.iulian[9].& ff.de præsc.
ver.qui seruandarum.§ fi.C.ad legem Aquil. l.fi.Quidam tamen
hîc.& in actione noxali,petunt sub alternatione,s.peto,vt vel e-
mēdet damnū,vel seruum,vel animal det noxæ.Inst.de offi.iud.
e in prin.[e]Sed prima melior.ideo aūt dixi vtilem actionē.quia præ
dicta animalia non de sua feritate,vel contra naturam suam præ-
dicta fecerunt:quo casu locum habet directa:imò secundum na-
turam sui & absque feritate. de natura enim canis est comedere
carnes:equi,vel bouis,vel ouis comedere herbas:& sic de aliis,vt
18 in præced.conc.¶†Actor ergo sic ponet:
f Pos.act.Pono,quòd talis quadrupes est tua.si enim esset gallina[f],
locum haberet vtilis.ff.e.l.j.§.j.& 2.& l.penul.itē quòd dedit mi-
hi tale damnum.extrà de iniur.c.fi.item quòd hoc fecit sua ferita
te,ff.e.l.j.§.generaliter.& §.itaque.item quòd fecit hoc proprio
motu,ff.e l.1.§.2.ff.ad leg.Aquil. item Mela. §.item cùm eos. itē
quòd mea quadrupes tuam non impetebat,ff.e.l.j.§.cùm arietes
item quòd tua quadrupes viuit,ff.e.l.j.§.& cùm in quadrupedib[9].
& §.si post.ff.de noxal.si plurium.§.sed si post.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,q̄ illa quadrupes est tua.itē q̄ dedit damnū pp loci
angustiā,ff.e.l.j.§.sed & si istigat.& §.gnalr.itē q̄ instigatu Sēpro-
19 nij,vt ibi.item quòd illa est mortua.¶†Porrò q̄ si oues, vel alia a
g nimalia quis immittit in prædium tuum,& depascuntur frumen
tum tuum,vel hordeum,vel grandem,vel alios fructus : licet &
tunc habeat locum officium iudicis, in quo concipitur libellus,
vt s.de causa pos.& propri.§.priuata.ver.sed & si me.datur tibi ɔ̃
cum actio de pastu pecoris, ff.de præscri.ver.l.qui seruandum.§.
h fi.[h]Quandoque tamen habet locum actio ad exhibendum,ff.ad
exhibendum,l.Iulianus.§.glans.&nomine glandis intellige om-
nem fructum, ff. de gland.legen. l.vnica:in qua sic concipitur li-
bellus:
Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui immisit pecora sua in fun-
dum meum,& glandes meas,vel frumentum,vel hordeum depa
sta sunt,vel pauerunt,vel comederunt: vnde damnum illud, qd'
æstimo decem,mihi resarciri peto:& ad hoc propono actionem
de pastu pecorum,vt in præ.l.¶Actor ergo sic ponet:
Pos.act.Pono,quòd mihi immisisti pecora tua in prædium meū.
item q̄ comederunt glandes meas,vt in præ.l.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono, q̄ illa fuerunt tua pecora.item q̄ pecora mea per
20 se intrauerunt.itē q̄ p glandes saluæ sunt.¶†Quid si sine immis
i sione mea oues meæ depascuntur glādem tuam?Azo tunc dicit[i]
locum habere vtilem actionem de pauperie. directa enim locū
non habet,quia damnum non est datum contra naturam : & sic
verba deficiunt,sed sententia locum habet:vnde vtilis locum ha
bet,ff.si quadrupes pau.fec.dic.l. pe. ¶Actio autem de pastu pe-
coris tunc locum non habet:quia ad hoc,vt illa competat,opor
tet,q̄ oues intromittat,vt dixi:nec actio legis Aquiliæ quæ tunc
locum habet,cùm damnum fit per iniuriam,vt Insti.ad l. Aquil.
circ. prin.At animalia non possunt damnum de iniuria dare,cùm
21 sensu careant,vt ff.si quad.pau.fec.di.l.j.xv.q.j.illud. ¶†Sed quo
modo æstimabit damnum datum in frumēto, dum est in herba?
Resp.vel expectabit tps messium,vt sciatur.quantum ex tāto,&
simili

ADDITIONES.

a Ciuilis est.¶Et est 6.per Rof.ad fi.ciuilium,vt dixi in prin.§.& sex
quæ in ea requiruntur,positiones ostendent.
b Actionem,&c.¶Per formas libellorum vides,quòd solum dam
num & eius emenda est in obligatione,vt no.ff.e.l.j.in prin. & d
hoc j.ver.quid tamen.
c Et vtraque.¶idem,si altera tantùm : licet quidam contra præsu-
mentes superstitem,vt fortiorem aggressum fuisse,vt scripsi eo-
dem titulo,c.3.super 2.gl.
d Cùm quis dicitur.¶Huic similis est q.22. Rof.qui ponit statutū
fore in ciuitate Pistorieñ.q̄ is,cuius occasione quis sentit damnū
teneatur ad emendam:A.Pistorieñ.debebat B.Florentino centū
qui recusabat soluere,pp quod ille B.quendā D.Pistorieñ.trans-
euntē per Florentinū districtū spoliauit:q̄rit̃,an virtute statuti D.
spoliatus possit agere ɔ̃ A.& qua actiōe?Et scias,q̄ in nulla parte
q̄ōis Roff.dicebat repræsalias datas ɔ̃ Pistorien.illi Florētino : &
sic illa q̄ō nō ɔtingit illas,de q̄bus sup rubrica:& q̄a in volumine
habet̃,ad solutionē venio,q̄ tenet illū A.debitorē isti D.spoliato
nō teneri de iure.Ratio: q̄a spoliat[9] habet ɔ̃ spoliatorē repetitio
nē cū augmento quadrupli,in auth.vt pig.nō fi.Col.v.Vñ cū re-
petere possit ab illo ɔ̃ A.debitorem non aget de iure : facit ff.de
eo,per quem fac.l.vl.illud enim nō fuit negotium A.nec re,nec
gestu,nec ratihabitiōe.Si autem ponderetur statutum,tunc dicit
dubium pendére ex verbo Occasione,q̄ñ intelligatur,an de oc
casione remota,vt in hoc casu:&maximè,q̄ñ propter hoc,quod
aliàs acciderat,statutum fuerat factum.Certum enim est,quòd a
get contra illum condictione ex lege,vel ɔsuetudine, quæ p le-
gem seruatur,licet sit ɔ̃ ius.Si verò illud occasione,intelligatur d
causa próxima,sicut de turba:ponit lex exemplū ff.vi bon. rap.l.
prætor ait.§.pen.tūc dicit A.nō teneri in dubio,si per statuēres d
claratio haberi nō p̄t.facit ff.de prætoriis stipul. l. in prætoriis.in-
telligit de occasione remota : quia talia olim & hodie fieri con-
sueuerunt.Condemnabitur ergo ille A.ita tamen,q̄ illi D.cedat
illam actionem,quam habet contra illum B.violentum, s.condi-
ctionem ex lege prætoria,vt pig.non fiant.
e in prin.¶ibi soluitur.
f Gallina.¶Hoc ponit pro quocunque bipede.
g Porrò.¶subintrat aliam ciuilem de pastu pecoris,in qua duo sūt
necessaria,quæ ex libelli positionibus patent.
h §.fi.¶Et dicit Rof.q̄ hîc solùm habetur hoc nomen actionis : &
nomine Pecoris,omne animal intelligitur,ff.de ædil.edi.l.ædiles
autem.§.iumentorum.vide suprà de rescr.præsen.§.primo igitur
super ver.& quoniam.
i Dicit.¶Vt ponit Rof.vbi s.post prin.

simili frumento habebit,vel cõsiderabitur, q̃tus fructus in anno præterito ex tanto,& simili habitus est,arg.ff.ad l.Aquil.in l.Aqlia.§.si deletum.ff.de tabul.exhib. locum.§.condemnatio,xj.q.3.
a nolite.extr.de loc.propter [a].¶† Sed nunquid dominus se liberat
22 dando animalia pro noxa?Resp.nõ,si ipse immisit:aliàs sic, vt In
b stit.si quadrup.pau.fec.dic.&ff.de noxal.in dilectis.secũdũ Rof.[b]
23 ¶†Sed nunqd ꝓpria auctoritate possum capere & tenere pecu dẽ tuam damnum mihi dãtem?de hoc s̃.de actore,ver.sed pone.
24 ¶† Si autem canis,vel vrsus,vel leo,& huiusmodi,quem tenes ligatum,damnum dederit,ↄcipietur libellus,vt s̃.de emp. & ven.
25 §.nũc dicendum.ver.est & actio.ibi,quarto.¶† Quid si te de domo tua deiiciente,vel effundente aliquid super caput meum cadit,propter quod vestes meæ & aliæ res deterioratæ sunt,habeo contra te actionem in factum ex illo edicto,de his,qui deiecerũt
c vel effuderunt.Sic ergo libellum concipiam [c]:
Lib.Coram,&c.conqueror de P. ex cuius domo tale quid est deiectum,vel effusum,cũ ipse domum inhabitaret:vñ vestes meæ, vel merces deterioratę sunt in xx.quare illa xx.in duplum mihi p̃stari peto:& ad hoc propono actionem in factum ex illo edicto,
26 de his, qui deiecer.vel effud.¶† Si verò liber homo ex hoc peremptus fuerit,sic concipietur libellus:
Lib. Coram, &c. conqueror de P.de cuius domo,quam ipse inhabitat, tale quid fuit deiectum , vel effusum : vnde pater meus mortuus fuit:quare ab eo mihi quinquaginta aureos præstari peto:& ad hoc ꝓpono actionem in factum ex edicto de his,qui deiec.vel effud.Si autem corpus liberi hominis læsum est, sic dices:
Lib.Coram,&c. ↄqueror de P.ex cuius domo tale quid deiectũ, vel effusum est:vnde corpus meum læsum est:propter quam læsionem tot expensas feci,tantum medicis solui, tot operis carui, & etiam sum cariturus:quas operas æstimo xx. vnde ago contra eum,vt omnia prædicta mihi præstet:& ad hoc propono, &c.ff. de his,qui deiec.vel effud.l.j.§.j.& l.pe.ff.de act.& oblig.ex maleficio.§.is quoque.¶Actor ergo sic ponet:
Pos.act.Pono,ꝙ ex tali domo,quam inhabitas,tale quid fuit proiectũ,vel effusum,vnde vestimenta,vel merces deterioratæ sunt in xx.Item ꝙ ex illa deiectione talis liber homo mortuus est. Itẽ quòd ex ea caput meum fractum est,vel manum,vel oculũ amisi.Item ꝙ tot expensas feci,tot mercedes solui medicis,tot operas amisi,& amittã,quia inutilis factus sum,ext.de iniuriis,ca.j.Itẽ quòd talis deiectio fuit in tali loco, vnde vulgò & publicè transitur,& ego inde transibam.prædicta probantur ff.e.l.j.resp.j.& §. summa.Item ꝙ talis deiectio facta fuit de die , vel interdiu,id est, inter diem & noctem,ff.e.l.hoc edictũ.§.Labeo.¶Reus verò sic.
Pos.rei.Pono,ꝙ domus,de qua dicis esse effusum , est & fuit iam per annũ sine habitatore.Item ꝙ per locũ,vnde transibas,nullus transire consueuit,nec vulgò iter fit inde.Itẽ ꝙ illa deiectio facta
d fuit de nocte [d].¶† Sed & sæpe plures in eodem cœnaculo habi-
27 tant,& vnus fortè deiecit,vel effudit, vnde damnum datum est, & oportet conuentos alios soluere,quibus datur contra illum vtilis actio pro socio.vel actio in factum ex hoc edicto descendẽs, ff.de his,qui deiec.vel effud.l.j.ĩ fi.& l.cùm sanè.& l.quemadmo
e dum.& l.per receptionem. Sic ergo libellus concipitur [e].
Lib Coram,&c.conqueror de P.discipulo, vel hospite meo,qui de domo,quam inhabito:tale quid proiecit, quod damnũ dedit T.in vestib.eius,vel mercibus in decem:propter quod sum condemnatus in duplum illi T.quod duplũ mih ab hospite meo vel discipulo peto præstari:& ad hoc ꝓpono actionem in factum.ff. e.si verò.§.cùm autem.& hoc casu ↄdemnatus soluit:alioquin si nondum soluit,vel etiam si condemnatus est,aliis retẽtis:dic.vnde, quia propter defectionem suam in duplum condemnandus sum illi Titio,vel condemnatus,ideo ago ↄ eum, vt ab illa cõdẽ natione facta,vel facienda me liberet:& ad hoc ꝓpono actionẽ ĩ factum,ff.mandati,si mandato.§.quoties.ĩ.ver.in summa. & ea,q̃ dixi s̃.ver.ꝙ si te de domo.hîc intelligas repetita.ad hoc ne ꝑ viã trãseuntib.malũ cõtinere possit prouidet eis prætor per aliud interdictum,scilicet ne quis habeat aliquid ita positum in suggrunda,vel domo,vel cœnaculo,vel alibi:quod si caderet,nocere posset:& si quis contra fecerit,punitur in decem aureis,ff.de his,qui deiec.vel effu.si verò.§.ait prætor.Sic ergo libellus concipitur [f].
f Lib.Coram,&c.conqueror de P.qui in ea parte, vel loco, qua iter vulgò fit,impositum habet: quòd si caderet, posset damnum dare:vnde ipsum in x.aureis condemnari peto:& ad hoc ꝓpono actionem in factum ex edicto,ne quis aliquid habeat positum in suggrunda,ff.e.si verò.§.prætor.¶Actor ergo sic ponit:
Pos.act.Pono,ꝙ imposuisti tale quid supra talem locum,vñ vulgò iter,fit.ff.e.si verò.§.prætor.& §.hoc edictũ.& §.accipere.& l. pe.in prin.Item ꝙ illud de facili cadere posset.Item ꝙ cecidit, & tale damnum dedit.Item ꝙ si caderet, damnum dare posset,vt in concor.quæ sunt suprà in prima positione.¶Reus verò sic:
Pos.rei.Pono,ꝙ T.tantùm imposuit, & positum habet. sed hæc videtur negatiua,vt ext.de cã pos.& ꝓpriet.cũ ecclesia.vers.nos igitur.Item ꝙ est impositum sup loco,vnde nullus trãsit.De damno infecto dictum est s̃.de no.operis nunciat.§.2.&s̃.de pignor. §.2.Ibi ẽt no.vtrũ quis possit agere,vt is,à quo timet offendi, ca-
28 ueat ei,in ver.quid si timeo.¶† Item si quis te damnificat,& sibi parum ꝓficit,furtiuè tuas incidendo arbores, ꝓdita est tibi actio
g arborum furtim cæsarum ciuilis [g]: quæ est ad duplum:quia duplatur

ADDITIONES.

a Propter.¶Vide,qđ scripsi de deci.commissum super vlt.gl. in fi. Ia.de Are.super l.certè.ff.arb.fur.cæs.per ipsam l.arguit ꝙ cõdemnari debeat,sicut ꝓ herba, ac si in prato damnum datum fuisset. Item quia circa damna data non debet haberi consideratio temporis futuri,ff.ad leg.Aquil.l.ait lex.& l.vnde Nerati⁹.§.si infans. Ecõtrà videtur,ꝙ cõdemnari debeat pro frumento verisimiliter percipiẽdo,cùm ĩ damno dato habeatur ratio futurarũ operarũ, vt dictum est suprà e. §.in prin.ver.sed nunquid.& sequẽtibus:& patet ff.si quadr.paup.fec.dic. l.ex hac.& de his,qui deiec.l.fi. Ia. de Are.super prædicta l.certè.tenet illum immittentem damnãdum, quantum tẽpore damni dati vendi potuisset illud frumentum cum dubio euentu perceptionis instrumenti tempore messium,arg.l.propter spem.ff.fam.ercis.
b Secundum Roff.¶Cuius fuit iste vers.& quicquid præcedit sub ver.porrò si.
c Conci.¶secundũ Rof.& est xv.in ordine suo edictorum:& quatuor q̃ requirũt̃ in istis,ex positionibus collige.Tres aũt libelli,q sequuntur,& positiones,etiam fuerunt eius: & proiiciens nõ nominatur in libello:qa læsus probabiliter hoc ignorat : habitator autem,siue dominus fuerit, siue socius, debuit monere & informare super hoc familiam,vel socios:&innocenti ↄ nocentem ꝓuidere,vt statim patebit.propter quod dicit lex pen.ff. e.habitator suam suorumque culpam pręstare debet.Si autem sunt serui entes mercede,vide ĩ.circa finem ver.in Summa.
d De nocte.¶Et hoc non defenderet , si etiam de nocte ibi transitus erat,vt prædicto §.Labeo.
e Conci.¶secundum Rof.qui continuat hoc edictum ad §.proximum:& sic est xvj.
f Conci.¶secundumRof.cuius totum fuit,quod hîc positum est, & continuatur ad ꝓxima.Libellum autẽ,& quod priùs dictũ est, intellige de eo,qđ facilè cadere posset,vt ĩ.in secunda positione, quod pace salua exprimi debuit in libello.ad fixa enim hoc edictum non extenditur.Et scias, ꝙ habitator non solùm tenetur , si imposuit:sed etiam,si patitur:vnde si dominus imposuit,& inquilinus patitur,& positum cecidit,& damnum dedit,dominus,q imposuit, tenet̃ ad emendã dãni, inquilin⁹ ad pœnã leg̃s,vt in prædicto §.ꝑtor ait.& §.seq.Cõstat aũt hanc actionem popularẽ esse, vt l.si verò.in fi.De illo autem,qui posuit & tenuit, sed iã remouit,an teneat hac pœna,Rof remittit ad suam quęstionẽ sabbatinam est aũt in volumine 34.& incipit,Procul⁹.Quòd incidat, alleg.quia satis est, eum ↄ prohibitionem fecisse, licet desinat. De fure dicit,ff.de furtis,q ea mẽte.Et de raptore,ff.vi bonorũ raptorum,l.fi.&de depositario,ff.depos.l.i.§.si rem.Est enim hęc diuersa pœna damni dati ab ea,quæ infligit̃,quia dari potuit.Illa eñi æstimationẽ respicit,e.tit.l.fi.Per istam summa taxata est, vt in §.ꝑtor.in fi.Ad cõtrarium inducit,quòd satis est damnum nõ datum nec per id remotum amplius dari posse:& sic mẽti prætoris satisfactum est facit ff.qđ quisq; iur.l.2.ĩ fi.C.de appel.si quis libellos. Canon.2.q.vj.C.de plus petit.l.vna,& eodem ti.c.vno,in prin.C. de nõ numerata pecunia,authen.ↄ qui ꝓpriam. Et circa hoc vide,quod scripsi de iure patro.cùm laici.super prima gl.Soluit. ꝙ tenetur ad pœnam decẽ aureorum,ex quo positũ fuit,ita ꝙ dãnũ dari potuit, licet datũ nõ sit:casus enim periculosos põderauit ꝑtor. ex quibus damnum dari posset,vt in l .si verò. §.prætor. Licet ergo tollatur, commissa sit pœna,ff de furt.qui ea mente.
g Ciuilis.¶Et est x.ad finem ciuilium:& quatuor,quæ requirũt̃ in illa,ponit Rof.e.ti.quæ colligas ex positionibus,quæ etiam in libellis ad literam fuerunt ipsius vsque ad ver.si verò. Quæstiones etiam & oppositiones circa illa,ibi vide. multùm enim instat circa l.si plures.e.tit.Sed fortiùs opponit hanc actionẽ fuisse superfluam quia sufficiebat actio furti,in qua etiam venit totum interesse,ff.de furtis,cuius interest. in qua ẽt duplicatur,quicquid est in simplum,vt suprà de furtis,ver. porrò.& ibi plenè de hoc remisi. Soluit Rof.ꝙ hęc non est superflua,per illam,cùm possit competere,qñ furtum non fit:vt si quis arborem succidit, ligna tamen non cõtrectat:vnde non competit actio furti,sed ista,in qua etiã duplatur interesse,ff.e.furtum.Item quia rei immobilis nõ fit furtum,Inst.de vsucap.§.2 Sed quandiu arbor solo cohæret est immobilis,ff.ꝓ socio,illud.ff.communi diuid. arbor. Nõ obstat rubrica,quæ dicit Arbor.furtim cæs.quia illud Furtim,dicitur similitudinariè:prout furtũ dicitur cõmitti domino ignorãte,vel ce-

platur interesse, propter ligna. verbi gratia: arbor nõ incisa valebat decem: nunc ligna arboris valent duo: quibus deductis octo æstimabũtur. sed de hoc dic, vt ff. arbor. furtim cæs. l. j. & 2. l. furti. §. fi. & l. facienda. & l. pe. in qua sic concipitur libellus:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui furtim talem meam arborẽ succidit, puta oliuam: quam arborem æstimo decem, secundum interesse meum, exceptis ipsis lignis: vnde peto ipsum ꝯdemnari in duplum illius interesse. scilicet in xx. pro pretio: & ad hoc ꝓpono actionem arborum furtim cæsarum: & hoc, quando tantum incidit. Si verò etiam ligna contrectauit, iungas sic: & quia ipsa ligna contrectauit, quæ æstimo duos solidos. ideo ipsum mihi in duplum ipsorum lignorum condemnari peto, & ad hoc propono actionem furti nec manifesti, ff. arbor. furt. cæs. furtim. §. fi. & l. facienda, Vel sic concipitur:

Lib. Coram, &c. conqueror de P. qui mihi furtim incidit arborẽ talem, ex cuius incisione damnificatus sum in decẽ, quæ decem mihi in duplum ab eo præstari peto: & ad hoc propono actionẽ arborum furtim cæsarum: & quia ligna contrectauit, quæ valent duos solidos, &c. ¶ Actor ergo sic ponet:

Pos. act. Pono, ꝙ incidisti in tali loco talem arborem. ff. e. in rem.

a Item ꝙ illa radicibus continebatur [a]: & hoc, si eas habebat, ff. e. in rem. & l. certè. Item ꝙ eam furtim incidisti, ff. e. si furtum. & l. facienda. §. fi. Itẽ ꝙ me cessante & ignorante hoc fecisti: quod semper præsumitur, ff. de fur. qui vas. §. vetare. ff. de prob. l. verius. Itẽ

b quòd illius loci & arboris ego sum dominus, ff. eo. edere, §. fin. [b]

¶ Reus verò sic:

Positio rei. Pono, ꝙ Titius incidit eam. Item ꝙ incidit Narbonæ. Item ꝙ die, quo incidit, eram Tholosæ. Item ꝙ arbor illa radicibus caret. Item ꝙ eam incidit te volente. Item ꝙ te sciente & nõ contradicente. Item ꝙ pleno iure spectat ad M. ff. cõmo. si, vt cer

29 to. §. si duob. ff. de acq. pos. possideri. §. ex plurimis. ¶ † Si verò arbor tua inclinata est, vel crescit, vel pendet super domum, vel prędium meum, vel radices domui damnum inferant, mihi compe

30 tit interdictum de arboribus cædendis. ¶ † Item si fructus cadẽtes in agro tuo ex arbore mea non permittis me colligere, cõpetit mihi interdictum de glãde legenda: quę dic, vt s. de caus. pos. & propri. §. priuata. ver. est insuper. & seq. ¶ Si verò quis turba coadunata damnum det, concipitur, vt s. de raptore, & ibidem de ĩ-

31 cendio, ruina, naufragio. ¶ † In summa nota, ꝙ si seruus meus, vł is, qui præstabat mihi operas, tibi damnum dedit, & ego pro illo ꝑ damno conueniar, & satisfaciam, ego illud recuperabo ab illo ꝑ actionem ex conducto, quia operas suas mihi locauit, & tantundẽ potero retinere de mercede sua, nisi id iussu meo fecerit: quo casu ego conueniri possum, vt ff. de aqua plu. ar. si colonus. in fi. & l. præ. §. idem Iulianus. ff. nau. cau. stab. l. gratis. in fin. secundum

32 Bag. arg. s. ver. sed & sæpe. ¶ † Quòd aũt ego tenear ex delicto famuli mei, vel ex damno per eum dato, est arg. ff. de his, qui deiec. vel effud. si verò plures. resp. j. Vel dic hoc speciale esse in illo tit. de his, qui deie. vel effud. propter rationem, quæ redditur e. tit. l. j. §. summa. vt in præ. l. si verò. §. hæc autem actio. & §. prætor. & §. si horrearius. & facit ff. de extraor. cri. annonam. in d. Super emen-

33 datiõe rapinæ no. s. de rapt. §. j. ¶ † In summa no. ñ esse necesse in libello omnia exprimere, in quib. damnum datum est, sed sufficit generalem clausulam adiicere, s. & aliis rebus, vt ext. de ord. cog. c. 2. in prin. secundum quosdam. Vel dic, contrarium verum esse, nisi damna petantur, tanquam accessoria: quod prosequere, secũ

c dum Papam, vt not. in præ. decre. [c]

ADDITIONES.

Plante: ita hoc ff. e. furtum. in prin. & l. furti. §. furtim arborem cædit. sed si inciderit, & ligna tractauerit incisa, tenetur furti, & aliis actionibus, vt ibi dicitur: quæ in quo differant, ibi plenè prosequitur.

a Continebatur. ¶ Reprehendit hîc Rof. aduocatum, qui contra rusticum, qui incidit ligna arboris euulsæ à radicibus, & in terra iacentis, proposuit hanc actionem.

b §. fi. ¶ Illa lex dicit vsufructuario non dari hanc actionem: de quo mirandum, cùm illi detur Aquilia ff. ad l. Aquil. item Mela. §. fin. Azo, Accur. & Rof. fatentur, quòd habet vtilem. Et si dicas, quare non directam, sicut emphyteutæ? responde, emphyteuta habet vtile dominium, vsufructuarius nullum.

c Decre. ¶ Vide s. de lit. contest. §. iam nunc.

ADDITIONES NOVAE.

Si damnum detur alicui in loco aliquo, & nõ apparet quis dederit, an præsumatur contra vicinos, no. in l. si ita scripsero. §. mulier de fun. io instr. & l. ne quid de incend. rui naufr.

Not. quòd si comedi, bibi, & risi cum illo qui mihi iniuriam cõmisit, videor sibi iniuriam remittere. gl. Inst. de iniur. §. fi.

Statuto cauetur, ꝙ si damnũ datum fuerit alicui occultè in aliqua villa, ꝙ ipsa villa teneatur emendare. modò quidam fuit passus furtum, & fuit sibi emẽdatum: ille posteà inuenit furtũ, an debeat posteà restituere emendationem sibi factam, D. Argentius tenet quòd sic, per l. 2. §. fi. ad l. Rho. de iact.

Pone, fit iniuria procuratori gestoris, vel familiari meo libero. an mihi competat actio iniuriarum, Roff. in libellis suis. Cy. in l. si non conuitij. de iniur. Inn. in c. dilecti. de appell.

Quid si fiat iniuria famulo, an possit agere dominus, Bart. in l. j. §. vsque ideò de iniur.

Quid si quis dicit alicui, abi bastarde, cum hoc sit verum, an teneatur actionem iniuriarum, no. in l. si non conuicij. de iniur. per Cy, & Bar. Ang. in l. eum qui nocentem. ff. de iniur.

De faciente insultum in porticu, an dicatur insultus factus ad domum, Bar. in l. apud Labeonem. de iniur. & 17. q. 3. si quis contumax.

An debeat exprimi certa quantitas in libello, cum agitur actione iniuriarum, Bar. in l. iniuriarum actio. ver. ad tempus de iniur.

Pone, remitto tibi iniuriam mihi illatam, pro x. mihi illa x. non das, an possim agere non obstante remissione? Cyn. in l. cũ mota. C. de transact.

Statuto cauetur, quòd stari debeat sacramento damnum passi de dãno dato, an possit contrarium probari, & iurans de periurio accusari? no. in l. si fideiussor. §. fi. ff. manda. facit Bal. in l. j. C. de iur. Ang. in l. qui restituere. de rei vindic. sed in l. qui vas. ff. de furt. tenet contrà.

Pone, plures iniuriæ sunt mihi illatæ: an possim vnam remittere, aliam non, Bal. in l. cum hi. §. qui transigit. de transac.

Sed, an remissio iniuriæ possit sine auctoritate iudicis fieri, 23. q. 4. §. si illud. per gl. & Archid.

Qualiter intelligatur damnum furtiuè datum, Ia. de Aret. in l. j. ff. de furt.

An iudex possit, & debeat inquirere quantitatem, & qualitatẽ damni dati, no. in l. qui bona. §. qui damni. de damn. inf.

An possim retinere bestiam mihi damnum dantẽ, no. in l. ratis. de incen. rui. naufr. & l. j. §. & generaliter. ff. si quad. paup. feci. dic. & l. hoc ampliùs. de dam. inf.

An inquilini possint accusare damnum dantẽ, Bar. in l. prouinciali, §. si ego. ff. de noui op. nunc.

Pone, aliquis induxit bestias suas in frumentum, quod adhuc erat in herba, an petam damnum respectu herbæ, an respectu frumenti, Ia. de Aret. in l. certè. ff. arb. furt. cæs.

Statuto cauetur ꝙ si quis dedit damnum in solo alterius soluat x. modò aliquis damnificauit alium in arbore, an incidat in pœnam statuti no. in l. j. §. j. de op. no. nunc.

An agens lege Aquilia habet necesse probare se dominum, vel sufficit probare se esse in possessione dominij, no. in l. item Mela. §. legis autem. ad l. Aquil.

Pone habebas equum valentem centum, & cum effectus esset vilis pretij, vendidisti alicui pro x. deinde aliquis eũ interfecit. modò quæritur, cum æstimatio eius fieri debeat, quanti plurimi fuerit retro anno: an hæc æstimatio fieri debeat quanti plurimi fuerit apud venditorem, & sic fiet in centum: an quanti plurimi fuerit penes emptorem, & sic tãtùm in x. dic quòd quanti plurimi fuerit penes venditorem, per l. ob id. ad leg. Aqui.

Statuto cauetur quòd si aliqua bestia inuenta fuerit vltra tales confines, ipsa bestia sit perdita: modò aliquis ibat ad villam suam ad equum, & dum esset extra ciuitatem, equus ipse proiecit ipsum in terram, & aufugit, ita quòd transiuerit fines vetitos: an dominus debeat perdere equum suum, Dy. in l. fi. §. qui in fuga. ff. de publica.

¶ Baldus de iniuriis, & damno dato.

An faciens insultum in porticu videatur fecisse insultum ad domum, versicul. pone, statuto. G. ¶ An vulnerans hominem liberum, teneatur ad expensas medicorum, §. sequitur. versi. sed nunquid tenet. quod dic. G. ¶ Quando habeat locum actio de pauperie, versic. porrò. & sequen. G. ¶ Si inimicus tuus ponit ignem in domo mea, & tua conburitur & mea, an tu mihi tenearis, per l. si merces. §. culpæ. versic. sed pone: & sentit, quòd non: quia aliud est petere relaxationem obligationis, vt in §. culpæ. aliud incidere in obligationem sine culpa, vt hîc. G. ¶ An quis teneatur de damno dato à sui pecudibus: & qualiter æstimetur damnum datum in herba, versic. quid in missione. & seq. Et an possim includedere pecudem, s. de actore. §. an possim. Item si dominus soluit pro famulo, recuperat ab eo, ver. in summa. ¶ Cui debeat iniuriæ satisfactio fieri, s. de rescr. de satisfactione. ¶ An sufficiat iuramẽtũ calumnię in probatione damni dati, si statutũ dicit probari per iuramentum? Et retento themate, an appellatione domini possessionis comprehendatur iustus possessor, vt verus dominus. s. de probat. §. per statutum.

¶ De pœ

a ¶De pœnis [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter super pœnæ exactione sit formandus.*
2 *Contractu inter duos inito, si neuter velit illi stare, non est pœna sequenda.*
Prælati qualiter sint puniendi.
3 *Peccatum occultum an sit aliquo modo puniendum.*

IN hoc titulo, qui generalis est, non est necessarius libellus: quia suprà in diuersis titulis de pœnis est sæpi
b ùs prælibatum [b]. Veruntamen super pœnæ exactione formare conuenit in hunc modum libellum: Lib.

ADDITIONES.

a De speciali pœna, scilicet temerè litigantium, habetur rubrica s. in fi. 2. partis. Practici auctores hanc rubric. vel materiā nō tractauerūt, præter Rof. qui copiosè materiā pœnarum ex stipulatu prosequitur inter ciuiles, vbi de actione ex stipulatu ad incertū, quā vt intricatā & prolixā auctor tangere noluit, licet libellū posuerit ad certū & incertū, vel forsan erat somnolētus, vel fessus: qđ præsumo: qa materias, quas solet exquirere, in nulla hui⁹ voluminis parte locatas hîc ɔgruè ponere potuisset: loquor de dñicali 44. itē vltima. & est prima, cū in pœnam delicti venit dom⁹ diruenda, & delinquēs habet inferiorē partē domus, vel turris. hęc tāgitur de pœn. dist. j. sed & ɔtinuo. scripsi tres huius solutiones de priuil. super specula. in fi. item e. ti. felicis. lib. vj. super ver. ruina. & vnicuiq; ex illis resistit æquitas, si dicas, ꝙ tota diruat̃. Hic patet iniquitas: quod tamen videtur placere Alb. Pap. qui dicit, ꝙ potest rigore iustitię fieri quid iniquum: alleg. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. dicens, iniquitatem cessare per regressum, quem habet ɔ delinquentē, per l. is cum quo. ff. communi diuid. Sed instatur, quid si ille non est soluēdo? Secunda habet, ꝙ cogatur emere, & fisco pretium dare habētis partem superiorē: respondet̃, quid, si nō habet vnde? Tertia opinio habet, ꝙ permutetur superior cum inferiore, & destruatur superior. hoc propter tectum nō fiet sine grauì sumptu, damno & incōmodo superiorem partem habētis. Ia. de Are. tractat hoc ff. de dam. inf. l. si finita. in ver. itaq; vbi pars vitiosa trahit ad se non vitiosam: & sic tota destruet̃. ad idem ff. de aqua plu. ar. l. sed interdum. & facit ratio connexarū, ff. de neg. gest. cum actum. & l. cū pater. Ad ɔtrium reuoluitur, vt dictum est in ea. l. de parte nō vitiosa, quæ trahit vitiosam. Item propter nō dānatum præseruatur damnatus, ff. de sta. ho. imper. 2. & facit regula, non debet alteri. ff. de reg. iur. e. tit. nō debet quis. lib. vj. Dat duas solutiones, ꝙ non diruatur, vt in dubio eligatur via humanior: facit regula, in pœnis. lib. vj vel tota diruatur: & habeat regressus contra delinquētē, per prædlleg. l. si is. & ff. sol. matri. l. pe. in prin. Dy. in l. j. ff. de no. ope. nun. §. pt. miscet sic: si nō delinquens pt suę indemnitati prouidere per socium, qui est soluēdo: vel aliter, tota destruetur, per l. si is. aliàs tota reseruabit̃, per l. si communem. ff. quemad. ser. amit. & per l. cum qui. §. qui ꝓ parte. ff. de his, q. vt indig. & si hoc ibi in vna persona, fortiùs in duabus. Ad l. sed interdum. respondetur ꝙ duæ partes non vnico, sed duplici tollebantur, & quæq; suo. Ad legem primā ff. de aqua quot. & æsti. §. item quæritur. respondetur, ꝙ deliquit ille, qui miscuit aquā prohibitam: & sic sua culpa prohibetur à toto. Subdit autem, ꝙ non malè diceret̃, ęstimationem partis delinquentis per sociū fisco solui ff. de lega. j. l. ñ amplius. §. fi. & l. seq. Inueni quartam opinionem, & fuit hęc de facto seruata, ꝙ tota destruitur: sed fiscus soluit partū non delinquētis. Hoc fortè voluit Dy. dū dicit, vel aliter. & in maleficio scādaloso puto hoc satis præeligendum. In non tali admitterem soluere volentē, seu cogerē. Idem dico de opiniōe tertia: & secundum hoc tentātur iniquitates expresse. Secūda qstio, de qua suprà, dominicalis vlt. illam breuiter pmisi principali qōni, quā ꝓsecutus fui super regula, in pœnis. lib. 6. quæ præmittit̃, fuit de damnato ad manum, qui habet alteram aridam: & communis est solutio de arida amputāda. Cy. ɔ in auth. sed nouo iure. C. de fur. per l. qui clauum. ff. de ædil. edic. & l. j. C. vt intra cer. tem. Illam etiam præcedebat alia, nec confundātur tēpora, cū suspēsus triennio intra triennium iterat delictum: quam scripsi in dec. cū ĩ cunctis. de elect. super verbo, triennio. Principalis fuit, an pœnā, quæ ipso iure delinquēti infligitur propter delictū, incurrat is, q cogitauit. & aliquid egit, sed non perfecit, etiam si per ipsum nō steterit? Et tenuit, quòd non: ibi vide, s. in regula, in pœnis.

b Prælibatum. ¶In fauorem tñ huius pauperculi tituli formabitur hîc questio Nico. de Mat. quæ incipit, duo fratres vidētes. cui addetur secunda ponens terminos de duobus fratribus, qui duos ipsorum inimicos ante ipsorū domum transeuntes insultarunt, & ad terram ꝓiecerunt, & manib. & pedibus percusserunt, & q̃sque percussus separat in duob. libellis accusat quemlibet illorū fratrum de vi priuata: & sic sunt quatuor libelli. De varietate probatum est: quærebatur, an quis ipsorū, vel aliorum esset ɔdemnādus bis pœna dictæ legis. an semel tantū, vel an veniant absoluē-di? Istud vltimum non prosequitur: in quo tñ ipse multùm instat exponēdo, quod de omnibus coadunatis dicitur ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. 2. Ad primam partem inducit: quia quot sunt delicta, tot sunt pœnæ, ff. de priuat. delic. nunquam. per totam legem: & tot sunt delicta, quot sunt personæ patientes: sicut in ciuilibus, de q̃bus multa inducit exempla. De maleficiis patet in furto, ff. de fur. inter omnes. §. hæc actio. & l. itaque & l. sed & si. & l. si dominum. in l. Aquilia, ff. ad l. Aqui. l. si seruus seruum. §. si seruus communis. Item ꝙ geminetur delictum per geminos offensos, & cuiq; petere & accusare licet: probatur per l. ff. de sepul. viol. l. 3. §. si ad plures. item inducit ff. de adul. si adulteram. C. de modo mulct. l. eos. & de ser. fug. quicūq; Item tot sunt delicta & pœnæ, quot ꝑsonę delinquentes, ff. de iniur. si plures. ad leg. Aqui. item vulnerat⁹. §. fi. Vltimò dicit, ꝙ videtur casus ff. de iniuriis, l. j. in fi. & l. cū qui. §. si sumpta. Soluendo tenet, cuiq; illorū fratrum vnam pœnam imponendam, per legem ff. arb. fur. cęsarum, si plures. 2. responso, & per allegatum §. si ad plures. & per id, quod ibi no. & C. de accusat. l. qui de crimine. & quod ibi no. in fine, & ff. nil no. appel. pen. l. 2. §. fi. Distinctionē autem talem ponit de delicto simul in plures ɔmisso: quia aut est publicum, aut priuatum. Primo casu vna accusatio sola fieri pt, & vna lege tantū: ad primum ff. de acc. si plures. ad secundum e. ti. senatus. Ex hec sequitur vnam solam pœnam imponēdā, siue sit vna sola accusatio, C. ad l. Iul. de vi. l. quoniam, siue plures. C. de accus. qui de crimine. in fi. nam iudicij diuisio etiam in casu, quo iure fit, non auget condemnationem, vt not. in prę. §. si ad plures. Fortiùs, vbi non fuit de iure diuisa accusatio, vt in casu ꝓposito, licet per hoc ipse non puter vitiari processum, sicut nec in similibus, C. de ꝓcur. ita demum, de appel. l. j. ff. de ann. excep. l. vlt. in fi. Secundo membro, qñ crimen est priuatum, aut principaliter committitur in res, aut ĩ personas: primo casu dicit idem, scilicet vnam solam pœnam imponi, per præ. l. si plures. 2. respon. licet plures, quorum interest, ꝓ suo interesse admittātur ad accusandum, vt in præd. §. si ad plures. Secundo membro, cum respicit personas, sicut crimen iniuriarum, quod principaliter respicit ɔtumeliam personarum: tūc tot intelligo delicta, quot sunt ꝑsonæ iniuriatę, & tot accusationes fieri possunt, & tot pœnę imponentur, ff. de iniur. eum qui. §. si nupta. & §. seq. & §. fi. Non ob. l. e. ti. item apud. §. fi. cum l. seq. quia ibi facta erat iniuria in personam serui communis, non tamen in contumeliam dominorum quod si fuisset, ex persona cuiuscunque dominorum æstimaret̃ iniuria, & imponeretur pœna, Instit. de iniur. §. si communi seruo. licet gl. ibi aliter soluat. Secundò quæro, an vulnerās seipsum puniatur pecuniaria pœna statuti, quæ infligi iubet ei, qui aliquē percutit? & videtur, ꝙ non: quia per verba statuti patet, ꝙ vt pœnę sit locus, duę personæ concurrere debent, scilicet vulnerās & vulneratus: quæ duo correlatiua in eadem persona non concurrunt, extrà de instit. c. fi. de iure patro. per tuas. cum concor. 2. gl. ff. de rerum permu. l. j. in prin. & de cōtrah. emp. l. j. Item per leges Digestorum bona homicidæ publicantur, ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. 3. & tamen bona occidentis se, non ipso iure publicant̃, sed ponderatur causa, propter quam se occidit, an infligeretur ei bonorum publicatio, nécne, ff. de bo. eorum, qui ante sen. sibi mor. consci. l. vlt. in prin. & §. fi. & de iniust. rup. & irr. test. si quis exhæredato. §. eius. Sic ergo & hic vulneris respectu non punietur, cū liceat alicui in corpus suum sęuire. ff. de pecu. l. sed & si damnum. §. si ipse. Hoc tamen intellige, vt no. de cor. vit. ex parte. 2. in fi. 2. gl. & vt ibi dixi, facit ad idem, qa quisque rei suæ est bonus moderator & arbiter, C. man. l. in re mandata. & in propriis. licet sęuitia sit culpanda, non tamen coercenda, ff. sol. matrimo. si constante. §. si maritus. & l. etiam. §. j. Ad contrarium inducitur, ꝙ iniuriam fecit reipublicæ: super quo vide, quod dixi suprà de accusatore, super ver. sed pone. in ver. dicebat autem. Item ipsius reipublicæ interest, ne qs re sua malè vtatur, Institut. de his, qui sui, vel alieni iur. sunt, §. sed & maior. Si hoc de re, fortius de corpore, quod p̄tiosius est rebus, quas hominum gratia natura ꝓduxit. ff. de vsur. ĩ pecudum. in fi. & dixi de vsur. salubriter. super gl. 2. Item & lædit anima corpore ptiosior, extr. de pœnit. & remis. cū infirmitas. C. de sacrosanc. eccle. sancimus. ad hāc partem facit, quod scripsi de sent. excommu. contingit. i. super verb. excommunicetur. in fin. Multis videtur, & pœna statuti locum non habeat, & hoc communiter seruatur. Tamē per l. si quis ex metallo. §. fi. ff. de pœnis, & ff. de re mil. omne delictum. §. qui se vulnerauerit: distinguendum est, an ex cā morbi, vel luct⁹, vel impatientia doloris, vel furoris ad mortē id sibi ɔsciuerit: an aliàs, & sic capite punitur. Interdum solus ignominiosus remittit̃, vt ibi. Hęc aūt iura expressè loquūt̃ de illo, qui se vulnerauit: & sic ñ obstat ei, qđ de statuto pręmissum est. Nouiter reperi Rich. Mal. scripsisse, hunc casum euenisse Paduæ, vbi aduocatus qdā pudore ęris alieni se volens occidere, vulnerauit se, sed nō occidit: & refert, ꝙ punit⁹ fuit pœna statuti imposita vulneranti aliquē: sibi tñ videtur, ꝙ imponi non de

1 Lib. † Coram, &c. propono ꝯ P. q ipse mihi ꝓmisit sub pœna cẽtum marcharum tale quid soluere, vel facere, vsq; ad tale tẽpus, vel Titij arbitrio stare super q. quæ inter me & eum super tali reuertebatur: quam pœnam per solennẽ stipulationem mihi ꝓmisit dare & soluere, si in pmissis cessaret. verũ ipse huiusmodi ꝓmissionem infringens, vel ꝯ eam veniens, soluere, vel facere, vel arbitrio stare noluit, vt ꝓmisit: quare peto c. marchas ab eo mihi dari & solui. & ad hoc ipsum sententialiter condemnari, arg. ext. de arbi. dilecti. ext. e. (uam. ¶ † Quòd si neutra pars nollet stare contractui, non potest pœna peti, vt ext. eodem, constitutus. Potest etiam sic concipi libellus:
2
Libellus. Peto rem, & si contradixeris, peto pœnam, vt probatur & notatur extrà de testa. Raynald[a]. Qualiter autem deferatur p̃latis in pœnis infligendis, vide suprà de sent. §. vt autem vers. q̃hque [b]. ¶ † Hoc etiam nota, q pro certo peccato occulto nõ est certa pœnitentia regulariter infligenda, prout faciũt religiosi ex empti: & hoc ideo, ne peccatum percipi possit, vt in const. Alex. IIII. e. tit. licet regularis [c]. & 2. q. j. si peccauerit.
3

ADDITIONES.

Fuerit, per prima iura: debuit tamẽ, vt ignominiosus, de aduocatorum matricula radi, & ab ipso officio remoueri.

a Raynaldus. ¶ ver. demum. in gl. sed nunquid. & vide, quod super ea dixi: & allegare poterit, quod dixit suprà de libel. conce. §. iam nunc. ver. sed nunquid talis. & suprà de iud. §. generalia. vers. item quod bonis.

b Vers. quandoque. ¶ Id solùm dat hæc remissio, quod dicit dec. 2. de offic. deleg. lib. vj. An verò deferatur nobiliori, maiori, vel ditiori, dixi post Hostiens. de stat. mo. ea, quæ. super 3. gl. Materia verò habetur xl. dist. homo Christianus. de iureiuran. cùm quidam. de clerico vena. c. j. per Alb. Papien. & Ia. de Bal. super l. presbyteri. C. de episc. & cleric. §. vlt. & per Cy. C. de sum. tri. l. nemo. & ibi pleniùs.

c Licet regularis. ¶ quam non habemus.

ADDITIONES NOVAE.

Statuto cauetur, q vulnerãs soluat ducentũ & occidens cccc. ĩfrà mẽsem aliàs decapitetur: modò fuit inquisitũ ꝯ vnum de vulnere, & ꝯdẽnatus soluit cc. posteà ꝯ ipsum fuit inquisitũ ex eadẽ causa de morte ꝯdemnatus vult ꝯpensare illa ducentũ quæ soluit illis cccc. & sic soluere alia cc. infra mensem, Bal. dicit q p̃t in l. & post rem iudicatã. §. si fideiussor. vers. si tamen ipse. de transact.

No. vbi lex actui imponit pœnam illum actum informare videtur, glo. in l. nullus videtur. de reg. iur. Ia. de Aret. in l. j. de his quæ pro non scrip. hab.

No. vbi statutum imponit pœnam dupli, vel quadrupli: totum duplum, vel quadruplũ nõ est pœna, sed in ipso ꝯtinetur ipsa res licet hoc verbis, non exprimatur, no. in l. is qui. ad l. Iul. pec.

Cui venit in dubio pœna applicanda, imposita simpliciter à statuto, Bart. in l. Agraria. de termi. mo.

In pœnis alternatiuis cuius debeat esse electio, Bart. in l. j. ff. de pœn. & l. quicunque de seruis fug. & l. aut facta. §. j. de pœn.

Not. q vbi pœna imponitur ad arbitrium iudicantis, talis impositio pœnæ potest reduci ad arbitrium boni viri, vt c. super his. de accus. Bar. in l. si qua pœna. de verb. sign.

De pœnis arbitrariis vide plenè Albr. in l. j. de fur. & balneat.

In foro pœnitentiali non potest fieri prorogatio? quia est potius officium, quàm iurisdictio, Inn. in c. de causis. de off. deleg.

An sit licitum petere rem. & pœnam, & vtrunque cõsequi, no. in l. apud Celsum. § Labeo. de excep. doli.

An casus in personam debitoris contingens, habeat liberare à pœna in contractu apposita, no. in l. apud Celsum. §. in arbitrum. de excep. doli.

Pone, aliquis condemnatus in mille ꝓpter aliquod maleficium decessit condemnatione non soluta, an hæres eius tenebitur soluere dictam condemnationem, not. in l. j. ne ex delict. defunct. Mart. de Fano. in l. scimus. de pœnis. Bald. in l. si plures. de condi. inst. Bartol. in l. ciuilis constitutio. de priuat. del. & l. defuncto. de pub. iud. Gardinus in tit. de bannitis pro maleficio. in prin.

¶ Baldus de Pœnis.

Si neutra pars obtemperat contractui, non potest peti pœna, tit. de pœnis. G.

a ¶ De Pœnitentiis & remissionibus [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Quæstores missi pro colligendis eleemosynis, an possint eo ipso festa & vacationes populo indicere.*
2 *Clerici & rectores ecclesiarum an teneantur quæstores in suis hospitiis inuiti recipere.*
3 *Prælatus indulgentiarum literas concedens debet summam dierum per certã literarum formam exprimere.*
In dedicatione ecclesiæ quantum debeat indulgentia extendi.
4 *Electus in prælatum, & confirmatus, an possit ante consecrationem indulgentias concedere.*
5 *Indulgentia prælati vnius diœcesis an possit aliquo casu populo alterius diœcesis prodesse.*
6 *Episcopus subscribens in remissionibus aliorum episcoporum, potest etiam aliqua de sua concessione adiungere.*
7 *Episcopus scribens in remissionibus alterius episcopi, qualiter possit & suam remissionem ibidem subscribere.*
8 *Episcopus an possit indulgentias populo suo concessas, etiam ad non suum populum extendere.*
9 *Clausula ista scilicet Remitto tibi vnum annum de iniuncta pœnitentia, qualiter sit intelligenda.*
10 *Papa cæteri que prælati, cuius priuilegio dicantur habere potestatẽ concedendi indulgentias.*
11 *Plus dans, vel plus laborans, an plus de indulgentiis pro huiusmodi concessis consequatur.*
12 *Persona sæpius vadens ad locum indulgentiarum, an pluries indulgentias consequatur.*
13 *Episcopus remittens aliis, an & sibi remittere possit.*
14 *Papa subiiciens se alicui sacerdoti, an potest ab illo solui & ligari.*
15 *Papa vel episcopus, an possint sibiipsis remittere de pœnitentia per sacerdotem iniuncta.*
19 *Sacerdos an possit dimittere de pœnitentia per episcopum iniuncta: vel econtrà.*

1 Sciendum est, † quòd quæstores missi pro colligendis eleemosynis, non debent festa & vacationes indicere, dum suas quæstas faciunt: nec debent plebes cogere suis quæstibus & exhortationibus interesse per excommunicationem, vel suspẽsionem: nec debent alia proponere, quàm quæ in eorum indulgentiis continentur: alioquin per locorum ordinarios compescantur, vt in constit. Alexan. IIII. eod. tit. quia intelleximus [b]. ¶ † Item licet in huiusmodi indulgentiis contineatur, quòd earum portitores in locis ecclesiasticis honestè recipiãtur & charitatiuè tractetur, quodque fideles conuocari debeant ad exhortationes eorum faciendas, tamen clerici & rectores ecclesiarum non tenentur inuiti in hospitiis suis recipere, vel procurare: vel conuocationes huiusmodi facere ipsarum indulgentiarum prætextu: quæ, quantum ad cõuocationes huiusmodi, sunt ipso iure reuocatæ, vt in constit. Clementis IIII. eod. tit. sedis apostolicæ. ¶ † Porrò prælatus, qui propter aliquam iustam cãm indulgentiarum literas cõcedit, debet v. aut x. aut xx. aut xl. dierũ summam, & vsque ad certum tp̃s concedere [c], & literas suas formare se
2
3

ADDITIONES.

a De remissionibus, scilicet ecclesiarum ad superiores, s. parte 2. ante rubricã de sententiis. Practici auctores nil de illis tractauerũt. Host autem plenissimè prosecutus est in Summa vtranque partem rubricæ: cui etiam in fine adiũxit tractatum dispensationũ. Constat, q forum pœnitentiale quandoque contrarium est iudiciali, de rest. spol. literas. ad fi. de spon. tua nos. de sent. excommu. inquisitioni. Io. de Deo in suis quæstionib[9] de isto foro posuit q̃stiones pe. & vltimã ipsi[9] operis: de vltima scripsi in præd. dec. tua nos. super ver. indicari. Mihi occurrit qõ aliàs nõ cognita, an successor epi, qui indulgentiam, vel remissionem dedit xl. dierũ possit ad eũdem actum aliam indulgentiam dare eiusdem temporis, vel minoris? Ad affirmatiuam: & videtur, q possit, sicut successor episcopi, qui dedit quinquagesimam, vel centesimam, potest illam dare, dummodo cesset graue detrimentũ ecclesiæ cathedralis, de do. ad apostolicæ. ver. hoc semper. ibi, vn[9], vel alius. Tu dic contrà: quia per id esset peruenire per successorum plurium iterationem ad violationem ꝯsilij, c. cùm ex eo. & quod vnius act[9] præter Papam haberet multas quadragenas: & dicamus dec. e. ti. lib. vi. intelligi, dum dicit, pluribus etiam eisdem, vel ꝓpriis successiuè. Dec. apostolicæ. facit prò: quia ibi potest successor, quod poterat prædecessor: nec potest, quod ille nõ poterat. Si igitur quatuor, vel plures successiuè dabunt indulgentias, renouatio erit, si adiectio: valet ergo ad memoriam: & si qui opinari vellent datã expirari per mortem, contra credentes no. de offi. leg. c. fi. eò fortiùs, si primus id expressisset.

b Quia intelleximus. ¶ in prin. quam & illam cle. de qua sequitur, hodie non habemus. tũ vltra id, quod habebatur e. ti. cùm ex eo. & de hæretic. vt officium. §. compescendi. emanauit cle. e. tit. c. 2.

c Concedere. ¶ Non video, vnde hanc restrictionem ad certum tẽpus assumpsit, cùm clem. cùm ex eo. hoc non dicat: & tales indulgentiæ de se sint perpetuæ, vt no. de offi. leg. c. vlt. sed forsan intõdit de tempore vtendi indulgẽtia, putà in vigilia, vel festo, vel inter vesperas vtriusque, vel inter octauas, vel in tota quadragesima, vel his similia.

mare secundum formã traditam eodem titulo,cùm ex eo. Item
cùm dedicatur ecclesia,non debet indulgentia extendi vltra an-
a num:siue ab vno,siue à pluribus consecretur, vt ibidem[a]. ¶†Sed
4 nunquid electus confirmatus ante consecrationem eas poterit
concedere? Dominus meus in Summa eo.tit.§.quis possit.versi.
b sed nunquid.quòd sic.Meliùs tamen facit,si abstineat[b].¶†Item
5 si de pluribus episcopatibus concurrunt ad faciendum pontem,
vel ecclesiam, vel iuuandum in diœcesi Parisien.indulgentia epi
scopi Parisiensis eis non proderit, nisi proprii episcopi eis specia
liter hoc concesserint,vt extr.eo.quod autem.vel eorum metro
politanus,vt eo ti. nostro. Quidam tamen dicunt sufficere pro-
c priorum sacerdotum consensum, prout no.in præ.c.quòd aũt[c].
6 ¶†Et nota, quòd episcopus subscribens in remissionibus alio.
rum episcoporum,potest dicere, quòd omnibus, qui huic hos-
pitali benefecerint, concedit,vt participes sint omniũ bonorum
quæ fiunt in episcopatu suo: & hoc potest etiam inuitis episco-
pis ipsorum,qui eleemosynas fecerint hospitali,secundum Vin-
d cen.[d]¶†Si autem velit subscribere remissioni,dicet ita:XL.dies
7 absoluo,si placuerit episcopis eorum:& tunc non habent remis
sionem ab episcopo suo, sed ab extraneo, cui se subiiciunt cum
consensu sui prælati, extrà de foro comp. significasti. Tutius ta-
men videtur, quòd proprii episcopi consensus præcedat remis-
8 sionem alterius episcopi remittentis.¶†Quidam autem prælati
fomentum erroris sumentes ex præ.c.quod autem.ex præmissis
verbis Vincen.concedunt indulgentias pro refectionibus,eccle
siarum,vel pontium,vel huiusmodi in diœcesibus alienis,adiec-
ta clausula, Dum tamen diœcesis consensus accedat.Sed præ.de-
cre.hoc non probat:quia licet episcopus ex certa causa aliquam
in diœcesi sua indulgentiam statuens concedere possit,quòd in
dulgentia ipsa prosit, etiam illuc venientibus de diœcesibus alie
e nis,prout ibi dicitur[e].non tamen concedere potest,quòd indul
gentiæ ab aliis episcopis in eius diœcesi concessæ valeant. Et est
ratio: quoniam in primo casu illuc accedentes quodammodo
forum eius sortiuntur,argum.xvj.quæst.j.c.j.ext. de foro comp.
Romana.§.contrahentes.ij.quæst.j.si peccauerit.iij.quæstio.vj.c.
j.ff.de pœ.l.capitalium. §.famosos.nec per hoc statutus indulgẽ-
tiæ numerus exceditur. In secũdo verò casu alienam diœcesim
ingrediũtur tanquam aduenæ, vt ibi iudicent, iij.qu.vij.leges.in
qua quidem iudicare,sicut nec alienum parochianum ligare,vel
soluere nõ possunt, ext.de paroc. nullus.quia pars est ius ligandi
& soluendi,de pœ.dist.j.voluissent.vnde indulgentiæ ab eis con-
cessæ nullæ sunt,& ideo ratæ haberi non possunt, xvj. quæst. iii.
§.potest.extrà de election.auditis.extrà de iudic.at si respon.j.a-
lioquin posset aliquis episcopus indirectè centum annos indul-
f gentiæ concedere: quod tamen directè & solus[f] & simul etiam
cum pluribus facere prohibetur,extra eodem titulo,cùm ex eo.
quod esse non debet,argum.C.de vsur.eos.in fin.xiiij.quæst. iij.
plerique extrà de simon. in tantum. Posset enim per hæc pœni-
g tentialis satisfactio eneruari, vt in præ.c.cùm ex eo.[g]¶†Cũ aũt
9 dr.Remitto tibi vnum annũ de iniunctà pœnitẽtia,intelligitur,
quòd tanto minus punieris in purgatorio,quantum esset, si vno
anno egisses pœnitentiam in hac vita.nõ enim propter hanc in-
dulgentiam generalem minus teneris agere pœnitẽtiam in hac
10 vita ¶†Habent autem Papa,& alii prælati potestatem cõceden
di indulgentias ex illo speciali priuilegio beati Petri: Quodcun-
que ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis:& quodcun-
que solueris super terram,erit solutum & in cælis. xxiiij. quæst.i.
quodcunque.extrà de translat.c.j.Qui enim potest ligare,potest
& soluere,vt dictum est.& arg extrà de senten. excom.à nobis.
11 ¶†Sed nunquid.qui plus dat,vel laborat,plus habebit de indul
gentia? Respõdeo: Deus, qui omnia moderatur in numero,pon
dere & mensura infra metam à prælato positam de gratia dabit
plus vni,& alii minus,nec est multũ de hoc curandũ,secundum
h Papam[h], nisi quia credendum est, quòd dominus(cuius natura
pia & liberalis est)de suo semper adiiciet vltra iustitiam,de poe.di
stin j.quia diuinitatis Sic & sacerdos debet esse beneuolus & pa
ratus onus peccatoris secum portare,de pœn.dist.vj.c.j.versus fi-
12 nem.¶†Quid si eadem persona sæpius vadit eadem etiam die
ad locum, vbi est indulgentia, vel dat denarium, nunquid sæpius
consequitur remissionem xx.vel xl.dierum,qualis concessa fue-
i rit[i]? Respon.sic,quandiu durat tempus, vel dies remissionis præ-
fixa:quia remissio non est concessa solùm propter iter peregrina
tionis, vel propter denarium qui datur,sed propter denarium &
obligationem ecclesiæ,quæ se obligat constitui,vt oret pro dan
te.vnde cautus & discretus debet esse remissor,ne erret.quodcun
que enim ligauerit,vel soluerit,claue non errante,& iustitia me
diante,erit solutum,vel ligatum in cælis,xxiiij.q.j.quodcunque.
& q.ij.c.ij.extrà qui filii sint legitimi, per venerabilem. circa fin.
versis verò.Item quia in beneficiis est larga interpretatio facien
k da.extrà de verb.sig.tua[k].ext.de priuil.in his.extr.de donat.cùm

13 dilecti.¶†Quid si ipse remissor dat denarium,nũquid erit parti-
ceps remissionis? Vin.dicit,quòd non,C.ne quis in causa sua iud.
l.j.C.de solu.inquisitio.ff.loca.qui insulam. §. si. ad idem extr.de
l insti.c.fi.de bap.& eius effectu,debitum[l].& C.de solut.in quisitio.
14 ¶†Quid si Papa subiicit se alicui sacerdoti,nunquid potest ab il
lo ligari,vel solui? Respond.sic,ij.q.vij.nos si incompetenter.ij.q.
v.mandastis extrà eod.c.fin.Argum.contrà xxj.dist.inferior.& c.
m nunc autem.extrà de maior.& obedien. cùm inferior[m]. ¶†Sed
15 nunquid Papa,vel Episcopus potest sibiipsi remittere de pœni-
tentia per sacerdotem iniuncta? Resp.non sine licentia sacerdo-
16 tis,atq extrà eodem,c.fi.& in prædic.c. debitum. ¶†Item nota,
quòd de pœnitentia per episcopum iniuncta non potest sacer-
dos dimittere,sed econtrà sic, vt in præalleg.c.inferior.Arg.con
n trà,l.distin.accedens[n].& extr.de offic.ord.cùm ab ecclesiarum[o].
o In hoc titulo non est libellus necessarius.

ADDITIONES.

a Vt ibidem.¶Et hanc limitationem debent etiam legati seruare,
vt suprà ti.ij.§.superest.ver.potest etiam indulgẽtiam.& ver.seq.
b Si abstineat.¶Vide.quod de hoc scripsi de exces.præla.acceden-
tibus.in gl.nunquid electus.
c In præd.c.quod autem.¶dic verius,vt ibi not. in gl.pe. quæ fuit
additio.
d Secundum Vinc.¶Qui ad literam hoc no.eodem ti.cùm ex eo.
in princip.& ad hoc dictum facit,quod scripsi eodem ti.quod au
tem.super glo.quid valeant in fi.ver.communicanda.
e Dicitur.¶Hoc nego:imò dicitur contrarium,cùm ibi dicatur,ꝙ
ad hoc,vt remissio non sui iudicis valeat, oportet, quòd suus iu-
dex specialiter id concedat. Deficeret etiam sequens ratio in in-
dulgentia concessa contribuenti ad fabricam,vel alimenta, in
qua non requireretur accessus.
f Solus.¶Istud Solus non capio:nec etiam, quod sequitur,Simul
cum pluribus:quia si bene computo,etiam si vigeret antiqua ob
seruantia, de qua statim dicam, etiam xxiij. episcopi non dabant
duos integros:quia xviij.quadragenæ non complent biennium:
deficient enim x. vel xj. dies: secundum quam computationem
viginti episcopi non darent decem: & sic nongenti non darent
centum,quò saltauit auctor.De his tamẽ perplexitatibus sumus
expediti per decr.si.eo.ti.lib.vi.quæ declarauit mentem iuris anti
qui:quæ tamen satis erat clara,si sequens obseruantia nõ turba-
set,& tamen in consti.Inn.e.ti.c.j.in fi.lib.vj.nõ fuerat repetitum.
g Cùm ex eo.¶Propter hoc,quæ vera sunt,cessauit,quòd olim in
oleuerat indulgentiis multa episcoporum appendi sigilla cum
subscriptionibus, quasi aucto numero episcoporum augeretur
num.xl.dierum: vnde præconizabatur haberi tot quadragenas,
quot episcopi subscripserant.
h Secundum Papam. ¶Vt post eum scripsi in decre. quod autem.
super gl.quid valeant.in prin.vt ibi scripsi.
i Concessa fuerit.¶Ista quæstio,& quæ sequũtur,fuerunt Vincen.
in decre.cùm ex eo.eo.tit. vt ibi scripsi super versi.xl.dies.
k Tua.¶Textus est eo.ti.olim.
l Debitum.¶Facit,quod not.de pœnit.dist.j.multiplex.
m Cùm inferior. ¶In eo, quòd se subiecit, factus est minor, vt ibi
scripsi super gl.j.
n Accedens.¶Hoc allegatur contra primum dictum:sed ibi illud,
si de licentia maioris imponentis, vt no.33.q.ij.latorẽ. in vlt.gl.
o Cùm ab ecclesiarum. ¶Hoc inducitur contra secundum dic-
tum:& solue,vt ibi in gl.vlt.

¶Baldus de Pœnitentiis.

Quodcunque ligauerit,&c.intelligitur claue non errante, & iu-
stitia mediante.G.

a ¶De Sententia excommunicationis.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a De casibus,quibus quis excommunicatus est ipso iure, auctor j.
remittit versicul.ex quibus,Hostiens.colligit xxx.in Summa hu-
ius tit.§.quis possit excommunicare. Casus iuris noui collegi in
decr.eos qui.e.ti.lib.vj.& casus iuris nouissimi collegi in cle.e.ti.
c.j.in gl.est sciendum.Quæstiones regularum sunt hæ: in regula
enim sunt quæst.de excõmunicato sub conditione,quia illa pen
dente factus est alterius fori.In regula,dolo facit.an teneat com-
promissum in arbitratorẽ excommunicatũ: in regula, delictum,
de illo, qui vno ictu percussit plures clericos excommunicatos,
vel vni dedit plures ictus:in regula,ratum quis. membro secun-
do,an episcopus excommunicationem latam in subditum per a-
lium episcopum possit ratam habere:in regula,scienti de exemp
to,qui ꝓmiserat nõ declinare forũ,excõmunicato p ordinarium
pp contumaciã Qõ dominicalis xliij.de fugiente, q violenter ab
stulit equum clerico.no.e.ti.si,clericos.li.6.& xcviii. De pcutiẽte
laicũ,quẽ credebat clericũ,no.e.ti.in audiẽtia in gl. Quæstionẽ de
testõ excõicati,vide e.ti.decernimus.li.vj.in & super vlt.gl. Quæ-

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam in aliquem latam petens confirmari, vel aggrauari, qualiter formabit libellum.*
2 *Conquerens de prælati sui excommunicatione, dicens eam iniustam, qualiter formabit libellum.*
3 *Sententia excommunicationis iniusta, aut iniustè lata, an aliquo casu teneat.*
4 *Petens aliquem tanquam excommunicatũ vitari, qualiter formabit libellum.*
5 *Petens aliquem ex aliqua causa excommunicari, qualiter libellum concipiet.*
6 *Excommunicatio quibus ex causis ferri possit.*
7 *Beneficium ad absolutionis cautelam soli sedi apostolicæ reseruatum est.*
9 *Absolutio ad cautelam pluribus ex causis fit.*
9 *Sententia excommunicationis non debet per quemuis in collegium, vel vniuersitatem ferri.*
Vniuersitas non habet animam, quæ specialiter per excommunicationem ligari possit.
10 *Verberans clericum anathematizatum an excommunicationem incurrat.*
11 *Verberans aliquam, quæ suscepit aliquem habitum, in propria domo, an in canonem incidat.*
12 *Episcopo mandante cum excommunicato conuersari, an sit parendum.*
13 *Excommunicatus an post appellationem inuito episcopo possit diuinis interesse.*



Ententiam in aliquem latam si quis petit confirmari, & aggrauari, sic concipiet libellum:
1 Lib. †Coram, &c. propono contra P. quòd talis iudex ordinarius, vel delegatus ex tali causa, eum duxit excommunicationis vinculo innodãdum. quam quidem sententiam idem P. animo sustinuit, & adhuc sustinet indurato: quare peto per vos declarari & pronunciari sententiam ipsam iustè latam fuisse, & eum ad ipsius obseruationẽ teneri: peto ẽt per vos ipsam sententiã aggrauari. Vel ɔcipe, vt s. de præb. in illa forma, Lib. Coram, &c. propono contra episcopum, &c. vide suprà de rescrip. præsent. §. ratione formæ. versic. sequitur. ibi, item si petitur excommunicationis. de hoc suprà de sententia, §. vt autem. versic. quando etiam. ¶†Quòd si quis conqueritur de prælati
2 sui excommunicatione, dicens eam nullam, sic poterit coram superiore libellum formare:
Lib. Coram vobis, &c. propono contra venerabilem patrem talem episcopum meum, qui me post appellationem ad vos legitimè interpositam de facto excommunicationis vinculo innodauit: quare peto mihi per vos super hoc ex officio vestro prouideri, & dictam sententiam nullam per vos pronunciari, & me ad ipsius obseruantiam nõ teneri: vel, si qua esset, peto eam, tanquam iniustam, cassari, & eum mihi ad expensas & interesse condemnari, extrà de officio delegati, cùm contingat. & de sententia excommunic. sacrò. & c. per tuas. de rescript. ab excommunicato. Hunc tamen libellũ Innoc. IIII. non videtur approbare, vt not. in præ. c. cùm contingat. sed bonus est, vt ibidem probatur [a]. †Si
3 verò aliàs excommunicatio iniusta esset, tenet tamen: putà quia lata est contra formam concilii generalis, vel aliàs est iniusta, vel ex causa, vel ex animo, vel ordine, vt xj. q. iij. c. si. ergo petet ipsam reuocari, & se absolui, & illum ad expensas & ad interesse & aliàs canonicè puniri, vt in præ. concor. & extrà de appellat. reprehensibilis. & c. cùm speciali. ¶†Porrò qui petit aliquem, tanquam
4 excommunicatum, vitari, sic concipiet libellum:
Lib. Coram vobis, &c. propono contra P. quòd ipse fuit à tali die tali, ex cã tali, in loco tali excõmunicationis vinculo innodatus: vel quia in talem clericum die tali & loco manus iniecit temerè violentas: quare peto ipsum in ecclesia vitari, & vitandum fore ab omnibus, tanquam excommunicatum, per vos sententialiter declarari, ext. eodem, cùm desideres. §. ii. & c. si verè. xvij. q. 4. si quis suadente. xj. q. iij. curæ. & c. exommunicatos. & c. cùm excommunicatis. extrà de cleri. excommunicat. illud. Et pone hîc,
5 vt suprà de posi. §. v. in prin. ¶†Quòd si petatur aliquis ex aliqua causa excommunicari, sic concipitur libellus:
Lib. Coram vobis, &c. propono contra P. clericum, vel laicum, quòd ipse publicè tenet meretricem, vel vsuras exercet, vel monasteria sanctimonialium sine iusta & licita cã frequentat, vel rapinas exercet, vel cũ sanctimoniali mœchatus est, & sæpe monitus [b] ab huiusmodi desistere contemnit: & sic de aliis: Quare peto eum, donec à prædictis abstineat, excõmunicationis per vos mucrone feriri, extrà eodem, si concubinæ. extrà de coha. cleric. & mulier. c. ij. extrà de vsuris, præterea. xiiij. quæstio. iiij. ministri. extrà, de vita & honestat. clericor. monasteria. xxvij. quæstio. j.
